BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
2 N
8

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
13.167.6.33

DE LAVDIMIIS

TRACTATVS VARII,

In quibus referantur

AMÆDEI A PONTE PEDEMONTANI
Præsidis Quæstiones Laudimiales, & Feudales.

Plerisq; locis hoc signo ˣ notatis nouiter adauctæ.

ANTONII FABRI SABAVDI PRAESIDIS
Primarij De Erroribus Laudimialibus pragmaticorum Decades IV.

CAROLI ANTONII BLANCARDI I. C.
Cespitellensis Notæ Laudimiales Quæstionibus Amedæi accommodatæ.

Ex Legato Ill.mi Coccini

Adsunt Indices copiosissimi.

SOCIETATIS JESU BIBLIOTHECA COLLEGII

TAVRINI, Apud Hæredes Io. Dominici Tarini.

M DC XVI.

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE

Perilluſtri,& Ampliſſimo Viro

D BERNARDINO CLERICO

Excellentiſs. Senatus Pedemontani Senatori,

ET SERENISS. SABAVDIÆ Ducis Conſiliario ſapientiſsimo.

Fratres Tarini S. D.

QVAM ſuperiores Domini Laudimiarijs præſtationibus agnoſcantur; laudimiarios hoſce floſculos in luriſprudentiæ viretis à Triumuiris tui amantiſsimis collectos, clariſsimoq; nomini tuo inſcriptos Vir ampliſſime *è prælo noſtro lubens accipias: quibus te eiuſdem patronum clarum pariter, & magnum; litterarum fautorem humaniſsimum, & beneuolentiſsimum poſsimus profiteri. Veriſsima certè laudum tuarum ab his,*

qui nõ blandiendo loquuntur, diuulgãtur testimonia: dum te magistratum omnibus virtutibus perfectũ, alterum prudentia canaq; sapientia Nestorem; iustitia, & integritate Pedemontani Senatus Aristidem: morum grauitate comitati adiuncta, seueraque legum obseruantia, & inflexibilitate Catonem appellant. Adeo tamen tibi vniuersa res literaria, exactaque iuris peritia præ cæteris in pretio est: vt nullus vnquam maiori assiduitate, & eruditione cõsulta patrum, leges, iuraq; tractarit; nullus, quandiu ius publicè in Taurinensi Academia interpretatus es; quandiu domi consultationibus, & responsis, in foro patrocinijs oblectatus; Sulpitium, Scæuolam, Vlpianum magis expreßerit: nullus senili ætate vegeto magis animo, & corpore, ab omniq; ambitu remotiori Sereniſsimo Duci in supremo Iustitiæ Tribunali adsideat: nullus sola integritatis, & eruditionis fama magis contentus. Vnde de tua incolumitate apud summum numen Iurisprudentiæ studiosorum, & bonorum omnium solemne votum est, vt rem literariam diu adaugeas, & Iustitiam sanctè administres.

INDEX QVÆSTIONVM laudimialium.

Quæ in tractatu Amedei à Ponte discutiuntur.

1 Audimium quid sit, & quare soluatur, & de militijs antiquis, quòd feudo æquiparentur.

2 De varijs præstationum feudalium nominibus, laudimio, adhoa, quod est militare seruitium, Releuio, Tertia vēditione, & quod strictè sit interpretanda.

3 Laudimium an in feudis sit debitum.

4 Laudimij quantitas, quæ sit.

5 Laudimium, an de æstimatione totius rei debeatur, vel de pretio.

6 An de accessionibus, & commoditatibus in venditione adiectis, & quæ cōsideratio habenda sit expensarum, & aliorum onerum in pretio.

7 An de fructibus cum fundo venditis: & quomodo fundi pars dicantur: & quid de mobilibus, & allodialibus simul cum feudalibus venditis.

8 An itidē de melioramentis: & an feudo cedant melioramenta, vel ad hæredes transeant. Quid de alluuione, & an per alluuionē trāsferatur iurisdictio.

9 Ad quem spectet laudimij solutio, emptorem ne vel venditorem.

10 Nouus emphyteuta quis dicatur: & quod dicatur nouum feudum, & quot modis, & de noua inuestitura quod non præiudicet agnatis, & de renouatione veteris.

11 Laudimium, an ex prima concessione debeatur: & quid de emente à domino.

12 Agnati, an inter se alienantes laudimium soluere debeant, an soluendum sit de remissione caducitatis,

& qñ ex remissione caducitatis efficiat feudũ nouũ: Quid de inuestitura per finitam generationem, & in materia alienationis, an possint inter se alienare, sine consensu domini, & an facta inter se alienatione, teneantur accipere inuestituram.

13 An pro re quæ sine consensu alienari potest, debeatur laudimium. Ad quem effectum consensus requiratur, & qualis exigatur denunciatio, & de iure prælationis domini, tam in proprietate rei, quam in fructibus, & quid de prælatione consortium.

14 Quid si in inuestitura dictum sit, quòd possit alienari & an in alienatione requiratur nouus consensus.

15 An debeatur, si dominus consenserit alienationi, & quod consensus intelligitur saluis iuribus domini. Quid si fit præstitus post contractum, & an emptor post suam approbationem teneatur accipere inuestituram.

16 An ex receptione census, censeatur præiudicatũ laudimio, remissa caducitas, & quomodo ex actibus positiuis inducatur consensus, & renunciatio iuris sui.

17 An dominus recusans consentire amittat laudimiũ, & an moram purgare possit, & ad consentiendum, an cogi possit.

18 An de feudo franco laudimiũ debeatur, & de feudi franci natura, & an alienari possit sine dñi cõsensu.

19 An laudimio non soluto, res cadat in commissum, & an non obtenta inuestitura.

20 Laudimium, an debeatur ꝓprietario, vel vsufructuario, quid de cõmissis, & an locatori, vel conductori.

21 An dominus locans emolumenta debeat cõductori laudimium, si emat emphyteumata: Quid de locantibus gabellas, & vectigalia: quid de exemptis locatione facta per dominum.

22 An domino ementi emphyteumata debeatur laudimium ab emphyteuta.

23 Quid

23 Quid iuris, vbi vnus ex pluribus dominis emit rē emphyteuticam, an teneatur condomino ſoluere laudimium, & an tūc emens dicatur aliorum ſubditus reſpectu rei emptæ: Et an ſubditus plurium teneatur requirere conſenſum omnium, & omnibus iurare fidelitatem, vel vni nomine omnium, & quid ſi vnus nolit conſentire, vel iure p̄lationis vti velit.

24 An immediato domino, vel mediato debeatur laudimium. Quid de confiſcationibus, & mulctis, quo modo poſſit eſſe quis dominus vtilis, & directus, diuerſis reſpectibus. Ad quem ſpectet coherctio ſubditorum, & cognitio cauſarum ſubditorum, qui sūt ſub domino infeudato, & in quibus caſibus ſuperior poſſit manum apponere, cuius conſenſus requirendus ſit in alienationibus.

25 An pro diuiſione laudimium debeatur: Quid ſi vni tota res adiudicetur, mediante pretio, vel ſine.

26 An ex alienatione neceſſaria: quæ dicatur neceſſaria alienatio.

27 An ex datione in ſolutum debeatur laudimium, ſiue voluntaria, ſiue neceſſaria ſit, & an veniat appellatione venditionis, & quid ſi de tertia venditione ſit ſoluendum. An in datione in ſolutum ſit locus prælationi.

28 An ex permutatione debeatur laudimium: Quid ſi fiat permutatio feudi ad allodium: quid ſi partim permutetur; partim vendatur, & quid ſi permutetur cum re æſtimata.

29 An ex re in dotem data: an poſſit in dotēm dari ſine conſenſu domini inęſtimata, vel ęſtimata: an pactum lucri dotis ſine domini cōſenſu apponi poſſit, & an ęſtimatio faciat emptionem.

30 An ex donatione.

31 An de legato vel hæredis inſtitutione.

32 An ex tranſactione: Quid ſi res ex titulo tranſactionis in aliū transferatur, vel ſupprimatur ius aliquod.

33 An ex pignoratione: Quid si pignoretur pro æquivalenti pretio.

34 An ex locatione ad longum tempus: quando dicatur ad longum tempus: an ex eo transferatur vtilè dominium: Quid de venditione fructuum.

35 An ex promissione de vendendo.

36 An de alienatione conditionali: Quo tempore debitum sit laudimium, an tempore contractus, vel conditionis.

37 Quid, vbi adest pactum de retrouendendo, durante tempore. An pactum operetur rẽtro translationẽ dominij ipso iure: an de retrouenditione debeatur laudimium: Quid de prorogatione facta intra tẽpus luendi, an emptor laudimium solutum à retrocmente consequi possit.

38 An item laudimium de dissolutione contractus debeatur, & an de irritatione cõtractus: duplex debeatur, & de renouatione, & quod debeatur ex solo cõtractu non impleto licet res alienata non cadat in commissum nisi tradita, & stante contractu alienationis tempore vnius, & inuestitura tempore alterius, cui debeatur: item an attendatur tempus commissi delicti, vel sententiæ, quoad emolumentum.

39 An ex contractu nullo: Quid si rescindatur.

40 An de vẽditione nudæ proprietatis: & quid si postea vsusfructus consolidetur cum proprietate: quid etiam de venditione vsusfructus.

41 An de censibus, seu annuis redditibus venditis, & ad quam rationem debeatur: Quid iuris si sine domini consensu census, vel seruitus imponatur.

42 An de cessione iurium in re, vel ad rem: item an de renunciatione.

43 Quid si plures venditiones eodem anno fiant.

44 An Dominus possit cogere vasallum ad exhibendũ titulum, pro consecutione laudimij vel alter.

45 An res sit, pro laudimijs hypothecata, pro censu, pro collectis,

collectis, & an pro ijs compelli possit emptor, aut venditor, aut tertius possessor.

46 An duodecim liberorum immunitas eximat, à solutione laudimij.

47 Præscriptio, an locum sibi vendicet in laudimijs, & iure laudimiorum.

48 In laudimijs, an sit locus iuri accrescendi.

49 Quæ fraudes circa laudimia cõmittantur? De re ad rem: De persona ad personam: De cõtractu ad cõtractum: De quantitate ad quantitatem: In tempore: item mixtim.

50 Pœna quæ sit fraudantium laudimia.

51 An statuta laicorum circa laudimia ligent clericos? Quis sit iudex clericorum pro consequutione laudimij.

INDEX
DECADVM, ET ERRORVM
De Laudimijs.

Ex absoluta Chiliade Antonij Fabri Sabaudi Præsidis primarij decerptus.

DECAS PRIMA.

A pagina 385. vsque ad pag. 704. inclusiuè.

Error 1. Ex contractu nullo ex quo nulla debentur laudimia; nullam quoque esse soluendam Gabellam.

2 Vera ratio præstandorum laudimiorum, & de effectu subhastationum nulliter factarum, vt ex ijs laudimia debeantur, et citra interpositionem decreti.

De lau-

3 De laudimijs ex ſimplici alienationis contractu atiã valido petitis.
4 Si venditor ex cuius contractu laudimium petitur, nolit rem tradere.
5 De differentia commiſſi, & laudimij ex ſimplici vẽditione.
6 De laudimijs petitis ex ſimplici vẽditione à qua cõtrahentes re integra receſſerint.
7 De vẽditionis reſolutione facta rebus integris ex interuallo, aut in continenti cum de laudimio diſputatur.
8 Quando integra dicantur omnia in emptione, & vẽditione cum tractatur de laudimio.
9 Si ex vna tantùm parte ſecutum ſit implementum prioris contractus Ad l. ab emptione 58. D. de pact.
10 Quid interſit an res ſecuta ſit ex parte venditoris tãtum, an ex parte emptoris? cum de laudimijs diſputatur.

DECAS SECVNDA.

Error 1. An ex reſoluto contractu laudimiũ debeatur, & an ſimplex an duplex.
2 Si venditor nolit recipere rem venditam oblatam ab emptore ex pacto reſolutiuo.
3 De contractu renouato, & an ex eo laudimia debeantur.
4 De amico per emptorem electo, & an ex eiuſmodi electione laudimium debeatur.
5 Si alienario facta ſit durante conductione, & petita inueſtitura poſt tempus conductionis, cui laudimia debeantur.
6 De pęna irrogata ex delicto cui ex diuerſorum temporum conductoribus aut dominis debeatur. An ei qui tempore delicti fuerit, an qui tempore condemnationis.

De di-

7 De distinctione interpretum, An pœna irrogetur ex delicto, An ex causa iuris feudalis, vel emphyteutici.
8 De sententia declaratoria quam exigunt pragmatici in pœna caducitatis iam commissa.
9 De actione, quæ competit domino ad petenda laudimia, & commissa etiam, quæ durante conductione obuenerunt.
10 Si suus hæres post abstentionem bona paterna vendiderit, An laudimia debeantur.

DECAS TERTIA.

Error 1. De laudimio ex alienatione necessaria petito.
2 Si laudimium ex diuisione inter cohæredes, vel alios condiuisores facta petatur.
3 De diuisione per licitationem facta.
4 Si diuisio sic facta sit vt vnus totam rem feudalem, vel emphyteuticam habeat, alius vero totam allodialem.
5 De dominio per sententiam solam transferendo.
6 De Laudimijs ex datione in dotem debitis.
7 De fundo dotali æstimato vel inæstimato.
8 Si dos siue per patrem siue p extraneũ constituta sit, & tradita marito, siue æstimata, siue inæstimata. Et ad l. vnic. C. de inoffic. dotib.
9 Si aliqua bona sint allodialia ex quibus constitui dos potuerit quæ constituta fuit ex feudalibus aut fideicommissis.
10 Si domino ignorante maritus pactus sit de lucranda dote quæ fuerit constituta ex bonis feudalibus, vel emphyteuticis. Et de augmento dotali consuetudinario.

Error 1. De laudimio ex permutatione debito Ad l. vlt. C. de iur. emphyt.

2 Si res feudalis, vel emphyteuticaria permutata sit cũ allodiali, vel feudalis cum emphyteuticaria.

3 Si permutatio rei feudalis vel emphyteuticæ fuerit simulata, Ad l. si filia 5. D. de diuort. & ad l. filiæ meę 59. D. solut. matrim.

4 De Triboniani manu, & inscitia obseruata in l. pater 71 De euict.

5 De tertia venditione ex permutatione in qua vel pecunia interuenit, vel donatio, & quid si fundus permutatus sit cum speciebus recipientibus functionẽ in suo genere.

6 De laudimio petito ex donatione.

7 De pluribus qui eandem rem emphyteuticariam diuersis temporib. emerunt quorum posterior inuestituram prior acceperit.

8 De laudimijs petitis ex legato vel ex hæredis institutione.

9 An ex pignore laudimium debeatur.

10 De locatione ad longum tempus, & an laudimium ex ea debeatur.

11 De moderatione laudimij ex locatione ad longum tempus facta debiti. Et de venditione fructuum, & de constitutione vsusfructus.

INDEX

NOTARVM LAVDIMIALIVM

CAROLI ANTONII BLANCARDI, I. C. Ceſpitellenſis.

Nota 1. Nominis deriuatio. deſcriptio. cur laudimia excogitata, & quomodo inter naturalia emphyteuſeos. pag 705.

2 Varia laudimiorum nomina; eſſe rerum onera, & odioſa. pag. 703.

3 De feudo præſtentur laudimia. pag. 710.

4 Quàm varia laudimij quantitas. in ea obſeruandas eſſe regionum conſuetudines, etiamſi iuri ſcripto repugnent. pag. 711.

5 Præſtatur pro portione pretij rei alienatæ oneribus detractis, vt ex hæreditatibus ære alieno deducto, & qua ratione laudimium rei pretium diminuat. pag. 714.

6 Ex pretio, quo æſtimatur pactum de retrouendendo, ſimileſuè commoditates ab emptore reſeruatę, non debetur, neq; de sūptibus alienationū pag. 715.

7 Neque de fructibus à ſolo ſeparatis, neq; de alijs mobilibus, vel ſe mouentibus. pag. 716.

8 Ædificia, & aluuionis incrementa. pag. 717.

9 Laudimium ab emptore ſoluendum. pag. 718.

10 Datur ob nouum feudum. pag. 720.

11 Ex prima alicuius rei in feudum emphyteuſimuè cō ſtituti one. pag. 720.

12 De alienatione in alterum ex comprehenſis in inueſtitura vel agnatis, vel ſucceſſoribus. De Prælato q anteceſſoris emphyteuſim nanciſcitur. pag. 721.

13 An immunis à laudimio, cui alienare licet domino irrequiſito. pag. 723.

14 An

14 An dominus censeatur remisisse ius laudimij data facultate liberè rem ab alienandi. pag. 725.
15 An approbatio alienationis noceat laudimio. p. 726.
16 Quomodo Canonis receptio caducitatis condonationem arguat, & quam varia de laudimijs ratio sit pag. 726.
17 De amissione laudimij ob negligentiam, vel dissensum domini in nouo emphyteuta admittendo, & inuestiendo. pag. 730.
18 Non deberi laudimia ex feudo franco nisi aliter cõuentum. pag. 731.
19 An in commissum feudum emphyteusisue incidant laudimij solutione neglecta. pag. 732.
20 An laudimium pertineat ad proprietarium, vel ad vsufructuarium. pag. 733.
21 De emphyteusi à domino directo acquisita, & ita cõ solidata, an laudimium conductori prestandum sit. pag. 735.
22 De eadem re: alienata scilicet emphyteusi domino directo. pag. 736.
23 Si fundus emphyteuticus in alterum ex pluribus dominis directis abalienetur. pag. 736.
24 Cui dandum laudimium vbi adest feudum, & subfeudum, vel primus, & secundus emphyteuta? quid fisco emphyteusim ad se deuolutam alienante. pag. 738.
25 De diuisione. Vni ex socijs fratribusue totius rei assignatione à iudice, aut cohæredib. aut socijs facta, atque societatis redintegratione. pag. 738.
26 In alienatione necessitate vrgẽte facta laudimia non deberi, excipiuntur aliqui casus, agnatum qui rem retrahit laudimia refundere. pag. 741.
27 De datione in solutum, subhastationibus, iudicialiq; addictione in concursu creditorum. pag. 742.
28 An laudimium in permutatione locum habeat. pag. 743.

29 Dos

29 Dos, dotis augmentum, donatio propter nuptias, lucrum dotis perpetuò in laudimio priuilegiata. pag. 743.
30 Laudimium ex donationibus. pag. 745.
31 Quid si institutionis, legatiuè titulo emphyteusis in alium transferatur. pag. 747.
32 Deberi laudimia ex causa transactionis, non tamen perpetuò. pag. 749.
33 De pignoratitio contractu, & Antichrisi. pag. 750.
34 Non dantur laudimia conductionis gratia, nisi fiat ad decennium. pag. 751.
35 De venditione, promissione, tractatu, & declaratione, alteriusque consocietate. pag. 752.
36 Dantur laudimia ex contractu conditionali, & cui ex diuersis colonis existentibus contractus, & deficiētis, purificatæuè conditionis tempore. pag. 754.
37 An duplicia laudimia præstanda sint, venditione, retrouenditioneq; secuta, vi pacti de retrouendēdo. pag. 756.
38 De resolutione alienationis. pag. 757.
39 De contractu nullo, vel re euicta. pag. 758.
40 Si vsufructuarius dominium proprietatis acquirat; vel è conuerso proprietati vsusfructus consolidetur. pag. 760.
41 De constitutione census in re emphyteutica, vel feudali eiusuè liberatione. pag. 762.
42 De cessione, renunciatione, repudiatione, atque abstensione. pag. 765.
43 De alienationum, laudimiorumque concursu intra eiusdem anni periodum. pag. 766.
44 An domino directo laudimia petenti instrumenti emphyteuticarij editio à possessore denegari possit. pag. 766.
45 An detur hypotheca tacita pro laudimio. pag. 769.
46 Numerus liberorum à laudimiorum præstationibus neminem excusat. pag. 770.

47 Præ-

47 Præscriptio in laudimijs. pag. 772.
48 De liuellario contractu, & colonario perpetuo. pag. 772.
49 Ius acrescendi in laudimijs. pag. 775.
50 Simulatio. pag. 776.
51 An hæres grauatus fideicommisso laudimia restituat, pœnasuè caducitatis.
52 De mulcta ob non solutum laudimium præstanda, vel remittenda. pag 778.
53 Immunitas Ecclesiæ in laudimijs an transeat in laicũ Ecclesiæ succcssorem. pag 779.
54 A laudimijs etiam statutarijs, vel consuetudinarijs Ecclesiam non esse immunem. pag. 781.

F I N I S.

Menda huius primæ editionis Notarum Laud.

Pag. 709.	hoium arbitrio cum,	leg. cum hoium arb.
720	qui omnib pro solus,	leg qui solus pro.
721	Paponio,& alij,	leg. alijs.
724	l Lucius D.	adde De adm tut.
725	in emphyt re	leg. re emphyteutica.
728.	Menoch c 11.	leg. præsump. 11a.
728.	sibi spectare	leg. ad se sp.
737	Caball ad Bart.	deme ad Bart.
767.	Menoch.q.1.	leg præsump.106.
775.	Duar.	adde lib.1.c.16.

IN-

INDEX ALPHABETICVS

eorum quæ ex toto hoc opere vti selectiora notabilia desumpta sunt.

PRIORES NVMERI MARGINALES, posteriores paginales existunt.

Absolutus per viã gratiæ vel iustitiæ in vno foro quando non possit in alio molestari. num. 26. pag. 183.

Accessionis quomodo sequantẽ rei principalis naturam. 5. 15

Accidentalia qualificata si mutentur, quid sequatur. nu. 18. 24

Acquisita per regem in bello possunt alienari libere per ipsum. 34. 22

Adhærentes, & confœderati, qui sint, & eorum qualitates. 27. 244

Adhærentes quãdo subditi fiant Principibus quorum protectioni se commisunt. 29. 245

Adhærentia non tribuit iurisdictionẽ Principi super adhærẽtibus. 28. 245

Adhoa quid. num. 2. pag. 4

Adiuramentum quid. num. 7. pag. 5

Aestimata pro re in dotẽ data quomodo competat mulieri soluto matrimonio rei vendicatio. 12. 120

Aestimata re emphyteutica in dotem data vt sciatur illius deterioratio, non debetur Laudimium. 14. 121

Aestimatio regulariter facit emptionem. 13. 120

Et quomodo num. 14. 121

Aestimatio rei in dotem datæ quid operetur. 13. 120

Agnati non descendentes a primo inuestito verè vel interpretatiuè, extranearum loco sunt. 29. 424

Agnatos in feudis diuersimodè accipi quã in iure ciuili remissiue. 30. 42

Alienandi feudi licentia restrictionem recipis ex habilitate. 11. 54

Nec legi derogat. 13. 54

Alienans rem emphyteuticam, & inuictus in possessi nẽ nouus emphyteuta irrequisito domino, cadit vterq; iure suo. 2. 66.

Alienare vel quid facere propter quod sequatẽ alienatio paria sunt. 9. 109

Alienationi rei feudalis vel emphyteuticæ quando non teneatur dominus consentire. 19. 46

Alienatio in remotiorem agnatum, an requirat domini consensum. 20. 25. 31. 38. 40

Et quid si inconuasallum non agnatiũ. num. 21. 32

Alienatum non dicitur quod in agnatorum corpore conseruatur. 18. 38

Alienatio necessaria potest fieri irrequisito domino vt non cadat in commissum, secus quoad iura Laudimiorum. 8. 109

Alienatione ex necessaria an debeatur Laudimium 1. 105

Alienatione in inuestituram permissa an debeatur Laudimium & requiratur consensus de nouo. 1. 6. 8. pag. 51. 53.

Alienationi rei emphyteuticæ consentiente maiori parte dominorum si vnus velit rem sibi retinere, & sol-

uere pretium, an possit. 14 78
Alienatione reuocata per Principem an teneatur de emptione, & ad pretij restitutionem. 65. 278
Alienationum circa prohibitionē plura edicta Serenissimorum Ducum Sabaudiæ enumerantur. 91. 307
Alienationibus de pluribus eodem anno factis non debentur plura Laudimia. 1. 162
Et quid in mutationibus non necessarijs sed ex mera voluntate, & facto vassallorum. 2. *ibid.*
Alienationis in materia quæ à Principibus fit, quæ veniant consideranda. 36. 250
Alienatio de re status an valeat si fiat non reseruata superioritate. 37. 253
Alienatio a Principe cum causa facta debet per suum consilium approbari. 57. 269
Alienatio retenta vniuersali iurisdictione, & superioritate licita est. 59. 61. 59. 74
Alienatio Principis quando renouetur. 62. 63. 64. 66. *pag.* 267. 279. 276. 277. 279.
Alienationis causa in Principe qualiter probetur, & an præsumatur. 46. 261.
Et quid si fiat alienatio cum procerum consensu. num. 48. 264
Et quando præsumatur causa alienationis. nu. 51. 52. 53. 54. 55. 56. *pag.* 66. 67 68.
Alienationis legitima causa in Principe quæ dicatur. 44. 259
Alienatio in modica quantitate pluribus vicibus facta an licita. 67. 281
Alienationis verbo quid comprehendatur. 75. 294
Alluuione quod accrescit ius fundi sequitur. num. 14. 19
Et vide infra Retrouendere.

Alteratio primæ inuestiturę in preiudicium agnatorum quando fieri possit. 7. 26
Antiquæ inuestituræ renouatio quādo faciat nouum feudum. 9. 27
Appellationis primæ cognitio non censetur concessa vassallo sub clausula Meri, mixti imperij, & omnimodę iurisdictionis. 70. 287
Applicatio pœnarum fisco vel Cameræ per edictum Principis facta procedit in terris immediatis non mediatis. 36. 191
Et decisio Senatus. *ibid.*
Augumenti ratione an debeatur Laudimium num. 11. 18
Augumentum eodem iure ad nos spectat quo ager. 15. 19

B

BArones Sicilię nō habent merum imperium. num. 23. 89
Beneficij in possessionem mittere clericum ad quem spectet, & quomodo, ad laicum 39. 210
Bulla Martini Papæ Gallis concessa nihil de nouo attribuit sed ijs usu sibi parauerant comprobat. 46. 215

C

CAducitates, & mulctas remittere nequit vnus dominus sine alio 9. 77
Camera inuestit, & quando. 141. 356
Camera rationalis seu computorum cognoscit de causis inter dominum, & vassallum. 6. 186
Cameram per ducalem ab emptione facta, an debeatur Laudimium. 5. 31
Canonum plures receptiones, quando inducant remissionē caducitatis. 5. 59
Canonē soluere cessans potest conueniri

possess-

possessorio reintegrandæ.26. 162
Capitulum an vacante sede infeudare possit.157. 374
Caualcata hodie loco Adhoæ successit. 3.pag.5.
Caualcata an debeatur tam in dominio quam extra.5. 5
Causa proxima, & causa remota concurrẽtibus proxima attendenda est. 40. 93
Causa immediata semper plus operatur quam mediata.41. 94
Causa Laudimij coram quo iudice tractanda, remissiue.5. 23
Causæ natura quo ad ius attendenda. 28. 200
Causæ Ecclesiasticæ triplicis generis. 2.9. 201
Cedens actiones non præsumitur cedere contra seipsum.2. 71
Census liberatio an præscriptione contra supremum dominum acquiri possit.41. 251
Censuali in contractu an soluendum Laudimium.7. 7
Census subrogatus in locum rei feudalis, feudalis censetur.5. 125
Censu pro debito super re vel ex re, bona sunt hypothecata.15. 176
Cessione iuris vel actionis ad feudum competentis facta non debetur Laudimium.1. 161
Et quid in venditione iuris redimendi retrouenditione sequuta.2. ibid.
Et quid de supplemẽto pretij ex remedio.l.2,Cod,de resc.vend.3. ibid.
Cessionis procuratoris domino factæ ex contractu an iterum soluendũ Laudimium.29. 143
Cessio rei litigiosæ inter socios aut cohæredes permittitur.19. 38
Citatio facta ad ostendendum iura sua quæ Baro vel quis habet in castris nulla est.5. 164
Et quomodo procedat.7. ibid.
Citeti de foro citantis efficiunt.28.90
Clausula ex nunc prout ex tunc an præueniat purificationis conditionis tempus, & de eadẽ clausula plura. ibid.remissiue.7. 134
Clausula saluo iure domini, quid importet, remissiue.16. 88
Clausulæ motus proprij, & plenitudinis potestatis nõ operantur in preiudicium tertij in non expressis. num. 47. 264
Clausulæ motus proprij ex certa scientia, de plenitudine potestatis, requiruntur in alienatione Principis. 58. 271
Clausula derogatoria expresse requiritur in alienatione quæ sit cõtra formam edicti.93. 30
Clausula in antiquum feudum, vel iure antiqui feudi, quid operet.130. 344.
Clericus depositarius quando cogi possit per iudicem laicum ad restituendum depositum.42. 212
Clerici violatoris pacis mulcta an episcopo vel domino temporali applicetur.20. 89
Clericus an pro Laudimijs possit coram Laico iudice conueniri.3.5. 180
Et quid si conduxeris vectigalia. 4. ibid.
Collectarum pro solutione quãdo bona registrata censeantur obligata.18. 20. 170.171
Et quando contra singularem vel nouum successorem agi possit. ibid.& num.21. 171
Commendæ seu præceptoriæ sancti Iohannis Hierosolymitani non sunt beneficia sed militiæ temporales.51. 218.
Et an manuales, & ad nutum amouibiles sint.53. 22

Commissa res seu in commissum cecidisse verè non dicitur priusquam facta fuerit declaratio voluntatis domini.8. 70

Commissum feudum vel emphyteusis cui applicetur, domino ne mediato vel immediato, controuersa quæstio. 2. 84

Opinio auctoris distinguentis cum Iserni.2. 85

Commissum rei emphyteuticæ non fit ex contractu sine domini consensu non secuta traditione.nu.16. 149

Et ratio.17. *ibid.*

Et quand. fiat.26. 151

Concessio ex gratia concedentem à vectigale liberat, secus in facta per contractum onerosum. nu.10. 73

Conditionis purificatę tempus maximè attendendum.num.6. 134

Conductori emolumentorum feudi, si vltimo anno fiant alienationes, & per ea inuestitura post tempus, ad quem spectet Laudimium.22. 151

Confiscatio immobilium in crimine læsæ maiestatis an mediato vel immediato domino applicetur. nu.21. 89

Et an in quocunque capite læsæ maiestatis humanæ.22. *ibid.*

Et quid in diuinæ.24. *ibid.*

Confiscationes in inuestituram quando contineri dicantur vt ad inuestitum spectent.10. 87

Confiscationes bonorum etiam immobilium acquiruntur plenè vsufructuario cuiusdam alicuius.6. 69

Confiscatione in generali an veniat feudū vbi cōfiscari pōt, remissiuè 9. 87

Confiscationis emolumēta omnia ad feudatarium illius territorij vtilè dominum spectant.11.87.& quid si in primo capite, læsæ maiestatis.14.ibi.

Consessio principis in executionem promissorum.98. 315

Consensus domini adhibitus super principali contractu trahitur ad omnia quæ veniunt in executionem. num. 17. 140

Consensus domini pro approbatione noui emphyteutæ inducitur si nō consenserit expresiè intra duos menses. 3. 58

Consensus non inducitur ex actu indifferenti.num.4. 59

Consensus ad renunciationem iurisfui quando inducatur ex actibus positiuis 6 59

Consentire fortius videtur qui aliquid agit quam qui tacet.7. 59

Consensus duplex ex iustitia, & ex gratia, & ad primum tenetur dominus. 6. 62

Consensus alienandi inuestituræ appositus an tollat domino ius prælationis. 9.51.& an laudimium.10. 51

Consensus secundus domini in rei emphyteuticæ alienatione, requiritur, & quid in praxi obseruetur.20. 50

Consensus omnium dominorum requiritur in alienatione emphyteusis.4.76

Consortes quando, & qui habeant ius prælationis in feudis.12. 49

Consuetudinis interpretatio passiua admittitur licet materia non sit extendibilis.10. 130

Consuetudo tribuit iurisdictionem.7. 186.

Consuetudo quod subditi inuiti alienēt est attendenda num.126. 341

Contemptus domini per alienationem quando inducatur. nu.12. 64

Contractus vnius in alium transfusione vnicus remanet contractus, & semel debetur Laudimiū.nu.30. 144

Contractu ab initio valido ex post ad non causam reducto, an debeatur Laudimium.7.10. 155

Contractus libellarius quo fiat.12. 36

Contractus stricte sunt intelligendi. 14. 54.
Contractus vel quasi in loco omnes conuenire possunt, etiam si ibi reperti non fuerint. 50. 95
Contractus mixtio fraudem præsumi facit. 3. 122
Contractus resolutio quando apposita censeatur per verba obliqua, vt ex tunc. 12. 138
Contractu alienationis celebratu sub conditione an Laudimium statim soluendum sit. 1. 5. 133
Contrahere promittens qualiter teneatur. 2. 132

D

DAtiario primo ne vel secundo debeantur commissa tempore vltimi dici quo finitur dacitum. nu. 27. 152.
Datio in solutum necessaria dicitur, quæ fit iudiciaria autoritate. nu. 2. 107.
Et quomodo. 10. 109
Datio in solutum large dicitur venditio. 4. 108
Datione in solutum etiam ex necessaria soluendum Laudimium vel tertia venditio. 7. 109
Et quæ concurrere debeant. 11. 17. 110. 111.
Debitum propter laborem, & diligentiam ei debetur qui illam præstitit. 31. 153
Decimarum feudum an prælatus concedere possit. nu. 162. 379
Decimarum in solutione an detrahendæ impensæ. nu. 3. 12
Deductiones onerum quibus in casibus faciendæ. nu. 7. 13
Delegatos Principis in terris vassallorum de eorum litteris seu delegatione docere congruum est. 56. 98
Nam si excedant formam commissionis ipsis resisti potest. ibid.
Delinquente vassallo contra superiorem dominum, si feudum amittat cui applicabitur nu 6 84
Et quid si non amittat feudum sed bannatur propter delictum. 7. ibid.
Demanialia bona quæ dicant. 33. 248
Demano verum. ibid.
Et quæ dicantur de demanio Principis. ibid.
Denunciatio an facienda domino ante venditi nē rei emphyteuticæ. 2. 47
Et quid in feudis. 4. ibid.
Et quid post contractum. 15. 49
Denunciatione alienationis facta domino non respondente intra duos menses quid iuris. 12. 51
Determinatio eadem respiciens plura pariformiter determinare debet. 2. 10.
Discessu a cōtractu, & a cancellatione instrumenti non debetur duplex Laudimium. 9 148
Et ad hoc quando dicatur nouus contractus. 10. 14. *pag.* 148. 149
Et an ex primo vel ex renouato contractu debeatur 11. 148
Et quid ex dissolutione contractus quā de res non est integra. 12. ibid.
Et quando dicatur res integra vel non 13. 149
Diuisio nō est propie alienatio 3 103
Diuisio est alienatio necessaria quoad prouocatum 8. 103
Dominia directa duo in eadem re dari possunt maius, & subalternum, & vnum in vniuerso aliorum in singulis rebus 60. 99
Et quod præferendum. ibid.
Dominij vtilis ex translatione debetur Laudimium. 6. 137
Dominus an cognoscere possit de crimi-

ne cuius pœna venit sibi applicanda.8. 186
Dominus quomodo intelligatur esse iudex ordinarius in feudis.n.16. 190
Dominus feudi sine clericus sine laicus est iudex competens sine inter clericos sine laicos agatur.21. 195
Dominus feudum sine voluntate vassalli in alium transferre non potest. 106. 322
Donatione facta ecclesiæ an censeatur translatum omne ius superioritatis.45. 25
Donatio remunerationis causa a Principe facta tenet.nu.60. 274
Dotis in contractu si promissa sit pecunia, & in solutum dentur immobilia, an plures contractus esse iudicandum.22. 141
Et an duplex Laudimium soluendum. 23. 141
Dux Sabaudiæ habet plenissimam potestatem in suo dominio.19. 238

E

Ecclesia ad vectigal nõ tenetur, & ita in Camera Ducali iudicatum contra publicanum Villæ franchæ. 7. 72
Ecclesia habet immunitatis priuilegiũ insertum in corpore iuris.8. 72
Ecclesia an, & quando teneatur ad collectas certam, & determinatã præstationem habentes.nu.24. 172
Ecclesiasticas personas an, & quando ligent statuta laicorum remissiuè. 2. 180
Ecclesiasticus iudex potest ius dicere inter laicos in casibus mixti fori.24. 198.
Ecclesiastici quando feudum dare possunt. 142.145.146.147.148.149. *pag.* 360.362.363.
Edere titulum suum an, & quãdo quis cogi possit.num.4. 164
Effectus magis quam verba spectandus propter fraudis suspitionẽ. 11. 115
Effectus magis quam verba attendi debent.num.5. 34
Emphyteusis laicalis, & ecclesiastica differunt remissiue.12. 58
Emphyeusis pro qua soluitur egregius canon, qualiter censenda.4. 17
Emphyteusi assignata vni in diuisione si noua sit debetur Laudimiũ.5. 104
Emphyteuta tenetur ostendere domino titulum suum si habet.8. 165
Idem in Vassallo etiam contra tertium. 9. ibid.
Emphyteuta an declarare debeat rem emphyteuticam pro qua soluit.ibid.
Et quid si se iuramento purgauerit. 12. 165
*Emphyteutam aliquem esse si constet nisi indicet rem, omnia bona sua præsumuntur obnoxia. num.*10. 165
Et quid si aliqua consignauerit. ibid.
*Emphyteuta vendens rem pro parte, an cadat a toto, remissiue.*15. 79
Emphyteuta pro pensione qua actione teneatur.16. 50
*Et qua, & ad quid Vassallus.*17. 50
*Emphyteutæ idoneitas in quibus considerandæ.nu.*18. 161
Emphyteuticæ obligationis ipsius natura est indiuidua actiuè, & passiuè. 10. 78
*Emphyteutica pro re in dotem data pro ea quam quis dotare non tenetur debetur Laudimium.*7. 119
*Emphyteutica vel feudalis res an pro Laudimijs, & alijs iuribus directi dñi hypothecata sit.*1.12.162.168
Et an hypothecata pro Canone. 13.21. 23. 170.171.172
Emphyteutica res ratione vtilis dominij ex conuentione partium expressiõ obliga-

obligari poteſt.7. 169
Emphyteutica pro re alienata quâ habeat dominus directus actionem contra tertium poſſeſſorem.10. 169
Et quid ſi propter non ſolutam penſionem res fiat caduca.16. 170
Emphyteuticæ rei venditionis denunciatio cui incumbat.5. ibid.
Et quæ praxis obſeruetur.nu.6. ibid.
Emens partem rei quæ commodam diuiſionem non patitur non tenetur ad Laud.mium.4. 106
Emptor cum pacto retrouendendi commodat rei ſuæ facit.4. 69
Emptor ſoluens Laudimium an in retrouenditione illud conſequi debeat. 32. 144
Et an ſi non ſoluerit repetere illud poſſit.34. 144
Emptionis, & venditionis appellatione quid veniat, remiſſiue.7. 115
Exibere inſtrumentum venditionis an emptorem cogere poſſit dominus ad effectum ſoluendi Laudimij.1. 164
Et quid ad detegendum fraudem circa contractum, & fraudationem Laudimiorum.2. ibid.
Et an contra eum qui alienauit agere vt declaret cui, & quo titulo.3. ibi.
Expenſarum detractio in cauſa Laudimij quando facienda.8. 13
Exportandi fructus extra territorium prohibitio an licita.14. 49
Expreſſum ſatis dicitur quod ex legitratione colligitur.3. 61

F

FEloniam ſi cõmittat Vaſſallus contra vnum ex dominis, illius parte feudi tantum priuabitur.3. 75
Ferrariæ Ducatus à Papa dominis Eſtenſibus conceſſus ſub.nu.11. 232
Et an ad illud, non vocati per inueſtituram primam admittendi. ibid.
Feuda quibus concurrentibus poſſint alienari in patria Pedemontium, & quomodo in hoc procedẽdũ.13. 110
Feuda quaternata, & plana, & de tabula in Regno alienare volens cuius conſenſum requirat.67. 101
Feuda adequata ſunt emphyteuſibus per viam regulæ quo ad Laudimia. 9. 130
Feudum ruſticum quod dicatur.128. 342.
Feudalis res vel emphyteutica in dotẽ dari irrequiſito domino an poſſit.2. 117.
Feudalis cauſa per paretes curiæ terminanda.2. 184
Et quando procedat. ibid.
Feudalibus in cauſis quis ſit iudex diſtinguitur.1. 184
Feudale rem vendere ſi dominus Vaſſallo permittat remittere videtur omne ius ſuum.2. 54
Et quomodo procedat. ibid.
Feudalia bona an in emphyteuſim dari poſſint.64. 100
Feudalium & allodialium ſimul facta venditione quando ſoluendum Laudimium.4. 15
Feudatarij inueſtiti de mero, & mixto imperio poſſunt proclamata facere ſuper non delictis, & pœnas imponere ſibi applicandas 31. 91
Feudatario debentur redditus etiam extraordinarij iuriſdictionis.35.91
Feudatarius poteſt fructus rerum feudalium pro tempore vitæ ſuæ vendere, & ratio 6.11. 125 129
Feudatarius Vſufructuarium conſtituere nequit licet fructus vendere valeat, & quomodo procedat.12. 13. 129.131
Feudi antiqui iure factæ conceſſio quid operetur, remiſſiue.15. 2-

Feudi dominus vel successor quæ reficere debeat 6. 17
Feudi natura quæ.13. 27
Feudorum natura magis consuetudine regitur.2. 7
Feudorum ius attendendum vbi contra legem communem d spōnit.24. 40
Feudi inuestituram non capiens intra annum,& dic̃ cadit a iure suo.3.64
Et quid in successore vocato ex prima inuestitura 5. 65
Feudo sub annua præstatione constituto an cadat Vassallus cessans in solutione.6. 65
Feudum quando transeat in fiscum per confiscationem.8. 87
Feudo in dotem dato præferendi agnati si offerant pretium.6. 118
Feudo vel re emphyteutica in dotem data, æstimata statim debetur Laudimium.10. 120
Feudum dare qui nam possint.2. 226
Feuaũ iure antiqui concessum an antiqui naturam,& effectum sortiatur, & eius effectus 130.131.333.335. Limitatur negatiua, & affirmatiua.132.133. 342 345
Feudum caducum an reassumat primã naturam si de eo fiat inuestitura.4. 34.
Feudum tanquam ad rouum si delinquens admittatur soluendum Laudimium.9. 36
Feudum renuncians agnato postea decedenti sine filijs nihilominus succedit.32. 43
Feudum alienatum extra familiam nouum dicitur,& quid si redeat ex noua causa in illos de familia, remissiue.33. 44
Feudum francum alienabile etiam in Ecclesiam & pro eo quis non tenetur nisi ad expressa.2.3. 62
Feudum verè francum quomodo intelligatur.4.5. 63
Tribus modis dici potest francũ.6.ibi.
Feudum plus,& minus alteratum quãdoque dicitur 7. 63
Feudum francum à culpis contractus sed non delicti esse potest.8. 64
Feudum an mediante pecunia concedi possit.nu.4. 7
Feudum nouum quibus cõcurrentibus dicatur.nu.3.21. 25.29
Et an si dominus reinuestiat eundem Vassallum qui renunciauit.4. 25
Feudum nulliter alienatum non cadit in commissum.2. 154
Feudum alteratum in alijs retinet propriam naturam.nũ.11. 64
Feudum ligium importat gentile francum, & nobile.nu.14. 64
Feudum francum quandoque dicitur quo ad commodum pecuniarium licei debeantur obsequia.15. 65
Feudum antiquum plures parit effectus.24. 29
Feudum masculinum concessum famin's quale dicatur 6. 26
Feudũ vnũ.& idem potest considerari vt paternũ,& vt nouum.22.29
Et quid si in inuestitura noua,apposita sint verba iure antiqui.23.& seq. ibid.
Feudũ inter,& emphyteusim differentia.2. 33
Feudorum iuri in spe agnatis competẽti an Princeps possit derogare.8.27
Feudum si amittatur ex sententia in cõtumaciam propter offensam in dominum qui ad illud præferantur.nu.25. 90
Feudum totum in dotem dare Vassallo non licet si de parte filia congrue dotari potest 5. 118
Feudum nõ potest inuito domino pignori dari, emphyteusi aũ ẽ sic,& qd si pro equinalente ptiõ rei.2.3. 126

Fideicommisso res subiecta si alienetur tenet alienatio, & soluendum Laudimium. 14. 139
Fidelitas de substantia feudi tolli nequit, iuramentum sic 17. 28
Fidelitatem iurare Vassallus qui non tenetur, ad contenta tamen in iuramento tenebitur. nu. 9 64
Idque etiam in feudo franco. 10. ibid.
Fidelitatem an iurare debeat Vassallus singulis hæredibus domini. 5. 76
Diffequitur. 7. ibid.
Finis quando habet necessariam consequentiam à principio retrotrahitur ad illud. 27. 147
Fiscus vendens rem aliquam tenetur prius offerre consorti. nu. 10. 49
Fœmina feudum dare potest, Vassalla autem esse non potest. 126. 345
Fœminæ in minimis feudis succedunt nisi aliter per investituram dispositum sit. sub nu. 25. 234
Forus delicti principaliter attendendus. 26. 90
Francorum Regis à sententia in non subditum lata supplicari potest ad Papam. sub. nu. 7. & 8. 222
Frater fratri an succedat in feudo concesso á supremo Principe. 23. 39
Fraus circa Laudimiorum solutionem quomodo committatur. 1. 175
De re ad rem committitur, vt ibid. 3. 176
De persona ad personam. 4. ibid.
De contractu ad contractum admodum frequens est, & qualiter committi tur. 5. 117
In mutuo qualiter deprehendatur. 7. ibid.
In modo contractus vt fiat. 8. ibid.
De quantitate ad quantitatem quomodo. 9. ibid.
In tempore fit vt. 10. 178
Mixtim ex diuersis contractibus quomodo fiat. 11. 178
Fraudem committens rem ipsam amittit. 2. 79
Fructus an dicantur deductis impensis. 5. 12
Fructus fundi quando dicantur pars fundi. 3. 14
Fructus consumpti an debeantur ante litem motam contractu rescisso. 13. 157
Vide infra Titulus.
Fructus rei emphyteuticæ an pro pensione debita sint hypothecati. 11. 169
Functiones tenetur præstare venditor si emptor non sit idoneus. 13. 170

G

Gabella de contractu nullo non debetur. 3. 154
Et quando procedat. 4. ibid.
Gabella an debeatur de cõtractu à principio valido si postea ab eo recedatur. 4. 147
Gabella pro contractu per quem soluenda. 2. 23
Gabella soluenda de omni alienatione, an de diuisione etiam soluenda sit. 2. 103.
Gabellam soluere de contractu venditionis non tenetur qui ex obligatione præcedenti vendidit. 2. 106
Gratia de Laudimio per Principem facta interpretanda nu. 4. 9

H

Hostenditiæ quæ sint. 4. pag. 5
Hypotheca non inducitur tacitè nisi in certis casibus à lege expressis 5. 168
Hypothecaria competit domino pro canone præterito aduersus tertium possessorem. 2. 168

Es an pro Laudimio debito per alios quam nouum emptorem.4. 168

I

Impensæ in rem factæ quando deducantur.4. 12
Imperator quid possit: post communicatam supremam potestatem alteri. 21. 238
Imperator post electionem plenissimam habet potestatem.nu. 16. 234
Imperator donando feudum ecclesiæ nõ abdicata se supremam potestatem. 38. 251
Imperatores, & Reges titulata feuda concedunt, idem in Papa.6.8.11.22. 227.229.231. 239
Imperator non subditum sed se exemptum qui dicit probare debet sub.numero 6. 221
Imperator renunciare imperio in manibus electorum nequit sed Papæ tantum. sub nu.9. 223
Imperium non recognoscentes Reges & Principes aliqui enumerantur. sub nu.15. & seq. 227
Infeudans tenetur ex proprio suo facto.3. 30
Infeudatio an sub alienatione comprehendatur.74. 292
Infeudare potest Princeps stante consuetudine infeudandi.76. 296
Limitatur.80.81.85. 299.301
Infeudare omnes etiam, rustici hodie possunt.127. 342
Initium in quolibet actu attendendum. 24. 151
Interest domini ne res alienetur irrequisito ipso.nu.9. 169
Interminandi rescripta Principum conducibilis usus.5. 9
Interpretatio non est Iudaicè facienda. 16. 116
Introgium siue introitus de primis concessionibus capitur.10. 36
Introitus, & Laudimium idem sunt, numero 9. 3
Inuestitura nõ est necessaria, vt acquiratur feudum antiquum.36. 46
Et quid in feudo nõno nu.37. ibid.
Et quid si agnatus venit per ius accrescendi.38. 46
Inuestitura ex abusiua etiam vacua p ssionio tradi debet.2. 30
Inuestitura de feudo ad non vocatos per primam an extendi possit, & Bulla Pij Quinti super eod. sub.numero 11. 225
Inuestitura si renouetur per mortem domini, an debeatur Laudimium. numero 3. 34
Inuestitura si de feudo caducofiat, quãdo sortiatur nouam naturam illud feudum.8. 35
Inuestituram petere tenetur agnatus acquirens ab agnato feudum, & quo casu non 35. 45
Inuestitura de inutili non debetur Laudimium.8. 155
Inuestitura noua quæ dicatur, & quæ antiqua.137. 152
Inuestituræ verba, pro se, & quibus deriuit, quid importent 2. 51
Et verba pro se hæredibus, & successoribus.3.7.pag. 51.52
Et verba, pro se & cui concedere voluerit.4. 52
Et verba, pro se & hæredibus quibuscunque.5. 52
Iudices in causa propria idonei sunt Principes iura Imperij habentes sub nu.18. 192
Iuramentum an faciat actum magis irreuocabilem.nu.90. 306
Iuramentum non extenditur ad solitæ infeudari.nu.159. 376
Iurisdictio in dubio censetur concessa cumu-

cumulatiuè, non priuatiuè quo ad feudatarios. 55. 96
Iurisdictio quomodo diuidi possit, remissiue. 8. 77
Iurisdictionis qui maiorem partem habet an præferendus in administratione. 11. 78
Iurisdictio non transfertur nisi auctoritate Principis. 227
Iurisdictio etiam suprema cum causa potest alienari. num. 39. 43. 251. 258.
Iurisdictiones, & dignitates omnes à Principe prodeunt sub num. 3. 220
Ab alijs autem inferioribus sub alternatiue. ibid.
Ius accrescendi in quibus feudis locum habeat vel non. num. 22. 39
Ius accrescendi non scd ius non decrescendi habet locum in laudimijs. n. 1. 175.
Ius dicere in causa propria possunt Principes habentes iura imperialia. num. 5. 185
Ius dicens á domino deputatus quando de causa domini cognoscat. 9. 187
Ius ex regula sumi non debet. 31. 203

L

LAicus iudex an inter clericos in possessorio beneficiali ius dicere possit. 23. 27. 197. 199. 201
Et quid in patria Pedemontium. 47. 217.
Laicus iudex cognoscit vtrum quis sit excommunicatus ab eo qui potestatem habet excommunicandi, non de validitate excommunicationis. nu. 43. 213
Laicorum statuta circa Laudimia an procedant in foro Ecclesiæ. 1. 180
Læsæ maiestatis damnati de crimine bona feudalia vel emphyteutica ad immediatum dominũ spectant. 5. 86
Laudimium nõ debetur ex pacto de retrouendendo contractus resolutiue per verba vt ex nunc, & quando id fieri censeatur. 9. 10. 138
Et quid si breue vel longum tempus appositum fuerit recatui. 11. 138
Et opinio autoris. 13. 139
Laudimium non debetur nisi facta fuerit inuestitura. 20. 150
Laudimium incipit deberi statim post contractum licet pesi nequeat. 23. 151.
Laudimium an ex irrita venditione debeatur. num. 1. 154
Laudimium non debetur ante ratificationem domini rei vẽditæ promissam in venditione 9 155
Laudimium an debeatur de censibus seu annuis redditibus constitutis de consensu domini directi super fundo vectigali se vendantur. nu. 1. 159
Et an de prædio censu affecto habita ratione ad pretium cõstitutum in venditione vel ad valorem totius. nu. 2. ibid.
Laudimium debetur de omni iure quod est consolidatum in persona Vasalli vel emphyteutæ si in alium transferatur. 4. 161
Et quid in iure quærendo. 5. ibid.
Laudimiorũ multitudo sequitur multitudinem traditionum. 3. 162
Laudimij ius reale est, & transit ad singularem quemcunque res transeat. 3. 168
Laudimij onus merè reale seu patrimoniale censetur. 2. 173
Laudimij iuri præscribitur triginta vel quadraginta annis etiam sine titulo. 1. 173
Et quomodo procedat. ibid. & num. 4. 167. 174
Et quid contra Principem. 7. 161

Laudimij vox incognita latinis,& vnde. num.1.pag 2
Laudimium quare soluatur.nu.2.ibid.
Laudimium pœna aurea dicitur nu.3. ibid.
Laudimium quid sit aliæ definitiones. num.7.& 8.pag. 3
Laudimium rei emphyteuticæ quando non soluendum. nu.12.pag. 4
Laudimium, Adhoa, relenium, & tertia venditio.1. 4
Laudimium & huiusmodi onera sunt odiosa,& restringenda.10. 6
Laudimium in feudis an sit debitum. 1.pag. 7
Laudimium pro re feudali soluitur in patria Sabaudię,& alijs vicinis.3.7
Laudimium quando soluendum de re feudali.5. 7
Et quid obseruetur in patria Pedemontium.7. ibid.
Laudimij quantitas taxata ad quinquagesimam.num.1. 8
Laudimij exactio diuersimodè fit.6. 9
Laudimiorum augmẽtationes an induci licitè possint.7. 10
Laudimium an intelligatur debitum de pretio vel æstimatione totius rei,vel vtilis dominij tantum num.1. 10
Laudimium apud Astenses quomodo soluatur num.3. 11
Et quid in Gallia.num.4. ibid.
Laudimij in solutione quorũ sit habenda ratio, & de quibus debeatur.1. 11.
Laudimium an de toto pretio vel parte fundi debeatur.1. 14
Laudimij in solutione inspiciendum tẽpus venditionis.9. 18
Laudimij solutio ad quem spectet.1.22
Laudimium, Terzaria & Quartaria quandoque dicitur.3. 23
Et quid in venditionibus Gallicanis 4. ibid.
Laudimium quando à nouo emphyteuta vel Vasallo debeat solui,remissiue.6. 30
Laudimium an ex noua & prima concessione debeatur. num.1. 30
Laudimium an debeatur de re empta à domino quæ dominio directo fuerat consolidata.4. 31
Laudimium an soluere teneatur dominus qui emit iura Vasalli vel emphyteutę.1. 71
Laudimium an soluendum domino emẽtis ius emphyteuticum ab ipsoſuo emphyteuta.1. 73
Et quid si duo essent domini mediatus & immediatus.4. 73
Laudimium soluendum per emptorem non per venditorem.2. 73
Et quid si solui debe tertia pars pretij. 3.ibid.
Laudimium soluere an debeat condominus emens ab emphyzeuta, alijs consortibus pro portione cuiusqi.1.18. 75.79.
Laudimium cui debeatur ex duobus dominis quibus ad diuersum censum tenetur emphyteuta.13. 78
Laudimium quando debeatur de subinfeudatione,& subemphyteusi.65. 101.
Laudimium an soluendum pro diuisione emphyteusis.num.1. 103
Et quid in patria Pedemontium.4 ibi.
Laudimium duplex an debeatur ab emptore,& a retrahente iure proximioritatis 3. 106
Laudimium an ex datione in solutum soluendum sit.nu.1. 107
Laudimium debetur pro cessione bonorum alicui facta vt debita soluat. 14. 110
Laudimium an ex permutatione debeatur.1. 113
Laudimium pro re in dotẽ data an soluendum.

uendum.1.113.distinguitur.3.117
Diuersa opinio Iasonis.4. ibid.
Laudimium an ex donatione debeatur, & quid si feudum partim donetur partim vendatur.1.2. 121
Laudimium de legato vel hæredis institutione an debeatur.1 123
Laudimium de quibus non debeatur ex forma decretorum antiquorum Sabaudię.4. 124
Laudimium an ex transactione debeatur.1.3. 124.125
Et decisiones Senatus ad hoc.5. 125
Laudimium an debeatur si res pignoretur.1. 126
Laudimium in feudis de iure non debetur sed de consuetudine patrię.8. 130.
Laudimium nõ debetur ex promissione de vendendo vel alienando.1. 132
Et an ex ea Vassallus cadat in commissum. ibid.
Laudimio soluto de principali contractu non debet solui de executiuo licet transeat in nouum contractum. num.3. 133
Laudimium an soluendum cum appositum est pactũ de retrouendendo.1. 136.
Et quid obseruet Camera Ducalis.4. 137.
Laudimium vbi nõ debetur si solutum fuerit non repetitur.5. 137
Laudimium non debetur de contractu quod ĩedit ad executionem alterius. 16.19 139.140
Laudimium est fructus ex re ipsa vel propter rem proueniens.3. 68
Laudimium an soluendum a comprehensis sub prima inuestitura.1.33. 17. 32.36.37
Et quid a non comprehensis.11.14.36 37.
Laudimium non debetur de his quæ fiunt in executionem primi pacti 13. 36
Laudimium an debeatur de alienatione feudi paterni inter agnatos.27.7. 42.
Et quid obseruet Camera Ducalis.28 42.
Et quæ communior opinio.34. 45
Laudimium an debeatur vbi non est necessarius consensus domini in alienatione.1. 47
Laudimium an censeatur remissum ex receptione census a nouo emphyteuta 1. 58
Laudimium an amittat dominus non consentiens alienationi infra bimestre, si emphyteuta venaat. num.1. 60.
Laudimium an debeatur de feudo franco alienato.1.13.pag. 62.65
Laudimio non soluto intra annum, & diem, an res emphyteutica vel feudalis cadat in commissum.1. 66
Et quid obseruetur.4. ibid.
Laudimium an vsufructuariis vel proprietario debeatur. num.1. 68
Et cuius consensus requiratur in alienatione 2. ibid.
Legatarij quando dicantur contineri sub dictione successoribus.3. 123
L. Cogi. ff. de petit. hær. limitationes, viginti, remissiuè.6. 164
Liberorum duodecim immunitatis priuilegiũ an excuset a solutione Laudimij.1. 173
Et opinio autoris.3. ibid.
Limitata causa limitatum parit effectum 25. 142
Locans in centum annos non dicitur alienare si dictum sit quod tot sunt locationes, & alioquin secus.3.5. 128.129.
Et quid si dictum sit quod ex huiusmodi locatione nullum transferatur dominium

minium, vel alię cautelę adhibitæ. 7.15.16. 129.131
*Locatione ad longum tempus facta per emphyteutam transferitur ius in rē, & vtilis in rem actio acquiritur.*1. 128.
*Nec sine domini consensu fieri potest.*2. *ibid.*
*Et ideo debetur Laudimium.*4. 129
Contraria opinio. *ibid.*
*Resolutio Camerę Ducalis.*14. 131
*Locationi ad longum tempus cautelæ adhibitę suspectæ.*16. 131
*Lombriaci feudum.*8. 10
*Lucri dotis, rei emphyteuticę pactum sine domini consensu regulariter apponi nequit.*8. 114
*Et quid si statuto lucrum dotis marito deferatur.num.*9. 119

M

Maiestatis Principis contemptoris pœna pecuniaria ad Vaßallum immediatum dominum spectat. 19. 89
Mantuæ Marchiones seu Duces an habeant iura Imperialia, sub numero 2. 243
Marchiones Montiferrati poßunt alienare etiam totam Marchiam. 25. 241.
*Maritus rem datam in dotē vel ipsius pretium quando restituere teneatur vel possit.*11. 120
*Mediolani Ducis potestas quæ fuerit concessa sub.num.*26. 236
*Melioramentorum ratione an soluendum Laudimium, & facta in re emphyteutica cuius maneant.*2.3. 16
*Meliorationum rei emphyteuticę pro alienatione an soluendum Laudimium, & quid dę eo quod alluuione accreuerit.*7.8. 18
*Metus præsumitur ex mandato Principis.*123.
*Militia quis redditus sit.num.*10. 3
*Mobilibus cum immobilibus venditis, pro immobilibus tantum soluendum Laudimium.*2. 14
*Molendino remisso sub censu non tenetur quis soluere molturam.*4. 71
*Nisi aliys soleret soluere.*9. 72
*Montisferrati prima concessio facta Aledramo, primo Marchioni fuit cum potestate alienādi & de controuersia totius Marchionatus aliquæ sub.num.*25.*pag.* 241
Mulctæ, & pœne sunt de regalibus si imponantur propter nouas constitutiones fiendas, & spectant inuestito. 34 *pag.* 91
*Mulctæ ad immediatum dominum spectant.*18. 88
*Mulctæ, & illarum augmentum factis per Principem etiam quod applicetur fisco vel camerę, ad Vassallos spectant.*33. 71
Multitudo traditionum quando operetur multitudinem Laudimiorum. 21. 149

N

*Natura litis, & causæ trahit ad se personam.*44. 213.
*Naturalia omnia tolli possunt substantialia non.*16. 28
Naturalia requisita feudi septem, & an dici possint substantialia. 15. 27
*Necessitatis in quam spem quis se coniecit non est habenda ratio in alterius preiudicium.*12. 110
*Noua concessio non dicitur licet antiquæ addantur prædia, vel augeatur census.*10. 18
*Nouam formam inuestituræ efficit mutatio eorū q̄ sunt regularia.*14. 27

Nouum feudum facit alteratio ſubſtã tialium.5. 26
Nouus Vaſallus vel emphyteuta quis dicatur.1. 24

O

O Dioſa, & correctoria quãdo extendantur remiſſiue.11. 6
Officium ſuum nemini debet eſſe nociuum num.11. 73
Onera præterita ab eo non debentur q emit a domino.14. 170
Onus indictum publica autoritate prorebus quas poſſeſſor alienauit licet ſolutio cadat in tempus ſucceſſoris, nihilominus ſoluet primus. num.32. 153
Ordinaria, & abſoluta poteſtas ĩ Principe quæ dicatur.101. 317
Ordinarius index quis ſit in actione perſonali, & reali.17. 191

P

PActum cum ſubditis initum de nõ infeudando ſeu alienando eſt irrevocabile. 117.118.119.122 333. 334.335.338.
Pacta ſunt ſeruanda ſubditis quibus mediantibus ſe ſubmiſerunt. 30. 246
Pacto de retrouendendo appoſito ex interuallo an debeatur de venditione Laudemium.18. 140
Pacta, & onera augere vel minuere rei æſtimationem, an procedat in Laudimio.6. 13
Pacto de retrouendendo appoſito an adueniente die recatus vtile domini ũ retro tranſeratur abſque ceſſione. num.2. 136
Pactum an ſit contra ſubſtantiam, & formam an contra naturam contractus quid referat.19. 28
Pactum appoſitum in alienatione rei afficit rem ad quemcunque tranſeat.37. 93
Pactum reale tranſit in ſingularẽ ſucceſſorem.38. 93
Papa Regales dignitates quibus conferre poſſit.7. 228
Papa poteſt ex cauſa Regem deponere. num.9. 230
Papa cognoſcit in cauſa regni liberi. num.10. 231
Papa non infeudat in aliorum Imperio.12. 232
Papa habet vtrumque gladium.13. 233
Par in parem nõ habere imperium regula quando procedat.22. 80
Papa adiri poteſt vbi ſuperior dominus iuſtitiam non adminiſtraret. num.11. 187
Papa eſt ordinarius omnium non recognoſcentium ſuperiorem.18. 191
Papa reges creat, & deponit, & aliquã enumerantur ſub num.8 & 9.229. 230
Imperium a Grecis in Germanos trãſtulit. ibid.
Papæ inueſtitura potentior quã iuſiurandum.ſub num 5. 220
Et quibus poſſit cõferre regales dignitates.nu.7. 228
Eſt ordinarius etiam quo ad temporalia, omnium non recognoſcentiũ Imperium. ibid.
Partium aſſertioni non ſtatur in ſuſpectis 12. 115
Pares curiæ qui ſint, & an dicantur ordinarij iudices curiæ 3. 184
Dicuntur etiam teſtes idonei in cauſa feudali.4. 184
Paribus curiæ non exiſtentibus aut ſuſpectis ad quem iudicem erit recurrendum.10. 187

Pariuum cognitio, & vsus hodie paucis in locis obseruatur.12. ibid.
Patrimonij esse bona qualiter probentur vel de patrimonio.35. 241
Pecuniæ appellatione venit quod pondere, numero, mensuraue continetur.num.15. 116
Pensiones, collectæ, census, & decimæ, onera dicuntur realia.22. 171
Permutatione feudi ad allodium facta debetur Laudimium.3. 114
Et decisio Senatus. ibid. & Cameræ.numero.5. 114
Et quid si de feudo ad feudum. numero.4. 114
Permutationi pretium interueniens æquale, facit in dubio præsumi emptionem, & venditionem.10. 111
Personalis actio licet non competit contra nouum possessorem, datur tamen hypothecaria, & rei vindicatio. num.25. 172
Petere quis non debet quid cuius contrarium non esset petiturus.17. 20.
Petrinus de Ponte magnus magister, & Princeps Melitensis Patruus autoris.52. 184
Pignoris contractus quando pretium est æquiualens ipsi rei pignoratæ cessetur alienatio paleata, & quibus alijs concurrentibus 4. 127
Pignori rei emphyteuticæ vel feudalis consentiens dominus non idcirco videtur approbare nouum Vassallum.5. 127
Pignus rei suæ consistere non potest. num.6. 168
Placentiæ, & Parmæ Ducatus dominis Farnesijs à Papa concessus. sub num.11. 177
Plus valere quod agitur quam quod &c. regula, in quibus contractibus procedat.6. 177
Pœna an possit supplerj per iudicē laicum si ab ecclesiastico non fuit sufficiens imposita.25. 198
Pœna delicti ante sententiam an sit debita.15. 151
Et distinguitur.29. 152
Pœna commissa tempore vnius officialis si de tempore alterius sint facti processus cui debeatur.30. 152
Pœnalia non sunt extendenda.2. 60
Pœnæ impositæ per edicta Principis ad Vassallum spectant.32. 91
Pœnæ minimè extendendæ aut multiplicandæ.4. 179
Pœnitere a contractu in prejudicium domini directi quando liceat.5.8. 15. 147.149
Poloniæ Rex Henricus, I. Francorum nō potuit deponi ideo quod noluerit habitare in regno. sub nu.16. 227
Portugaliæ Regni pro successione controuersia, per Papam definienda, qualiter terminata. sub nu.10. 224
Possessores vti libera quidicat.2.168
Possessoria causa feudi coram quo iudice est tractanda 22. 196
Possessorium beneficij an sit temporale. 33.35. 204.205
Possessorio retinēdæ vincit qui melius probat de titulo nu.34. 204
Possessorium duplex. summarium, & ordinarium.38. 210
Possessor um adipiscendæ habet mixtā causam, præpriatis 37. 208
Possessor iniustus dicitur qui non habet authoritatem superioris.45.214
Potestas absoluta contra ius, & sine causa exercitata est damnanda, & reijcienda.102 39
Potestas quæ in habitu consistit ad quæ conferat. nu.14. 243
Præscriptionis iure volens vti, & rem vnam solam vel aliquas emere ab agnato vendere totum volenti, non audiendus.16. 79

Et quando procedat.nu.seq. 79
Prælationis ius non cessat licet non fiat denunciatio domino ante venditionẽ rei emphyteuticæ 3. 48
Competit domino in feudis.5. ibid.
Et quid in fructibus.13.49.& id quã do procedat.6. 48
Et quid in Ecclesia.7.48.& an agnati præferantur domino. 8.48.& quid in patria Pedem.9. ibid.
Prælationis facultate a principio in õtractu venditionis data an debeatur Laudimium.20. 140
Prælationi locus non est vbi alienatio rei emphyteuticæ est permissa sine domini consensu, vel bona debitoris non sufficerent creditori. 15. 16. 111.
Prælatus reinfeudare solita potest sine consensu superioris.68. 101
Prælatus in præiudicium Ecclesiæ inuestituram alterare non potest.144. 357.
Potest sine solennitatibus infeudare res solitas infeudari. 150. 155. 160. 366. 373. 376.
An sine consensu capituli infeudare possit res solitas infeudari. 156.374
Consanguineis suis feudum dare potest. 158. 375.
Præscriptio cõtra Principem de suprema iurisdictione an procedat. num. 40. 242
Præscriptio immemorabilis titulus validus præsumitur ex tempore immemorabili.153. 369
Præscriptio annalis quando currat agnatis ius prælationis habentibus alienatione facta in extraneum.nu. 11. 156
Præscriptio libertatis soluendi Laudimium an inducatur per centum annos si casus non euenerit solutionis Et quid si aliquando casus euenerit, & quibus alijs modis inducatur.5.6 174.
Pretium rei quod dicatur.2. 11
Pretium permutationi interueniens quando immutet vel non actus substantiam 9. 115
Princeps quando possit contrauenire suo contractui.numero. 100. 103. 316. 320.
Plenitudine potestatis quando vti non possit sub.num. 101. 309
Non potest se cum principatu alteri subijcere inuitis subditis. 120. 336.
Quid gerere sine tutore possit.nu.136. 352.
Princeps supremus alienare potest sine alicuius licentia,& habet autoritatem cum libera sub num 25. 234
Princeps habet duplex patrimonium. num.32. 247
Princeps,& Senatus ex superioritate illi reseruata potest prouidere ne Vasalli subditis iniustitiam faciant,ac etiam in modo procedendi in criminalibus.47. 95
Et an ad se auocare causas subditorum 49. ibid.
Principi in causis reseruatis cognoscit Senatus.num.48. 95
Princeps iudicem in territorio infeudato constituere potest. ibid.
Princeps vbi sua interest poterit in seriis Vassallorum cognoscere, nec per præuentionem Vassallorum impedietur eius cognitio.54. 96
Principis proprium est feudum dare. num 3. 227
Principum varia est potestas. 15.17. 233.235.
Principes iura Imperij non habentes non possunt infeudare.23. 240
Non dicuntur veri Principes sed abusiui.26. 242

Principes eorum quæ sunt principatus habeant Lueram, administrationem, & an possint alienare. num.31. 247
Principis assertioni de causa alienationis non est standum in contractu suspecto.43 266
Principis assertioni non standum quando venit contra proprium contractum. num.50. ibid.
Princeps potest infeudare res sibi mediate subiectas.77.79.83.296.298. 300.
Potest nouam dignitatem creare super inuestitum. num.78. 297
Ex contractu suo ita remanet obligatus vt in casum contrauentionis seu annulationis ad interesse teneatur.84. 301.
Et quando in contractibus dicatur tenere locum priuati.95. 312
Delinquendo obligatur.99. 316
Principes diuersi contendentes vtuntur iure priuati.21. 22
Princeps an, & quando possit facere gratiam in præiudicium inferioris domini.12. 88
Et quando cognoscere.13. ibid.
Princ. paliter quod agitur inspiciendū in attribuendo actum alicui speciei. num 40. 211
Principaliter quod agitur inspiciendū est 39. 93
Priuilegia quæ transeunt in vim contractus etiam successores ligant, & sunt irreuocabilia. 96. 98. 313. 314.
Et quando transire in vim contractus dicantur 97. 314
Procurator generalis an possit infeudare.140. 355.
Promissorum Principis in executionem concessio facta quid operetur. num 98. 305
Promittens contrahere qualiter teneatur num.2.pag. 132
Proprietarius rem feudalem vel emphyteuticam quæ cadit in commissum, vsufructuarius verò vsumfructum lucratur.5.7. 69
Proprietate sola vendita vel cessa vsufructuario, an debeatur Laudimiū. num.1. 158
Et quid vsufructu cum proprietate cōsolidato.2. ibid.
Proprietatis mixtam causam quando habere dicatur possessorium iudiciū 32.36. 204. 206
Prorogare iurisdictionem alterius quā domini quando subditi possint.num. 20. 195
Prorogatio facultatis Luendi facta lapso termino, vim habet nouæ, & iteratæ concessionis.24. 142
Et quomodo procedat.26 143
Prothomiseos int. an habeat locum In feudis.num.11. 49
Puplicationis bonorum subditi sententia, non afficit Vasallum à quo tenebat.4. 86
Pupillus, & minor feudum dare non possunt.134. 351
Limitatur in feudo antiquo.135. 351

Q.

Quadrupli pœna quando locum habeat, & remissiuè. numero.3. 179.
Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari num.2. 75
Quantitas qualiter in alienationibus consideretur.num.68. 283
Quinquagesima æstimationis rei emphyteuticæ pro renouatione inuestituræ quando detur.2. 113.
Quinquagesima, & Laudimium idem sunt.num.4. 2
Quinquagesima quare soluenda 11. 4

Quinquagesimæ loco quid exigi soleat. num.2. 8
Et in patria Pedemontium. numero.3. ibid.
Quinquagesima an soluenda de ædificio in area emphyteutica facto. 1. 16
Quinquagesimam an amittat dominus ob non præstitum consensum emphyteutæ.4. 61
Et quid in feudis.5. 61
Quintum denarium loco Laudimij soluere eodem modo quis tenetur,num. 21. 150

R

REcognoscere toties bona emphyteutica tenētur subditi quoties, & quandocunque dominus voluerit,num. 14. 166
Et quid si modico temporis interuallo ante requisitionem recognitio facta fuisset 15. & 17. 166
Recognitiones ad petendas congruum tempus in singulos decem annos videtur.16. 166
Redimendi facultatis prorogatione intra terminum facta quando nouus contractus resultare dicatur. num. 28. 143
Regalia præscriptione acquiri possunt num 42. 255
Regalia concedi à Principe non possūt. 69. 285
Regalia in generali concessione nō veniunt, & quæ in eorum concessione comprehendantur. 71.72.73. pag. 288.291.
Reges non recognoscentes imperiū aliqui enumerantur, & plures remissiuè sub num.15. 233
Reges, & Principes habitare in suo Regno cogi non possunt. sub numero 16. 234
Regis quam Imperatoris maiorem esse potestatem quomodo intelligendum. sub num.15. 234
Registratione ex sola indeterminatæ facti non erit hypothecam sequutus est Senatus.19.20. 171
Regula quòd dominus non possit inuitis subditis eppida alienare, & infeudare, multis modis ampliatur, & limitatur, num.111.112.113. 114.115.116.124. pag.331.332. 333.339.
Regula 1. quæ de tota de rei vendi. exornatur,remissiuè.4. 122
Retentum quid.6. 5.
Quando soluatur. 8. ibid.
Retentum differt à laudimio,remissiuè 26. 47
Renouatio inuestituræ, & solutio laudimij non sensu à domino præstito alienationis rei emphyteuticæ, an requiratur. 1. 57
Et quid in feudo.5.4. 54.55
Distinguitur.5. 55
Renunciatio quādo inducatur per unum actum contrarium.8. 59
Renunciatio non est propriè contractus, & gabella si de contractu est soluenda de ea non debetur.num. 6. 162.
Reseruatio principis eorum, quæ competunt ratione maioris dominij quid importet,remissiuè. numero 17. pag. 88
Reseruatio in inuestitura iuris superioritatis, & alti dominij quid importet. 15. 88.
Resolutio contractus ex pacto dupliciter fit,ex nunc,& ex tunc.nume. 8. 137.
Restituimus, vel reddimus, verba Principis, nouum feudum non reddunt. 6. 34
Et quid si addita sint verba, & de

ne concedimus. nu.7. ibid.

Retrouendere, qui tenetur prædium, an id etiam teneatur, quod alluuione accreuit. 12.16. 21

Et an efficiatur eiusdem iurisdictionis. 13.20. 19

Retrouenditionis causa non debetur laudimium ex obseruantia Senatus. 7.15. 137.139.

Retrouenditio si fit post primum terminum luendi in feudalibus, debetur laudimium. 27. 143

Rusticus emens iura vnius ex dominis, nihilominus remanet sub iurisdictione aliorum dominorum. num. 20. 80.

S

SAbaudiæ Dux priuatiuè ad Imperatorem pleniſſimam habet poteſtatem. num. 19. 238

Et an, & quomodo non recognoſcat Imperium. ibid.

Saluaguardiæ literæ nihil noui inducunt. 50. 218

Saluaguardiarum in cauſis ordinariis feudatariorum eſt iudex competens. num. 51. 95

Etiam ſi pœna indignationis vel Principi arbitraria ſit impoſita. 52. ibid.

Et quid ſi Saluaguardia conceſſa ſit in executionem ſententiæ Senatus. nu. 53. 96

Saluziarum Marchio eſt Princeps ſupremus & a quo, & quomodo recognoſcatur in feudum ſub n. 26. 2. 6.

Secularis iudex de poſſeſſorio iuris patronatus cognoſcere poteſt. 41. 211.

Seruitium debitum pluribus dominis à Vaſſallo quomodo ſoluendum. 12. 78.

Simulationis contractuum materia late patet, & vbi tractetur à doctoribus. 2. 175

Solennitates requiſitæ in alienatione debent interuenire in noua infeudatione. 143. 353

Solita infeudari res, & ſolitum infeudari quid, quando dicatur. 151. 367.

Et ſolitum quot actibus inducatur. ibid.

Solitum, & cõſuetum in quo differant. 152. 368

Solitum vt operetur quæ requirantur & a quo tempore incipiat. 154. 161. 370 378.

Solutum in adeptione magiſtratus pro ſola electione, etiam non ſequuta admiſſione ſoluendum eſt. 6. 155.

Soluere datam quis tenetur quam debet in effectu, non quæ petitur. 5. 155.

Statutum de emptione loquens habet locum in tranſactione. 2. 124

Statuta Principum ne ſine eorum permiſſione poſſeſſio beneficiorum apprehendatur an de iure procedant, & quid in patria Pedemontium. 48. 49. 217.218

Statuta condere quomodo ſit meri vel mixti imperij aut ſimplicis iuriſdictionis ſub num. 22. 118

Statutum loquens de venditione non habet locum in datione in ſolutum. 3. 108

Statutum de tertijs venditionibus ſoluendis loquens habet locum in datione in ſolutum voluntaria. 6. 109

Subſtantialia in inueſtitura quæ dicantur 11. 27

Subditi fraudem committentes in contractibus qua pœna puniantur. 1. 178.

Sub-

Subditi alienati non cogunt̃ iurare fidelitatem nouo domino. num.121. 337.

Subditi quod alienentur inuiti consuetudo est attendenda. num. 126. 337.

Subditi ex causa necessitatis possunt impunè alium dominum recognoscere, & illi se submittere. l.5. pag. 340.

Subditorum interesse in eorum alienatione qualis consideretur, & an in illorum præiudicium valeat infeudatio. 105. 107. 108. 109. 110. pag. 322. 325. 327. 329.

Subditus à domino petente canonem si requirat tituli vel rei obnoxiæ demonstrationem quid iuris, remissiue. num. 18. 167

Subditos à iurisdictione Vassallorum eximere nequit superior. 44. 94

Nisi eorum subsistente culpa. ibid. Vel nisi Vassallus esset negligens in iustitia administranda. 45. 94

Subditus, & superior in eodem loco quis possit esse diuersis respectib. 19. 80

Et an respectu eiusdem rei possit esse in solidum. 21. ibid.

Subditi Imperatori vel Regibus possunt liberari à fidelitate per Papam ex grauibus causis sub num. 9. 223

Subinfeudatus de feudo, vel emphyteusi si velit alienare, cuius domini consensum requirat. 1. 84

Subinfeudatus, cuius domini consensum requirere debeat volens alienare feudum, vel in emphyteusim concedere. 63. 100

Subinfeudare sine consensu domini, quibus in casibus quis non possit, remissiuè 66. 101

Et quid de emphyteusi, & cuius domini consensus requiratur. ibid.

Successio ab intestato dicitur alienatio necessaria. 2. 113

Successio in feudo an propriè dicatur acquisitio. 1. 226

Successor an, & quando teneatur seruare factum sui prædecessoris cui in principatu successit num. 86. 87 88. 89 92 94. 99. 100. pag. 302, 304. 306. 311.

Successor an teneatur habere ratam infeudationem factam à prædecessore de feudo viuentis recaſuro. nu. 104. 321.

Superiore, & inferiore dominis cõcurrentibus iurisdictio, & coherctio spectat ad inferiorem. 42. 94

Nec est locus prænentioni, & vbi. 43. ibid.

Superior non potest infeudare res solitas, ad Ecclesiam puta reuersas; sed ad immediatum spectat. 61. 99

Et an in supremo Principe hoc procedat. ibid.

Suprema potestas qualiter esse possit in recognoscentibus Imperatorem. num. 20. 139

T

Tertiæ venditiones quid. num. 9. 6.

Tertio acquiritur irreuocabiliter ius per pactum expresse appositum in illis fauorem. 7. 147

Titulus ex quo quis se tuetur si reducitur ad non titulum, vel habet oriũ à causa irrita fructus omnino debentur. 14. 158

Transactio de re emphyteutica sine domini consensu bona fide facta valet. num. 4. 124

Tributarium prædium pro tributo est hypothecatum num. 8. & 12. 169. 170.

Tributorum pro solutione prius conuenitur possessor quam debitor, & qua actione.17. 169
Tutor nouas infeudationes facere nequit.138. 154
Et an infeudare rem solitam infeudari 139. 354

V

VAssallus subinfeudando totum feudum retinet solum quasdam reliquias vtilis dominij, vt reuerentiam, & fidem.57. 96
Et hoc casu subinfeudatus tenetur seruire domino, & ab eo inuestituram accipere.58. ibid.
Quod si retineat titulum ac ius feudi, subalternum tantum quoddam vtile dominium transferri dicitur.59. 96.
Vassallus an sine consensu domini possit feudum subinfeudare.62. 99
Vassalli subditus si delinquat in non parendo officiali Principis, vel aliter coram ipso, cui applicetur pœna. 27.pag. 90
Et quid quando Princeps facit de non delicto delictum.num.30. 90
Vassallo quando sit liberum eligere vnum ex dominis cui iuret.num.6. 76.
Vassallus nouus potest esse habens antiquum feudum.2. 25
Vassallorum cognoscit de delicto commisso in via publica.29. 90
Et in prædijs Ecclesiæ. ibid.
Vassallorum iurisdictio non turbatur ex ijs quæ per Principem vel Senatum fiunt ad excitandam eam, & aliqua enumerantur 46. 94
Vassallos inter de feudo contendentes dominus feudi est iudex competens, & quomodo procedat.13. 188
Et quando non possit esse iudex.14.15. 187.190.
Vassallus tenetur indicare domino quid recognoscat, & dominus quantum.11. 165
Et quid si probabilis sit dubitatio, & quibus præsumptionibus agendum. ibid.
Et super ijs sententiæ Senatus.nu.13. 106.
Vassalli an possint litigare de feudo coram altero quam domino suo.19. 193.
Vectigal soluere debent etiam qui ad exercitum annonam vendendi causa ducunt.5. 72
Vectigali prædio seruitus imposita sine domini cõsensu ad dominum rediens ex antiqua causa prædium liberum reddit.num 3. 160
Et quid si ex alia quam antiqua, vel de consensu domini.45. ibid.
Vendens gabellam salis, & inde salemens non tenetur gabellam soluere. 3. 71
Vendere promittens sine consensu domini an obligetur ad interesse.3. 132.
Venditio in eo quod pluris valet res vendita donatio est.5. 122
Venditione facta ad mensuram, commodum accessionis cedit emptori qui retrouendere debet.nu.18. 21
Et quid si solum certis terminis designetur res vendita.19. 21
Venditionis verbum generale est.5. 108.
Venditionis appellatione proprie non comprehenditur permutatio.6. 114
Et quando secus.8. ibid.
Vendita re cum pacto de non illam administrando nisi post tempus, eo non expectato emptor ad soluendam gabellam tenetur.2. 133

Idem si sub conditione.4. ibid.
Vendita re reseruato dominio donec pretium sit solutum, an debeatur laudimium.12. 157
Venditio an dicatur perfecta ante traditionem.18. 150
Et quid si constitutum interceßerit. 19. ibidem
Venditione facta si re integra de consensu partium dißoluta fuerit debetur Laudimium,& quid si incontinenti fuerit recessum. num. 1, 2. 146.
Et quando dicatur incontinenti in materia feudali.nu.3. 146
Venditione in contrahenda si conuentũ fuerit quod laudimium, & alia onera ad venditorem spectent, an suspectus sit contractus de vsura. 33. 144.
Venditio conditionalis in irritum ipso iure deducitur euenientecasu.nu.3. 136.
Venditione sine consensu domini facta cum pacto de retrouendendo an res emphyteutica cadat in commissum, remissiuè.31. 144
Venditor tradere præcisè non potest cogi quando vendidit sine domini consensu.6. 147
Verba,& de nouo concedimus in inuestitura an inducant nouum feudum. num.10. 27
Verba forma,solennitas,substantia,& natura, prout seue vsurpantur.12. 20. 27.28
Vicariatus perpetui dignitas qualis,et auctoritas vicarij.18. 235
Dupliciter constituuntur. ibid.
Virtus non in habitu sed in actu consistit.sub num.13. 233
Vrbini Ducatus Dominis de Ruere à Papa concessus.sub num.11. 232.
Vsusfructus formalis cedi non potest, alteri quam proprietario,commoditas autem sic.3. 159

FINIS.

AMÆDEI A PONTE LOMBRIASCI CONDOMINI,

SERENISSIMI DVCIS Sabaudiæ Senatoris,

Quæstiones Laudemiales, ex suo tractatu feudali desumptæ.

Occasione alienationis vtilis dominij rei feudalis, vel Emphyteuticæ directo domino soluuntur laudimia, quorum materia frequens in patria nostra communisque hodie est feudo, & emphyteusi, circa quam aliquot subijciam quæstiones, in primisque, quid verbum ipsum significet, inquiram.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij vox incognita latinis, & vnde.*
2 *Laudimium quare soluatur.*
3 *Laudimium pœna aurea dicitur.*
4 *Quinquagesima, & laudimium idem sunt.*
5 *Emphyteuticæ rei venditionis denunciatio cui incumbat.*
Et quæ praxis obseruetur. nu.6.
7 *Laudimium quid sit, aliæ definitiones, nu.8.*
9 *Introitus, & laudimium idem sunt.*
10 *Militia quis redditus sit.*
11 *Quinquagesima quare soluenda.*
12 *Laudimium rei emphyteuticæ quando non soluendum.*

Quæstio Prima.

1 EST autem laudimij † vox latinis scriptoribus incognita, à verbo tamen laudo vtcunque deducta, quod nouus emphyteuta, vel vassallus, alienatióque iuris emphiteutici, vel feudalis in eum facta, à domino directo laudatur, & approbatur. Bart. in l. fi. versi. dic ergo C. de præd. decur. lib. 11. Alex. consi. 123. col. 2 fin. versi. præterea. vol. 5. vbi dicit, quod soluitur † laudimium pro consensu, quem præstat dominus. Paris de Put. de feud. reinteg. c. 85. fuerunt. num. 2. & 6. Afflict. in c. 1. § similiter. nu. 14 de cap. Conrad. & in tit. de prohib. feud. alien per Feder. §. illud quoque. nu. 14. vbi alludens vocabulo, inquit, laudimiũ ex eo dici, quia dominus laudat, & approbat cõtractum suum 3 ponendo assensum, & ibi subijcit nonnullos, laudimium † pęnam auream vocasse, & sicuti merces à merendo ære dicitur, ita laudimium à laudando, laudare enim plerunque significat approbare verbo, vel scripto, aut reipsa. Hinc in oratione pro Sextio, Pompeius approbauit, & laudauit sententiam Cottæ. & Plautus in Trina. inqnit, Laudo consilium, & probo; quamuis magis dicamur verbis laudare, & reprobare. Laudimium lex quinquagesimam † vocat l. fin. C. de iur. emphyteu. Bud. in l. Hærennius. versi. cæterum. de euictio. dictum putat laudimium, eo quod emptor intra paucos dies teneatur laudare, idest, nominare domino directo autorem suum, qui emphyteumata vendidit. Sed hoc onus denunciandi 5 † principaliter impositum est venditori, non emptori, vt in l fin. Cod. de iur. emphyt. idcirco melior est prior sensus, cui litera dictæ legis arridet, dum dicit pro subscriptione sua. Potlet tamen saluari dictum Budei, vt emptor teneatur denunciare post primam requisitionem, & contractum fa- 6 ctum, prout † praxis videtur obtinuisse: vt videlicet obtenta licentia alienandi per venditorem, & facto contractu, aliud non requiratur, quam quod venditor petat inuestituram, & soluat laudimium, quæ inuestitura habetur loco

secun-

secundi consensus à lege requisiti. quam declarationem videtur sequi Io Montan. in l. fin. in fi. in verbo, necessitate. in prin. & in verbo, & ne auaritia, ver. & hoc est. quem etiam sequitur Alciat. libr 1. parerg c. 46. & ibi dicit commodius appellari posse laudatiuum. quod etiam sequitur, Io. Monta. de vsib feud. lib. 2. c. 4. in fi. & lib. 5. c. 7. versic. allodium verò. alibi idem Alcia. laudatorium vocat, in l. in conuentionibus. de verb. signific. Est † igitur id quod alienatione facta, pro approbatione. noui emphyteutæ, vel vassalli, & ratione nouæ possessionis directo domino soluitur. Imol. in c. potuit. num. 13. extra locat. Paris de Put. vbi supra. in c. 142. an si dominus emat, post Alber. in d. l. fin. ver. quærit etiam dominus. C. de iur. emphyt. & in l. quod si vno. ff. de in diem adiect. vbi dicit, quod soluitur pro noua inuestitura, & receptione noui emphyteutæ. Bertr. consi. 3. vol. 2. & Alber. sequitur Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 23. dicens laudimium solui propter nouam inuestituram: quod à superiori sensu non est admodum alienum, cum in inuestitura dominus approbet alienationem, & loco subscriptionis succedat inuestitura Monta. in l. fin. vbi supra, & dicit Aluar. quod soluitur in signum subiectionis, & recognitionis. de proh feud. alien. per Feder. d. §. illud. num. 3. quem refert Gozad. consil. 65. numero 13. Montan. quoque loco supra allegato libr. 6. c. 4. versi. intantum. diffinit † esse pecuniam quæ domino, pro re feudali, vel emphyteutica vendita, datur, vt alienationi consentiat, vel pro suo iure ratam habeat, quod in idem fermè reincidit, quod supra dictum est. Alibi dicit Paris de Puteo, quod est illud quod soluitur, pro intratura, & ideo alio nomine † introitus appellatur, & ita intellexit Isern. in c. 1. § præterea. nu. 14. de c. Conrad. cõcord. tex. in l. pen. § alumno. de leg. 3. addens, quod militijs illis antiquis feuda æquiparantur, ponitur autem ibi militia † pro redditu quodam qui publica autoritate erat constitutus vel beneficio principis concessus. Bal. in l. fi. C. de pignor. bonus text. in §. optimum. in Auth. de exhiben. reis. & in quo militia differat a feudo, Afflict. in prælud. feudor. nu. 55. & in quo concordet Marin. Frec. qui post huius.

7 8 9 10

modi scripta ad manus meas peruenit in commentar. feud. lib. 1. c. 1. de origi feud num. 22. vnde ex communi sententia apparet, non principaliter solui hanc quinquagessimã, † propter laborem, quem capit dominus in immittẽdo nouum emphyteutam in possessionem, quod aliquid existimarunt. vt Io. Rayner. In tract feud 6. præterea si quis in feudatus. q. 20. sed propter consensum. Et tex. in d. l. fi. dicit pro subscriptione, qui actus momento expediri potest, & hodie rogantur instrumenta, & datur licentia intrandi possessionem etiam propria autoritate, & ideo in quibus casibus consensus domini omnino non est necessarius, Laudimium † non solui infra videbimus. vt in quæst. 12. & 13. Brun. cons. 44. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium, adhoa, releuium, & tertia venditio.*
2 *Adhoa quid.*
Caualcata hodie loco illius. nu. 3.
3 *Hostenditiæ quæ sint.*
5 *Caualcata an debeatur tam in dominio quam extra.*
6 *Releuium quid: quando soluatur num. 8.*
7 *Adiutamentum quid.*
9 *Tertiæ venditiones quid.*
10 *Laudimium, & huiusmodi onera sunt odiosa. & restringenda.*
11 *Odiosa, & correctoria quando extendantur remissiuè.*

Quæstio Secunda.

QVomodo vocentur extraordinariæ quædam præstationes feudales, vel emphyteuticariæ? prout diuersa sunt iura præstationum, diuersis quoque nominibus nuncupantur. de quibusdam tantum dicemus, quæ conformitatem habere videntur inter se Est
1 enim Laudimium, † Adhoa releuium, & tertia venditio, seu venditiones. De Laudimio, quod quinquagesimam lex vocat
2 vidimus supra. Adhoa, † est militare seruitium, quod pro feudo

feudo ex causa belli, vel alia valde necessaria domino præstatur. In Regno Neapolitano est seruitium bursale, quod loco personalis pro feudo pariter ex causa belli, vel alia valde necessaria, domino præstatur. Paris de Put. de verb. sign. in verbo, adhoa & sic succedit loco seruitij personalis. In Patria nostra, loco adhoa Caualcatam † habemus, quod seruitium est merè personale: nam belli necessitate vrgente, & vbi patria inuaderetur, tenentur feudatarij ad quoldam milites Cataphractos, & leuis armaturæ, prout ad vnum quodque castrum spectat, & tangit, & de hac latè in d. §. similiter. de cap. Conrad. vbi tex. hostenditias † vocat. Et ibi an teneãtur seruire tam in dominio, † quàm extra, vbi Dux pro ducatu seu principatu bellum gerit, & militat. Io. Raynau §. firmiter. nu 14. & Cam. in c. Imperialem. fol. 162. secundum paruam. impress. Brun. cons. 238. & 239. vol. 3. & cons. 320. vol. 4. Bald. in c. 1. num 4 quib. mod. feud. amit. & cuius etiam expensis Iacob. de S. Georg. in verbo, & promiserunt. Præpos. in cap. 1. in fi. ptinc. de nou. form. fidel. Ferdin. Loaz. in cons. oppidi de Siuila. in tertio argu. pro parte Marchio. versic. nihilominus. num 12. & 27. In hoc tamen essent consideranda pacta, & cõuentiones, si quæ extarent. Releuium † est, id quod soluitur quando moritur vassallus vtilis dominus feudi per eius hæredem pro confirmatione. Isern. in cap. 1. §. sed & plures. num. 7. per quos fiat inuest. Afflic. decis. 748. num. 8. & has differentias inter hæc vocabula ponit Afflic. in d. §. similiter. & ibi, num. 13. tractat de eis. Isern. in cap. 1. num. 12. de controuer. feud. apud pa. term. & in d. §. similiter. vbi Afflict. etiam in 1. col. loquitur de adiuuamento, † quod dicit esse dimidiũ annalis redditus feudi. in cap. 1. § similiter. nu. 4. de cap. qui cur. vend. in §. fin. qui incipit vt autem æquitas. num. 32. alias est sub titul. de allodijs. In Gallia, releuium latius patet, & ad plura se extendit: nam soluitur † quotiescunque contingit mutatio vassalli, præterquam in venditione aut directa successione. latè tractant Modern. in consuet. Parisien. §. 22. Ego, de huiusmodi, non sum in præsentiarum tractaturus, tãtummodo principale propositum meum est attingere de

eo quod soluitur ab acquirente per viam alienationis, non autem successionis, aut ratione alterius debiti. Tertia vendi-
9 tio, † seu venditiones sant quæ propter venditionis contractum debentur, strictiusque accipiuntur, cùm non pro omni alienatione, aut iuris-translatione debeantur, prout Laudimium, & de his tractat Iacob. de Sancto Georg. in tract. de Royd. nu. 28 vers. habent', & domini. habetur in consuet. Paris. §. 23. & ibi per Mod. quamuis etiá alicubi dicatur Laudimium. Ioan. Fab. In princ. Inst. de empt. & in d. §. 23. taxaturque ad quintum denarium, & appellatur quintum precij, & dicunt ibi Moder. num. 3. quod huiusmodi onera sunt
10 odiosa, † & restringenda ad casum scriptum, non autem extendenda de vno casu ad alium, etiam vbi militaret eadem ratio. allegant Isern. in cap. 1. §. sed & res. col. 2. per quos fiat Inuestit. & in c. 1. §. similiter. de capit. Conrad. quod in materia ista est bene notandum, & dixi infra quæst. 27. reciperent tamen interpretationem passiuam, prout etiam statuta correctoria, ad Bart. in l. omnes populi. in 6. q. prin. quæst. 4.
11 de iust. & iure, & alias quando statuta odiosa, † & correctoria ex identitate rationis, vel aliter extendantur ad casus non expressos, non est propositi mei hic inculcare: lata est materia, de qua in d. l. omnes populi. in l. de quibus. de legib. in l. si verò. ff. solut. matr. Cano. in c. 2. de constit. & diffusi hodie sunt tractatus.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium in feudis, an sit debitum.*
2 *Feudorum natura magis consuetudine regitur.*
3 *Laudimium pro re feudali soluitur in patria Sabaudiæ, & alijs vicinis.*
4 *Feudum an mediante pecunia concedi possit.*
5 *Laudimium quando soluendum de re feudali.*
Et quid obseruetur in patria Pedemontium. nu. 6.
7 *Censuali in contractu, an soluendum laudimium.*

Quæ-

Quæstio tertia.

1 VTrum laudimium de iure in feudis † sit debitum, prout in emphyteusi. Afflict. in const. post mortem. nu. 10. loquendo de relenio, dicit, quòd in vsibus feudorum nihil de eo reperitur expressum. Calder. in tit. de feud. cons. 7. nihil deberi censet pro inuestitura vel consensu domini præstito, & generaliter dicit quod vassallus pro feudo nihil domino soluere tenetur. idem sentit Guid. Pap. cons. 213. vol. 2. versic. non debet, nisi aliter per speciale pactum sit expressum. Idem esset, si consuetudo aliud obseruaret, cum natura feudorum non tam pacto,
2 quàm consuetudine † regatur. Io. Pap. lib. 13. tit. 1. arrest. 3. & hoc sentit Alexan. cons. 5 col. 1. vers. vel etiam. vol. 5. Mar. decis. 368. nu. 16. Guid. Pap. decis. 415. num. 3. vbi attestatur de consuetudine patriæ Delphinalis, Sabaudiensis, & aliarum prouinciarum circumuicinarum, dicens, quod accipitur laudimium
3 † instar rerum emphyteuticarum. Iacob. de S. Georg. in tract. suo, in verbo. qui quidem inuestiti. num. 58 ponit quæstionem, & subintrat aliam difficultatem, nunquid feudum
4 mediante pecunia † concedi possit, inferens, quatenus sit beneuola concessio, amore, & honore, non pretio acquiri debere, & tandem vbi non agitur de renouatione antiqui feudi, sed de inuestitura noui feudatarij, puta per alienationem factam in nouum vassallum, sentit laudimium esse soluen-
5 dum. † & ita seruari, ac vsu prævalere dicit, Io. Ray. in comprehen. feud. §. præterea si quis infeudatus. q. 20. num. 32. per totam quæst. & idem iuris in hoc esse de re feudali atque emphyteutica expressè dicit Cagn. in l. 2. C. de pac. inter empt. & vend. quæst. 82. nu. 235. quod obseruari passim videmus in
6 patria † nostra, & stante tali consuetudine circa solutionem laudimij idem obseruatur in feudis. quod in emphyteusi. Rim. cons. 38. nu. 37. Idē pariter obseruatur in contractu cē-
7 suali, † secundum vsum Gallicanum, in quo directum retinetur dominium ac ius omne dominicale in re concessa. Mo-

der.in consuet. Paris.§.41.nu: 28. diuersum statuitur in mere censuali cõtractu in quo plenum transfertur dominium, nec alia iura præter censum retinentur. ad gl. in c. constitutus.in verbo,iuxta ratam.de relig.dom. Ias.in l. 1.num.48. C. de iur. emphyt. Moder. Paris.tit.2.in proh.nu.19. cum seq.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij quantitas taxata ad quinquagesimam.*
2 *Quinquagesimæ loco, quid exigi soleat.*
Et in patria Pedemontium.nu.3.
4 *Gratia de laudimio per Principem facta interinanda.*
5 *Interinandi rescripta Principum conducibilis vsus.*
6 *Laudimij exactio diuersimodè fit.*
7 *Laudimiorum augmentationes,an induci licitè possint,& nu.9.*
8 *Lombriaci feudum.*

Quæstio quarta.

1 LAudimij quantitas† ne immoderatè exigeretur,& vt dominorum auaritia compesceretur, fuit à lege taxata ad quinquagesimam ipretij, seu valoris rei, vbi pretium non interuenit. d. l.fin. & ibi not. scriben. Fulgos. consil. 6. verum plus valdeſ, & minus quandoque de more regionis, aut ex pacto exigitur. Alexan. cons.5.& 123.in princ.volum.5. Aret.cons.41.in fin. & dicit Host. in summa in titul. de loca.§ quid si de natura.,versic.& 3 dominus, quod loco quinquagesimæ † quasi generalis consuetudo trecennum introduxit. Et quòd tantum in quamplurib⁹ locis exigitur:alicubi 3.pars. Bertr.cons.192.nu.4.vol. 3.part.2.incip. pro faciliori resolutione. Cassan. in consuet. Burgun.tit.des censes.§.1.glos.in prin.adeoq;in hoc prævalet vsus, vt ne dum in modo soluendi, sed & an id soluendum sit,is attendatur Ifern. in d.§. præterea.Bald.in Auth.si quas ruinas.col.2.vers.4.fiet.C.de sacrosanct. Eccles.Imo.in c.potuit.num. 13.extra loca. Paris de Put.in c.91.pone quòd sunt duo.num.10.& in cap.seq.num.33.Redoan.de reb. Ec-

cles.

clef. non alien. titul. de laudimijs. in princip. extatque in pa-
3 tria noſtra cõſuetudo, † vt pro laudimio ſextãs ſoluatur principi, id eſt, ſexta pars pretij rei, quæ alienatur, vel paulo minus ad rationem de ſexdecim pro centenario, & de ſimili conſuetudine Eccleſiæ Ferrarienſis atteſtatur Rimin. conſ. 38. nu. 21. Erat etiam conſuetudo, vt fieret gratia de quarta parte, ſeu quarta pars Laudimij debiti remitteretur. Cagnol. in d. l. 2. q 82. in fin. C. de pact. int. empt. & vend. qui de iſta patriæ conſuetudine atteſtatur, quem refert Redoan. vbi ſup. §. iſta autem. num. 5. & cùm hoc ſolitum eſſet fieri, non eſſet ab huiuſmodi ſolito abſtinendum per Principem, & Dominos auditores Cameræ. Audiui quandoque, vt inuitentur ſoluere debentes Laudimium ad quanto citius ſoluendum, ſolitum etiam fuiſſe, quid plus remitti, ſed huiuſmodi gratiæ, & remiſſiones obaudiuntur à modernis officialibus, tantummodo ex munificentia Principis condonatur dimidia pars Laudimij officialibus, & Principi inſeruientibus. Vbi
4 autem extra ordinem per Principẽ fit gratia † de Laudimio, Illa debet interinari in Camera Ducali, & ſeu per Dominos Auditores Cameræ homologari, vt in ſimili caſu dicũt Moder. in conſuet. Pariſienſ §. 24 nu. 4. in fin. Aym. de antiquit. temp. part. 1. §. 2. non omitto. in prin. Eſtque valdè probabi-
5 lis, ac conducibilis vſus interinãdi † literas tum gratiæ, tum iuſtitiæ. vt apud Rebuf. videre licet in tit. de reſcrip. & alibi ſæpius, vt non immeritò conſtitutionib. Mediolani cautum ſit, reſcripta quæcunque principis, ac literas, tam gratiæ quam iuſtitiæ debere præſentari Senatui, cui facultas tribuitur ea approbandi, limitandi, vel ſritandi, prout è re principis, & publica, aut iuri conſonũ illi videbitur, tit. de ſenat. §. cognoſcet. qui vſus de ſumptus eſt ex, l. humanum, C. de legi. Sunt, & alij domini inferiores patriæ noſtræ, qui pro
6 Laudimio, † ſeu potius venditionibus, quas tertias vẽditiones vocant, multo plus accipiunt à ſubditis ſuis, videlicet, vt duo aurei ſoluantur venditori, & vnus domino; & de his Franc. Mar. deciſ 62. dicit in patria Delphinatus, Laudimia ad rationem tertij exigi pro dimidia precij, & tales Laudi-

mino-

7 miorum † augmentationes fieri, & induci posse decreto etiã Dominicali cautum reperitur libr. 3. antiquorum, sub Rubrica, Laudimium non debetur. Erat que similis consuetudo
8 in feudo meo Lombriasci † antiquitus obseruata, sed tumultuante bello subditi nostri, nos, ad trãsactionem coegerunt, & dedicta summa Laudimij aliquid tunc fuit diminutum.
9 Nec incõueniens est tam magnam summam † pro approbatione, & inuestitura exigi, cum verisimile sit, quod pactũ fuerit appositum à principio rei, quæ erat dominorum, & quòd subditis ea lege fuerit tradita. ad l. in traditionibus. de pact. & l. cum te. C. de pact. int. empt. & vend.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an intelligatur debitum de pretio vel æstimatione totius rei, vel vtilis dominij tantum.*
2 *Determinatio eadem, respiciens plura, pariformiter determinare debet.*
3 *Laudimium apud Astenses quomodo soluatur.*
Et quid in Gallia. num. 4.

Quæstio quinta.

1 QVæro, an illa pars pretij, † seu æstimationis loci domino debita, intelligatur de pretio, & æstimatione totius rei, vel vtilis, tãtum dominij? In pretio clarè patet, quod est vtilis dominij tantum. d. l. fin. C. de iur. emphy. Idem procedit in æstimatione loci quia non estimatio totius rei absolutè attenditur, sed quanti res valet cũ onere subiectionis. l. sed si hoc §. 1. de cõd. & demon. vbi Bar. & in l. quantitas patrimonij. ff. ad l. Falc. & sic quanti vtile dominiũ valet absque directo. nam eadẽ determinatio
2 † respiciens plura determinabilia debet ea pariformiter determinare. l. iã hoc iure. & ibi Doct. de vulg. & pupil. l. fin. C. de sent. vbi dicit Bar. se nescire alibi text. ad hoc propositum ita expressum. l. in testamẽto. & ibi Bar. Ias. & alij. C. de milit. test.

Ioann.

Ioann Monta. in d. l. fi circa fin. vers. & hoc est quod vulgò, &
3 ideo indebite mihi videntur nonnulli Astenses † exigere Laudimiũ pro re, egregia valde pensione grauata, dũ exigunt nõ ad rationẽ pretij quanti venditur ius emphyteuticum, sed ad rationem totius valoris rei, accipientes aliqui pro Laudimio id quod soluitur in vno anno pro pẽsione, quæ sæpe est ad rationẽ de quinque pro centenario, nisi eos excuset consuetudo quam supra diximus in modo solutionis Laudimij prævalere. Ang. cons. 240. in fin. vbi de statuto. Estque etiam cõsuetudo
4 in Gallia † recipiendi pro Laudimio duplũ eius quod pro pensione soluitur. de qua per Boe. in consuetud. Bit. § 17 de consuet. feud. Reb. in tit. de const. redd. artic. 1 gl. 17. n. 9. Tom. 2.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij in solutione quorum sit habenda ratio, & de quibus debeatur.*
2 *Pretium rei quod dicatur.*
3 *Decimarum in solutione, an detrahendæ expensæ.*
4 *Impensæ in rem factæ quando deducantur.*
5 *Fructus an dicantur deductis impensis.*
6 *Pacta, & onera augere, vel minuere rei æstimationem, an procedat in laudemio.*
7 *Deductiones onerum quibus in casibus faciendæ.*
8 *Expensarum detractio in causa laudimij quando facienda.*

Quæstio sexta.

QVæro insuper, an de commoditatibus in venditione adiectis in gratiam venditoris, quæ pars pretij dicuntur, vt in pacto de retrouendendo,
1 sit habenda ratio in solutione † Laudimij? dico, quod non, quia constitutum pretium tantummodo consideratur, & de eo Laudimium debetur, ac de eo quod certi pretij loco est, non habita ratione, quod pretium minus soluatur propter onus venditioni appositum. Cagn.

in

in d.l.2.quæst 89. num. 246. Pariter dicendum est, vt Laudimium non debeatur de expensis, quas facit emptor vltra pretium, puta in salario notariorum, proxenetarum, & aliorum, quæ nihilominus regulariter augent, vel diminuunt respectiue pretium, cum debeatur de pretio conuento, vel estimatione rei vbi pretium conuentum non est d. l fin. C. de iur. emphy adde Bart. in l. sed si hoc. §. cuidam. ff. de cond. & demon. & in l. quantitas patrimonij. ff. ad l. Falcid, vbi distinguit, an lex dicat de pretio, quo res vendita est, vel de pretio, quod venditor accipit, aut de pretio rei, vt primo casu impensarum non esse habendam rationem dicat. alijs verò casibus sic. Contra Bart tamen in d. § cuidam. tenet Imo. in
2 vltim. casu dicens, quod pretium † rei dicitur illud pro quo res venditur: Et mihi videretur potius distinguendum, aut lex, vel statutum considerat in sui dispositione effectum, &
3 tunc expensarum sit habenda ratio, hinc de decimis † debitis ex lucro, detrahentur expensæ quæ fiunt circa rem, & extra rem pro re habenda, aut considerat actum, vel contractū, & non sit habenda ratio, & propterea de decimis debitis ex fructibus non detrahuntur expensæ factæ, nec circa rem, nec extra rem. c. pastoralis. & ibi no. de dec. licet id particulari ratione statutum dicant Doctores plures Et dicit Barto. quem alij sequuntur. in l. fructus. ff sol. matr. quòd si pro quolibet sextario frumenti debet solui gabella, non deducuntur
4 impēsæ Idem generaliter † si ex omnibus fructibus collectis soluenda sit gabella. Saly. in l. 1. C. de fruct. & lit expen. vbi
5 etiam, an fructus † dicantur deductis expensis, cōsiderat quatuor casus, vtrum debeantur ex conuentione, aut legis dispositione, aut testatoris prouisione, aut iudicis pronunciatione. Et valdè refert inquit, an fructus soluendi sint, vel quid pro fructibus Bart. tamen distinctionem in d. §. cuidam. sequuntur Angel. & Calt. Fabia in tract. de emp. part. 5 num. 1. Bertach de gabell in tertia par. octauæ part. princ. quæst. 28. Modern in §. 24. nu. 3. & § 53. num. 34 vbi dant rationem differentiæ inter ius retrahendi, & ius percipiendi Laudimij, cùm hic Dominus tractet de lucro captando, is autem à quo

res

res retrahitur certet de damno vitando . quæ fuit distinctio Bald.in d.l.1.Tiraquel.de retractu Lignag §.15.gl.1.num.5.

6 & §.29 gl.4.nu.8 Et quod dicitur pacta , & onera † minuere, vel augere contractum & rei æstimationem ad l.generali. §. fin.ff.de vsufruc.legat.l si venditor.in fi.de fe.. exportan. Bal. cons.164.maritus.in fin.vol.5 Dec.cons.167.nu 2.Tiraquel. etiam §.6. glos.2. de retract. conuention. in prohemio. num. 20.& seq.vbi plura cumulat , id alio respectu procedit quam solutionis Laudimij . Minus habetur ratio expensarum venditoris,vt pretium videatur diminutum, nisi aliter verba statuti suaderent.vt per Barto.in d.§.quidam, & Modern.§.55. gl.5.nu.4.vide Iaf.in §.tripli.col.2. instit.de action num.8.& seq.vbi plura exempla ponit,& in l.cùm quædam puella § fi. de iur. omn. iud. & secundum huiusmodi distinctiones intelligenda est opinio quam pro communi ponit Soarez in Thesaur. recep.sent.in verbo, gabella. Neque etiam habetur ratio si prædium minoris vendatur propterea , quòd emphyteuta ære alieno præmatur. neque reperiat fideiussorem pro euictione. Bertran.cons.192.in fin.vol.3.part. 2. sunt tamen plures casus in quibus expensæ veniunt deducendæ , & eius tantum habetur ratio , quod superest deductis oneribus. ita vt regulare id esse dicat Brun.in tract. de reb. dub. c. quantitatem. vers. recipit autem quantitas, vbi pluribus positis

7 exēplis,in quibus deductiones †oneris faciendæ sunt de quātitate , statim subnectit aliquot limitationes. Et firma stante principali cōclusione supra posita , quòd in causa laudimij

8 non fiat detractio expensarum ,†illa est limitanda,nisi onera in venditione adijcerentur æstimata , ita vt in solutum præstentur pro parte pretij , vt si fundus emphyteuticus vendatur centum, & adijciatur onus emptori,vt liberet alium fundum venditoris , qui erat obnoxius emptori pro solutione annua,quæ erat redimibilis certo pretio, aut alias erat communi vsu extimabile vti pars pretij , secus si ex communi vsu onus illud in pretium non erat resolubile , puta, quia habe-ret emptor ius transeundi per prędium venditoris.l.fun.pa-tem ff.de contrahen. emptio. Modern.in d.§ 53.nu.16. & §. 23 nu.51.& d.§.55.glo.5.& §.58.nu.9. SVM-

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an de toto pertio, vel parte fundi debeatur.*
2 *Mobilibus cum immobilibus venditis pro immobilibus tantum soluitur laudimium.*
3 *Fructus, fundi quando dicantur pars fundi.*
4 *Feudalium & allodialium simul facta venditione quomodo soluendum laudimium.*

Quæstio septima.

1 AN si vendatur fundus cum fructibus vnico pretio, debeatur Laudimium † de toto pretio, vel proparte fundi tantum? quòd prointegro pretio tenet Guid. Pap. sing 497. si venditur, allegat Iac. de Are. in l qui concubi nam. §. si fundum. de lega. 3. per illum tex. ibi, quia idem pretium ad totam causam pertinet, id est, tàm ad fundum, quàm ad fructus. vt glo. exponit. In contrarium facit, quod not. Tiraq. de retract. lignag §. 1. glo. 7. num. 85. vbi dicit, quòd si immobilia, & mobilia simul vendantur, quòd laudimium † soluitur pro rata tantum immobilium, dicendum est igitur quod aut fructus † non sunt à solo separati, & cùm pars fundi. dicantur. l. si fructus pendentes. vbi glo. ff. de rei vendi. debeatur laudimium pro toto pretio: cum etiam vnica sit venditio. l. si §. pen. de his quæ in fraud. cred. Didac. lib. 1. variar. resolut. c. 15. vbi declarat quomodo dicatur pars fundi, aut sunt à solo separati, & non debeatur. Idem si nondum à solo separati, sint sed diuisim, ac separatim à fundo vendantur, cùm diuisim. ac separatim considerentur. quod videtur fuisse de mente Tiraq. in d. glo. 7. nu. 43. cum pluribus sequen. vbi latè tractat, licet ipse vim faciat, an fructus sint de proximo recolligendi, vel non cùm de proximo recolligendi habeantur pro collectis. ad Barto. in l. diuortio § interdum ff. solut. matrim. quòd sanè procedit interpretatiuè secundum subiectam materiam, non verè, vt dict. l. pen. §. fin. ff. quæ in fraud. cred. vbi Ang. & secundum
2 dum
3

dum distinctionem supradictam determinat Boer. decis. 229. qui idem dicit de mobilibus, vna cum domo venditis, distinguens, aut sunt parieti affixa, vel non, iuxta tex. in l. eum qui edes. de vsucap. l. Iulianus. §. fi. cum l. seq. de act. empt. vt primo casu de eis debeantur laudimia, secundo non, quod innuit procedere, vt videlicet non debeatur laudimium pro mobilibus, vel fructibus à solo separatis, etiam si vnica fuerit facta venditio rei obnoxiæ. quod etiam facit ad id quod sæpenumero occurrit, vt si venditio simul facta sit plurium
4 bonorum, quorum aliqua sint feudalia, † aliqua allodialia, vt pro rata feudalium tantum debeatur laudimium, non autem pro allodialibus, licet vnica sit venditio, cum diuersæ sint res venditæ: quod obseruatum fuit in Camera in causa D. Caroli Rottarij, in qua separatim fuit facta æstimatio feudalium auctoritate Cameræ, & solutum laudimium habita tantum ratione valoris feudalium, & habetur apud Mar. decis. 608.

SVMMARIVM.

1 *Quinquagesima an soluenda de ædificio in area emphyteutica facto.*

2 *Melioramentorum ratione, an soluendum laudimium, & facta in re emphyteutica cuius maneant. nu. 3.*

4 *Emphyteusis pro qua soluitur egregius canon, qualiter censenda.*

5 *Accessiones, quomodo sequantur rei principalis naturam.*

6 *Feudi dominus, vel successor quæ reficere debeat.*

7 *Meliorationum rei emphyteuticæ pro alienatione, an soluendum laudimium, & quid de eo quod alluuione accreuerit. nu. 8.*

9 *Laudimij in solutione inspiciendum tempus venditionis.*

10 *Noua concessio non dicitur licet antiquæ addantur prædia, vel augeatur census.*

11 *Augumenti ratione, an debeatur laudimium.*

12 *Retrouendere qui tenetur prædium, an id etiam teneatur, quod alluuione accreuit, & nu. 16.*
Et an efficiatur eiusdem iurisdictionis. nu. 13. & 20.

14 *Alluuione quod accrescit ius fundi sequitur.*

Augu-

15 *Augumentum eodem iure ad nos spectat quo ager.*

17 *Petere quis non debet id, cuius contrarium non esset petiturus.*

18 *Venditione facta ad mensuram commodum accessionis cedit emptori, qui retrouendere debet.*

Et quid si solum certis terminis designetur res vendita. nu. 19.

21 *Principes, diuersi contendentes vtuntur iure priuati.*

Quæstio octaua.

Vid si egregium ædificiũ factum sit in parua area emphyteutica, & emphyteuta id totum vendat, an Dominus directus, & areæ, & ædificij debeat habere † quinquagesimam? Mouet hanc quæstionem Ias. post Albe. in l. fin. num. 44. C. de iur. emphyt. & cum ædificium solo cedat, & ipsum quoque dicit fieri emphyteuticum, & consequenter totius pretij quinquagesimam habere debet Dominus. allegat. etiam Spec. in tit. de emphyt. versi. 119. quod dicit procedere, nisi expressè esset conuentum in datione areæ in emphyteusim quòd id, quod superædificaretur esset proprium superædificantis, & generaliter dicit Specul. ibidem, quòd pro melioramentis † factis æquè solui debet laudimium, at que pro re ipsa in emphyteusim concessa. Redoan. in tracta. de reb. eccle. non alienan. titu. de laudim. num. 18. Paris de Puteo in c. 143. an, si aliquis dedit vilem aream, disputat articulum, & tractat quæstionem, An superædificata, & melioramenta sint vtilis domini, libera vel obnoxia, de qua latius in cap. 8. aliqua. c. 13. & c. 14. fuit facta. & cap. 159. Doct. in l. 2. C. de iur. emphyt. & ibi Ias. nu. 27. & in §. scire. Auth. de non alienan. & in c. si quis de manso. & §. rursus. de controu. inuest. & in cap. 1. §. si vassallus. vbi text. notab. in tit. hic finitur lex Conrad. Iul. Clar. in §. emphyteusis. q. 45. & in §. feudum. q. 88. Brun. consil. 332. versi. circa aliud. vol. 4. & consi. 127. col. antepen. versi. item succedit fœmina. vol. 2. & in tract. de augumen. conclus. 20. Viui. lib. 2. communi. opin. versic. melioramenta. & Bursat. cons. 60. nu. 31. Et ij concludunt, quòd sint propria † facientis, &

tis, & transmittantur ad hæredes, nisi ob culpam cadat ab emphyteusi, vel feudo. Guido Papæ decis. 169. Barba. consi. 63. col. fin. volum. 1. Alciat. consi. 176 in fin. Ioseph Ludou. Decis. Perus. 117. c. fin. part. secunda. Paris. consil. 23. nu. 90. vol. 1. vbi propter melioramenta dicit dari retentionem rei feudalis in qua facta sunt, hæredibus. latè tractant Modern. in consuetud Paris §. 1. glo. 5. num. 67. & 75. & restringunt. limitationem, quòd amittantur melioramenta ob culpabilem caducitatem, ea videlicet quæ ex natura, aut lege contractus emphyteuta, vel feudatarius tenebatur facere, ad l. colonus. & ibi Bart. ff. loca. secus egregia additamenta, vel ædificia. bene facit quod Bal. dicit in l. 2. C. de rei vendicat. Quod emphyteuta non præsumitur ædificare animo donandi, & dicit Brun. cons. 106. in fin. quòd sunt immemores domini, vel agnati ad quos feuda deuoluuntur, salutis suæ, anhelando ijs melioramentis. Rursus limitatur conclusio quod emphyteuta amittat melioramenta ob culpam, in vero emphyteuta, secus in eo qui soluit egregium canonem fructibus penè correspondentem, is enim non secus atque colonus melioramenta potest detrahere, d. l. colonus. Bero. in cap. 1. num. 30. de in integr. restitu. dependet hæc limitatio
4 à quæstione an huiusmodi emphyteusis † magis accedat naturæ coloniæ quam emphyteusis, quod vtique putarem procedere in amplis additamentis. Io. Garz. de expen. c. 6. num. 27. de opinione autem Modern. dixi in titul. de feud. amiss. & differit nonnulla elegans Menoch. in tract. recuper. poss. in 15. remed. nu. 502. & 560. Et licet melioramenta, & acces-
5 siones † sequãtur fundi, & rei principalis naturam, ad dominumq; rei spectent, vbi per se subsistere non possunt. §. ecõtrario. de inuestit. de re alien. facta, tamen pretium per eum soluendum est ad quem res peruenire debet quatenus factus est locupletior. Ruy. cons. 14. & 24. nu. 10. vol. 1. Maria. Frec. d. author. baro. in 29. autho. nu. 6. Ceph. cons. 183. nu. 44. vol. 2. Ita etiam pretiũ, quo mediante res feudalis fuit ab aliquo
6 nexu liberata reficiendum † est per dominum, vel quemcunque alium successorem, & generaliter id totum, q̃ in perpe-

tuam feudi vtilitatem expensum est. Bal. cons. 232. fœmina, vol. 3. Brun. cons. 104. & in tract. de augm. conclus. quinta, limit. 4. Aym. cons. 197. nu. 1. Aflict. in c. fin. nu. 11. de fratr. de nou. bene. inuest. per illum text. Camer. fol. 81. quamuis contrarium censuerit Io. Garz. de expen. c. 12. in fine ne domini adeo grauentur, vt qũque re careant non valentes refundere expensas, quæ ratio posset procedere in suis terminis ad l. vtilius. de impen. dot. & l. sed an vltro. §. 1. de neg. gest. Sed redeundo ad principalem quęstionem, Boer. decis. 19. num. 3. dicit, quòd nedum habita ratione fructuum, sed etiam ædificij est soluendum Laudimium. & tex. in l. fin. C.
7 de iur. emphy. videtur extensus, quod pro alienatione † meliorationum, seu iuris emphyteutici debetur Laudimium, iuncto. § & ne auaritia. cum prin. legis Rim. Iun. cons. 1. in
8 fi Sed & si alluuione, † aut alio modo aliquid accesserit rei in emphyteusim datæ, pro augmento pariter atque pro re principali solui debet Laudimium: cùm eodem iure censeantur feudum, & emphyteusis, & quod feudo accedit feudale fiat. d. §. si quis de manso. & §. rursus. Modern. in d. §. 1. glo. 5. q. vlt. Brun. in tract. de augm. in 14. conclus. princ. in 3. limitat. in fin. & rationem. assignat, quia Laudimium soluitur † considerato pretio, pro quo res venditur, & sic inspicitur tempus venditionis. Mar. decis. 607. & quod iuris est de principali, idem censendum est de augmento. c. accessorium. de reg. iur. in 6. Brun. d. tract. de augm. in 5. q. prin. Bur. cons. 50. num. 35. Quod adeo verum est, vt si antiquæ concessioni addantur prædia, vel augeatur census, non dicetur noua
10 concessio, † neque nouum feudum, additamentum. Brun. cons. 130. in prin. vol. 2. in tract. de augumen. in 2. q. 3. conclus. princ. In separabilibus tamen diuersa videtur consideratio feudi, & augmenti. Brun. d. cons. 127. in 16. consideratio. & quid si post primum contractum augeatur pretium
11 rei nunquid de augmento † debeatur Laudimium? videtur quòd sic: cum eodem iure censeantur pretium principale. & augmentum. Tiraquel. de retractu Lignag. §. 1. gl. 18. nu. 51. & 55. Ex quibus inferri potest ad duas opiniones Doctorum

con-

controuersias: Prima, an quod alluuione accedit acquiratur emptori irreuocabiliter, qui tenetur prædium retrouende-
12 re, †vel subeat naturam prædij venditi, quod sicut venditor potest luere, ita etiam alluuionis augmentum eodem pretio. Secũda, an quòd alluuione accrescit efficiatur eiusdem iurisdictionis, cuius est prædium principale, si idquod acce-
13 dit ante additamentum erat alterius iurisdictionis: † In prima, Cag. fuit sibimet contrarius in l. 2. C. de pact. int. emp. & vendit. & semel casus accidit in Senatu de anno 1572. 29. Martij. contendentibus inter se quibusdam Marchionibus Ceuæ, & fuit resolutum, quòd alluuio subijceretur pacto luitionis, improbata ratione Cagn. & consil. Menoch. 29. necnon, & consilio D. Ozaschi 48. qui licet dixerit Senatum pro emptore pronunciasse, id fuit in prima instantia, at in causa reuisionis Senatus censuit pro redemptore, qui obtinuit: & valde vrget, quòd dicitur alluuionem sequi debere naturam, & effectum fundi. & à prædio separatim censeri non debere. l. fin. C. de alluuio. l. & puto §. id quod. ff. famil.
14 erciscun. & fundi portio per alluuionem † accrescit portioni, & ius fundi sequitur. l. si Titio Iuncta glo. in verbo, alluuio, de vsufruct. & licet alluuionis augmentum domino fundi acquiratur. l. adeo. §. 1. l. insula. ff. de acq rer. dom. §. præterea. inst. de rer. diuisi. l. 1. & fin. C. de alluu. Intelligendum est, quòd eo iure acquiratur, quo antea pertinebat. prout Bar. declarat in tract. de alluuion. In verbo, nostro, & in verbo acquiritur, vbi dicit quòd eodem iure censetur prædium, & alluuio. Quo iure igitur ad nos spectat ager, eodem iure spectat augmentum, & consequenter, si irreuocabiliter spe-
15 ctat ager, eodem iure † spectabit augmentum, & ediuerso, si spectabit resolubiliter, Brun in d. tract. de augm. quæst. 20. facit text. in l. si proprietati. de iur. dot. vbi si alluuione quid accedit prædio in dotem dato, dotale efficitur. Et si iure quasi dominij spectabit prædium, eodem iure spectabit alluuio. l. si ego. §. idem ait. de publicia. Et dicit Bart. vbi supra, quòd si fundus spe quadam ad nos spectat, eodem iure spectabit alluuio, & quòd legato ante mortem testato.

ris accedit, ab hærede debetur, l. quod in rerum. §. si quis post, de leg. 1. l. sæpè de leg. 3. Et quòd prædio hypothecato accedit, pariter est hypothecatum, l. si conuenerit. §. 1. de pign. act. l. si fundus. in princip. de pign. Et quòd fundo accedit, pariter vsufructuario debetur, quoad vsumfructum, proprietas autem alluuionis ad proprietarium pertinet, l. si ẽ si fundi, §. huic. de vsufru. Et quòd prædio feudali alluuione accedit, feudale efficitur: & si feudale prædium deuoluitur ad dominum, redit etiam augumentum, d. cap. si quis de manso. & cap. fi. de controuer. inuest. & ibi Iser. Ruy. cons. 7. num. 12. volu. 1. quod intelligitur de incremento latenti, quamuis aliqui intelligant textus in omni incremento procedere, Clar. q. 88. Moder. Parisiens. in proposito, vbi supra, num. 99. dicentes, alluuionem esse partem primi agri, & eodem iure, eadem causa, & qualitate acquiri, & possideri.

Et cum hac opinione in proposita quæstione, quòd debeat
16 pariter alluuionis augmentum † retrouendi eodem pretio, tenet Tiraq. de retract. conuent. §. fin. quæst. 14. Gozad. in d. l. 2. q. 32. C. de pact. int. emp. & vend. Et vltra eum respondeo ad l. id quod. de pericu. & comm. rei vend. & §. sed si post. instiut. de empt. & vend. quod id quod alluuione accedit, acquiritur quidem emptori, sed ea lege, & conditione, qua habet prædium emptum, prout supra proximè dixi post Bart. & idem, quod emphyteusi accedit, acquiritur emphyteutæ. Ias. in l. 1. num. 79. C. de iure emphyt. sed iure emphyteusis.

Neque obstat ratio æqualitatis seruandæ considerata per Cagnolum, & quod si decreuisset fundus, quòd verisimiliter venditor non fuisset redempturus, vnde non debet aspirare
17 ad id cuius contrarium † nõ esset petiturus, vt in non dissimilibus terminis dicit tex. in l. pen. C. de solut. quoniam argumentum desumi debet à cõtrario in proprijs terminis, & ad limites verborum, quæ in sensu directo ponuntur. Dec. cons. 386. colum. 3. vers. dico adhoc, & cons. 216. col. 3. nu. 8. vnde argumentum procederet si eueniente aliquo decremento venditor vellet redimere, vt decrementum cedat damno redimentis, & ẽcontrario. Et quod dicitur, non est verisimile,

quod

quod esset redempturus, procederet, si magnum esset decrementum, verum posset decrescere, & nihilominus venditor redimere. Et sicut redimeret cum decremento, ita consequi debet augmentum, prout dixit tex. in l. ex mille, ff. de euictio. Et quamuis sit in facultate sua redimere, vel non, hoc est commodum eius, qui sibi ius redimendi reseruauit, propterea dicitur, quod est pars pretij, l. fundi partem, ff. de contrahend. empt. Soc. cons. 15. col. fin. volu. 1. & cons. 248. in fin. & tanto minoris res fuit vendita propter facultatem hanc. Et hoc videtur innuere glo. in d. l. pen. ibi, nisi ex vi pacti aliter actum sit, quasi dicat, q non debet, quis petere id cuius cõtrariũ non esset petiturus, nisi pacto aliter conuentũ sit, quia etiam si prædium vilescat pretio, vel pars casmate pereat, non esset venditor redempturus: & tamen si prædium pluris valeat, poterit redimere, quia conuentum est, quod id stet in facultate venditoris. Et hæc quidem procedunt, vbi venditio non est facta ad mensuram. Quod si facta sit venditio
18 ad mensuram, † commodum erit emptoris, qui debet retrouendere, l. Rutilia. de contr. empt. nor. per Doct. in l. Iulian. §. si Titius, ff. de act. emp. l. in agris, de acq. rer. dom. Bartol. d. tract. verbo acquiritur, Bald. in l. 1. in 3. oppos. C. de peric. & commod. rei vendi. Bru. d. tract. q. 6. Curt. iun. cons. 204. quod si non ad mensuram, sed certis terminis, & confinib. res de-
19 signata † esset, secus dicendum esset Guer. Pison. de feud. tit. an feud. augmen. spect. ad vasal. Ex ijs dicendũ est non rectè sensisse Natt. cons. 501. Quod autem attinet ad secundã cõclusionem, Ias. cons. 146. vol. 2. & Curt. cons. 56. in eadem facti specie, contrarium consuluerunt. Primus, quòd non mu-
20 tetur iurisdictio. † pro quo allegat tex. in l. Martius, versic. id autem. de acq. rer. do. Bal. in d. c. si quis, de manso. Soc. consil. 127. colum. 2. vol. 1. Hiero. de Monte de fin. reg. c. 24. num. 6. Aegid. Bos. in tit. de prin. nu. 80. in fine, vbi dicit opinionem contra Curt. esse communem, latè disputat Corn. cons. 387. vol. 3. & 191. eo. 322. vol. 1. & cons. 15. vol. 4. vbi plura in materia alluuionis tractat, & quòd acquiratur emphyitutæ nõ domino directo, & alibi dicit Brun. cons. 159. vol. 2. quòd al-

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

luuio acquiritur dominus locorum, si vicini neglexerint per 30. annos. Curtium autem sequitur Bologn. cons. 14. & idē videtur sentire Alexan. cons. 25. num. 5. volum. 7. dum dicit, quod est incrementum latens, & inseparabile. Cagn. in d.l. 2. C. de pac. inter emp. & vend. quæst. 59. in fin. Moder. in consuet. Paris. d. §. 1. glo. 5. & allegant text. in l. ergo. § alluuio. de acq. rer. do. & l. fi. C. de alluu. per quem textum consuluit Natt. cons. 286. quod alluuione acquisitum, debet poni, ad registrum oppidi, in cuius registro erat prædium principale, licet, id quod alluuione accquisitum est, esset alibi registratum, & videtur facere, quia vbi diuersa sunt territoria, Dominus vnius aduersus alterum vtitur iure priuati prout dicitur, quando diuersi sunt Principes † contendentes, qui inter se vtuntur iure priuati. Bald. consi. 195. volum. 2. & hæc mihi semper visa fuit verior opinio, quam post huiusmodi scripta late reperi comprobatam per Bapt. Aym. in trac. de alluu. num. 2 c. 6. sed primam opinionem Ias. vti communem sequendam monet Viui. lib. 2. commun. opin. in verbo alluuio. Rimin. cons. 64. volum. 1. Bru. cons. 382. volum. 4 quæ sine dubio procedit vbi flumen aquarum impetu, & per saltum, alueum mutat. Pet. de Vbal. in trac. de duob. fratr. num. 5. & 31. Aym. d. trac. c. 7.

21

SVMMARIVM.

1 *Laudimij solutio ad quem spectet.*
2 *Gabella pro contractu per quem soluenda.*
3 *Laudimium, terzaria, & quartaria quandoque dicitur. Et quid in venditionibus Gallicanis. nu. 4.*
5 *Causa laudimij coram quo iudice tractanda, remissiuè.*

Quæstio nona.

1 AD quem spectet laudimij † solutio? Glo. in l. fi. dicit, quod ad nouum emphyteutam; quam sequitur ibi Saly. & Ias. & dicunt singularem Gozad. cons. 65. num. 1 & 13. Iul. Clar. lib. 4. §. emphyteulis. quæst. 23. & hoc generale est quod laudimia, &

gabellæ

gabellæ ſoluuntur per emptorem, & non per venditorem, niſi aliter per ſtatutum diſponatur. l. debet. ff. de edilic. edic. vbi dicit eſſe caſum, Rom. ſing. 182. Alex. conſ. 51. verſi. ex his. volum. 3. Bertach. de gabel. parte. 7. num. 1. Redoan. in tract. de reb. eccle. non alienan. tit. de laudim. §. & ad ſolutionem. Socin. conſi. 247. col. 2. vol. 2. & ibi dicit, quod, in
2 dubio ſoluenda venit gabella † per illum cui virtute contractus celebrati acquiritur, & in cuius fauorem, eſt celebratus contractus, & ibi notabiliter ponit quinque caſus diuerſos ad cognoſcendum per quem ſolui debeat gabella. deciſ. Tholo. 451. Syl. conſi. 8. num. 18. vol. 2. Moder. in §. 23 nu. 7. & hoc quidem in laudimijs, & tertijs venditionibus patriæ noſtræ procedit: & dicit Afflict. in c. 1. §. illud quoque. num. 15. de prohib. feud. alien. per Fed. quod laudi-
3 mium † terzaria, ſiue quartaria, quæ de more prouinciarum ſoluitur, ſolui debet per emptorem de iure, niſi conſuetudo aliud ſuadeat. vt ibi per Iſern. Franciſ. Burſa. conſ. 56. num. 16. vbi etiam dicit, quod onus ſoluendi laudimium ſpectat ad emptorem, ſed onus obtinendi à Domino licentiam vendendi ſpectat ad ipſum venditorem. De venditionibus au-
4 tem gallicanis † in feudis, ſoluitur quintum pretium per venditorem. vt ind. §. 23. & ibi per Modernos, & debetur à poſſeſſore laudimium adeo, vt dixerit Caſſan. in d. tit. des cenſes. §. 1. num. 9. quòd iſtud ius laudimij eſt reale, & ſequi-
5 tur rem, poteſtque cauſa † à iudice rei tractari de quo tamẽ videbimus infra, an pro laudimio ſit res emphyteutica hypothecata quæſt. 45.

SVMMARIVM.

1 *Nouus vaſſallus, vel emphyteuta, quis dicatur.*
2 *Vaſſallus nouus poteſt eſſe habens antiquum feudum.*
3 *Feudum nouum quibus concurrentibus dicatur. & nu. 21.*
Et an ſi dominus re inueſtiat eundẽ vaſſallũ, qui renunciauit. n. 4.
5 *Nouum feudum facit alteratio ſubſtantialium.*
6 *Feudum maſculinum conceſſum fœminis quale dicatur.*

7 *Alteratio primæ inuestituræ in præiudicium agnatorum quando fieri possit.*

8 *Feudorum iuri in spe agnatis competenti, an princeps possit derogare.*

9 *Antiquæ inuestituræ renouatio quando faciat nouum feudum.*

10 *Verba, & de nouo concedimus, in inuestitura, an indicant nouum feudum.*

11 *Substantialia in inuestitura, quæ dicantur.*

12 *Verba, forma solemnitas, substantia, & natura promiscuè vsurpantur. & nu. 20.*

13 *Feudi natura quæ.*

14 *Nouam formam inuestituræ efficit mutatio eorum, quæ sunt regularia.*

15 *Naturalia requisita feudi septem, et an dici possint substantialia.*

16 *Naturalia omnia tolli possunt, substantialia non.*

17 *Fidelitas de substantia feudi tolli nequit iuramentum sic.*

19 *Pactum an sit contra substantiam, & formam, an contra naturã contractus, quid referat.*

18 *Accidentalia qualificata si mutentur, quid sequatur.*

22 *Feudum vnum, & idem, potest considerari, vt paternum, & vt nouum.*

Et quid si in inuestitura noua apposita sint verba iure antiqui. nu. 23. & seqq.

24 *Feudum antiquum plures parit effectus.*

29 *Laudimium quando à nouo emphytueta, vel vassallo debeat solui, remissiuè.*

Quæstio decima.

1 Peræ prætium autẽ est videre, quis dicatur nouus † emphyteuta, vel vassallus? & eum dicit Bal. d. l. fi. nu. 17. qui sub priori inuestitura non est comprehensus. gl. in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosanct. eccl. Alex. cons. 9. vol. 2. Paris. cons. 86. num. 9. vol. 4. Salic. d. l. fin. col. antepen. versic. ne auaritia. Ias. num. 41. qui comprobat illud, dictum per notata per ipsum in l. 2. num. 215. C.

215. C. eod. & ibi inuestigando, quis sit nouus emphyteuta vel vassallus appositè tractat, quę noua emphyteusis, & quod nouum feudum dicatur: & si strictam verborum proprietatem inspiciamus, potest esse nouus vassallus † habens antiquum feudum, vt in emptore, & nouum feudum apud antiquum vassallum, vt in eo qui consentit feudo dari nouam formam, & Ias. vbi supra post Bal. dicit feudum nouum, appellari, quod non ex successione, vel linea progenitorum prouenit, sed est à se nouiter acquisitum. rex. est in c. 1. in verbo, nouam inuestituram in titu. qui testes sint. nec est. ad proban. nou. inuest. Iacob. de San. Georg. in verbo in feudum nu. 10. Cur. in tract. in prima parte. q. 8. nu. 6. vbi inquit feudum nouum dici, quod de nouo conceditur, & habet initium in persona primi inuestiti, & verum quidem est, nouum feudum † dici ijs duobus concurrentibus, & in super nouus est etiam vassallus: altero autem, tantum concurrente, vel nouum feudum dicitur, vel nouus vassallus respectiuè. Zas. in 2. part. circa fin. Iul. Clar. q. 8. Dec. consi 390. num 4. idem Curt consi. 1. nu. 14. & Alex. consi. 28. in princ. vol. 5. vbi nihilominus inquit, quod feudum emptum à vassallo per extraneum nouum, dicitur. Zas. part. 10. nu. 122. Aymo de antiq. in 5. & vlt. part. nu. 3. Ratione etiam nouorum pactorum dicitur noua inuestitura, & nouum feudum. Doct. in c. 1. de vass. decrep. ætat. & ibi. Aluarot. declarat. & in c. 1. de eo qui fin. fec. agn. Oldrad. consi. 178. Alex. in l. si mihi & Titio. de verb. oblig. & consi. 19. super eo. col. 3. versi siue enim quæratur. vol. 5. vbi additio facta antiquę inuestituræ fortitur nouam formam. Ias. consi. 24. num. 4. volu. 3. Bologn. consi. 1. col. 6. vbi, an diuisione facta dicatur feudum nouum. de quo Castren. consi. 44 circa præsentem. vol. 2. Ruin. consi. 7 nu. 10. vol. 1. Afflic. decis. 112. nu. 5. & 248. nu. 8. vbi dicit, quòd nouum feudum noua causa facit, & noua forma, quòd vbi noua forma datur, videtur feudum in manu inuestientis refutari, & deinde per ipsum inuestientem de nouo inuestiri. Vbi autem vassallus renunciat feudum Domino, & dominus postea reinuestit † eundem vassallum, siue adijciantur

noua

noua pacta, siue simpliciter reinuestiatur, quia id fit, ex noua causa, extincta prima, nouum feudum dicetur. glo. in cap. siquis miles. Constit feud. Lotar. & in tit. an agn. vel fil. verbo, de nono; & ibi Bal. Tiraq. de retract Lign. §. 32. nu. 30. & 45. Grat. cons. 4. num. 10. vol. 1. vbi de qualitate comitatus adiecta, quòd nouam inducat formam Zas. in 3. par. nu. 5. & cons. 13. num. 7. & 17. vol. 1. vbi dicit, quòd non quęcunque
5 alteratio nouum feudũ facit, sed vbi substantialia † alterantur, secus si circa accidentalia noua forma sit adiecta. Bald. in d c. si quis miles. col. 2. nu. 6 & cons. 215. proponitur. col. 2. in fin. vol. 2. vbi de qualitate fœminina adiecta, vel detracta, de qua Hanneto. de feud. lib. 1. c. 3. uers. si ergo. vbi si feu
6 dum † masculinum concessum etiam sit pro fœminis, in fœminis nouum dicetur, & in descendentibus ab eis maternũ, & non extenditur alteratio vltra q̃ facta inueniatur. Aym. cons. 579. nu. 8. 758 nu. 8. & idem Zas. cons. 15. Ruin. cons. 1. nu. 17. & 20. num. 7. & cons. 91. col. pen. num. 12. & cons. 160. nu. 16. vol. 1. Gozad. cons. 53. num. 7. Gul. de Perus. inter consilia feud cons. 12 nu 4. vbi de qualitate primogenituræ adiecta. latè D. Præses Oza. nunc dignissimus Cancellarius decis. Pedem. 23. nu. 22. & seq. Natt. cons. 615. num. 2. qui consuluit in feudo Fruzasci, & in supradictis locis latè
7 explicatur. Quòd præfata renunciatio, & alteratio † primæ inuestituræ, in præiudicium agnatorum fieri non potest, neque tenet in feudo antiquo, & in alienabili, nisi eis consentientibus. c. 1. de alien. feud. pat. vbi Bal. in primo. not. & vid. cap. fin. iuncta glos. de eo qui fin. fec. agn. Bald. cons. 250. ad euidentiam vol. 2. & in l. qui se patris. col. pen. versic. & adde. C. vnde lib. & in l. 1 num. 31. C. quan. non peten. part. c. 1. qui succes. pen. & ibi Hern. & Præpos. quos ad hoc propositum inducit Ruin. cons. 7. nu. 31. vol. 1. & cons. 103. nu. 28. vol. 2. Ias. consil. 7. colum. 5. vers. 3. vol. 3. & cons. 152 & cons. 180. col. 6. vol. 2. Brun. cons. 78. nu. 7. & cons. seq. vol. 1. & consil. 234. vol. 3. atq; in eodem feudo Fruzaschi Aymo consil. 679. Thom. de Marin. de feud. ex pact. antiq. fol. 58. nu. 117. Camera. in cap. imperialem. fol. 247. secundum par-

uam

tam impress. Tiraq. vbi supra.nu.42.Moder. in consuetud. Paris glos.1.§.8.nu.39.Cephal.cons.302.num.67.& 88.vol. 3.& quamuis amplè à Doctoribus,diuersa sentientibus,tra-
8 ctetur quæstio,An princeps possit iuri feudorũ †in spe agnatis competenti derogare ex certa scientia: hæc mihi semper visa fuit verior opinio,quòd sine causa non possit,cum causa autem,quod possit.Item quòd causa debeat esse legitima
* iusta,& rationabilis: * vide Becc.cons.56.lib.1. Neq; pro causa sufficiat principis voluntas. Quinimo,& illa iusta dicetur causa, quæ publicam non priuatam vtilitatem respicit,prout de ijs generaliter in quacunque materia, latè dixi
9 in tit.qui feu: dar.poss. Renouatio † etiam antiquæ inuestituræ,aut executio veteris,non facit nouum feudum,nisi adderetur noua forma.Bald.in d.c. Imperialem.§. insuper.gl. in c.quicunque.in verbo, nouum.25. quæst.2. & quamuis in renouatione,seu confirmatione antiquæ inuestituræ addan-
10 tur verba,& de nouo † concedimus,non ex eo feudum nouum dicitur. Ias. cons.24. Alex cons.30. col.2. vol.1.Dec. consil 445.num.6.Aret.in l.si mihi. colum. pen.verbic. propterea.de verb.oblig.& consil.164. colum.3. verbic. sed ad hoc. Ozas.d. decis.23.num. 8. Cùm igitur nouam formam circa substantialia dixerimus nouum feudum efficere scien-
11 dum,quoque est substantialia † dici ea, quæ inuestituræ dispositione essentialiter continentur.ad Bal.in l.1.col.2.ver. nunc venio.nu 4 C. de sacrosanct. Eccles. vbi inquit, quòd nonnunquam promiscuè vtimur his terminis,videlicet,for-
12 ma,† solemnitate,& substantia:itidẽ dicemus de natura,gl. & ibi Doct.in l.pacta conuenta de contrah.empt.Feudi au-
13 tem natura † est ea,quæ pro regula traditur. Bal. cons.17. quod pro regula.in prin.vol.2 & alibi dicit Bald.in c. inter dilectos.col.3.vers.sed tu quæris.de fid.instrum. Quod natura est id , quod per se iuelt , & est idem quòd obseruantia regulæ. Quicquid igitur circa regularia in inuestitura propriè,vel impropriè reperitur dispositum,si mutari cõtinget,
14 nouam † formam efficiet . Septem etiam sunt naturalia re-
15 quisita † feudi quę disputat Cur.an substantialia sint in pri-

ma part.

ma part. princ. quæſt. 6. cum tamen ſubſtantialia dici non poſſint omnia: ſubſtantialia enim tolli non poſſunt gl. in c. non putamus in verbo, officiali. de conſuet. in 6. ſed natu-
16 ralia † ſic. Alciat. de eo quod intereſt nu. 15. & in propoſito
17 de feudo tolli non poteſt fidelitas. † quæ dicitur de ſubſtãtia feudi. Afflict. poſt Iſer. in prælud. num. 14. quamuis poſſit eſſe liberum à iuramento fidelitatis. Paris de Put. c. 9 pone quod dominus nu. 22. Claud. de Seyſell. in Spec. feud. in rub. de definitione. verſ. vnde poſtremo. & verſ. ſolũ reſtat. differentiam ſtatuit, an pactum ſit contra ſubſtantiam, & formã,
18 an ſit contra naturã, † vt primo caſu non cenſeatur iure feudi, ſecundo ſic: ſed dicatur feudum alteratum, quod Camer. æquiparat contractui innominato. fol. 267. Socin. in l. Gallus. §. etiam ſi parente. de lib. & poſthum. col. 2. vbi notabiliter dicit, quod quãdo apponitur pactum propter quod feudum magis accedit naturæ alterius cõtractus, puta libelli, vel emphyteuſis, potius iudicamus de tali feudi conceſſione, prout de libello, vel emphyteuſi, quã de feudo. Quòd ſi feudi conceſſio magis accedat naturæ feudi, & vti feudum cenſendum ſit, in aliquibus tamen ſi feudi natura, per pactũ alteretur in alijs non cenſebitur alterata, quæ conſecutiua non ſunt, ſed tantum in ijs, quæ in cõſequentiam ſequuntur virtute illius pacti. Et dicit Ozaſc. vbi ſupra, quòd licet ac-
19 cidentalia tantũ mutentur, tamen ex quo accidẽs † qualificatum ſuperuenies enti facit ens alterius naturæ, & ſpeciei, diuerſum dicetur feudum ab antiquo, & ſic nouum. de quo tamen vide Calder. conſ. 11. de feud vbi vult accidentalia non variare naturam feudi, ſed ſubſtantialia, & ipſe de ſubſtantialibus propriè, & ſtrictè loquitur, & nos in propoſito diximus ſubſtantialia non ita ſtrictè accipienda, vt ſine eis actus omnino corruat, prout ſine ſubſtantia actus ſubſiſtere non poteſt, ſed ſatis ſit, quòd circa feudi regularia quidpiam addatur, vel minuatur, quod patet ex dictis per Doctores, cenſentes formam, ſeu qualitatem additam, vel muta-
20 tam; nouum feudum facere, & ſic promiſcuè † vtuntur. vt dixi poſt Bald. his terminis, forma, qualitate, ſeu ſubſtantia,

Alio,

21 Alio, & tertio modo etiam feudum nouum † consideratur respectu noui domini. à primo causam non habentis. Curt. sen. cons. 49. nu. 70. Ozasc. vbi supra. nu. 22. Brun cons. 283. vol. 3. quamuis tunc verè noui feudi naturam non sortiatur, respectu agnatorum, qui à primo inuestito descendunt. Et adde, quòd idem feudum respectu vnius dicetur nouum, & respectu alterius antiquum. Iaſ d. cons. Afflict. post Bald. in § hoc quoque. nu. 2. de succes. feud. vt in feudo empto, à fratre, & in c. 1. nu. 12. si vaſſ. feu. priu. Are. cõſ pen. in prin.

22 quod vnum, & idem feudũ † potest considerari, vt paternũ, & vt nouum respectu diuersarum personarum. Quid autem si in noua feudi concessione apposita sint verba, iure feudi

23 antiqui, † an sortietur naturam feudi noui vel antiq? Doctores valdè se torquent post Old. cons. 178. nunc autem super eo non est insistendum. dixi in tit. qui feud. dar possi. & ibi te-

24 nui veriorem mihi videri. Quod cùm feudum † antiquum plures pariat effectus, quo ad successionem, huiusmodi clausula non operetur, neque immutet feudi naturam, nisi aliter constet de mente inuestientis, sed quoad alios effectus, quos de sui natura parit antiquitas, vt videlicet nobilitet possessorem, causet ius accrescendi, eximat à collectis, dicta clausula operetur. In successione autem frater fratri non succedit, neque eorum descẽdentes inuicem, licet feudum sit antiquum, cùm antiquitas successionem non causet, sed ideo succedant transuersales, quia descendant à primo stipite, & de feudo antiquo idem iudicamus, quod de nouo, si referamus antiquum feudum ad tempus primæ concessionis. Castr. cons. 11. super primo quæsito. num. 2. vol. 2. Moder in consuet. Pariſ. tit. 1. §. 5. nu. 8. Ozasc. decis. 161. num. 7 Hæc autem, cum videantur repugnare communi opinioni, quomodo possint procedere, ibi dixi. & sentit Dec. cons. 53. il-

25 la verba operari † vbi alteratur inuestitura, & feudum habet originem ex antiqua concessione; vbi autem renouatur inuestitura propter caducitatem, vel defectum lineæ, an dicatur feudum nouum. videbimus infra. quæst. 12. circa princ. Aduertendum tamen est, quòd non omnis nouus, emphy-

teuta

26 teuta, vel vassallus debet indistincté soluere Laudimiũ † sed quoties res mutat manum, & vassallus rem transfert in alĩ vassallum, in prima inuestitura non comprehensum. vt infra videbimus eadem q. sequenti. & 12.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an ex noua, & prima concessione debeatur.*
2 *Inuestitura ex abusiua etiam vacua possessio tradi debet.*
3 *Infeudans tenetur ex proprio facto suo.*
4 *Laudimium an debeatur de re empta à domino quæ domino directo fuerat consolidata.*
5 *Cameram per Ducalẽ ab emptione facta, an debeatur laudimiũ.*

Quæstio XI.

1 Lia infertur quæstio ex supradictis. An ex noua, & prima † cõcessione feudi, & emphyteſis debeatur Laudimium? text. in d. l. fin. videtur inferre, quod illud debeatur, propter consensum Domini, qui adhibetur in translatione rei, & ntatione emphyteutę, quod expressius ibi dicit Alber. post Odofr. dicens id deberi propter consensum præstitum, dum emphyteuta in alterum alienat, & propterea de prima concessione non deberetur Laudimium, & ratio posset etiam assignari, quia feudum à principio penes dominum est iure allodij. & sicuti vendens vel donans liberè rem allodialem, tenetur sine vlla impensa emptoris vel donatarij, eum in possessionẽ rei inducere, & tueri, ita etiam Princeps vẽdens vel dõnans feudum, facere tenetur, cum etiam ex abusiua
2 inuestitura teneatur vacuam possessionem tradere. Doct. in c. 1. qd sit inuestit. c. fi. de nou. form. fidel. c. 1. §. si facta fide feud. defunct. fuer. controuer. Iacobi. in verbo inuestiuit.
3 Vnde cum infeudans † teneatur ex suo proprio facto, tenetur adimplere sine vlla impẽsa acquisitoris. l. suo victu. & ibi Bar. de oper. libert. Archidiaco. in cap. cauendum. in fi. n. 10.

q.3.Brun.tractat.de reb.dub.fol.9.in dubia dispositione ratione expensarum.§.Et hic stat. regula.Et hoc maximè procederet in feudo,quod gratis concedi solet,vnde non debet aspirare Dominus ad aliquam pecuniam,alioquin iam gratuita non erit concessio: & certè solutio sit,propterea quod dominus approbat factum emphyteutæ,vt supra diximus q. 1.verũ, cum prima inuestitura omnino dependeat à voluntate domini absque facto alterius, quo ad translationem iuris,cessat ratio solutionis Laudimij.Alex consi. 165. in fin. vol.2.facit quod Afflict.post Ifern not.in c.1.§.sed, & reus. nu.40.per quos fiat inuest.quod quando de nouo feudum acquiritur,non soluitur releuium,& ita etiam tenent Modern. §.55.glo.2.nu.5. inferentes propterea, quod si quis emat à
4 Domino rem directo dominio consolidatam, † quod de ea emptione non tenebitur soluere Laudimium, cum perinde habeatur,ac si noua esset cõcessio, arguuntque Moderni de hac quæstione,si res à directo domino ematur,ad sequentem quæst. 22. an si dominus ipse emat emphyteumata vel iura vtilis dominij:sed non est par ratio,cum Laudimium soluatur per acquirẽtem,& Dominus acquirens sibi ipsi solueret, quod non est in casu isto. in quo tamen contrà videtur consilium Alex.5.vol.5.col 2.vers.5.& col.fi.vers.vlt. vbi exem
5 ptione facta à Camera † debetur Laudimium:& facit quod infra sequẽti.q.post Ias.latè tractabimus, si feudum efficiatur caducum,& dominus remittat feloniam, an sit soluendum laudimium,sed dicas, quod Alex. ibi se fundat præmaximè in consuetudine loci, & quod ita alias fuerat declaratum per Principem, quinimo Cameræ, quæ vendebat feudum,non erat debitum laudimium, sed Ecclesiæ, à qua feudum mouebatur,ideo diuersus est casus.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluendum à comprehensis sub prima inuestitura.nu.16.17.*
Et quid à non comprehensis.nu.11.& 14.

2 *Feudum*

2 *Feudum inter, & emphyteusim differentia.*

3 *Inuestitura si renouetur per mortem domini, an debeatur laudimium.*

4 *Feudum caducum, an reassumat primam naturam si de eo fiat inuestitura.*

5 *Effectus magis quam verba attendi debent.*

6 *Restituimus vel reddimus, verba Principis, nouum feudum non reddunt, & quid si addita sint verba, & de nouo concedimus. num. 7.*

8 *Inuestitura si de feudo caduco fiat quando sortiatur nouam naturam.*

9 *Feudum tanquam ad nouum, si delinquens admittatur, soluendum laudimium.*

10 *Introgium sine introitus de primis concessionibus capitur.*

12 *Contractus libellarius quomodo fiat.*

13 *Laudimium non debetur de his, quæ fiunt in executionem primi pacti.*

15 *Feud antiqui iure facta concessio, quid operetur, remissiuè.*

18 *Alienatum non dicitur, quod in agnatorum corpore conseruatur.*

19 *Cessio rei ut gioſæ inter socios, aut cohæredes permittitur.*

20 *Alienatio in remotiorem agnatum, an requirat domini consensum & nu. 25. & 31.*
Et quid si in connassallum non agnatum. nu. 21.

22 *Ius accrescendi in quibus feudis locum habeat, vel non.*

23 *Frater fratri an succedat in feudo concesso à supremo Principe.*

24 *Feudorum ius attendendum vbi contra legem cõmunem disponit.*

26 *Releuium differt à laudimio, remissiuè.*

27 *Laudimiũ an debeãt de alienatione feudi paterni inter agnatos.*
Et quid obseruet Camera Ducalis. nu. 28.
Et quæ communior opinio. nu. 34.

29 *Agnati non descendentes à primo inuestito verè vel interpretatiuè, extraneorum loco sunt.*

30 *Agnatos in feudis diuersimodè accipi quam in iure ciuili, remissiuè.*

32 *Feudum renuncians agnato postea decedenti sine filijs nihilominus succedit.*

33 *Feudum*

33 *Feudum alienatum extra familiam nouum dicitur, & quid si redeat ex noua causa in illos de familia. ibid. remissiuè.*

35 *Inuestituram petere tenetur agnatus acquirens ab agnato, & quo casu non.*

36 *Inuestitura non est necessaria, vt acquiratur feudum antiquum, & quid in feudo nouo nu. 37.*

Et quid si agnatus venit per ius accrescendi. nu. 38.

Quæstio XII.

1 AN agnati, vel alij comprehensi sub prima inuestitura succedentes, aut inter se alienantes, teneantur soluere laudimium? ex decisione supra posita, ex quo nouus emphyteuta, vel feudatarius dicitur ille, qui non est comprehensus sub prima inuestitura, infertur, q non: & hanc illationem faciunt Saly. & Iaſ. in d. l. fin. nu. 41. qui in hoc nullam differentiam, constituunt inter feudum, & emphyteusim, licet differentia sit in susceptione Inuestituræ, quam tenetur renouare feudatarius per mortem patris inuestiti, aut patris domini iuxta no. in c. 1. quo temp. mil. inuest. pet. deb. & ibi Præpos. c. . . quæ fuit prima causa. benef. amit. in princ. c. 1. de capit. Conrad. c. fin. de prohib. feud. alien. per Loth. & c. præterea. de prohib. feud. alie. per Feder. subiungit tamen Iaſ. ex mente Bal. in c. quę in ecclesiarum. num. 36. de constit. istud procedere, quoad renouationem tantum inuestituræ, nisi feudum esset ad ecclesiam reuersum, vel incorporatum, quia tunc deberetur laudimium. Hæc dicta Iaſ. sunt diligenter excutienda, nam casus plerunq; occurrit in facto; distinguendaque sunt singula capita. Et quæ ad renouationem inuestituræ, quæ fit proximioribus succedentibus, & vocatis, nullum deberi pro ea laudimium omnes concludunt. Bald. vbi supra num. 36. Brun. conſ. 210. vol. 2. vbi plus dicit, neque etiam deberi aliquod salarium. Dec. conſ. 262. col. 2. verſ. 7. & conſ. 443. col. 1. per eum in Auth. præterea. nu. 20. C. vnde vir, & vxor. prout econtra nō soluitur laudimium, cùm renouatur inue-

3 ſtitura † per mortē dñi. Affl. quæ fuit pri cauſ. benef amitt. c. 1. in princ. nu. 3. loquitur tamen de releuio. Sylua. de feud. recogn. q. 20. Quod autem excipit laſ. niſi feudum ſit ad eccleſiam reuerſum, non ita indiſtinctē eſt intelligendum: nam dependet hoc dictum à quæſtione illa, ſi feudo effecto cadu-
4 co renouetur inueſtitura, an feudū reaſſumat naturam † primam, vel dicatur nouum feudū. de qua per Alex. & laſ. in l. ſi mihi, & titio. de verb. oblig. Idem laſ. in prælud. nu. 96. Zaſ. in tract. de feud. in 3. part. nu. 4. latè Aymo. de antiqui. tempo. par. 5. num. 22. ſecundum quos diſtingui poteſt. Aut dominus remittit caducitatem, ante declarationem, & incorporationem feudi, & ante ſententiam, & nouum non dicetur feudum, neque nouus vaſſallus, gloſſ. in c. imperialem. §. inſuper, in verſ. priuetur. de prohib. feud. alien. per Fed. gloſſ. in l. peculium. §. ſi æ re. de pecul. & in l. quod dicitur. de impen. in reb. dot. fact. Bal. in l. 1. q. 15. de rer. diui. Paris de Put. de feud. c. an Baro poſſit. quod mihi eſt 178. qui dicit in terminis, ex renouatione inueſtituræ ea ratione facta, non deberi laudimium. Idem determinat Boer. deciſ. 279. in fi. facit, quod notat Tiraq. in l. ſi vnquam, in verbo, reuertatur. num. 12. C. de reuoc. don. Afflict. in §. ſed & res. num. 35. per quos fiat inueſtit. Thom. de Marin. de feud. ex pact. & prouid. antiq. nu. 45. idque procedit etiam, ſi dominus verbis no-
5 uam conceſſionē ſapientibus, vtatur: cùm effectus † magis, quàm verba attendi debeat. Curt. ſen. conſi. 49. nu. 88. Afflic. in c. 1. num. 21. de vaſſal. decrep. ęta. & eo caſu dicit Ardiz in ſum. in prima part. tit. vtrū frater inueſti. §. ſed quæro, quòd non dicitur feudum nouum, neque eſt neceſſaria noua inueſtitura. Aut caducitatem remittit poſtquàm feudum per ſententiam, vel alias facta declaratione per dominum ipſo iure, domino eſt applicatum, & tunc vis eſt in modo remiſſionis. Nam ſi Princeps remittat culpam, & vtatur verbo,
6 reſtituimus, † vel reddimus, aut aliàs faciat gratiam, ſub commemoratione prioris inueſtituræ, non nouum feudum dicitur, ſed priorem antiqui feudi naturam retinet. Iſern. in d. c. 1. nu. 2. de vaſſal. decrep. ęta. vbi idem dicit in dubio, ſi Princeps

ceps vſus fuiſſet verbis, reddimus, & de nouo concedimus, quia inſpicitur, quod principaliter agitur, & verbum, de no-
7 uo † concedimus, eſt acceſſorium, & intelligitur, quatenus opus ſit. Io Bartolomęus. de Scaramp. inter Brun. conſ. 112. & ſeq. quãuis loquatur in caſu quo nundum ſentẽtia erat lata Brun. conſi. 143. col. 3. vol. 2. Quod tantò magis, & ſine dubio procedit, ſi vaſſallus continuò nihilominus fuit in poſſeſſione. Ardiz. vbi ſupra Afflict. ibidem latè tractat: plures remiſſiuè tamen, accumulat. more ſuo, Goz. conſil. 84. Caſt. conſi. 425. vol. 2. Cęſal. conſi. 27. col. 3. volu. 1. Tiraq. de retract l: gnag. §. 32. glo. 1. num. 29. Aymo vbi ſupra. nu. 26. Et hoc caſu, vbi nouum feudum non dicitur, retinet priſtinam qualitatem, & naturam, & ſuccedent agnati, & is cui facta eſt gratia, non tenetur propter hanc remiſſionem accipere nouam inueſtituram, ſecus in ſequenti caſu, Card. in §. ſed etiam res, per quos fiat inueſt. col. pen. verſic. deinde. Cęſal. conſi. 301. nu. 117. & 128. vol. 3. Aut in remiſſione caducitatis, vtitur verbis nouæ conceſſionis, & ſeu renouatur in-
8 ueſtitura, † vel alterantur priora pacta circa ſubſtantialia, & feudum nouam ſortitur naturam. & Bal. in d. §. inſuper. Pariſ. conſ. 21. vol. 1. col. fi. Iacob. in verbo, dictique vaſſalli. nu. 64. verſi. addite. Gozad. conſ. 46. nu. 17. & d. conſ. 84. nu. 12. præſertim, vbi Princeps ipſe eſſet in poſſeſſione. Bal. in l. 2. q. 15. de rer. diuiſ. Moder. latè in conſuet. Pariſienſ. par. 1. §. 30. nu. 105. qui omnia membra proſequuntur. Idem, ſi Princeps reſtituat delinquentem, vel eius hæredem ad feuda ipſo iure deperdita mediante pretio: nam videtur vendere ipſa feuda, etiam quòd nunquam Princeps illa poſſederit, vbi pretium interuenit. Afflict. in d. §. ſed etiam res. num. 36. quod vtique in pretio procedit. atſi aliquid Principi daretur, quòd feudo non eſſet æquiualens, & ſiue ex cauſa recognitionis, ſiue gratia euitandi dubij euentus litis, ſecus dicendum eſſet. Item diceretur nouum feudum, quando conceſſio fieret ſimpliciter poſt ſententiam, & incorporationẽ ipſius feudi patrimonio, cùm de eo tunc idem iuris ſit, quòd de rebus patrimonialibus, Principis, vt dixi in tit. Qui feud. dar. poſſunt.

Ex his infertur secundum Bald. & Iaſ. quod vbi delinquens
9 admittitur tanquam ad nouum feudum, † quòd ſit ſoluendũ laudimium, ſecus ſi reſtituatur tanquam ad antiquum, per ſupradicta, quamuis putem eo caſu ſi admittatur tanquam ad nouum feudum perinde eſſe, atque in prima, & noua cõceſſione diſponitur, & ſupra proxima quæſtione dictum eſt, quicquid ſenſerint Bald. & alij, quorum dicta exiſtimo poſſe procedere, vbi ex qualibet noua conceſſione deberetur laudimium, eſſetque talis conſuetudo capiendi laudimium de huiuſmodi primis conceſſionibus, ſeu renouationibus,
10 quod introgium † vulgares appellant alias introitus dicitur, l. pen. §. alumno. de leg. 3. Quoad finitam autem generationem, ſi ille qui inueſtitur, non eſt de comprehenſis in prima inueſtitura, dicetur nouum feudum, & videtur quòd laudi-
11 mium † ſit ſoluendum, ſiue res ſit incorporata, ſiue non. Riminal. conſ. 38. Paris de Puteo in capit. 122. an ſi reperiatur facta. nu. 10. vbi in fortiori caſu dicit, quòd ſi per feudatariũ concedatur res ad vigintinouem annos pro cenſu ad reno-
12 uandum, quod dicitur contractus † libellarius, & ſoluitur ite rum laudimium pro renouatione, finito primo libello, & loquitur in ſubalterno. De hac ſecunda deciſione Paridis, ego dubito, & contrarium mihi videtur verius, cum renouatio fiat vigore pacti in prima inueſtitura appoſiti, quo caſu non dicitur talis renouatio noua emphyteuſis. Dec. conſi. 53. &
13 infra dicemus, quòd de his, quæ fiunt in executionem † primi pacti, non debetur laudimium. Bald. conſil. 440. ſecundum ea. vol. 5. Tiraq. de retract. lignag §. 29. gl. 1. nu. 4 Quinimo etiam, vbi dominus non teneretur inueſtire vigore pacti, ſi tamen inueſtiat finita linea, non videtur debitum laudimium, per ea quæ dicta ſunt ſupra, & proxima quæſtione, & conſequenter omni caſu, quo translatio fit per dominum, aut vaſſallum in perſonam comprehenſam in inueſtitura, ſiue gratis, ſiue pretio, ſiue redintegretur perſona ad feudum per viam conceſſionis, renouationis, aut confirmationis, ſemper immunis eſt, qui inueſtitur à ſolutione laudimij. Adde etiam in primo caſu, quòd ſi per finitam generationem,

illi,

illi, qui non est de comprehensis in prima fiat inuestitura ha-
14 bita relatione † ad antiquas, feudum non dicitur nouum, sed.
antiquum. Bart. & Alex. in d. l. si mihi, & Titio. de verb. obli-
Cœphal. cons. 27. nu. 16. & 17. & dicunt etiam hoc procede
re, si simpliciter inuestiatur, prout supra de caducitate fuit
dictum. Quod tamen magis est dubitabile: extincta enim
prima concessione, si iterato simpliciter concedatur, nouum
erit feudum in persona inuestiti, ad not. per Barb. in c. 2. nu.
6. de feud. & supra. q 10. licet quò ad quid, non dicatur no-
uum, videlicet, vt prælatus possit reinfeudare. Ardiz. in sum.
in secunda par. 2. par. & Bart. in d. l. si mihi, impugnat Areti-
nus, qui pulchrè, valde, & distinctè tractat articulum, po-
nendo tres casus. & Areti. sequitur Ias. ibi, quæ sanè opinio
videtur verior, & militat in casu isto diuersa ratio à cõfisca-
tione, nam in casu confiscationis, erat quidem comprehen-
sus delinquens in prima inuestitura. & faciliús restituitur in
pristinum. ad Bald. in cap. 1. quid iur. si post alien. fact. & ibi
Affict. num. 46. & 52. at vbi est defectus lineæ, feudum om-
nino renouatur in persona alterius, qui si inuestiatur simpli-
citer, erit feudum nouum, ex quo de nouo inuestitus, non
est de genere primi. Quòd si sub cõmemoratione antiqua-
rum inuestiturarum inuestiatur, procedet dictum Bar. quam-
uis eo casu etiam videremur esse in quæstione, quod opere-
15 tur concessio iure antiqui † feudi, de qua per Oldr. cons. 178.
Clar. quæst. 8. vers. sed hic. Insuper considerandum est, quòd
Bartol. se fundat in opinione, q̃ dominus teneatur inuestire
agnatos post finitam lineam. ad not. in l. 1. §. permittitur. de
aqua quot. & est. quæ opinio valde dubia est, & recipit tot
limitationes, vt destruatur regula. Soc. iun. cons. 9. vol. 3. Ti-
raq. de retract. lign. in proœm. num. 41. & seq. Quo autem ad
alienationem, si alienatio fiat in successuros ab intestato
16 comprehensos † in inuestitura, non debet solui laudimium.
cùm ista potius sit refutatio in fauorem successuri. quàm alie
natio. c. 1. de alien feud. pat. c. 1. de vas. decrep. ætat. Iser. in
c. 1. §. sed etiam res. num. 6. & seq. per quos fiat inuest. Brun.
cons. 317. vol. 3. Purp. cons. 338. & 349. Martin. de Laud. in-

ter Brun.conſ.119.num.23. Caſſa.in conſuetud. Burgun.in tit.des cenſes.§.1.gloſ 1.nu.6 qui propterea malè reprehenditur a Moder.in conſuetud.Pariſ.tit.1.§.22.num.71.intelligendo in feudo paterno. Paris de Put.in c.141.an quando is cui.num.11.Guid. Pap. quæſt.411.num.2. facit text. in l. 1. C. de his qui ſibi aſcrib. ibi, iuſtus ſucceſſor futurus eſſet. Marin.Frec.lib.3.in 25.differ. Quod ſi fiat in alios non ſuc-
17 ceſſuros,qui tamē ſint de comprehenſis † in inueſtitura,pariter non deberi laudimium cenſuit Brun.conſ.44.in fin.ſequendo dicta Saly. & Iaſ.vbi ſupr. hac potiſſimum ratione, quòd inter ipſos agnatos poſſit alienatio fieri ſine conſenſu domini.§.ſi vero,ibi fratri vero.de alie.feu.Lauden.in § Titius,nu.20.ſi de feud.def.pro quo allego Bal. no. conſ.300.
18 tex.vol.2.vbi dicitur,quòd nō videtur alienatum,†quod in linea ſeu agnatorum corpore conſeruatur. idem ferè dicit glo.in d.§.ſed & res. in verbo, proximiori. faciunt not. per Bar.in l.1.C.de impo.lucr.deſcr.lib.10. & in l.ſi domus.§.fi. de leg.1.& in l.pater.§. quindecim. de leg.3. idem Brun. hoc expreſsè tenet in conſilijs ſuis nouiſſimè impreſſis.cōſ. 124.volum.2.& 338.vol.4.* vide Cra.conſ.219.Hier.à Cavalos quæſt.104.326.435. & cum hac opin. videtur tranſire Rip.in §.duo fratres.num.87. in fin. & hanc credo in iure veriorem, cum nouus non dicatur emphyteuta, vel vaſſallus,qui eſt ſub prima inueſtitura comprehenſus. Ruy.conſil. 159.nu.8.vol.1.omitto aliam rationem Barto. quod nullum ex alienatione patiatur incommodum dominus ex quo ha-
19 bet emphyteutam iam obligatū.& facit,quia ceſſio,† & alio natio rei litigioſæ,alias prohibita, inter ſocios aut cohæredes permittitur.l.fin.in fin.C.de litigio.l. per diuerſas.§.exceptis.C.mand. ex quibus etiam legib. argumentatur. Ioan. Mont.in d.l.fin.C.de iur.emphy.verſic. quapropter. Et licet
20 diuerſæ fuerint opiniones Doctorum,quando alienatio† fit in remotiorem agnatū; an impunè fiat irrequiſito domino: de quo recenſendo Doctorum opiniones: & argumenta latius dixi in tit. de alienatio. feud. tamen communis, & verior videtur opinio.quòd non ſit neceſſarius domini conſen-

ſus.

sus. Io. Blan. in sum. quib. mod. feud. amit. col. 26. versicul. &
* quod dictum est supra, qui indistinctè loquitur, * vide latissimè probantem Surd. decis. 343. subditque ibi Blan. in versicul. sed quæritur, quòd vassallus poterit etiam vendere
21 conuassallo † non agnato. argum. eorum quæ supra dixi. & l. 1. C. si liberal. imper. lib. 10. qui tamen text. loquitur, prout ibi glos. & Doct. notant in casu speciali videlicet in socijs liberalitatis Imperialis, vt in eis habeat locum ius accre-
22 scendi, † quando motu proprio, & ex liberalitate Principis, non ad alicuius supplicationem à principio pluribus fit cõcessio. Iacob. de S. Georgio. in verbo, Princeps. vers. si latè. Ias. in l. te coniuncti. num. 223. cum plurib. seq. de leg. 3. & consil. 1. volum. 3. & consil. 117. colum. 6. volum. 4. Socin. iun. cons. 73. vol 1. Curt. in secunda part. prin. in 3. dubita. vbi latè disputat. Ripa in d. l. re coniuncti. nu. 158. qui sentit. d. l. non procedere in feudis. & re vera generaliter intellecta prout videntur intelligere aliqui Doctores destrueretur text. in c. 1. de fratr. de nou. benefic. inuest. cum concord. & in cap. 1. §. cùm verò Conradus. qui feud. dar. poss. qui text. loquitur in supremo Principe. prout dicunt Rip. & Curt. & in feudo nouo videtur verior Cy. opinio, quòd non procedat d. l. vt in l. vnica circa fin. C. quan. nõ peten. par. notat in apostillis nouissimis ad Alex. cons. 30. sub nu. 8. volum. 1. & ego adduco text. in c. fin. de feud. march. iuncto principio, qui loquitur in Imperatore, & potest etiam induci text. in c. 1. in fin. de benefi. frat. notabilior in hac materia, ponderando in fin. exceptionem, vel in hostem regis acquisierint, id est, armis pro Rege, & contra eius hostes pugnando, vt tale feudum à rege datum, transeat in fratrem, secus regulariter: & sic loquitur ibi de feudo concesso à supremo Princi-
23 pe, in quo frater † fratri nõ succedit, nisi in casibus exceptis. & ibi not. Doct. quatuor casus, in quibus frater fratri in feudo nouo potest succedere, vt mirum sit Doctores aliquã do frequentiori calculo tenuisse cõtrarium, quos recensent. & bene refellunt Cur. Ias. & Rip. supra allegati. vt inquit Paris. cons. 16. nu. 7. vol. 4. Alciat. cons. 160. nu. 3. Bero. consil.

70. num.6. vol.1. Et illam legem dicit valdè exorbitantem Corn.conſ.196.litera, F.vol.2. quæ procedit, vbi quis vult conſequi portionem per ius accreſcendi. Grat. conſ.4.col. 4.vol.1.& ſic vbi haberet locũ ius accreſcendi, poſſet dictũ Blan.procedere,alias non:& ſic nõ procedit in duobus fratribus,de nouo inueſtitis, volentibus inuicem ſuccedere,& admitti ad partem alterius iure inueſtituræ. vt dictum eſt tit.de ſucceſſ.feu. Prẽterea,lex illa condita eſt diu valdè ante conſtitutiones feudales,& vbi ex conſtitutionibus feudalibus aliquid diſponitur contrarium legi communi. attendi
24 mus diſpoſitionem feudalem,† non legem communem:hic diſpoſitionem feudalem habemus expreſſam contrariam legi,ergo attendenda eſt. Et redeundo ad principale noſtrum propoſitum, quod alienatio inter agnatos valeat affirmant Bal Præpoſ.& alij in c.1.in prin.nu.8.de prohib. feud alien. per Feder.vbi dicitur, ꝙ qualitas perſonæ non eſt prohibita licet præmaturè res ſit alienata. Et idem Bal.& Calt.in l.voluntas.nu.4. C.de fideicom. vbi Iaſ. etiam indiſtinctè loquitur,& melius quàm in l. fin. nu.116. C.de iur.emphy.vbi videtur tenere contrarium. & tandem tenet cum Alex. in l. ſi domus.§.fin.de leg.1.vbi dum Alex. dicit quòd non poſſint inter ſe alienare irrequiſito domino, loquitur in emphyteuſi à principio pluribus conceſſa,ſecus in emphyteuſi, vel feudo, in quibus inuicem ſucceditur. Et hæc opinio communior eſt.quàm fuerit opin. Gul. de Cun. in l cùm hi §. ſed ſi pluribus.de tranſ.vt ibi per Caſt.& alios.idem Bald. in c.1. de alie feud.pat.vbi latè diſcutit articulum,& tandem con-
25 cludit,quòd quãdo alienatio ſit in remotiorem † agnatum, eo viuente,qui alienauit,tenet alienatio. quia dominus non contemnitur, proximiores autem poſſunt reuocare. poſt mortem alienantis. Alex.conſ.89.num.7.vol.2. Et ſi taceat proximior agnatus per annum tenet alienatio, & ſic quo ad dominum ſentit Bald. quòd non ſit differentia vt alienetur in proximiorem, vel remotiorem. Idem Bald. in c.ſanè de renun.ſequitur Fely. in c. quæ in Eccleſiarum.col.antepen. verſ.7.declaratio.de conſtitutio.& in c.cùm cauſam.col.1.

de

de probat. Feder. de Sen. conſ. 228. Cald in tit. de loca quæſtio. 10. Ant. de But. conſ. 37. qui dicit, quòd lex cogitauit de extraneo, non de conſorte, dum prohibuit alienationem, ſine conſenſu domini Hypol. ſing. 28. Rip poſt Bartol. in d. §. duo fratres. in 10. quæſt. allegat huius deciſionis plures rationes. & ibi etiam Crot. tranſit cum hac opinione. Iſer. & Afflic. in d. §. ſed etiam res. & ibi Affl. latè tractat, an ſoluẽdum ſit releuium, & concludit, quòd non. illud tamen dif-
26 fert † à laudimio, vt ſupra diximus in prin. idem ſenſit Affl. in c. 1. in 3. not. num. 38 de vaſſ. qui cont. conſt. Loth. vbi expreſsè dicit, quòd quando alienatio fit in agnatum, licèt nõ proximiorem, ſine conſenſu domini nunquam præſumitur facta in contemptum domini. imò quo ad dominum licitè ſit latè Afflict. in cap. 1. §. & ſi clientulus. de alienat. feud. vbi plura ſimilia congerit. & idem dicit in emphyteuſi procedere, nu. 34. laſ. conſ. 64 in fin. vol. 3. Brun. conſ. 184. col. 1. & conſ. 205. col. 2. verſ. quod ſi dicatur. vol. 2. Menoch. in 2. reſp. cau. fin. nu. 45. & in 9 remed. recup. poſſ. nu 259. Paris de Put. de feud. c. 26. habens feudum. Ruin conſil. 159. nu. 6. vol. 1. Tiraquell. de retract lignag. in proœm. num. 52. & §. 11. gl. 6. nu. 9. Bero. in c. potuit nu. 32. Aymo. conſ. 203. nu. 4. & 679. nu. 10. Rolan. conſ. 57. nu. 8. vol. 3. Thom. d. Mari. de feud. ex pact. anti. fol. 59. nu. 122. Quod autem Doctores aliqui ex ſupra allegatis loquuntur in agnato proximiori, & ſucceſſuro; illud eſt propterea, quòd in præiudicium proximioris non teneret alienatio in remotiorem, quia reuocari poſſet. vt in d. c. 1. de alien. feud. pat. & hoc eſt quod ibi expreſsè ſenſit Iacob. de Beluſ. dum addidit alteri id eſt proximiori ſucceſſuro. hoc ita declarat ibi Afflict. nu. 33. & vbi ſupra, dum dicit, quod ſi fiat in remotiorem, nõ dicitur facta in contemptum domini. & latius colligitur ex allegatis per Bald. in locis ſupraſcriptis. Iacob. de S. Georg in verbo. & cum pacto de non alienando. num. 32. verſ. ſed moueo vobis. in fin. vbi dicit. quòd tenet quidem alienatio in agnatũ facta, ſed reuocabilis eſt per proximiorem Ruy. conſ 8. nu 11. vol. 1. Moder. §. 13. glo. 6. nu. 5. In conſuet. Pariſ. Et pro hac

hac pare, qu od alienatione facta inter agnatos de feudo pa
27 terno, non d ebeatur laudimium, † audio aliàs in Camera Regia Taurini fuisse iudicatum in quadam causa Nobilis Domini Aymonis de Scalengijs: & ego in causa propria ob-
28 tinui in Camera † Ducali post superuentam pacem, & restitutam Patriam, & tunc fuit dictum per Dominos auditores, vi sis meis allegationibus, quod in futurum nihil exigeretur à descendentibus à primo inuestito ratione alienationum, quas contingeret fieri inter agnatos vbi autem ageretur de
29 † agnatis non descendentibus à primo inuestito veré, vel interpretatiuè, illi extraneorum loco haberentur. Bald. in l. cum virum nu. 22 C. de fideicom Lauden. in §. Titius. col.
30 2 si de feu. defun. vbi agnatos in feudis † diuersimodè accipi dicit quam in iure ciuili. & cons. 29. nu. 5. & nihil ominus contrarium in hoc casu, quoad hoc, vt laudimium sit soluêdum, plerunque seruari dicit Cagn. in d. l. 2. quæst. 82. circa si. propter inuestituram quam de nouo capere compelluntur acquirentes, sed ratione inuestituræ simpliciter non deberi laudimium, supra vidimus. q. 1. & 2. quinimo ratione consensus, & approbationis noui emphyteutæ, qualis non est, qui sub prima inuestitura continetur. Sed ego alia ratio-
31 ne posse sustineri † puto hanc partem, quia inspecto tempore alienationis, verum est dicere ipsum non esse comprehensum sub inuestitura, ad effectum consecutionis feudi, cum alius eum præcedat, qui proximior est in gradu, & propterea non habet is feudum secundum voluntatem domini, sed præmaturè, & non seruata prima feudi disposition. per quâ rationem existimauit Benedic. Cam. in c. Imperialem. car. 24. & sequen. alias 107. & alibi sæpe in d. c. non posse etiam inter agnatos vassal. disponere, præposterando, sine domini assensu. Item non venit agnatus ad feudum, veluti in inuestitura comprehensus, sed ex noua acquisitione. Hub. Zuch. in repet. l fin. nu. 38. C. de edic. diui Adr. tollen. Item venit veluti extraneus emendo ab agnato. tanquam à quolibet extraneo. Tiraquell. de retract. lignag. § 32. nu. 46. & eo respectu illa pars feudi dicitur nouum feudum. Afflic. in c. 1.

num.

num.41.de vaſſ.decrep.ęta.vnde,ſi dicitur nouum feudum, nouus erit vaſſallus,quoad eam portionem,& conſequenter debebitur laudimiũ.ſed ad iſtud reſponderi poteſt ex mente Bal.in d.c.1.nu.8.de prohib.feud.alien.per Fed. & Brun.d. conſ.124.col.fin.quod agnatus remotior nõ venit ad feudũ vti extraneus,ſed de voluntate tam alienantis,quam proximioris, & ex eorũ ſaltẽ tacitò conſenſu, ad §. Titius, ſi de feud.fuer.cõtrouer inter do.& agna.& cap.1.§. porrò. qual. feud.alien.pot. Ideo non dicitur noua acquiſitio, inſpecta perſona acquirentis,qui reperiẽ,vocatus, neque dici poteſt præmaturè vocatus, præcedentibus in gradu renunciantibus expreſsè,vel tacitè,quinimo id ſecundũ voluntatẽ domini primi concedentis fuit,vt vno refutante ad alterũ perueniat,& ad quẽ feudũ peruenerit illi ſeruiat. facit c.omnes filij.ſi de feud.def contrau.fuer.& quoad dominum,eius nihil intereſt.prout dicebat Bar.Cęphal.d.conſ. 27. nu. 15.& eſt hoc de mente Bal.vbi ſupra.& Mart.de Laud. in c.ſi Titius.ſi de feud.controuerſ fuer. Neque ſimpliciter admitto, quod dicatur nouum feudum, ſed tantum ad eum finem,vt deſcendentes ab emptore excludant quandocunque eos, qui erant proximiores in gradu ſuccedẽdi venditori. & eius deſcendentes.cap.1.de natur.ſucceſſ feud.vbi Doct.notant. Soc.conſ.86.nu. 13.vol.3 non autem dicitur nouum indiſtinctè,ita vt deſcendentes venditoris excludantur deficiẽte linea emptoris per ea quæ notat Alex.in d. §. duo fratres. col.pen & conſ.189.nu.6.vol.2.Gabriel.conſ.89.nu.9.Paris de Put.in c.40.poſt hæc. & ita declarari poteſt. quod dicit Affict.nu.41.facit quod notat Iaſ. conſ.7.col.5.ver.30. vol.3.vbi, quoad præiudicium deſcendẽtium ab alienante, non. dicitur nouum feudum. Brun. conſ.78. col. pen. verſ. fortius.& conſ 135.col.14.ver. nec etiam obſtat renuncia-
32 tio. vol. 2. vbi renuncians † agnato poſtea decedenti ſine filijs nihilominus ſuccedit Hypol.in l.1.§.ſi quis vltro.n.24. de quæſt. Ruy.conſ.7.nu.11.vol.1.vbi in fortiori caſu,quando is,ad quem ſolũ feudũ peruenit,acquiſiuiſſet directũ dominium, id non præiudicat agnatis ſucceſſuris, qui nihilominus

minus

minus mortuo acquirente sine liberis succedent in vtili dominio, sed hoc casu proximiores vltimi defuncti acquisitoris licet sint transuersales, excludent descendentes, & proximiores alienantis. c. 1. de natu. succes. feud. & ibi Isern. Paris cons. 23. nu. 263. vol. 1. Quod autem descendentes vēditoris non excludantur, intelligendum est, quando feudum in familia alienatur, & in eos, qui ex prima inuestitura sunt vocati, cum consensus præstitus ad vnum finem, non debeat extendi ad alium, secus, si extra familiam, & in extraneos, aut qui sub prima inuestitura nō sunt comprehensi. per text. in c. 1. quid iur. si post alien. fac. vass. feud. recuper. & c. 1. in fi. de eo qui sin fec. Alex. cons. 28. in causa, & lite. col. 1. vol.
35 5. vbi feudum alienatum † extra familiā nouū dicitur, & si redeat ex noua causa in illos de familia, antiquam non reassumit naturam. Aret. cons. 3. Tho. d. Mari. de feud. ex pact. no. 10, nu. 20 Zas in 10. par. nu. 122. Et hic aduerte, quia differentia est, vtrum, is cui feudum est delatum, consentientibus agnatis, id renuciet in manibus domini absolutè, aut alias cadat à feudo, & dominus eundem, vel remotiorē inueniat, & tunc, cum feudum ad dominū reuertatur inuestiēdo de nouo, tanquam ex noua causa, nouum erit in persona inuestiti, vt supra dictum fuit, & procedit quod dicunt glo. & Doc. in d. c. 1. quid iur. si post alien. quod ex quo res mutauit naturam suam, & prima causa semel fuit extincta, licet redeat ad priorem statum, non reassumit eandem naturam, secus si vassallus etiam remotior fuerit inuestitus, absq; eo, quod feudum reuersum fuerit ad dominum: quia primo casu videbatur extinctum, & de nouo creatum vt in simili dicit Bald. de pomo arancio. in § insuper. in fin. de prohib. feu. alien. per Fed & dicitur propterea nouū feudum cōstitutū. secundo verò casu, remansit eadem natura feudi, licet ad vlteriorem in gradu de consensu proximioris deuenerit. Cast. cons. 181. notandum est vol. 2. Tho. de Mari. de feu. ex pact. antiq. fol. 59. nu. 125. vbi si refutationi factæ non consenserint agnati feudum antiquum remanet, quod si consenserint licet ad eosdem redeat, nouam assumit naturam, idem si alie

natio

natio facta esset in extraneum. cum pacto redimendi, quia redemptum non mutat naturam suam. Dec. cons. 88 num. 3. quæ tamen intelligenda sunt iuxta ea quæ supra, & quæstione præcedenti dicta sunt. Hanc etiam partem, quod debeatur Laudimium, videtur tenere Guid. Papæ. cons. 46. vers. nec obstat. vbi dicit, quod illud quod traditur, quod vassalus possit in agnatum alienare, irrequisito domino, procedit, quo ad hoc, vt non cadat in commissum, secus quoad eum effectum, vt possit ingredi possessionem, eo irrequisito, quatenus Guid. Pap. indistinctè loquitur, etiam quo ad proximum successurum, dicit contra omnes Doctores: verum tamen est, quod tenetur accipere inuestituram vt supra dixi, sed in casu sui consilij agebatur de feudo nouo à duobus fratribus acquisito, quo casu, vbi non esset successurus mediatè neque immediatè perinde est, ac si esset extraneus. Bald. in l. cum virum. num. 22. C. de fideic. & in l. nepotes. C. de suis, & legit. & cons. 16. facti euidentia. num. 2. vol. 1. & non potest alienatio fieri sine consensu domini, aliàs sic. Alex. cons. 189. vol. 2. & cum ea opinione, quod debeatur Laudimium, transeunt Moder. vbi supra. d. §. 22. num. 71. sequuti Bertran. cons. 173. vol. 3. in fi. & illud idem sentit
34 Bertran. cons. 85. nu. 1. vol. 4. sed communior est † contraria opinio, secundum quam, vt dixi, bis fuit obtentum in practica, & quam etiam sequitur, & comprobat Cephal. d. cons. 27. num. 18. Silua. de recogn. feud. quæst 90. Adde tamen, quod agnatus emens ab agnato, aut aliter acquirens
35 tenetur nihilominus petere inuestituram, † seu potius renouationem inuestituræ infra annum, & diem, nisi veniret per ius accrescendi in feudo antiquo ante acquisitionē alterius agnati. Iacob. in verbo. Et cum pacto de non alienando. nu. 41. vers. quæro vlterius sunt duo fratres. Curt. in 4 part. in 2. reg. vers. circa hanc tertiam regulam. allegant. Card. & alios in tit. per quos fiat inuest. §. sed, & res. vbi Afflict. nu. 34. Dec. cōs. 144. col. fi. Nam, & si succedat agnatus agnato, vt supra dixi, inuestituram infra annū, & diem petere tenetur, sed hęc nouа inuestitura non est, quæ nō exigitur, cum nihilominus

absque

36 absque ea † quæratur feudum antiquum. Bru. cons. 121. col. fi. vol. 2 sed est quædam recognitio, seu census reuerentialis qui præstatur domino post acquisitionẽ feudi, & causas huiusmodi renouationis exactè recenset Bald. in Auth. si quas
37 ruinas. col. 2. C de sacrosan. Eccles. Nouum †autem feudum sine inuestitura non acquiritur. ita declarat Bald. in l. 1. num. 4. de rer. diuis. Ias. cons. 17 col. 4 ver. in primis. vol 3. Præpos. in c. 1. sciendum. col. fi. de feud. cogn. Brun cons. 215. vers. & licet & 222. circa fi. vol. 3. Clar. quæst. 49. in fin. vbi tamen
38 consulit quando agnatus venit per ius † accrescendi, quod etiam petatur inuestitura pro portione non agnita, licet non petẽdo excusetur, quod tamen consilium nõ puto necessariũ ex supra adductis. Et latius de ijs dictum est in tit. de inuest.

S V M M A R I V M.

1 *Laudimium an debeatur vbi non est necessarius consensus domini in alienatione.*

2 *Denunciatio an facienda domino ante venditionem, rei emphyteuticæ, & quid in feudis. nu. 4.*
Et quid post contractum. nu. 15.

3 *Prælationis ius non cessat licet non fiat denunciatio domino ante venditionem rei emphyteuticæ.*

5 *Prælationis ius competit domino in feudis.*
Et quid in fructibus. nu. 13.
Et quando procedat. nu. 6.
Et quid in Ecclesia nu. 7.
Et an agnati præferantur domino. nu. 8.
Et quid in patria Pedemontana, nu. 9.

10 *Fiscus vendens rem aliquam tenetur prius offerre consorti.*

11 *Prothomiseos ius an habeat locum in feudis.*

12 *Consortes quando: & qui habeant ius prælationis in feudis.*

14 *Exportandi fructus extra territorium prohibitio an licita.*

16 *Emphyteuta pro pensione, qua actione teneatur.*
Et qua, & ad quid vassallus. nu. 17.

18 *Emphyteutæ idoneitas in quibus considerandæ.*

19 *Alienationi rei feudalis, vel emphyteuticæ quando non teneatur dominus consentire.*

20 Con-

20 *Consensus secundus domini in rei emphyteuticæ alienatione requiritur, & quid loco illius in praxi obseruetur. ibid.*

Quæstio XIII.

1 AN in casibus in quibus res alienari † potest sine consensu domini directi, debeat ex alienatione nihilominus Laudimium? In tota hac materia, puto veram conclusionem Barto. in l. & ideo in prin. de cond. furt. Quod an sit soluendum Laudimium. prius inquirendum sit, an in alienatione sit necessarius consensus domini. quia, si res absque consensu domini alienari potest, nullum debetur Laudimium. Montan. in l. fin. in verbo exposuimus, vbi adducit causam, consensum videlicet præcedere debere effectum Laudimij, & cessante causa cessare effectū: e contrariò autem non procedit necessario argumentū, vt in discursu patebit. Intelligo tamen hanc conclusionē vbi consensus simpliciter, & absolutè non requiritur, id est, tam ante contractum, quàm post, nam, vt etiam infra dicemus in alienatione, quæ pretio mediante fit, exigitur quædam denun-
2 ciatio, † & consensus domini, ante contractum ad effectum, vt deliberet dominus, an ipse rem venalē velit emere: alioquin venditioni præstet consensum. vt in l. fi. quæ tamen denunciatio in rebus emphyteuticis in patria Pedemontana videtur obsoleta, & in desuetudinem transisse. teste Purpur. in add. ad Iaf. in l. fi. nu. 10. C. de iur. emphyt. & in casu Ozasij consuluit. Brun. consi. 44. nu. 2. Nam fiunt contractus, & intra annum denunciantur domino, & petitur inuestitura, quā-
3 uis tamen non cesset ius † prælationis, prout Senatus censuit, de anno 1569. mense Iunij in causa Ripaltæ. Thesau. decis. 169. Et huiusmodi consuetudo videtur ea ratione inducta, vt superflua vitentur, cùm tempore petitæ inuestituræ salua
4 sint omnia iura domino, licet in feudis † præambula denunciatio, seu licētia vendendi ex decreto requiratur, & ex iuris dispositione, vt infra dixi. q. 19. itaque, ista denūciatio antecedens ad effectum prælationis, quamuis nō exigatur in feudis.

dis. Camera. fol. 359. attamen assensus domini, & licentia requisita, erit loco præambulæ denunciationis, cùm in feudis
5 † etiam domino detur prælatio. c. 1. §. porrò. vbi glo. qual. ol. feud. alien. pot. Iacob. in tract. in verbo, qui quidem inuesti-ti. nu 60. Mar. decis. 368. Paris de Put. in c. 242. an si vendantur, & c 14. fuit facta. in fi. Petr. de Bellaper. in tract. feu. tit. 8. qual retin. feud. nu. 4. Rebuf. in declar. arbor. feud. in 3. quæst.
6 vers. habebit. tamen Rub. cons. 146. quod limitatur, † si dominus per se velit retinere, secus ad effectum alijs vendendi: quia tunc ius prælationis eis non competit. Guid. Pap. q. 411. sufficitque, vt tempore prælationis adsit animus, non autem vt propterea in futurum ligetur dominus, vel promittere adstringatur, alijs non vendere. Moder. in consuet. Paris. §. 13. gl. 1 nu. 31. & ita quoq; censuit Senatus, qui dixit etiam do-
7 minũ non teneri iurare. limitat Rub. in ecclesia, † vt ipsa non habeat ius prælatonis, & se remittit ad no. per Boer. in consuetu. Biturig. quod est contra text. in c. potuit. sed dictum Rebuffi posset procedere ex æquitate, & vrbanitate, ne videatur ecclesia inhiare huiusmodi commoda, nisi ipsa re egeret.
8 Item præferuntur agnati † domino. gl in c. 1. in verbo partẽ. de succes. feu. Io. Rayne. in suo comprehens. feudo. § præterea q. 21 nu 37. Paris de Put. d. c. an si vendantur. facit quod notat Ias. in d. l. fi. nu. 14. Rip. in l. 1. nu. 19. de priuil. cred. quã uis Are. in l. si mihi. circa fin. de verb. oblig. videatur tenere, quòd dominus si; præferendus in casu, in quo feudum alienari potest, quod comprobatur, quia plus iuris habet dominus in feudo, quam agnatus. Extat tamen in pluribus locis consuetudo. quod domini feudales vti nõ possunt. iuri prælationis. Gul. de Bened. in c. Rayn. verbo, & vxorem nomine Adelasiam num. 296. Et in priuilegijs, patriæ Pedemontanæ
9 † cauetur, vt si Princeps in aliqua parte feudi succedat, puta ob defectum lineæ, vel aliquo alio modo, pars feudi ad ipsum deueniat, non possit eam partem retinere, sed mediante pretio teneatur consortibus remittere, quod videtur rationabile ad Bal. in c. 1. §. si verò, vel in totum. qual. olim feu. alien. pot. Bru. cons. 234. in fi. vol. 3. licet stricto iure ad id nõ

teneãtur

teneantur domini. Paris de Put. c. 8. aliqua. & de iure etiam
10 quando rem aliquam vult vendere fiscus, † tenetur prius
offerre cõsorti. Bal. in l. 2. C. de com. rer. alie. vbi dicit, quod
de æquitate debet præferri socius, ad l. 1. de priuil. credit. q
etiam sensisse videtur Dec. cons. 283. n. 7. vers. vlt. quæritur
11 & dicit Affict. q ius prothomiseos † habet, locum in feudo;
tamen si paternum sit. in tracta. prothomis. in rub. col. 4. ver.
10. & vlt. & in §. sed & res. nu. 8. & 10. per quos fiat inuest. in-
12 ter consortes autem nõ descendentes † à primo stipite, Se-
natus in causa Dominorum Giallioni, & Cęsaris Grossi, cẽ-
suit, oblationem non esse necessariam etiam in iurisdictio-
ne, impugnando dictum Fabia. de Mont. in tract. de emp. in
3. quæst. prin. nu. 41. declarando Bal. in l. 1. in fin. C. qui test.
fac. poss. vt eius dictũ procedat in alienatione ad emulatio-
nem. Alc reg. 3. præsump. 23. in fi. dixi hoc eodem tit. de alie
natio. feud. ver. Consensus agnatorum. Adde, quod dominus
nõ solum habet ius prælationis in re, sed etiam in fructibus
13 † rei. Ias. in l. fin. n. 11. allegat Bar. in d. l. 1. C. de metall. lib.
11. vbi Luc. de Pen. dicit, quod vassallus, fructus venales te-
netur prius vendere domino, idque iusto pretio. Tiraq. de
retrac. Lignag. §. 1. gl. 18. nu. 2. quod restringit. num. 5. quan-
do fraudis esset suspicio, alioquin æquali ptio, quod ab alio
reperiretur: Ita etiam sentit Didac. lib. 3. Variar. Reso. c. 14.
nu. 6. qui dicit opinionem Bar. receptissimam esse, licet ipse
eam impugnet prout etiam similia proclamata, quod homi-
nes non possint vendere, aut extra territorium exportare
14 † fructus, aut animalia, nisi prius oblatione facta dominis.
enixè impugnat. Brun. cons. 263. vol. 3. & 380. vol. 4. quam-
uis posset dici, quod in fructibus rerum feudaliũ, vel emphy-
teuticarum maior vigeat ratio, ob maiorem obligationem,
quam habet vassallus, vel emphyteuta erga dominum, præ-
sertim, si à domino fuerint præmoniti, doctissimus Neapoli-
tanus Marin. Frec. li. 2. in 38. aut vbi limitat quatuor modis.
15 Post contractum autem, altera denunciatio, † & consensus
exigitur ad effectum approbationis noui emphyteutæ, &
missionis in possessionem, cũ irrequisito domino nõ debeat

in possessionem induci, etiam si posset, quis eo irrequisito contrahere, puta, donare, permutare, &c. Petr. Iacob. ver. item si alia pretia, & ver. item si dominus non vult. Gabr. cons. 84 nu. 9. expeditque hoc domino, propter tria, primò, vt nouus emphyteuta se obliget pro pensione, cum alioquin
16 non detur in eum personalis actio.† gl. in l. fin. verbo alijs. & ibi Bar. & alij. C. de iur. emphy pulchrè explicat Bald. in Auth. si quas ruinas. col. 2. vers. 2. propter. C. de sacrosan. Eccles. facit l. fin. § fin. de contrahen. empt. Petr. Iacob. vbi supra. q. pen. Alex. post Bart. in l. si domus. § fin. de leg. 1. Ang. in l. vniuersas. in prin. C. ne rei dom. Ant. de Butr. & Imo in c. potuit. in glo. 3. competit tamen rei vendicatio, & hypothecaria. secundum quod annotaui infra in quæst. 45 an res emphyteutica sit pro Laudimio obligata, & in feudatario,
17† vt dominum recognoscat, & debitum præstet iuramentum fidelitatis. Secundò interest etiam domini, vt fiat talis denunciatio, vt facilius consequatur Laudimium. Tertiò, vt deliberet an nouus emphyteuta sit idoneus. Aretin. cons. 41. Alex. cons. pen. num. 7. vol. 3. & ita etiam declarat Bero. post alios in d. c. potuit in prin. Calca. cons. 59. col. 3. Monta. in l. fi. ver. refirmatio. & facit quod infra dixi de donatione.
18 Idoneitas† autem consideratur tam respectu solutionis. vt successor facilis sit conuentionis. ad glo. in d. c. potuit. in verbo, prohibentur. quam etiam respectu aliarum commoditatum, quæ ex feudo prouenire possunt, vt sunt caducitates, & laudimia. Quo fit, vt si emphyteuta, vel vassallus velit alienare in Ecclesiam, vel manum mortuam, dominus non
19 teneatur† consentire. quinimo id prohibere potest. cap. 1. §. inde potest. de aliena. feu. Card. cons. 34. circa primum. vers. sed ex defectu. Curt. in 2. part. q 9. in fin. Bru. cons. 217. volum. 3. Ruy. cons. 143. num. 10. vol. 1. Alex. cons. 9. num. 4. vol. 3. Afflict. in § donare. num. 13. qual. ol. feu. alie. pot. Paris de Put. c. 269. an si quis vendat. Bened. in c. Rayn. in verbo. & vxorem. decis. 5. num. 3. Moder. in consuet. Paris. §. 41. nu. 54. & 57. Praxis autem. vt iam dixi, obtinuit, vt loco
20 secundi† consensus, petatur per emptorem inuestitura

intra

intra annum, etiam post adeptam possessionem, & cum inuestitura, sit loco secundi consensus, soluitur pro ea Laudimium.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione in inuestitura permissa an debeatur laudimium, & requiratur consensus de nouo. nu. 6. 8.*

2 *Inuestituræ verba, pro se & quibus dederit, quid importent.*
Et verba pro se, heredibus, & successoribus. nu. 3. & 7.
Et verba, pro se, & cui concedere voluerit. nu. 4.
Et verba, pro se, & haredibus quibuscunque. nu. 5.

9 *Consensus alienandi inuestituræ appositus an tollat domino ius prælationis.*
Et an laudimium. nu. 10.

21 *Alienandi feudi licentia restrictionem recipit exhabilitatem.*
Nec legi derogat. nu 13.

12 *Denunciatione alienationis facta domino non respondenti intra duos menses, quid iuris.*

14 *Contractus strictè sunt intelligendi.*

Quæstio XIV.

EX his resultat dubium, an si à principio dictum sit in inuestitura, quod possit in quemcunque alienare,
1 † cum in alienatione non videatur requiri consensus domini, debeatur Laudimium? Et videtur, quod non: cum illud soluatur ratione consensus, qui à principio fuit præstitus, & in alienatione postea non requiritur: idem
2 si in inuestitura dictum sit, pro se, & quibus † dederit: nam tunc etiam videtur. quod sine alio consensu domini, possit alienari. per text. in c. 1. de feu. non hab. propr. nat. feud. & hoc videtur voluisse Saly. in l. fin. colum. 4. ver. quæro an res. qui loquitur in legato emphyteusis concessæ pro se,
3 † hæredibus, & successoribus: propterea quod legatarius comprehendatur sub verbo, successoribus, & sic cõtineatur

sub prima inuestitura. atque ideo non dicatur nouus emphyteuta. Alb. in d. l. fin. vers. sed nunquid hęc lex. Bald. in l. prima quęst. 45. de rer. diuis. vbi dicit, quod qui habet feudum
4 pro se, & cui concedere † voluerit, habet potestatem alienandi, liberam, quoad hoc, vt non teneatur requirere dominum, sed non liberam, id est, contra iura domini. Camer. in c. Imperialem. fol. 29. vbi tamen dicit diuersum in inuesti-
5 tura, pro se & hæredibus † quibuscunque, quæ alienationem per viam vltimę voluntatis nõ contractus includit. & quod
6 nõ exigatur consensus. † Alex. consil. 173. col. pen in fin. vol. 2. Iaf. in l. fi. col. 2. Montan. ver. sed & Cur. in 4. par. in 2. reg. prin. q. 5. vbi dicit communem. Rom. sing. 469. Tiraquell. in l. si vnquam. in proęmio. nu. 35. C. de reuoc. don. Dec. consil. 164. col. 3. vers. 2. respondetur. vbi etiam dicit communem. & consil. 193. post numer. quint. ver. nòn obstat. & 680. Aymo. consil. 84. nu. 10. & consil. 92. nu. 6. Par. consil. 3. nu. 29. vol 1. Iul. Clar. in §. feudum. q. 31. vers. vlterius. & q. 41. vers tu vero Nat. consil. 322. nu. 1. Rolan. à Valle consil. 42. num. 16. lib. 1. & in tract. de lucro dot. q. 54. nu. 22. Menoch. 2. respon. caus. fin. art. 4. nu. 80. & consil. 1. nu. 126. Ozasc. decis. 164. in prin. Bero. in c. potuit. col. 3. latè disputat Iaf. consil. 165. in causa duorum. col. 2. vol. 2. & hanc dicit communem Purpur. cõs. 628. nu. 39. Brun. consil. 532. & quia supra tactum est de clausulis importantibus, secundum suprascriptos doctores, fa-
7 cultatem alienandi, de singulis clausulis † in inuesti turis apponi solitis, dixi in tracta. sub tit. de inuestitu. vers. forma, Obiter tamen hic dicam, quod inuestitura pro se, hæredibus, & successoribus, in feudis nil amplius importat, quam si simpliciter dictum esset, pro se, & hæredibus, ita vt neque fœmina, neque hæredes extranei comprehendantur. Dec. consil. 208. num. 11. 171. num. 5. vbi reprehendit Soc. quatenus putat geminationem operari, vt ad extraneos feudum transire possit, & idem Dec. consil. 38. Rip. in l. ex facto. §. fin. num. 15. ff. ad trebel. & ita fuit resolutum in causa Vlmetæ quæ coram Principe tractabatur, diebus proximè decursis: prout etiam latius in dicto titulo dictum est. Sed quod etiã

vbi

vbi à principio est permissa alienatio vel ad sunt clausulæ id
8 importantes, exigatur † domini consensus, & noua licentia; mu.ci tenuerunt. Spec. in tit. de emphyteu. q. 94. & ibi Ioan. And. moti ea ratione, quod tale pactum intelligatur secundum naturam iurium feudalium. Signor. consi. 10. num. 3. Bru. cons. 80. nu. 3. & cons. 121. col. 5. ver. 7. vol. 2. & Spec. sequuntur Alex. cons. 106. nu. 4. vol. 4. & cons. 128. nu. 6. vol. 5. Calca. d. cons. 50. Afflict. decis. 307. nu. 21. Rube. cons. 110. Foller. de cens. vers. iura, iurisdictiones. nu 3. Goza d. cons. 4. nu. 29. Neuiz. cons. 9. nu. 24. Moder. §. 13. glo. 1. nu. 8. qui in-
9 ferunt consensu nõ obstante, competere domino ius † prælationis, & Laudimij, quamuis quoad prælationem non videatur subsistere eorum opinio, cum non ad alium finem prior consensus exigatur, quam vt deliberet dominus, super prælatione. l. fin. C. de iur. emphy. & data licentia videtur remissa emphyteutæ denunciatio, & in consequentiam remissum quoque ius prælationis, alioquin frustra liceret ei libere vendere, & hoc fundetur ex eo, quod licentia huiusmodi vendendi, vt infra dicam, æquipolet lapsui duorum mensium post quas non licet amplius domino offerre. Sed quicquid sit de requisitione consensus ad effectum prælationis,
10 quo ad solutionem Laudimij, † quod id debeatur vera est conclusio, quam tenet Sal. in l. 6. col. 2. ver. sed iuxta. quem refert Cur. vbi supra Iaco de San. Georg. in verbo, ita quod etiam ipsi. col 1. & latè Socin. iun. cons. 70. vol. 3. qui respondet ad dictum Sal. col. 4. vbi videtur contrarius, quod procedat, quando successores sunt in inuestitura compræhensi, ea compræhensione, vt decedente emphyteuta, absque alio facto, extrinseco vocarentur ad emphyteusim, & dicit hanc esse nedum communem opinionem, sed ne habere quidem contradicentem, Alciat. cons. 750. præsens consultatio. Iul. Clar. d. §. emphyteusis quæst. 22. Et ad argumentum, quod non sit necessarius consensus domini, negatur esse verum absolutè, nam, non est quidē necessarius à principio nec ad effectū prælationis, sed vtique post contractū, & ad effectū
11 recognitionis, ac approbationis, cū facultas alienādi † re-

strictionem recipiat ex habilitate, & iuxta formam legis, quę disponit, vt antequam adipiscatur possessionem nouus emphyteuta, aut vassallus, approbetur ipse, & recognoscat dominus. & ita concordari possunt suprascriptæ opiniones doctorum contrariæ. Ruin d consi. 143. nu. 10. vol. 1. vbi dicit, quòd licet data sit facultas à principio alienandi, non tamẽ potest alienatio fieri in personam prohibitam, puta ecclesiam, vel potentiorem. glo. in c. potuit. in verbo prohibetur, & ibi Panor. nu. 8. & hanc licentiam initio datam æquiparat facultati concessæ à lege, postquam dominus respondit se
12 nolle emere, vel facta denunciatione † non respondit intra duos menses, quibus elapsis potest emphyteuta vendere cui voluerit, modo non sit de prohibitis, & dominus tenetur cõsentire: quod videtur esse de mente Parid de Put. in c. 95. an si dominus, & in c. 136. sequitur. explicitè id asserit. hoc idem sensit Imol. in c. potuit. nu. 63. q. ante pen. quĩ dicit, q̃ potest fieri alienatio, irrequisito domino, sed quòd non debet induci emptor in possessionem, antequàm requiratur dominus; quia quò ad hoc non dicitur per licentiam alienandi
13 legi † derogatum, cũ pactum possit operari, quoad primam denunciationẽ antè contractum requisitam. Brun. cons. 406. vol. 4. Imol. in d. c. potuit. sequitur ibi Bero. nu. 23. qui dicit, q̃ idem operatur pactum, quod expressa licentia, & voluntas domini: sed si dominus volenti alienare consentiret, quinquagesimam consequi deberet, ergo & si pactũ fuerit appositum, remouet primã denunciationem requisitam ante cõtractum, non eam, quã post contractum facere tenẽt emphyteuta, vel nouus emptor, prout praxis obseruat. Præpos. in d. c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. & qui in vno consentit, nempè in facultate alienandi, non sibi præiudicat in alio, vi-
14 delicet in laudimio, quia contractus † strictè intelliguntur. Afflict. in tit. qui succes. teneat. col. 1. c. 1. vol. 3. versi. & licet isti consensus. Redoan. de reb. eccl. non alien. tit. de laudim. nu. 17 Corbul. de iure emphyt. tit. de caus. priua. ob aliena. & hoc idem sensit Camer. d. fol. 24. faciunt quę infra proxima quæstione notantur. quæ huic affinis est.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Renouatio inueſtiturę, & ſolutio Laudimij conſenſu à domino præſtito alienationi rei emphyteuticę, an requirantur.*
Et quid in feudo, nu. 3. & 4. diſtinguitur. nu. 5.
2 *Feudalem rem vendere ſi dominus vaſſallo permittat, remittere videtur omne ius ſuum.*
Et quomodo procedat, ibid.

Quæſt. XV.

AN ſi Dominus conſenſit alienationi factę per primum emphyteutam in ſecũdum, requiratur alia
1 renouatio † inueſtiturę, & ſolutio Laudimij? Ana. conſ. 90. concludit, quòd non. quia l. fin. C. de iure emphyt. non requirit aliquam renouationem; ſed tantum nodo conſenſum, allegat conſi. Anch quod mihi eſt 63. motiua iudicis. & hoc comprobat ibi Bologn. & ſeq. Iaſ. in d. l fi. nu. 40. Dicit etiam Afflict in §. præterea ſi quis. col. 1. verſi. & eadem ratione. de prohib. feud. alien. per Feder. ℭ non requiritur inueſtitura, ſi dominus alienationi præſtitit conſenſum. Idem Afflict. in §. ſed & res. nu. 37. per quos fiat inueſt. & in c. 1. num. 109. quo tem. mil. vbi tamen dicit videndum Iſern in c. ſi minori. ſi de feud. defun. fuer. controuer. vbi Iſern. ſe fundat in conſuetudine Regni, ſecundum quam pro feudo empto non fit inueſtitura, neque præſtatur fidelitas: ſed tantum pro feudo, quod ſucceſſione quæritur. facit quod not. Bald. in l. dotalem. verſi. quòd ſi dominus, ff. ſolut. mat. vbi dicit, ℭ ſi dominus permittat vaſſallo vende-
2 re rem quam habet in † feudum, ℭ videtur remittere omne ius ſuum. Afflict. deciſ. 112. in fi. Alex. conſi. 180. nu. 9. vol. 2. quod intelligo, ſi permittat vendi rem tanquam liberã, alias intelligitur conſenſiſſe, reſeruato iure ſuo debito reſpectu directi dominij. Paris de Put. de feu. reintegr. c. 268. an ſi rex ſimpliciter, & in c. 62. an ſi dominus feudi. Aluar. poſt Iſern.

in c. imperialem. num. 15. de probi. feu. alie. per Fed. Afflict. ibidem. in 16. q. & facit quod supra proxima quæstione dictum est, quod consensus intelligitur prestitus secundum naturam iuris feudalis, & nedum iura directi dominij censentur seruata, sed etiam vtilis, si aliquo modo sibi competat. Afflict. ibidem in 12. notab. nu. 25. Cast. d. l. dotalem in fi. vbi dicit, quòd miratur de dicto Bal. cuius decisio videtur mihi dubia. In primis namque præsuppono, quod prout supra dictum est in alienatione rei emphyteuticæ duplex requiritur denunciatio, & dñi consensus diuersis tñ respectibus, nempè licentia, vt supra dixi alienãdi ante contractũ, ac licentia post contractũ, ratione missionis in possessionẽ, & approbationis noui emphyteutæ, vel loco huius secundæ licentiæ inuestitura. Modò, licet dominus consenserit alienationi, non sibi præiudicauit in iure approbandi nouum emphyteutam, ac missionis in possess. vel inuestituræ, & consequenter in perceptione emolumentorum, quæ eo respectu sibi debentur. Afflict. post alios. in d. c. imperialem. & eo minus in
3 feudo, † in quo omnino vltra consensum requiritur renouatio inuestituræ in acquisitore. c. 1. in princ. quæ fuit prim. caus. benef. amitt. & §. præterea si quis. dum generaliter loquitur. de prohib. feud. alien. per Fed. Bald. in alleg. Auth. si quas ruinas. col. 2. C. de sacrosanct. eccles. quicquid dixerit Afflict. in d. §. præterea. cuius dictum etiam procedit de consuetudine Regni. Paris de Put. in c. 1. §. 1. versi. an si singulares, per quos fiat inuest. facit quod in agnato acquirente feudum antiquum supra dictum fuit quæst. 12. in princ. vers. & tanto magis, & in fin. post Iacob. in verbo, & cum pacto de non alienando. num. 40. & seq. vnde attenta illa renouatione in feudis requisita, & duplici consensu in emphyteusi, cum etiam dominus intelligatur consensisse, saluis suis iuribus.
4 debetur † laudimium, & fortiori ratione in feudis, quàm in emphyteusi: & Anan. in specie reprobant Moder. §. 13. glos. 1. num. 8. Monta. in d. l. fin. circa fin. vers. quapropter non videtur. Redoan. de reb. eccl. non alien. tit. de laudim. num. 16. & illa in feudis requisita renouatio habetur loco secundi consensus

sensus requisiti, prout supra sæpè dictum est. Bero. d. c. po-
5 tuit. nu. 24. Ego † tamen istam quæstionem sic determino. Aut dominus simpliciter alienationi consensit, & non censentur sibi in laudimio præiudicasse. Alber. in d. l. si fundum per fideicommissum. in fin. de leg. 1. Bero. vbi suprà, qui ad hoc inducit. l. fin. & suprà proxi. quæstione dictum est: aut consensit. alienationi post contractum, & approbauit emphyteutam: & tunc sibi præiudicauit in perceptione laudimij, cùm illum reperiatur approbasse, debeaturque laudimium ratione approbationis noui emphyteutæ, & hoc est, quod sensit Ana. d. consi. 90. vbi in casu Ana. Dominus expressè approbauerat secundum emphyteutam: idcirco nihil posse peti dicit ratione renouationis inuestituræ, cùm iam contractus reperiatur approbatus, & nouus vassallus admissus absque reseruatione alicuius sui iuris, & ita etiam procedit consi. Anchar. iuxta quod reperio consuluisse Gozad. consi. 65. nu. 9. & videtur fuisse de mente Ias. in d. l. fi. num. 52. arguendo à paritate iuris, vbi duo menses sunt elapsi, qui terminus habetur pro consensu præstito, & in proposito dicit Bald. in cap. 1. §. præterea quib. mod. feud. amitt. allegando Innoc. in cap. inter dilectos. de fid. instru. quòd inspiciendum est, ad quem effectum Dominus consenserit, quod sequitur ibi Afflict. col. 7. in 2. not.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an censeatur remissum ex receptione census à nouo emphyteuta.*

2 *Emphyteusis laicalis, & ecclesiastica differunt, remissiuè.*

3 *Consensus domini pro approbatione noui emphyteutæ inducitur si non consenserit expressè intra duos menses.*

4 *Consensus non inducitur ex actu indifferenti.*

5 *Canonum plures receptiones quàdo inducant remissionem caducitatis.*

6 *Consensus ad renunciationem iuris sui quando inducatur ex actibus positiuis.*

7 Con-

7 *Consentire fortius videtur qui aliquid agit quam qui tacet.*
8 *Renunciatio quando inducatur per vnicum actum contrarium.*

Quæstio. XVI.

1 Vbsequenter quęritur, An per tacitam approbationem noui emphyteutæ, quæ resultat ex census receptione, † cẽseatur quis sibi præiudicasse in iure laudimij? Quod non. Modet. §.41.num. 72.& §.52 glo.1.nu.150. dicentes, quòd ex huiusmodi actu duo tantum inferuntur, videlicet, quòd plenum dominium non sit recipientis,& quòd soluens cõstituatur in quasi possessione iuris censuarij, non autem inferatur remissio caducitatis, quod dicunt absurdum, & tamen eorum dictum est contra gl.in l.2.verbo repellere. C.de iur. emphy. quam sequuntur indifferenter Doct. omnes,prout Ias. dicit nu.134. & glo.in c potuit.in verbo,expelli.differentiam constituens
2 inter emphyteusim † laicalem,& ecclesiasticam: & glo.in d. c.1.quo tempo.mil.in verbo, post mensem. vbi Bald.& alij Curt.in 4.par.in 23.cauf.priuat.in 6.limit.Iul.Clar.in §.feudum.q.49.vers.sed pone.& generaliter dicit Brun. cons.38. nu.7.quòd quando recognoscitur dominus in seruitijs, non est, quòd imputetur caducitas ob non petitam inuestituram perinde erga est, acsi inuestitus fuisset, & eadem dispositio in laudimijs videtur seruanda ad hęc seruiunt,quę notantur infra quęst.sequẽti post Ias.in d.l.fi n.52.vbi dominus amittit laudimium, si requisitus non consenserit expressè infrã
3 duos menses: nam perinde habetur,† ac si consensisset,& tacitè approbasset emphyteusim? vnde sequitur,quòd sicut ex expressa, ita ex tacita approbatione amittat quis ius laudimij, quamuis inter caducitatem, & amissionem iuris laudimij diuersa posset assignari ratio, quia in caducitate agitur de priuando aliquem suo vtili dominio, & dominus recipiendo censum facit actum contrarium, quod non est in ratione laudimij,in quo dominus recipiendo pensionem, potest nihilominus existimare saluum sibi fore ius consequendi laudi-

4 di laudimium, & ex actu indifferenti.† consensus non inducitur Aymo cons.97.nu.13.quod vtique procederet, si contractum alienationis ignoraret: idem in dubio, vbi non cõstaret de certa scientia domini. vt in quadam causa Bononiensi bonorum de Bologninis decidit Rot. de anno 1544. quinto Decẽbris.& 1545.27. Februarij, in qua decisum fuit
5 propter plures receptiones canonum,† non censeri remissam caducitatem, quia non probaretur scientia contractus. at vbi dominus certior factus esset de alienatione, ex receptione pensionis induceretur consensus,& approbatio noui emphyteutæ; & in consequentiam laudimij remissio. multò magis, si solutio esset continuata. ad notata per Doct. supra allegatos, dicentes per huiusmodi actus induci remissionem caducitatis à sciente, & facit text. in l. quidam ex parte. de euict. l. si seruus communis. cum ibi not. de don. inter vir. & vxor. l. de lege. §. fin. & l. post diem. de leg. commiss. l. commissoriæ. C. de pact. int. empt. & vend. l. quod si nolit. §. in factũ. & ibi glo. de ædil. edic. c. ex ore. & ibi Anchar. in 7. no de his q̃ fiunt à maio. par. capituli. ex quib. elicitur regula, quod ex
6 actibus positiuis inducitur consensus,† & renunciatio iuris sui, quando illi actus tendunt ad eum finem, aut alias cum iure competenti non se compatiuntur. & de consensu Ioan. And. in c. qui tacet. de reg. iur. in 6. vbi dicit notãdum, quòd
7 si is qui tacet cõsentire† videtur, fortius is, qui aliquid agit. quod sonet in cõsensum. l. paulus respondit. ff. rem rat. hab. Brun. cons. 220. Fely. in c. cum Bertold. col. 4. vers. 30. aduerte. de sent. & re iud. Tiraq. de legib. cõnub. gl. 7. vers. expres. nu. 23. & de renunciatione. gl. pen. in c. cùm accessissent. & ibi Pan. & Fely. de constit. Ant. de Butr. post Inn. in c. accedentibus. nu. 8. de priuileg. vbi ponit regulam, quod quando actus est incompatibilis iuri competenti, nec alia coniectura, quàm renunciationis sumi potest, tunc etiam per vnicum
8 † actum contrarium censetur renunciatum iuri Tiraq. de retract. lignag § 1. gl. 10. num. 20. & § fin. quæst. 6. & de retract. conuent. §. 1. gl. 2. nu. 59. & §. 4. glo. 10.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an amittat dominus non consentiens alienationi infra bimestre, si emphyteuta vendat.*
2 *Penalia non sunt extendenda.*
3 *Expressum satis dicitur quod ex legis ratione colligitur.*
4 *Quinquagesimam an amittat dominus ob non præstitum consensum emphyteutæ.*
Et quid in feudis. nu. 5.
6 *Consensus duplex est iustitiæ, & ex gratia, & ad primum tenetur dominus.*

Quæstio XVII.

QVid si dominus non cõsentiat alienationi infra tempus sibi statutũ nempe bimestre, & emphyteuta vendat, an amittat dominus † laudimiũ? videtur, quòd non quia poterit quandocunq; consentire, & illud consequi. nec quo ad id reperitur pœna imposita secundum Bal. in l. si nũ. 18. subiungit in Bal. quòd aliter recurrendum esset ad materiã purgationis moræ, sequitur Saly. col penul. vers. sed dubitandum, & repetit eadem verba Bal. facit vulgaris regula, in penalibus
1 2 † non esse extensionem faciendam, & quicquid non reperitur expressum haberi pro omisso. ad c. odia. & cap. in pœnis. cum ibi not de reg. iur. in 6. Ias. autem nu 52. tenet, & dicit verissimum, quòd dominus amittat laudimium, sed quod possit moram purgare, re integra. Redoan. de reb. Eccles. nõ alienan. tit. de Laudim. §. ista autem nu 21 Est autem duplex hæc quæstio: An dominus possit purgare moram: primò videlicet ad effectum prælationis & tũc etiam non potest nisi consentiat, re integra, nõdum facta venditione per emphyteutam Ias. nu. 25. vel an possit consentire ad effectum consecutionis laudimij, etiam facta vẽditione & procedit, quod dicit Ias. num. 52. quod non potest, nisi re integra, id est, ante

transi-

translatione possessionis, & valdè vrget ratio per eum allegata, quòd laudimium debetur pro receptione noui emphyteutæ: qua causa cessante, cessare debet effectus solutionis. Item, ex quo recusatio habetur pro consensu, sicuti post admissionem non debetur, ita post recusationem, cum à pari iudicentur in d.l. fin. & ad rationes in contrarium adductas,
3 facilis est responsio, q̃ satis dicitur expressum, † quòd ex legis ratione colligitur. ad no. per glo. Ang. & alios in l. prætor ait §. 1. de oper. non. nunc. Fely. in c. translato. num. 3. de const. Bald. autem, & Saly. videatur subdubitare, dum dicũt, aliter recurrendum esse ad materiam purgationis moræ, & ideò Salicetum pro opinione Iaſ. allegãt Mod. in § 56. gl. 1. nu 5. dum tenent contrà Iaſ. contra quem etiam sentit Mõtan. d.l. fin. vers. relatum. vbi pariter à Iasone dissentit, dum binos menses duplicat, duos videlicet ad vendendũ, & alios duos ad mittendum in possessionem, & circa fin. leg. versic. quapropter, putat vers. sinautem nouum, in lege appositum, scriptoris seu impressoris vitio additum, & minimè conueniere cum textura superiorum verborum, asserit, dum reiterat emphyteutæ licere ius suum in alium transferre, quod prius in lege iam dictum fuerat, verũ de effectuali, & actuali trãslatione, si intelligas cum Iaſ. & antiquis Doctoribus, cessabit inconueniens, cùm paulo ante dictum sit, nouum emphyteutam, vel emptorem suscipere noluerit, &c. & sic ius iam cessum, & contractum initum præsupponat lex. Et quòd do-
4 minus non consentiendo, amittat quinquagesimam, † tenet etiam Petr. Iaco. in form libell. pro re emphyteu. versic. item emphyteuta: Et quod dicitur de emphyteusi, idem videtur
5 dicendum in feudo, † in quo etiam vbi dominus tenetur consentire, si non consentiat, consensus habebitur pro præstito. Camera. d. capit. Imperialem. fol. 225 secundum paru. impressionem, de quo tamen vide eundem fol. 694. vbi videtur sentire contrarium, sed suprà loquitur, quando dominus consentire debet ex obligatione, & vt ipse dicit secundum iustitiam, nam eo casu ad consentiendum cogi potest. Rebuff. in arbor. feud. col. 4. in fin. Quod si consensus † præ-

standus

ſtandus ſit ex gratia, dominus ad eum præſtandum, nec cogi poteſt, nec requiſitus pro præſtito haberi debet. Nat. conſil. 165. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur de feudo franco alienato. & nu. 13.*
2 *Feudum francum alienabile etiam in eccleſiam, & pro eo quis non tenetur niſi ad expreſſa. nu. 3.*
4 *Feudum verò francum quomodo intelligatur, et nu. ſeq.*
Tribus modis dici poteſt francum feudum. nu. 6.
7 *Feudum plus, et minus alteratum quandoque dicitur.*
8 *Feudum francum à culpis contractus, ſed non delicti eſſe poteſt.*
9 *Fidelitatem iurare vaſſallus qui non tenetur, ad contenta tamen in eo iuramento tenebitur.*
Idque etiam in feudo franco. nu. 10.
11 *Feudum alteratum in alijs retinet propriam naturam.*
12 *Contemptus domini per alienationem quando inducatur.*
14 *Feudum ligium importat gentile, francum, et nobile.*
15 *Feudum francum quandoq; dicitur quoad commodum pecuniarium licet debeantur obſequia.*

Quæſtio XVIII.

1 INſuper non impertinenter quæri poteſt, An de feudo franco † Laudimium ſoluendum ſit? Et dicendum eſt, quòd non: cùm poſſit alienari, irrequiſito domino. Bal. in l. 1. nu. 5. in fin. C. ſi à non compet. iud. vbi dicit, ℣ de feudo franco, nulla habetur mentio in vſibus feudorum, ſed illud æquiparat feudo, non habenti propriam naturam feudi, & in Auth. niſi rogati. nu. 15. C. ad Treb. refert quoſdam dicentes, ℣ in tali feudo ſuc-
2 cedit eccleſia, † & de eo vaſſallus teſtari poteſt. Iaſ. conſil. 57. col. 2. verſ. 2. vol. 1. & pariter alienare per viam contractus. Hoſtien. in c. fi. de reb. eccl. non alien. Cur. in prima par. q. 8. nu. 31. Ruin. conſ. 143. num. 19 vol. 3. Grammat. deciſ. 103. nu.

103 nu. 134. & habens feudum francum non tenetur ad ali-
3 qua seruitia, nisi ad † expressa. Io. Andr. in addit. ad Spec. de
præscript. in rub. vers. his diebus. Curt. vbi supra nu 28 Ias.
in prælud. feud. num. 123. qui refert dicta plurium, circa hoc.
Io. Ferrar. lib. 1. feudorum. c. 6. vers. 2. feudum, intelligendo
4 de feudo verè † franco, videlicet, quod ita expressum est in
inuestitura in qua non contineantur pacta repugnantia feu
do franco, & illud dicunt alienabile, prout exactè adnota-
uit Excellentissimus Ozasc. decis. 163. qui alioqui tenet cõ-
trarium, prout etiã plures tenent, & non sit alienabile. Aret.
cons. 14 nu. 3. Alex. cons. 2. in fin. vol. 5. Præpos. in prælud. in
3. diuis. Afflict. in tit. de his qui feud. dar. pos. in §. fin. col. 6.
vers. octaua species, vbi reprobat Host. Bal. hoc idem sen-
sit, licet eum pro contraria parte allegent aliqui, In prælud.
feud. nu. 53. vbi allegat quidem Hostien. sed statim subiun-
git Ber. contra extra de fid. instr. c. inter dilectos, & melius
dicit sentire Ber. Et licet in d. c. inter dilectos, & locis supra
allegatis videatur sentire cõtrarium, illud est, ex quo refert
opiniones aliorum, ipse tamen dicta eorum non comprobat, & ita saluari potest à contrarietate. Alio etiam modo
saluatur, vt quando dicit alienari posse, intelligat de feudo
5 omnimodo † franco, etiam à iuramento fidelitatis, vt per
Bal. in l. si plures. nu. 7. C. de cond. insert. Dec. cons. 185. col.
3. Soc. iun. 77. vol. 1. Zas. part. 12 nu. 48. Rolan. cons. 2. num.
134. vol. 1. Bursa cons. 4. nu. 5. Diuersitas autem istarum opi-
nionum, causatur ex confusione proprietatis vocabuli, quo-
modo feudum dicatur francum: Et quidem tribus modis
6 † principaliter francum dici potest: à seruitio, à maleficio,
& à fidelitate vt supra dictum est in titu. de natu. feudi. vers.
de feudi diuisione. A seruitio, equidem liberum dicitur, cùm
non habeat certum, & determinatum seruitium, & hoc nisi
inuestitura explicitè vel implicitè aliud suadeat, quia ex pa-
cto in inuestitura appositio, plus minusue francum dici pote-
7 terit, prout, & aliàs feudum plus † & minus alteratum dici-
tur. Dec. in c. cæterum. col. 4. de iud. A maleficio autem fran-
cum nunquam erit, vnde dr̃ francum ab omni seruitute, præ-

terquam

quam à maleficijs consistentibus tam in committendo, quàm in omittẽdo. Et in proposito dicit Bal. in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. q licet feudum possit alienari, non tamẽ est francum à culpis delicti, sed à culpis contractus, vt licet non fiant seruitia, quæ debentur regulariter, ex contractu non perdatur feudum, sed si committantur maleficia, feudum amittatur. Paris de Put. c. 96. est à modo. fol. 64 Rebuff. in verb. feud. in 14. declar. Brun. cons. 156. vol. 2. A fidelitate autem, & contentis in ipsa fidelitatis forma, ac præceptis, præsertim negatiuis, liberum nequaquam feudum erit, quod latè explicat Camera. in c. Imperialem. fol. 256. cum plurib. seq. secundum patru. impres. & hoc est, quod Doctores dicunt, quod licet pro feudo franco nõ teneretur vassallus iurare fidelitatem, tenetur † tamen ad contenta in iuramento fidelitatis. Io. And. vbi suprà, in add. ad Spec. in rub. de præscript. in fi. Tiraq. in l. si vnquàm. verbo donatione largitus. num 339. Duar. in consuet. feud. c. 2. nu. 8. ex ijs puto, quòd non sit incõpatibile, quod in feudo franco iuretur fidelitas, cùm nihilominus absque iuramento, ad contenta in eo teneatur, qui habet feudum † francum, quicquid Brun. cons. 379. vol. 4. allegando Io. And. dixerit: erit enim francum ab omnibus, præterquam in expressis, & contentis in inuestitura, & in quibus per pactum non alteratur natura franchisiæ, in ijs naturã feudi franchi retinebit, quãdo specificè in feudum francum concessum est. Bursa. cons. 2. nu. 36. & faciunt quæ feudistæ passim tradunt, quòd feudum † alteratum, in alijs retinet propriam naturam feudi. Curt. in 1 par. q. 6. nu. 18. tetigi suprà q. 10. post Socin. in l. Gallus. §. etiam si parente. de lib. & posth. Et de franchi feudi natura vide Camera. vbi supra, & fol. 282. qui in proposito dicit, quòd non alienare feudum sine consensu domini est de compræhensis in fidelitate, & id comprobat Rol. d. cons. 2. quod tamen videtur procedere regulariter, vbi prohibita est alienatio. alioquin, eorum ratio, quòd dominus contemnatur † per alienationem, sine consensu, fragilis est, quia procedit vbi consensum tenetur requirere vassallus, nõ aliàs: nullus est enim contem-

contemptus, vbi permissa est alienatio, & licet possit cadere à feudo, id intelligitur ex alijs causis, iuxta dispositionem text. in c. 1. de feud. non hab. prop. nat. feud. ibi, ex ijs causis ipsum amittat, quibus, & verũ feudum, cui dispositioni text. æquiparatur per Doct. feudum francum. Ex his dato etiam, quod opinio. contra Host. esset verior, cùm feudum francũ sit ab omni onere liberum, vltra contenta in inuestitura, neque aliquod aliud grauamen pro eo imponi possit. vt Doc. frequentiori calculo sentiunt post Old. cons. 234. certè vbi
13 de laudimio † in inuestitura expressum quidpiam non sit, ad id non tenebitur vassallus, & hoc modo etiam argumentatur Natt. cons. 507. nu. 10. licet in diuersis terminis, & cons. 600. nu. 7. Afflict. in c. 1. de cap. qui cur. vend. nu. 63. & Ioan. Rayn. in comprehens. feud. in prin. num. 24. vbi dicit deberi tricenum: non hoc modo intelligit frãcum, sed solum à seruitio annuali, & pensione liberum: Nos autem loquimur in feudo omnimodo, & verè ab omni pecuniario seruitio, franco, vt loquuntur regulariter Doct. & hoc idem sentit Ioan.
14 Pap. lib. 13. tit. 1. arrest. 3. in feudo ligio, † quod dicit importare gentile, francum, & nobile. Et francum in proposito di-
15 citur, quoad commodum † pecuniariũ, licet debeantur obsequia, & honores domino. Menoch. de reti. poss. remed. 3. num. 408.

SVMMARIVM.

1 *Laudimio non soluto intra annum, & diem, an res emphyteutica, vel feudalis cadat in commissum.*
Et quid obseruetur. nu. 4.
2 *Alienans rem emphyteuticam, & inductus in possessionẽ nouus emphyteuta irrequisito domino, cadit vterque iure suo.*
3 *Feudi inuestituram non capiens intra annum, & diem cadit à iure suo.*
Et quid in successore vocato ex prima inuestitura. nu. 5.
6 *Feudo sub annua præstatione constituto, an cadat vassallus cessans in solutione.*

Quæstio XIX.

1 QVæro insuper, an si laudimiũ † non solutum fuerit intra annũ, & diem, res cadat in commissum? Loquendo de emphyteusi, nullibi hoc reperitur expressum, idcircò non id dicemus extendendo pœnas: requiritur enim tantummodo consensus domini, antequàm res alienetur, & nouus emphyteuta inducatur in possessionem, & dominus potest recusare consentire, nisi sibi soluatur quinquagesima, proptereáque duplex fit sibi denunciatio ante contractum; vt possit retinere si velit, & post contractum, vt facilius consequatur laudimium, & cogat nouum emphyteutam ad se obligandum, vt supra dixi.
2 post Aret. cons. 41. Quòd si alienans † inducat in possessionem nouum emphyteutam, irrequisito domino. ea ratione cadit à iure suo tam is qui alienauit, quàm acquisitor. d. l. fin. Guid. Pap. q. 46. & cons. 147. in 6 dub. Neque officit consi. Fulg. 219. col. 2. vers. 2 autem, vbi dixit in casu suo, propter non solutam vigesimam, rem cadere in commissum, quia se
3 fundat in pacto inuestituræ: in feudis † autem inuestituram quidem non accipiens intra id tempus cadit à iure suo. c. 1. §. præterea si quis. de prohib. feud. aliena. p Fed. c. 1. in prin. quæ fuit prim. caus. benef. amit. c. 1. quo temp. mil. Paris de Put in §. 1. versic. an singulares. per quos fiat inuest. dicens, q. §. præterea si quis. loquitur in omni infeudante, & in omni infeudato generaliter, & quod in regno id ius non seruatur, nisi in hærede, & successore, & ideo secundum ius regni procedunt, quæ in contrarium scribunt Afflict. & alij regnicolę dictum est infra in tit. de amissione feudi §. inuestituram nõ petens. De Laudimio autem, cum nihil reperiatur expres-
4 sum, neq; etiam nos dicemus, videtur tamen in patria † nostra, quod sit consuetudo, vt nisi laudimium soluatur, & inuestitura petatur infra annum, tàm in emphyteuticis, quàm feudalib. res fiat caduca: habetque emptor tempus illud ad ipsum laudimium soluendum de consuetudine, & hoc idem

sentit

sentit Cagn. in l. 2. C. de pact. int. empt. nu. 109. & arguendo de feudo ad emphyteusim, infert, quod tam in emphyteusi, quàm in feudo tenetur, quis de iure infra annum, & diepetere inuestituram, sed istud argumentum in his, quæ deuiant a regulis iuris communis. non est tutum, vt per Iaſ. in d l. 1. nu. 55. C. de iur. emphyt. Dec. conſ. 328. nu. 4. Doct. in l. gallus. §. etiam. de lib. & poſth. Nicol. Euerar. in loc. legal. in loco à feudo ad emphyteusim nu. 44. Cur. in priu. q. 3. Iul. Clar. in §. feudum. q. 3. in fi. opinio etiã Cagnol. procederet in terminis ſuis, videlicet in nouo emphyteuta, quem domini valde interest obligari. vt poſt Aret. dixi ſupra hac eadem queſt. 5 & quæſt. 13. circa fin. In ſucceſſore autem vocato † ex prima inueſtitura non est emphyteutæ aliquod tempus præfixum ad petendam inueſtituram, ſed ad requiſitionẽ domini, dẽt fieri renouatio, vt colligitur ex Iaſ. in l. prætor ait. §. fi. nu. 15. circa fin. de oper. nou. nunc. & in l. fi. nu. 41. C. de iure emphy. Guido. q. 417. neq; aliter videntur ſenſiſſe Anch. conſ 63. & Anan. conſ. 90. per Cagnolum allati. in facto etiam extat in patria, diuerſa conſuetudo, quòd in emphyteuſi non requiritur prior licentia, ſed petitio inueſtituræ intra annum, poſt contractum, loco ſubſcriptionis requiſitæ, vt ſupra dixi quæſtio. 13. in feudis verò primitus exigitur licentia alienandi, deinde infrà annum petitio inueſtituræ. Idem ius tamen ſeruatur quo ad ſolutionem laudimij in vtroq; caſu,

6 Hinc tractant doctor. an vbi feudum eſt ſub annua † præſtatione, vaſſallus ceſſans in ſolutione, cadat à feudo, ſicut emphyteuta. Iaſ. in prælud. feudor. num. 57. Cur. in 4. part. in 39. cauſ priuat. Sylua. de feud. recogn. quæſt. 110. & fi. & dixi infrà d. tit. de amiſſi. feu. §. ſeruitium debitum denegans.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an vſufructuario, vel proprietario debeatur. Et cuius conſenſus requiratur in alienatione. nu. 2.*

3 *Laudimium eſt fructus ex re ipſa, vel propter rem prouenient.*

4 *Emptor cum pacto retrouendendi, commoda rei ſua facit.*

5 *Proprietarius rem feudalem, vel emphyteuticam, quæ cadit in commissum vsufructuarius verò vsumfructum lucratur. & numero 7.*

6 *Confiscationes bonorum etiam immobilium acquiruntur plenè vsufructuario castri alicuius.*

8 *Commissa, res seu in commissum cecidisse verè non dicitur prius quam facta fuerit declaratio voluntatis domini.*

Quæst. XX.

1 AVDIMIVM † Cui debeatur, an proprietario, vel vsufructuario? Oldra. cons. 24 domine. concludit deberi vsufructuario, quinque rationibus, & inter aliàs, cùm Laudimium soluatur ratione consensus præstiti, & ad vsufructuarium spectet consensum præstare, propterea quod eius interest vnum potius, quàm alterum emphyteutam habere, non mirum, si eius quoque debet esse commodum. Ista ratio non videtur concludens, & assumptum non videtur verum, cùm consensus etiam proprietarij requiratur, ad l. in concedendo. de aqua plu. arcend. cum ibi no. l per fundum. l. per quem locum. & l. Quintus. de seruit. rustic. prædio. Imò magis ad proprietarium spectat inuestire. Mar. decisio. 605. & hanc difficultatem sensit Paris de Puteo qui recitat consilium, & rationes Oldrad. in tractat. de feud. reintegr. cap. 85. fuerunt concessa, & cap. 83. & quia, & nihil resoluit. Dicit tamen, quod id quod dicitur requiri vtriusque cónsensum procedit in feu-
2 dis magnis, Ego de iure in omnibus vtriusque † consensum requiri existimo, vt in alia quæstio. infra dixi quæstio. 24. cùm diuersitatis ratio non detur concludens, & agatur de vtriusque interesse, & ita in terminis videtur tenere Old. consil. 30 in fi. & determinauit parlamentum Tholosæ prout refert Gul. Bened. in cap. Raynut. in verbo, cætera bona. num. 33. vbi latè de ijs, & cum Oldra. censeo commodum
3 Laudimij ad vsufructuarium spectare, quia fructus † est ex re ipsa, seu pp rem proueniens. l. vsufructu legato. & l. item

veniunt.

veniunt de vsufru. quos tex. etiam allegat Io. Andr. in add. ad Spe. Verſ. 92. in fi. & Doc. poſt eum Par. de Put. in c. 177. an ſi duo. nu. 3. Soc. iun. conſ. 70. nu. 31. vol. 3. Iul. Clar. lib. 4 ſent. §. emphyteuſis. q. 23. Redoa. de Laudim. nu. 14. idem etiam
4 obtinet in emptore † cum pacto retrouendendi ad quem interim ſpectant commoda. Marin. Frec. lib. 2. in c. hic quæro fol. 228. Diuerſum in re, quæ cadit in commiſſum, cuius pro-
5 prietas applicatur † proprietario, quamuis vſufructuarius eius quoq; habeat vſumfructum. Oldr. conſ. 240. Par. de Put. in c. 84. filius ſecundò genitus. Bellon. conſ. 6. num. 16. & hos caſus in ſpecie ita diuerſificat Alber. in Rub. C. de vſufruct. quem refert Iaſ. nu 45. Guid. Pap. quæſt. 477. Benedict. in d. c. Raynutius, in verbo cætera bona. nu. 33. de teſtam. Tiraq. de retract. Lignag. §. fi. nu. 106. Modern. in §. 1. quæſtio. 4. & conſequenter, ad conductorem reddituum, & emolumento rum feudalium, Laudimium quoq; ſpectabit. Par. de Put. in dict. c. & quia. & Io. Andr. vbi ſupra, qui parificat vſufructuarium, & conductorem. Alc. conſ. 688. quamuis domino ſoluendum ſit, qui inueſtituram facere tenetur, & dominus illud debeat dare conductori, ſed conductor etiam facta inueſtitura, illud exigere poterit, vt per Moder. d. §. 1. nu. 17. & nu. 11. vbi etiam dicunt, quòd ex conſuetudine vulgari non autem legali conductores inueſtiunt nouos emptores, & in æmphyteuticis rebus, id videmus obſeruari in patria noſtra, atq; etiam in feudis minimis, præſertim ſi inſtrumentum locationis id ferat, & clauſulæ generales idem comprehendere poſſint, cùm actus iſti gerantur nomine domini. & quòd tempus attendatur, vel contractus, vel inueſtituræ in gratiã conductoris, vide infra. q. 38. circa fi. Neque ſupradictis de commiſſo obſtat, quod tradunt Bar. & Caſt. in l. ſi ff. ſolu. ma
6 trimo. quòd videlicet confiſcationes † bonorum etiam immobilium acquirantur plenè vſufructuario alicuius caſtri, quæ opinio communis eſt contra Bal. vt per Doct. in d. l. fin. & Alex. in l. quę dotis §. ſi vir ff. eodem. nam diuerſa eſt ratio commiſſi bonorum allodialium atq; feudalium vel emphy-
7 teuticorum, cum feudalium † vtile dominium conſolidetur

cum directo, quod sequitur apud quemcunque maneat, & consequenter proprietatio necessario acquiritur, at in allodialibus proprietarius castri non est dominus prædiorum particularium, vt scitè tractat Imo. in d.l fi. & Tiraq. d. §. fin. nu. 110. & 10. nu. 19. quæ ratio validior est, quam ea, quod res publicetur ipso iure, vel per sententiam, quę diuersitas in casu proposito non distinguit ius, quicquid aliqui sensisse videantur, quinimo si diligenter considerabimus, licet ipso iure res feudalis, vel emphyteutica committatur, id tamen
8 fit domino volente, † interim igitur donec facta sit declaratio, non dicitur verè res cōmissa. Aymo cons. 212. vbi in fine dicit, quòd de iure res commissa pertinet ad dominum directum, non autem ad conductorem reddituum, nisi verba conductionis essent vniuersalia, & prægnātia, & consequenter apta comprehendere hunc casum.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluere teneatur dominus, qui emit iura vassalli, vel emphyteutæ.*

2 *Cedens actiones non præsumitur cedere contra seipsum.*

3 *Vendens gabell. in salis, & inde sal emens non tenetur gabellam soluere.*

4 *Molendino remisso sub censu non tenetur quis soluere molturam. Nisi aliàs soleret soluere. nu 9.*

5 *Vectigal soluere debent etiam qui ad exercitium annonam vendendi causa ducunt.*

6 *Ecclesia ad vectigal non tenetur, & ita in Camera Ducali iudicatum*

Contra publicatum villæ franchæ. nu. 7.

8 *Ecclesia habet immunitatis priuilegium insertum in corpore iuris.*

10 *Concessio ex gratia concedentem à vectigale liberat, secus in facta per contractum oneroſum.*

11 *Officium suum nemini debet esse nocinum.*

Quæstio

Quæstio XXI.

SED quid si Dominus locet emolumenta feudalia, & emat ius emphyteuticum, vel vsile dominium vasalli, an tenebitur soluere Laudimium
1 † conductori, vel deducere de locatione? Modern. tenet quòd sic in §. 55. gl. 1. nu. 113. seruit in proposito. conf. Bar. 226. cauetur statuto. qui arguit in vtramq; partem, & quod no. in l. 1. C. de nauicul. lib. 11. nu. 7. & facit, quia dominus emendo ius emphyteutæ, facit actum magis conuenientem subdito, quam domino, ideo, quò ad eum actum non mirum, si iure subditi vtatur & ad solutionem Laudimij teneatur. contra hoc dictum tamen facit, quia nemo cedendo
2 † actiones, præsumitur cedere contra seipsum, & ideo
3 si communitas vēdat † gabellam sallis, deinde ipsa Communitas emat sal, non tenebitur soluere gabellam. Alex. conf. 149. vol. 2. num. 7. & est tex. & Dyn. ibi not. in l. licitatio §. fiscus. de publica. vbi etiam Bar. Alber. & Cast. & ponit ibi Alber. quæstionem ventilatam Pergami, dicens fuisse iudicatum contra publicanum. notat. Bal. & Sal. in l. emptor. C. de hæred. vel act. vēdi. Bertac. in tract. de gabell. in 7. par. nu. 25. qui dicit secundum hanc opinionem vidisse pluries iudicari Petr. de Vbad. in tract. de collect. q. 31. Boer. decis. 213. in
4 prin. in quæst. de molendino † remisso sub censu, vt dominus remittens non teneatur soluere molturam Ant. Boyd. in repet. rub. C. nou. vectig. instit. non poss. num. 31. quæ opinio communis cùm sit, tenenda est: sed videtur mihi procedere, vbi locans soluere vectigal non est solitus, & in solutione est priuilegiatus. l. si publicanus. §. de rebus de publica. alioquin secus. & multo minus habentes causam à locatore licet priuilegiato. vnde, si quis emat à fisco, res fiscales, quæ alioquin sunt priuilegiatæ, etiam si prouisu publico vehantur emptores tamen, & mercatores soluere tenebuntur. d. l. licitatio. §. fin. & Bart. in fin. dicti consilij, per quem text. videtur etiam quòd mercatores conducentes annonam ad exercitum, vel

ad curiam Principis, vendendi gratia, etiam si sint pro vsu.
5 exercitus, vel principis, soluere † debeant vectigal. & facit. l. omnium. C. de vectig. dum in fi. dicitur, exceptis nauicularijs. cum sibi gerere probabuntur, non igitur mercimonij causa, prout solent facere propolæ: idem si sit alia Communitas, vel Princeps, quã qui vectigal vendidit, cũ in alieno territorio cesset eius immunitas, & imperium, allegatur tex. in l. 1. §. in causa. ff. de quæst. qui recipit plures intellectus.
6 Bar. & alij notant in d. §. fiscus. ecclesia † tamen cũ habeat vbique locorum immunitatem, non tenebitur soluere. Authen. item nulla communitas. C. de epi. & cler. & propterea, dũ annis præteritis vigente penuria frumenti summus Pontifex ad vehi faceret frumentum è Prouincia Romandiolã, seu ad Ciuitates sibi subditas, trãseundo per mare Nicenũ: Publicanus Villefranchæ petebat vectigal, vel tantundem sibi a Principe diminui de censu, eo quod in suis pactionibus cautum esset, quod Princeps quem quam non eximeret:
7 fuit dictum in Camera, † quod esset obaudiendus, cum Ec-
8 clesia haberet, priuilegium in fertum in corpore † iuris. Imo. cons. 84. in fin. & Bertach. ibi supra. q. 6. Parpal. in l. placet. nu. 106. C. de sacrosc. eccl. Bur. cons. 42. Villalob. lib. 7. commu. opi. in verbo, gabella secus si fuisset alius Princeps, vel Ciuitas, cuius res trãseũdo per mare Nicenum, tenerentur ad vectigalis solutionem, & si Princeps noster concederet, immunitatem, teneretur tantumdem refundere publicanis. qui emisset vectigal. Soc. cons. 72. in fin. vol. 4. Idem si mercatores assumpsissent onus transducendi granum, tenerentur enim soluere, vt supra dixi. ad. §. fi. d. l. licitatio. Boe. d. decis. 123. in fi. allegat. tex. in l. vnic. C. quib. mun. excusen. 2. & ibi Io. de Plat. & gl. in cle. presenti. in verbo, nõ negociandi, de cens. Bertach. nu. 17. Rip. lib. 2 resp c. 2. Hoc idem cẽ serem, si dominus ipse soleret soluere vectigal sine molturã
9 † tempore locationis, & dum vectigal ad eius commodum, & nomine suo exigitur, vt plures Principes Italiæ obseruare videmus, dum nolunt immunitatem curialibus, & alijs concedere, ne domum quidem augustam à solutione eximunt,

cum

cum id totum redundet in eorum commodum, nam vectigalia censentur locata, & vendita, secundum solitum modũ exigendi. d. l. si publicanus. §. fi. & l. licitatio. §. earum. Ideo, cum solerent ipsi soluere tempore locationis, tenebuntur perseuerare, ne conductores fraudẽtur spe sua, & propterea solet super ijs speciale pactum apponi: quod si concessio
10 † fieret ex gratia, non per viã contractus onerosi, omnino dominum non teneri dicendum esset, argumento eorum quę
11 Ancha. no. in c. quanto. in fi. de censib. & quia officium † suũ nemini debet esse damnosum. l. si quis ex signatoribus. ff. quem. testam. aper.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluendum domino ementis ius emphyteuticum ab ipso suo emphyteuta.*
Et quid si duo essent domini mediatus, & immediatus. nu. 4.
Laudimium soluendum per emptorem non per venditorem.
Et quid si solui debet tertia pars pretij. nu. 3.

Quæstio XXII.

1 AN si dominus ipsemet, emat emphyteumata, seu ius emphyteuticũ, ab emphyteuta, † debeat ab eodem habere Laudimium? Ias. post Alb. in d. l. fin. nu. 43. concludit. quod non. Brun. cons. 128. in fin. Redoan. in tract. de reb. Eccles. non alien. tit. de Laud. nu. 13. Hæc quæstio parum difficultatis habere videtur, stante conclusione supra posita, quòd Laudimium solui
2 debeat per emptorem, † non per venditorem Paris de Put. in c. 142. an si dominus emat. & supra tetigi quæst. 11. amplia ẽt si vassallus emat subfeudũ, vt superiori domino nõ teneat soluere laudimium. Moder. §. 30. nu. 177. Brun. tamen cons. 125. diuersum censet, vbi tertia pars pretij solui debet, per vnditorẽ propter firmius ius, q̃ domini habent in huiusmodi tertijs venditionibus. Ego idẽ existimo, procedere in tertia

vendi-

3 venditione,† quod in Laudimio, cum militet eadem ratio oneris soluendi per emptorem. Brun. tamen opinio procederet vbi plures essent domini,& vnus tantum emeret,quia pro parte aliorum ipsis deberetur Laudimium, vt infra vi-
4 debimus. Item vbi duo essent domini † superior, & immediatus, & dominus superior emeret ius emphyteuticũ, quod mouetur immediatè à vassallo. Idem si superior dominus illud idem ius postea vẽdat alteri nam emptor tenebitur soluere immediato, nec enim ex facto domini superioris ius vassalli lædi debet, & ita iudicauit Senatus Sabaudiensis.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium soluere an debeat condominus emens ab emphyteuta, aliis consortibus proportione cuiusque et nu.* 18.
2 *Quod omnes tangit ab omnibus debet approbari.*
3 *Feloniam si committat vassallus contra vnum ex dominis illius partis feudi tantum priuabitur.*
4 *Consensus omnium dominorum requiritur in alienatione emphyteusis.*
5 *Fidelitatem an iurare debeat vassallus singulis hæredibus domini, distinguitur. num.* 7.
6 *Vassallo quando sit liberum eligere vnum ex dominis cui iuret.*
8 *Iurisdictio quomodo diuidi possit remissiuè.*
9 *Caducitates, et mulctas remittere nequit vnus dominus sine alio.*
10 *Emphyteuticæ obligationis ipsius natura est diuidua actiuè, et passiuè.*
11 *Iurisdictionis qui maiorem partem habet an præferendus in administratione.*
12 *Seruitium debitum pluribus dominis à vassallo quomodo soluendum.*
13 *Laudimium cui debeatur ex duobus dominis quibus ad diuarsum censum tenetur emphyteuta.*
14 *Alienationi rei emphyteuticæ consentiente maiori parte dominorum,*

norum, si vnus velit ren. sib. retinere, et soluere pretium an possit.

15 *Emphyteuta vendens rem pro parte an cadat à toto, remissiuè.*

16 *Prælatus iure volens vti, et rem vnam solam, vel aliquas emere ab agnato vendere totum volenti, non audiendus.*

Et quando procedat. nu. seq.

19 *Subditus, et superior in eodem loco quis potest esse diuersis respectibus*

Et an respectu eiusdem rei possit esse insolidum. nu. 21.

20 *Rusticus emens iura vnius ex dominis nih. dominus remanet sub iurisdictione aliorum dominorum.*

22 *Par in parem non habere imperium, regula, quando procedat.*

Quæstio XXIII.

1 SI plures sint domini, & vnus emat ab emphyteuta, vel vassallo rem subiectam, an teneatur cõdominis † soluere portionem Laudimij, & ab eis se inuestiri facere? videtur, quod non, cum, vt superius dictum fuit, ex venditione facta domino non debeatur Laudimium. Ista quæstio dependet ab alia, si plures sint domini, an omnium consensus sit requirendus? Et certum est, quod sic, per regu-
2 lam, quod omnes tangit † ab omnibus approbari debet. c. quod omnes. de reg. iur. in 6. & ibi Dyn. Old cons. 30. in fin. Ias. in d. l. fin. nu. 124. vbi etiam dicit, quod pro parte non requisiti res caderet in commissum. Blanch in sum. part. 2. tit. 1. vers. sed quid si plures. Paris de Put. in c. 36. an si rusticus teneat. vbi, si vassallus teneat rem à duobus dominis, & con-
3 tra vnum committat feloniam, † illius parte feudi tantum priuatur. Monta. in l. fin. in fin. vers. proinde. Bursa cons. 40. nu. 32. Cassan. in tit. des censes. § 1. nu. 4. vers. sed quæro, allegat Ias. notata. in l. communis libertus. de in ius voc. vbi Alb. allegat capitu. 1. de vassallo, qui cõt. colt. Loth. vbi Bal. nu. 3. dicit, quod quando vassallus allienat partem feudi in contemptum domini, totum perdit. quem sequitur Præpo. Verum, vbi plures sunt domini, alienans priuatur parte eius

tan-

tantummodo, à quo non fuit petita licentia, & parte volentis feudum esse caducum non alterius. vt dicit Ang. in d. l. communis Paul. de Cast. & Soc. qui omnes dicunt, non sufficere consensum † vnius, sed requiri consensum omniũ dominorum. Paris de Put. d c. 36. allegat. Bal. in l. dominus. de in ius vocand. Fuerar. in loco, à feudo ad emphyteusim. nu. 36 Iaf. etiam in l. 2. nu. 58. eãdem quæstionem ponit in persona plurium hæredum domini directi, & se refert ad notata in d. l. fin. & non inconuenit, quod gl. notat. in l. si cuius. §. 5 sed & si plures. de vsufr. vbi vasallus singulis † hæredibus domini, tenetur iurare fidelitatem, quod tamen vltimum videtur contra c. præterea ducatus de prohib. feud. alien. per Fed. vbi gl dicit, quod vasallus potest eligere cui ex dominis iuret, idem fere sentit: gl. in c. omnes filij. ti de feud. def. controu. sit int. dom. & agnat. vbi post latam disputationẽ soluit quod vasallus debeat omnibus dominis iurare, sed quod possit iurare vni pro omnibus, licet in fine recedendo ab opinione Piley, videatur indistinctẽ tenere, quod vni teneatur iurare not. in tit. de capit. extraor. per Ardiz. §. cum plures, vbi, si plures domini inter se diuidant, vna præstatur fidelitas, cum gl. in d. §. præterea. sentit Camera fol. 856 Purpur. cons. 548. nu. 82. & nu. seq. Clar. quæst. 49. vbi dicit magnum verbum, quod ita semper vidit obseruari adhibito temperamento, quod non sit in libera electione vasalli, eligere sibi vnum ex dominis, cui præstet iuramentum fidelitatis, nisi prius dominos requisierit, vt conueniant ipsi de vno cui iuretur fidelitas: ipsis verò requisitis, non cõuenientibus tunc 6 † liberum sit vasallo eligere. facit, quia quando plures exigunt à subdito obsequium quod vni tantum præstandum est ex pluribus, ipsis non conuenientibus est in electione subditi cui vult gratificari Præpos. in tit. hic fi. lex. in fine cõmen. post Spec. in tit. de feud. vers. 13. Brun. cons. 115. vers. 4. 7 vol. 2. Bald. in c. ea re, nu. 5 de iureiur. distinguit, † aut feudũ est indiuiduum, vt feudum iurisdictionis, & potest præstari vni pro omnibus, aut est diuiduum, & debet omnibus præstari. vide Iaf. in d. l. de pupillo. §. si plurium. de nouo. ope. nun.

Zaf.

Zaſ.in 7.part.nu.14.Iacob.de S.Georg. in verbo, qui quidē inueſtiti præſtiterunt iuramentum fidelitatis.Brun. in tract. de augmen.q.10.fol.5.ad prædictam concluſionem.& conſ. 153.& conſ.163.& conſ.173.col.5.verſ.2.vol.2.vbi tractat
8 quando,& quomodo iuriſdictio † diuidi poſſit.& col 4.verſ. quoad ſecundum.ſubdit,quod vnus dominus ſine alio mul-
9 ctas,& caducitates † remittere non poteſt.Mod.Pari in §.2. gl.4.in fin.vbi diſtinctionem Iacobinii impugnant,quatenus in propoſito diſtinguit., an feudum à principio conceſſum fuerit ab vno, vel a pluribus præſertim in feudo diuiſibili, quod ad plures eſt tranſitorium.nam prout Aret.in terminis ſimilibus ſubtiliter conſiderauit.in l.cum ſeruus.de acq.hę-red.cum natura obligationis emphyteuticæ,tam actiuè,quā
10 paſſiuè diuidua † ſit,& ad hæredes pro portionibus hæredi-tarijs tranſitoria,a principio tacitē actū videtur,quod vnuſ-quiſque poſſet vti iure ſuo.Io.Blanch.in ſum.in 1.part.tit.fi. de ſacram.fidel.verſ.ſi verò dominus, ſentit idem quòd Ia-cobi.& contr.Pyleum dicit eſſe legem expreſſam.in d.capit.. præterea ducatus.de prohibi.feudi alien.per Fed.idem dicit Ardiz in ſumm.in tertia parte.primæ partis prin.ver.vaſſal-lus tamen.& verſ. ſed quæritur. & quicquid ſit de iuramen-to fidelitatis,quod magis indiuiduum videturin alienatione de qua ſupra dictum fuit, cum agatur de omnium præiudi-cio,tam ratione prælationis quam Laudimij,& aliorum iu-rium,quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, vt in d.l. communis notatur. Neque æquiualet licentia vnius, qui de mente aliorum non eſt informatus,niſi id fieret ex cō ſenſu expreſſo, vel tacito aliorum, prout in pluribus locis videmus obſeruari, vt vnus pro alijs inueſtituras faciat, & præſertim ſenior,aut qui alias dignior eſt,& magis idoneus, argum.l.fin.de fid.inſtrum.Brun.conſ.124.Tiraquel.de pri-mogen.in proh.nu. 133. qui mos laudabilis eſt, & ſubditis conducibilis, vbi ſunt plures domini vnius Caſtellatæ, ne ſubditi incommodo afficiantur requirendi tot dominos. & eſt de mente glo.in d.c.omnes filij.dum dicit, quod vni pro omnibus iuretur.& in ſimili dicit Bald.in c.1.col.2. nu.4.de

contro.

contro.inuest. Quòd si plures sunt comites, sufficit, quòd sigillet ille, qui tenet sigillum. & dixit Brun. cons. 383. volum.
11 4. Quò dignior, & qui maiorem partem † habet in iurisdictione præfertur in administratione: quod intelligas cæteris paribus. Solet etiam Senatus vbi plures sunt domini quibus soluendus est census, ne grauentur subditi soluere cuilibet dominorum portiunculam mandare ipsis dominis, vt conueniant de exactore, qui postea vnicuique partem suam distribuat, arg. l. ergo. §. creditoribus de fideicom. liberta. quod obseruatum fuit, in causa quorundam dominorum de Canapicio. Per fidelitatem autem vni præstitam, conseruantur æquè iura aliorum, ac si omnibus esset præstitum iuramentum. Laudimium etiam, cùm sit seruitium pecuniarum, vnicuique pro parte debetur, ad notata per Spec. in tit. de feud. quæst. 9. Blanch in summ. in 2. part. titu. quib. mod. feu. amitt.
12 vers. sed adhuc quæritur distinguit, an seruitium † consistat in dando, vel in faciendo: primo casu tenetur cuilibet pro parte. Idem secundo casu, si factum sit diuiduum, si verò sit indiuiduũ tenetur cuilibet in solidũ, sed si ad æstimationem peueniat̃ solutio cuilibet partẽ liberat̃ Ardiz. in sum. vbi sup. In simili et q̃stione, si emphyteuta pro eo dẽ p̃dio vni soluat pecuniarũ censum, alij certã partẽ fructuũ volens vendere,
13 vtriusq; consensum tenebitur requirere, & vtriq; debebit̃ Laudimium, nisi constaret, q̃ ab eorum altero prius in emphyteusim res fuisset concessa, quia ei soli debetur Laudimium non obstante, quòd emphiteuta rem alio opere grauasset cum consensu domini Spec. vbi supra. vers. 105. Ioan. Fab. in l. fi. & Iason. 46. Paris de Put. in c. 91. pone quòd sunt duo, in prin. Ad hunc quæstionem de plurium dominorum consensu optimè facit elegans, cons. Oldr. 34. per quod deciditur alia quæstio, de qua etiam per Ioan. And. in addi. ad Specul. in tit. de emphyt. vers. 7. in in verbo fisci si plures sint
14 domini, & maior pars † consentiat alienationi, vnus autem velit rem sibi retinere, & soluere pretium, decidit ibi Oldr. quòd potest retinere pro parte, cùm res sit communis pluribus, vt singulis, hoc idem sentit Alber. in l. quod si vno. in fin.

fin. de in diem adiect. Mar. decis. 575. par. prima. Alber. tamen in l. si duo in prin. col fi. vers. sed pone tenes, de iure eiuran. latius declarat, & dicit dominum posse retinere pro parte tantum, quando emptor vult partem illius, qui consentit, nisi habet totum, cogitur dominus, vel totum pretium soluere, & rem integram ubi habere, vel alienationi consentire, allegat. l. tutor. §. 1. de mino & habet rationem in se hæc decisio: propterea, quòd tunc res in parte non tantam vtilitatem afferret, quoad partem, quantum tota, quoad totam Alex. cons. 186. visis subtilissimis. nu. 10. vol. 2. latè hãc q. estionem. tractat Callan. in d. tit. des censes. §. 1. in verbo retenue. nu 4 & facit pulcrum consilium Nattæ. 479. num. 22. vbi etiam valde notabiliter tractat quæstionẽ, an emphyteu-
15 ta † vendens pro parte, cadat à toto. Tiraq de retractu Lignagier. §. 23. glos. 2. nu. 4. & glos. 1. nu. 20 & §. 11. glo. 7. in fi. & generaliter, vbi emphyteutæ interfit partem non retineri, cogitur dominus consentire. Aretin. d. l. cum seruus. vbi latè Guid. Pap. quæst. 411. & quæstio. 508. His rationibus motus Senatus de anno 1571. prima Septembris, causa Lucernæ dũ agnatus obtulisset bona feudalia venalia alteri agna-
16 to, qui volebat iure † prælationis aliqua, sed nõ omnia emere, sub eo prætextu, Quòd quot sunt res venditæ tot essent venditiones, Censuit, Quòd vel omnia teneretur acceptare, vel repudiare, non autem partem. l. cum eiusdem, & l. sequẽ. de ædil. edit. l. si duos de contrahend. emptio. l. si emptio. &
17 ibi not. de rescindend. vendit. quod tamen procedit, † vbi actus aliqua ratione, vel causa indiuiduus dici potest, vt rõne vtilitatis resultãtis ex integrali alienatione, exempli gratia si quis vellet fundos fertiles & relinquere prædia vrbana, vel alia sterilia. ad not. per Tiraq. d. §. 23. nu. 25. in gl. 1. & gl. seq. Redeundo igitur ad priorẽ conclusionem, cùm omniũ consensus requiratur, sintque huiusmodi Laudimia, emolumenta, & fructus feudi, non debent alij domini sua portio-
18 ne priuari, † quinimo etiam dominus acquirens, tenebitur se pro rata ab alijs cõdominis inuestiri facere, ne pereat res emphyteutiaca alijs, & dominus etiam qui rem emit ab emphyteutã,

phyteuta, censetur eam emere cum suis oneribus. l. alienatio. ff. de contrah. emp. l. traditio. §. 1. de acquir. rer. dom. & in simili not. Petr. Iacob. in quęstione. sed quid erit si emphyteuta. versi. & notandum. Neque inconuenit, ꝙ in eodem loco,

19 quis possit esse subditus † & superior diuersis respectibus. Lauden. & Præpos. in c. 1. qual. vassal. iur. debe. fidel. Ange. & alij. in l. eius. col. fi. ff. si cert. pet. Fran. in l. Gaius. de iur. patr.

20 dicens quod si rusticus † emat iura vnius ex dominis, nihilominus durat sub iurisdictione aliorum dominorum. Brun. consi. 164 & 174. colum. fin. vol. 2. sicque regula, quòd par

21 † in parem non habeat imperium procedit data in omnibus paritate, non si diuersa sit dominorum conditio. l. est receptum, & ibi not. de iurisd. omn. iud. Quinimo respectu etiã

22 eiusdem † rei in solidum potest quis esse vassallus, & dominus. Ardiz. in summa, in tit. de succes. feu. col. 15. vers. adhuc. Specul. in titu. de feud. quæst. 24. Quod tamen dicit indecorum Spec. quæst. 40. vers. verumtamen.

SVMMARIVM.

1 *Subinfeudatus de feudo, vel emphyteusi si velit alienare, cuius domini consensum requiret.*

2 *Commissum feudum, vel emphiteusis cui applicetur, domino mediato, vel immediato controuersa quæstio.*

Opinio authoris distinguentis cum Isernia, num. 3.

4 *Publicationis bonorum subditi sententia non afficit vassallum à quo tenebat.*

5 *Læsæ maiestatis damnati de crimine bona feudalia, vel emphyteutica ad immediatum dominum spectant delinquente vassallo contra superiorem dominum si feudum amittat.*

Cui applicabitur, num. 6.

Et quid si non amittat feudum, sed banniatur propter delictum. num. 7.

8 *Feudum quod transeat in fiscum per confiscationem.*

9 *Confiscatione in generali an veniat feudum, vbi confiscari potest, remissiuè.*

Confisca-

10 *Confiscationes in inuestitura quando cotineri dicantur, vt ad inuestitum spectent.*

11 *Confiscationis emolumenta omnia ad feudatarium illius territorij vtilem dominium spectant.*
Et quid si in primo capite læsæ maiestatis.nu. 14.

12 *Princeps an, & quando possit facere gratiam in præiudicium inferioris domini.*
Et quando cognoscere.nu.13.

15 *Reseruatio in inuestitura iuris superioritatis, & alti dominij, quid importet.*

16 *Clausula saluo iure domini, quid importet, remissiuè.*

17 *Reseruatio Principis eorum quæ competunt ratione maioris dominij, quid importet remissiuè.*

18 *Mulctæ ad immediatum dominum spectant.*

19 *Maiestatis Principis contemptoris pena pecuniaria ad vassallũ immediatum dominum spectat.*

20 *Clerici violatoris pacis mulcta an Episcopo, vel domino temporali applicetur.*

21 *Confiscatio immobilium in crimine læsæ maiestatis, an mediato vel immediato domino applicetur.*
Et an in quocunque capite læsæ maiestatis humanæ.nu.22.
Et quid in diuinæ.nu. 24.

23 *Barones Siciliæ non habent merum imperium.*

25 *Feudum si amittatur ex sententia in contumciam propter offensam in dominum, qui ad illud præferantur.*

26 *Forus delicti principaliter attendendus.*

27 *Vassalli subditus si delinquat in non parendo officiali Principis vel aliter coram ipso, cui applicetur pæna.*
Et quid quando Princeps facit de non delicto delictum.nu.30.

28 *Citati de foro citantis efficiuntur.*

29 *Vassallus cognoscit de delicto commisso in via publica.*
Et in prædijs ecclesiæ.ibid.

31 *Feudatarij inuestiti de mero, et mixto imperio possunt proclammata facere super nondelictis, et penas imponere sibi applicandas.*

32 *Penæ impositæ per edicta Principis ad vassallum spectant.*

33 *Mulctæ, & illarum augmentum factum per Principem etiam quòd applicetur fisco, vel Cameræ ad vasallos spectat.*

34 *Mulctæ, & pœnæ sunt de regalibus si imponantur propter nouas constitutiones fiendas, & spectant inuestito.*

35 *Feudatario debentur redditus etiam extraordinarij iurisdictionis.*

36 *Applicatio pœnarum fisco vel Cameræ per edictum Principis facta, procedit in terris immediatis non mediatis.*
Et decisio Senatus, ibid.

37 *Pactum appositum in alienatione rei afficit rem ad quemcunque transeat.*

38 *Pactum reale transit in singularem successorem.*

39 *Principaliter quod agitur inspiciendum est.*

40 *Causa proxima, & causa remota concurrentibus proxima attendenda est.*

41 *Causa immediata semper plus operatur quam mediata.*

42 *Superiore, & inferiore dominis concurrentibus, iurisdictio, & coercitio spectat ad inferiorem.*
Nec est locus præuentioni, & voto. nu. 43.

44 *Subditos à iurisdictione vasallorum eximere nequit superior.*
Nisi eorum subsistente culpa. ibid.
Vel nisi vasallus esset negligens in iustitia administranda. nu 45.

46 *Vasallorum iurisdictio non turbatur ex iis quæ per Principem, vel Senatum fiunt ad excitandam eam, & aliqua enumerantur.*

47 *Princeps & Senatus ex superioritate illi reseruata potest prouidere ne vasalli subditis iniustitiam faciant, ac etiam in modo procedendi in criminalibs.*
Et an ad se auocare causas subditorum. nu. 49.

48 *Principi in causis reseruatis cognoscit Senatus,*
Princeps iudicem in territorio infeudato constituere potest. ibid.

50 *Contractus, vel quasi in loco omnes conueniri possunt etiam si ibi reperti non fuerint.*

51 *Saluaguardiarum in causis ordinarius feudatariorum est iudex competens.*
Etiam si pena indignationis, vel Principi arbitraria sit imposita. num. 52.

Et

Et quid si saluaguardia concessa sit in executionem sententiæ Senatus. nu. 53.

54 *Princeps vbi sua interest poterit in terris vassallorum cognoscere nec per præuentionem vassallorum impeditur eius cognitio.*

55 *Iurisdictio in dubio censetur concessa cumulatiuè non priuatiuè quoad feudatarios.*

56 *Delegatos Principis in terris vasallorum de eorum literis, seu delegatione docere congruum est.*

Nam si excedant formam commissionis ipsis resisti potest, ibid.

57 *Vassallus subinfeudando totum feudum, retinet solum quasdam reliqui vtilis dominij, vt reuerentiam, & fidem.*

Et hoc casu subinfeudatus tenetur seruire domino, & ab eo inuestituram accipere. nu. 58.

Quod si retineat titulum actus feudi, subalternum tantum quoddam vtile dominium transferri dicitur. nu. 59.

60 *Dominia directa duo in eadem re dari possunt, maius, & subalternum, & vnum in vniuerso, alterum in singulis rebus.*

Et quod præferendum. ibid.

61 *Superior non potest infeudare res solitas ad ecclesiam puta reuersas, sed ad immediatum spectat.*

Et an in supremo Principe hoc procedat. ibid.

62 *Vasallus an sine consensu domini possit feudum subinfeudare.*

63 *Subinfeudatus, cuius domini consensum requirere debeat volens alienare feudum, vel in emphyteusim concedere.*

64 *Feudalia bona an in emphyteusim dari possint.*

65 *Laudemium quando debeatur de subinfeudatione, & subemphyteusi.*

66 *Subinfeudare sine consensu domini quib. in casibus quis non possit, remissiuè.*

Et quid de emphyteusi, & cuius domini consensus requiratur. ibidem.

67 *Feuda quaternata, & plana, & de tabula in Regno alienare volens cuius consensum requirat.*

68 *Prælatus reinfeudare solita potest sine consensu superioris.*

Quæstio XXIV.

INsuper quæro, si vassallus, vel emphyteuta alij subinfeu-
1 det, † vel in emphyteusim cõcedat, & secũdis velit alie-
nare ius suum, cuius consensus erit requirendus, & cui
debebit soluere Laudimiũ, dómino ne immediato vel
mediato? Et Spec. ver. 126 sentit primi domini consensum esse requirendum, quia ad eum spectat in possessionem mittere: Idcirco, quòd eius tantum consensus non autem immediati requiratur, illique debeatur Laudimium. gl. est expressa in cap. imperialem. §. illud. In verbo, nisi requisitus. de prohib. feud. alien. per Feder. quæ dicit; quod primus dominus habebit Laudimium, & si alienetur absque consensu,
2 ei † committitur. Paris de Put. in cap. 141. an quando is cui. nu. 3. Doctores admodum se torquent in intellectu illius gl. cum si vassallus aliam culpam committat, quàm alienationis, feudum immediato domino applicetur, vt illo eodem textu habetur, conanturque aliquas differentiæ rationes assignare, & inter alias, quòd id eueniat propter frequentiam alienationum. Bald. ibid dicit. quòd hęc quæstio habet altiorem intellectũ, & loquendo de alienatione, dicit esse inspiciendum, ad quem spectet pręstare consensum, quia si vassallus in alium transtulisset vtile dominium, & nihilomius retinuisset sibi reliquias, ei deberentur seruitia, tandem post Io. Blan. concludit, quòd debeat requiri consensus primi domini, & si alienauit absque consensu, quòd ad primum dominum feudum reuertitur: In alia autem culpa, si ea respiciat personam domini immediati, quòd ad eum spectet feudum, vt habeat vltionem suæ iniuriæ. & attestatur Bal. quòd ista doctrina est vera. Aluar. ibi sequitur glo. Iacob. de Sancto Georg. in verbo, & cum pacto de non alienando. nu. 21. latè tractat hanc quæstionem, & tandem dicit se sæpius cõsuluisse pro opinione gloss. à qua propter eius auctoritatem non esset tutum recedere in iudicando, adeo, vt illa sit communis.

munis. Cagnol.in l.consilij.§ socius.num 9.de reg.iur. allegat Iaſ.cons.180 in prin.& 176.volum.2.qui ibi dicit, quòd non ſufficit conſenſus immediati ſuperioris. idem dicit Bal. in l.ſi permittente.C.ad maced.& Alex. poſt Bar.in l.ſi finita.§.ſi de vectigalib.nu.38.de dam infec.hoc idē ſentit deciſ. Rot.862.in antiq. vbi refert dictum Specu. Aiber. & Caſtr. in l.filium.ad Maced.Iaſ.in l.3.§ ex contrario.nu. 76. & ſeq. vbi latè tractat,de acquir.poſſ.Bero.in c.potuit.num.119 & ſeq. extra loca. vbi & primi conſenſum .equirendum, & ei deberi laudimium dicit Rui.conſ.143.num.9. volu. 1. qui & ipſe dicit conſenſum primi eſſe requirendum, non ſecundi. plures allegant.Modern.§.51.glo.1.nu.21. Clar.q.32.in fin. quam opinionem dicit communem Burſat. conſ.91. nu.1. & eam limitat,niſi ex commiſſione primi domini, vel ex conſuetudine conſenſus præſtaretur per immediatum.Puto ego,
3 † ſi rem ipſam diligenter conſiderabimus, quòd reperiemus Iſern. in d.§.illud.verum dicere,dum inquit, quòd vtroque caſu alienationis,& alterius offenſę rationabile ſit,vt ad dominum immediatum commodum ſpectet, quando non totam Curtem ſubinfeudauit, ſed Baroniam, & Curtem ſibi retinuit,de Baronia tamen,& Curte aliquid ſubinfeudando, puta prædia, & exempla poni poſſunt in Capitaneis, Ducibus, & Marchionibus, feudum alijs inferioribus concedentibus, vt in tit.qui feud. dare poſſ. Quod ſi de feudo nil ſibi retineat, ad primum dominum ſpectet commodum. Bald. conſ.251. nonnulli.volu.1. Et hoc modo poſſet.gloſſ in d.§. illud. & in §. ſimiliter. de leg. Conrad. procederet. Nam vbi Curtem ſibi retinet, ratione vtilis dominij commoda quæcunque eum ſequi debent ad cap.1.in fin.ex quib.cauſ.feud. amitt.ſimilem diſtinctionem facit Camer fol.71. ſecundum paru.impreſſionem,An quis alienet totum feudum, vel partem integralem, an quis ſubinfeudet res particulares feudo ſubiectas. Fortius iſta procedunt, vbi vaſſallus ipſe non ſubinfeudauit, ſed dominus, loco, ſubditis, ac vaſſalli, præpoſuit aliquem ſubalternando, & inueſtiendo de ſupradictis. vt Bald. inquit. conſilio 324. volum.1. cum aliquot

sequentibus Camer. folio. 572. ex quo enim constituit eum vtilem dominum, omnia commoda in eum transtulisse censetur, quomodocunque prouenientia, tam ex re, quam ex personis §. primo de inuestit. de re. alien. fact. & notant scribentes in definitione feudi. Et hic cessant plures rationes, per Doctores adductæ, quare consensus primi domini sit requirendus. Et quod spectent commoda domino immediato. Anchar. in c. postulasti. circa fin. q. 9. de for. compet. Aflict. decis. 282. nu. 12 & seq. Egid. Bosi. in tit. de pœn. nu. 25. Bac. decis. 264. nu. 7. Natta cons. 600. nu. 24. Camera. cart. 70. & secundum paruam impressionem cart. 586. & cũ habeamus textum expressum. in d. §. illud. non est q; in comprobatione Doctorum insudemus, & ita per hunc tex. tenet etiam Natt. cons. 119. reijciendo distinctiones Bellamerę, & Speculatoris, allegat etiam tex. in §. 1. qual. ol. feud. alien. pot. arguendo à contrario sensu, & ideo non sine ratione glo. postquam dixit, quod committatur primo Domino, opponit de tex. & non soluendo oppositionem videtur in ea residere, vt procedat oppositio, & quidem procedit, & militat omnino in bonis, quæ à Barone seu feudatario tenentur, cuius ius ille sum debet esse, subditi bonis confiscatis. argum. l. fin §. si in libertinum. de bon. dam. Imol. & Alex. in l. si finita. §. si de vectigalibus de dam. infec. & tex. expressus in cap. felicis §. si qua vero feuda. de pen. in 6. Specul. in tit. de feud. vers. 40. Oldr. cons. 17. vbi latè prosequitur. Bellamer. d. cons. 15. col.
4 pen. vers. 3. ratione. vbi plus dicit, q; si iudex publicet † bona, quæ tenentur à vassallo, illa sententia non afficit vassallũ qui non interuenit in iudicio, & poterit sententia non obstante, consequi ius suum. Rolan. cons. 21. vol. 4. & cons. 73. nu. 20. vbi etiam in crimine læsæ maiestatis sentit feudalia,
5 † vel emphyteotica spectare ad immediatum: & idem Bellamera decis. 725. amplè tractat: in qua quæstione considerandi sunt nihilominus duo casus. Primus quando feudum tenetur ab eo, qui de omnimoda iurisdictone est inuestitus, & consequenter habet confiscationes, & hic est minus dubitabilis. vt in d. §. illud. decis. Tholos. 395. Alius, quando

Baro

Baro non habet confiscationes, & habet subfeuda, & hic casus magis est controuersus, & nihilominus, idem, quod suprà proximè determinat Anch. in d.c. postulasti. q. 9. & Camera. vbi supra Henric. Boic. in c. 1. quibusdã. de pœn. Mari.
6 Frec. lib. 2. c. 29. vbi etiam dicit q; vasallo delinquente † cõtra superiorem dominũ nequaquã superior ipse feudum retinebit in vita vasalli, quamuis etiam eo viuente agnati interim non admittantur, sed dominus immediatus, quando feudũ perdit vasallus propter delictum: q; si ex delicto feu-
7 dum non amittat, sed propter delictum banniatur † vasallus, interim fiscus fructus feudi percipiet. Et mortuo vasallo vtroque casu feudũ ad agnatos redibit. Esset tamen hic considerandũ, in quibus casibus feudum possit confiscari. de quo per Alex. & alios in l. ũ binita. §. si de vectigalibus. de infec. Curt. in 5. part. in 7. & vltimo casu. Boer. d. decis. 264.
8 nu. 8. vbi habetur. Quòd regulariter feudum † in fiscum non transit, nisi sit hæreditarium simpliciter, & alienabile, sed perditur ex causis, ex quibus feudũ amittitur, & vbi confis-
9 cari potest, an veniat in generali † confiscatione dixi in titulo de feu. amiss. vers. confiscatio. At in bonis, quæ à feudatario non tenentur, neque mouentur, sed tantummodo sunt in territorio infeudato, & sub iurisdictione vasalli, omino
10 considerandum est, an confiscationes † in investitura contineri possint, vt qñ est inuestitus de mero, & mixto Imperio vel omnimoda iurisdictione. Guid. Pap. q. 76. Luc. de pen. in l. 1. C. de priuil. scol. col. pen. ver. quæritur, secũdo. vbi dicit, q; ex quo Castrum est feudatarij, ergo, & emolumentum cõfiscationis, quod ex eo procedit. Iser. & alij in cap. 1. de pac. tenen. Ad feudatarium igitur, cum sit vtilis dominus illius
11 territorij, omnia emolumenta † spectant, vt supra dictum est. & ista ratio militat in quocunque delicto, & siue confiscatio veniat principaliter, siue in consequentiam. Iacobi. in vers. & cũ mero. nu. 8. Nat. cons. 240. cons. 21. vol. 4. & cons. 48. nu. 26. vol. 2. Brun. cons. 411. vol. 4. vbi dicit, q; licet aliquando superior dominus possit cognoscere, confiscationis pœna nihilominus spectabit ad immediatũ, & cõsq. Quòd

12 nec etiam possit Princeps † facere gratiam in præiudicium
inferioris domini Marin. Frec. d. c. seu auter. 29 de quo Bos.
in tit. de remed. ex sola clement. princ. nu. 13. Et idcc Sena-
tus anno 1573. 26. Octobris. In causa Noni censuit gratiam
Principis se non extendere ad pœnas declararas in fauoré
feudatarij. Vnde licet quãdoq; ratione vltionis sibi debitæ
13 possit princeps seu eius officialis etiam † cognoscere: emo-
lumentum tamen spectabit ad vassallũ, & hoc etiam in pri-
14 mo capite læsæ maiestatis, † in quo licet quo ad feuda com-
muniter Doctores teneant spectare ad immediatum. Tho.
de Marin. de feu. ex pacto antiq. fol. 55. num. 103. & de feud.
hæred. nou. nu. 10. & 14. tamen de confiscatione aliorum bo
norum magis dubitatur, ad quem spectaret, & licet in inue-
15 stitura sit reseruatum † ius superioritatis, & alti dominij, ta-
men intelligitur respectu directi dominij, & quatenus id
concernit, vel ea quæ reseruata sunt Principi in signum su-
premæ potestatis. Natt. conf. 659. nu. 4. Rub. conf. 50. nu. 10.
non respectu vtilis, quod non videtur imminutum, ex tali
clausula, si ampla iurisdictionis sit facta cõcessio, & quod di
16 cit Brun. de clausula, † saluo iure domini conf. 47. loquitur
in priuilegio, secus in inuestitura, per quam transfertur do-
minium vtile, quod trahit ad se commoda, & præfertur di-
recto in perceptione emolumentorum. Brun. conf. 120. col.
4 vers. Et non obstat. vol. 2. & facit, quod not. Præpos. in c.
fin. col. 1. in fi. de alie. feud. & vbi confiscatio bonorum repe
ritur concessa in inuestitura, illa clausula reseruationis non
trahitur ad concessa, & vtile dominium, sed ad directum re-
fertur. Aymo. conf. 128. in fin. & quod etiam dicit Isern. de
17 clausula † reseruante Principi ea quæ competunt ratione
maioris dominij. in c. 1. nu. 3. qual. vas. iur. deb. fidel. proce-
dit secundum formam constitutionum Siciliæ vbi non so-
18 lent passim regalia concedi, & multo fortiùs mulctæ † ad
immediatum Dominũ spectabunt, quæ sunt fructus, & emo-
lumenta iurisdictionis. Bar. & alij. in l. fi. ff. solut. mat. Bal. in
l. fi. de off. præf. vig. & in l. fi. de cõstit. princip. Ias. in l. Impe-
rium. nu. 8. & ibi Purpu. nu. 60. de iurisd. om. iud. Marin. Frec.

lib.

lib. 2. in 13. autor. in princ. & hoc etiam procedit in pœna
19 pecuniaria, quam incurrit contemptor Maiestatis † Principis, vt ea vasallo applicetur. Brun. cons. 31 col. pen. vers. & idem dicunt. tas cons. 57. col. 2. vers. sed posito. vol. 3. qui loquitur in pœnis contrauentoris saluaguardiæ, & est text. in §. si cleric. de pace tenen. vbi licet Episcopus cognoscat de
20 clerico † violatore pacis, mulcta applicatur domino temporali, in cuius territorio est commissum delictũ: Quamuis
21 in confiscatione † immobilium ob crimen læsæ maiestatis, si allodialia sint, plurimi censeant, ℣ ea Principi mediato applicentur, in cap. si quis de pace tenen. vt iniuriæ suæ habeat vltionem Henric. Boic. d. c. in quibusdam. de pen. & in c. vergentis. de hæret. Rolan. cons. 78. nu. 22. vol. 2. & d. cons. 73. vol. 4 ℣ tamẽ aliqui locũ sibi vendicare dicunt in
22 crimine læsæ maiestatis, † in primo capite tantum. Belam. d. cons. 15. col. 4. vers. sed in contrarium. sed nihilominus regulam etiam in hoc casu procedere sentire videtur Iser. de pace tenen. dum generaliter dicit confiscationem spectare ad
23 Regem, quia Barones † Siciliæ non habent merum imperium, Aymo. d. cons. 128. circa fi. & in crimine læsæ maiesta-
24 tis † diuinæ est expeditum. c. cum secundum. de hæret. in 6. ibi per Principes, vel alios dominos temporales Rol. cons. 75. nu. 8. vol. 3 Boss. de hæret. nu. 34 Burs. cons. 43. num. 15. Guido. Pap. d. q. 76. & licet q. 341. dubitet, attamẽ nõ magis tribuendum videtur læsæ maiestati humanæ quam diuinæ, vt textus innuit in d. c. vergentis. § cum enim. & ratio differentiæ, quæ adducitur vltionis, videlicet suæ iniuriæ, non debet præponderare in præiudicium iuris alterius: Et illa non procedit in proposito considerata disputatione text. in §. illud. & capitu. felicis. §. si qua verò. quæ iura reseruant vnicuique ius suum, etiam in crimine læsæ maiestatis, & in cap. felicis reseruantur tam iura feudalia, quam alia, nec nõ cognitio delicti, vt in §. per hoc quoque. Bernard. Diaz, in practic. crim cano. cap. 124. & ratio vltionis, etiam si procederet, prout Natta dicit. d. cons. 119. satis militaret ex eo, ℣ delinquens priuatur bonis, licet illa applicentur immediato domino,

domino, quæ ratio non ita procedit, vbi applicarentur agnatorum, quo maior est coniunctio delinquentis, & de hac responsione mentionem non facit. Natt. cons. 580. vbi contrarium tenet: fortius præferrentur agnati domino, vbi amit
25 teretur † feudum ex sententia lata in contumaciam propter offensam factam in personam domini. Bossi. de bono. publ. nu. 56. Rolan. cons. 15. nu. 4. vol. 3. Quod intelligas mortuo delinquente, vt suprà dixi. Principalem autem conclusionē. Limita, si delictum commissum sit extra territorium vassalli,
26 & per subditos eius, cum forus † delicti principaliter attendatur. d. §. si clericus. de pac. tenen. quamuis ibi cognoscat Episcopus propterea quod laicus sit omnino incompetens iudex clerici. Bald. consil. 306. distinguendum, volum. 4. & in l. 1. in fi. C. si à non comp. iud. Hinc infero, quòd si in iuditio,
27 coram Senatu, vel officiali. † Principis delinquat subditus non parendo, vel aliter, quòd per Principis officialem mulctari poterit, & pœna fisco Principis veniet applicanda, vt in simili de teste falsum deponente not. in l. nullum C. de testib. de quo per Didac. c. 13. pract. quæst. circ. fin. & propterea, bene in hac parte existimo consuluisse Nattam, quod mulcta contumacis debeatur fisco citantis, cons. 580. quia efficiū-
28 tur citati † de foro iudicis citantis, & ibi quodammodo delinquunt, cum contemnant superius tribunal. ob quod mulcta imponi potest. ad l. 1. ff. si quis iusd. non obtemp. & dicit Bald. in d. l. nullum. num. 6. quòd delictum perinde habetur ac si esset commissum in territorio iudicis causæ, licet examen sit extra suum territorium receptum. Propterea, cum anno elapso accessisset Senator ad locum quēdam de Ruellio, vallis Cluinæ infeudatum, prodirimenda controuersia finium, & super loco presente Senatore fuissent cōmissi insultus, & violentiæ per subditos feudatarij, pœna fuit applicata fisco Principis. Quid si delictum commissum sit in via
29 † publica, quæ est de regalibus? quòd, ex quo vassallus est inuestitus de territorio, cognoscet ipse, & mulcta ad eū spectabit, sicut etiam cognoscere de commissis in prædijs ecclesiæ, respectu iurisdictionis, quam habet in territorio, in

quo

quo prædia lita sunt. Brun. cons. 177. col. 2 vol. 2. Limitant etiam aliqui suprascripta, quando punitur subditus pro delicto communi, secus si Princeps faciat de non delicto † delictum, & pœnam imponat, tanquam feudatarius non sit investitus de his, quæ tempore investituræ non erant in rerum 1 natura, sed cũ generaliter feudatarius † sit investitus de mero, & mixto imperio, vtilique dominio, quicquid inde, prouenire potest, in investitura continetur, & ratione dictę iurisdictionis, & meri imperij, ipse proclamata de nouo potest facere, super nõ delictis & pœnas imponere. Ang. in l. 1. ff. quod quisque iur. Alex. cons. 124 num. 4. vol. 4. Iac. Sobi. in verbo cum mero dixi in tit. qui feud. dar. poss. nu. 22. Vnde, sicuti pœnæ prouenientes ex nouo edicto, per ipsum facien- 2 do ad eum spectant, ita etiam si proueniant ex edicto † Principis, cum in statuendo ipse etiam vices Principis gerat, & eius auctoritate statuat, & quo ad emolumentum consequẽdum, non est probabile discrimen inter vnum casum, atque alterum, & ita tenet Aegid. Bosi. in tit. de pœnis. nu. 25. & 26. 3 & in augmento mulctarum † facto per Principem, etiam si applicetur fisco, Nat. cons. 346. & in vtroque casu d. consil. 659. nu. 5. idque præsertim vbi quis est investitus cum regalibus, secundum quod declarat textum in c. 1. in verbo mulctarum, quæ sint regal. Alc iat. in c. quod sedem. num. 47. de 4 offic. ord. vbi vult mulctas, † & pœnas esse de regalibus, si imponantur propter nouas constitutiones fiendas, & multò magis si Princeps mandet iudicibus quibuscunque cohærctionem. neque impedimento est, quod isti dicantur recitus 5 † extraordinarij quia, & ij debentur feudatario, prout de alluuione dixi supra quæst. 8. & licet ex æquo edicto, inflictę applicẽ 6 tur † Camerę Ducali, hoc intelligitur procedere in terris immediatis nõ mediatis, neq; per hanc viam feudatarij fraudandi sunt suis emolumentis. sal. d. cons. 57 circa fi vol. 3. & ita censuit Senatus 1571. pen. Ianuarij in causa Dominorũ Valpergiæ, & Molli, qui etiam declarauit edictum applicãs mulctam fisco Ducali intelligi, quoad subditos feudatariorum, quando extra eorum territorium delinquerẽt, licet ista

quan-

quandoque male obseruentur. Quæ tamen restringi possent, vbi princeps statueret circa regalia, de quibus vasallus non esset inuestitus, & eo casu procedere posset opinio contraria: alioquin, pœna ex ædicto principis proueniens immediato applicanda est, & non mirat in hoc casu ratio, quæ in superiori limitatione, quando pœna apponitur pro tuitione suæ iurisdictionis. Nam tunc vt supradixi contraueniens efficitur quodammodo de foro iusdicentis, item non videtur, quod aliter iusdicens tueri posset suam iurisdictionem, quinimo eius vilesceret auctoritas, si non posset pœnas indictas exigere: In ædicto autē generali principis cuius principalis intentio est vt ædicta seruentur, regulariter sufficit, vt contrauentores puniantur, siue per officiales principis, siue per feudatarios, qui & ipsi, principis vice iusdicunt. Bald. in l. r. q. 7. de offic. consul. Brun cons. 103. nu. 4. Restat, vt rationes diuersitatis inter alienationem, & aliam culpam refellamus. & in primis, dum dicitur diuersum ius statui, propter frequentiam alienationum, quis non videt hanc fragilem esse diuersitatem? sed & hæc diuersitas, atque etiam diuersitatis ratio, quo iure fundetur, aut qua lege corroboretur non video, & contrarium potius dicendum esset, cum magis odiosa sit alia culpa, quā alienationis. Alia diuersitatis ratio traditur per Iacob. in verbo, & cuin pacto de non alienando, quæ magis colorata est, quod alienatio respicit rem, & talis culpa in rem ipsam committitur, alia autem offensa, & culpa personam respicit. ex quo infert Iacob. quod quoquo modo, aut per quemuis alienetur, primo domino, ex ipsa alienatione ius acquiritur, & hic bene adaptantur iura per glo. allegata in l. pen. de seru. expor. vbi si in vēditione serui fuerit appositum pactum, quod quandocunque Romæ manserit, si vendenti in eum manus iniectio, emptorque eundem sub eadem conditione vendiderit, si ibi fuerit non secundo venditori, sed primo datur manus iniectio. & l. qui vniuersas. §. fin. de acq. poss. sed illa iura loqui in diuersis terminis, satis
36 clarè patet. nam l. pen. hoc intēdit, quod pactum † appositū in alienatione rei, affecit rem ad quemcunq; transeat, vt ibi

per

per Bald. & ideo, primo venditori datur manus iniectio, qa contra legem per eum appositam factum fit, secũdo autem non datur, quia non gratia ipsius, sed primi vẽditoris potius eandem legem apposuit, nec de alia manus iniectione, quã primi vẽditoris intellexit, perinde, ac si repetijset secundus venditor, quod liceret primo manum injcere. ita ibi declarat Albe. & hanc rationem adducit rex. Prẽterea in eo, quod seruus Romæ reperitur, fit omnino contra legem primi vẽditoris, nec inspicitur per quem fiat, cùm pactum reale sit,
37 quo casu transit † onus in quemcunque etiam singularem successorem. l. si conuenerit. §. si fundus de pign. act. l. Iul. & l. Caius. de manumiss. cum ibi no. & posset hoc argumentum procedere, vbi emphyteusis propter non solutam pensionem fieret caduca. Io. Fab in §. adeo. col. 2 vers. & in hoc casu instit. locat. & idem in feudo videtur, vbi propter non solutam pensionem fierer caducum, ad Curt. in 4. part. in 39. cau priua Et ita soluit Imo. in l. si finita, § si de vectigalib. col fin. de dam. infect. vbi dicit, quòd quando causa seu culpa concernit primum, & secundum vasallum, ni niruni, si feudum vel emphyteusis applicatur superiori domino. Hic autem subinfeudatarius alienans ius suum, non alienat ius, quod habet subinfeudans à primo domino, sed qꝫ ipse habet à subinfeudante, vnde nec mutat primus dominus vassallum immediatum, sed ipse vasallus est, qui mutat vassallum sibi obnoxium. Et ideo contra legem primi domini de non alienando simpliciter, & absolutè factum dici non potest. quo
38 fit, vt inspiciamus id quod principaliter † agitur ad no. in l. si quis nec causam. ff. si cert. pet. Ale. cõs. 8. nu. 10. vol. 3. & sic inspicimus alienationem secundi domini, inspecta persona de cuius interesse principaliter agitur: & vbi concurrũt cau-
39 sa proxima, & causa remota, potius attndenda est cã † proxima Bald. in l. ex placito. col. 2. de rer permut. & facit, quia
40 causa immediata † semper plus operatur, quàm causa mediata Bal. in l. sub prætextu. la prima. C. de transac. per quas rationes dicebat Curt. iun. cons. 2. nu. 4. quod vbi in aliquo
41 loco concurrunt dominus superior † & inferior, non potest

domi-

dominus superior manum apponere ad subditos inferioris, sed & iurisdictio, & coherctio spectat ad inferiorem, tanquà ad causam immediatam, & proximam, & allegat pulchrum dictum Bald. in l. 1 q. 43. de rer. diuis. & in l. 1 q. 15. de offic. consul. quod potest multis modis comprobari. vt per Ioan. Iab. inst. de Attil. aut. in prin. idem Curt. in tract feud. in prima part. q. 1. nu. 6. Prepos. in prelud. feud. col. 7. vers. & vsque adeo, & in cap. 1. in fi. commenti, de controuer. inter vass. & episc. Fel. in c. pastoralis in 6. limit. de offi. ord. Iaf. cons. 57. vol. 3. Gram. decis. 30 num. 11. vbi dicit, quòd non est locus
42 præuentioni, † & vero 28. Brun. cons. 47. nu. 7. & cons. 413. vol. 4 & cons. 169. vol. 2. vbi plus dicit dominum non posse
43 eximere aliquos subditos † à iurisdictione vassallorum, nisi eorum subsistente culpa Afflict. in const. eos, tit. de iniur. nu. 8. lib. 3. Paris. cons. 8 nu. 30. vol. 1. & cons. 2. nu. 18. vol. 2. Iac. de S. Georg. in tract. feud. in verbo Vicarius. nu. 7. Alc. resp. 206. nu. 7. vbi etiam quærit, an princeps possit legitimare in ciuitatib. infeudatis. Marin. Frec. dib 2. in 9. autor. & in 31. autor. vbi generaliter dicit superiorem non posse, quidpiam agere in præiudicium immediati. circa eius subditos iure ordinario. Natta cons. 98. in fin. Rol. à Vall. cons. 43. nu. 22. vol. 2. in quibus locis etiam declaratur, & limitatur dictum
44 Baldi non procedere, vbi vassallus esset negligens † in iustitia administranda. Pan. in c. ex transmissa. nu. 4. de for. comp.
* per illum text. * adde Felv. in c. ex tenore num. 15. & 16. ex de rescriptis. aut alias vbi aditetur Princeps per viam querelæ Brun. cons. 219 circa fin. vol. 3. & cons. 375. volum. 3. & cons. 169 vers. hoc tamen. vol. 2 & propterea existimo quod Senatus excitando iurisdictionem vassallorum, & prefigendo terminum expeditioni causarum, non dicatur eorum iu-
46 risdictionẽ † turbare. Mari. Frec. lib. 2. in 11. aut idẽ si rescribat, quòd procedant cum consilio iurisperiti, partib. non suspecti, quando non constituit certum adiunctum, vel cõsultorem, sed eũ potest sibi vassallus eligere, & quid in terris infeudatis cũ primis appellationib. Marin. vbi sup. & in eis ita prouidendũ est, ne secundæ cognitioni derogetur. Potest ẽt

Sena-

Senatus aditus per viam recursus se informare de processu ordinariorum vassallorum, præsertim in causis criminalibus.

47 vt prouideat † ex superioritate principi reseruata, ne iniustitia fiat etiam in modo procedendi ad no. in l. nemo. C. de iur. om. iud. Ale. in l. de pupillo. §. si qs ipsi prætori. nu. 12. de ope. nou. nun. est enim Regum proprium opprimentibus subuenire. c. Regum. 23. 4. 5. & ita seruatur quotidie. In causis etiam Princi-

48 pi reseruatis † cognoscet senatus, & præsertim læsæ maiesta-

* tis, vt supra dixi post Natt. cons. 580. * princeps cognoscit de causis crim. læsæ maiest. à mediato subdito commissi vide D. Sen. Thes. cons. seu resp. posito in prima addit. ad pater. decis. post decis. 132. vna cum resp. ad contraria, & fortius in causis reseruatis posset in territorio infeudato iudicem constituere, vt si reseruatæ sint causæ appellationum neque enim subditi feudatarij desierunt esse ex toto subditi superioris domini qui nimo eius subditi remanserunt propter reliquias directi dominij Marin. Frec. lib. 2. 28. autor. Posset etiam princeps, vel senatus ex causa ad se auocare

49 † causas subditorum feudatariorum, sed non passim hoc cõcedendum est, solummodo, vbi res ita exigit, vt iustè fiat. Guido Pap. quæst. 326. Rebuf. in tit. de euoca. tom. 1. Didac. pract. q. c. 9. Item poterit cognoscere de connexis, seu dependentibus à causis coram se vertentibus, vel etiam si expeditæ sunt in exequutionem sententiarum latarum, ad glo. pen. in fi. in c. licet ex suscepto, & ibi no. de for. comp. Item ex decreto antiquo posito sub rubr. de for. comp. lib 2. possunt subditi vassallorum, & generaliter omnes conueniri in

50 loco † contractus vel quasi, etiam si ibi reperti non fuerint.

51 In causis saluagardiarum † Senatus noster sæpius censuit, quod ordinarius feudatariorum est iudex competens. Iaso. dict. consil. 57. volum. 3. Guido Pap. q. 56. Rebuff. in mater. possess. art. 2. glos. 2. num. 39. & facit tex. in c. ex parte tua. de priuileg. cum ibi not. Neuiz. cons. 83. nu. 9. quod procedit etiam, si pœna indignationis, vel arbitraria principi sit

52 apposita, † quam feudatarius potest declarare contrauentorem incurrisse. Vbi tũ est concessa saluaguardia in execu-

tionem

53 tionem sententiæ senatus, † is potest tueri sententias suas, & illas exequutioni mandare, & in earum executionem manu tenere victorem, & cognoscere de contrauentione, prout nouissimè fuit obseruatũ in causa Valpergiæ, & Partiscorzani. Poterit etiam cognoscere de cõmissis in causis coram Senatu vertentibus, & eadem ratione de præceptis factis in
* executionem sententiarum, & præsertim intra annũ * adde l. vnic. ff. si quis ius dicen. non ob temp. c. 1. § deniq; quæ fuer. prima causa benefic. amitt. & pariter de commissis cõtra commissarios à Senatu deputatos, vt suam tueatur iurisdictionem, & authoritatem, & regulariter de incidentibus causæ principalis. ad not. in l. quoties. C. de iud. & in l. nullũ. C. de testibus. Didac. c. 18. in fi pract. quæst. q. 8. & suprà dixi eo casu spectare mulctas ad principem. Et qua ratione, vassallus est iudex competens in causis saluaguardiarum, multò fortiùs erit etiam competens, vbi agitur de contrauen-
54 tione edictorum principis: si tamen principis † interesset, posset ipse, vel eius officialis cognoscere, prout in causis contrauentionum edictorum concernentium redditus principis, puta gabellæ salis, vel aliorum vectigalium Principis, in q̃bus licet feudatarij possint cognoscere, & teneant iura
* Principis pro posse conseruare, * adde quę nouissimè scribit D. Thess. decis. 266. potest tamen principaliter princeps ipse, vel eius officialis cognoscere, & si per feudatarium erit prœuentum, non impedietur eius cognitio, vt in crimine falsæ monetæ dixit Afflict. in tit. quæ sint regal. in verbo monetæ. num. 30. sed poterit princeps, de modo procedendi se informare, & prouidere, ne iura sua patrimonialia detrimentum capiant, prout expedire sibi videbitur: & ita procedunt quæ Natta annotauit, cons. 487. num. 24. dum dixit, quod princeps non tantam auctoritatem tribuit feudatarijs, quin maiorem sibi retineat, & præsertim in concernentibus regalia, vt supra dixi. Et ideo, ex suprema authoritate retenta poterit prouidere in terris vassallorum, prout casus exiget: & in suprascriptis casibus, quod officialis Principis possit cognoscere, fuit obseruatum cum quibusdam subditis comitis

mitis Masini contrauentoribus edictorum gabellæ salis, &
licet Princeps det iudicem in dictis causis, nõ censetur dare
priuatiuè, quoad feudatarios. Pan. in c. cęterũ. nu. 7. de iudic.
54 & facit regula, qua in dubio iurisdictio † censetur concessa
accumulatiuè, non priuatiuè, Fel. in c. pastoralis de offic.
ord. Meno. de pśumptio. lib. 2. c. 18. & Brun. cons. 27. nu. 18.
vbi dicit, ꝙ delegatus Principis, nõ exercet actũ iurisdictio-
nalem, in terra vassalli, quẽ debet requirere in proclamate
faciendo, sed quod de requisitione dicit, cogitandũ relinquit
Marin. Frec. in ti. de differ. feud. quat. nu. 39. verum contrariũ
cõsuluit Natta d. cons. 180. Boer. dec. 8. Guid. Pap. q. 346. Et
certè indecorum esset, Principẽ, & eius officiales, requirere
vassallum pro iurisdictione exercenda. Bene tamen congruũ
55 censerem, quòd antequam delegati, † seu commissarij exer-
cerent iurisdictonem sibi cõmissam in terra vassalli, vt lite-
ras suas præsentarent vassallo, nõ ad effectum requisitionis,
sed vt demonstrarent se tales, quales se faciũt. l j. C. de man-
da. princ. l. prohibitum. & ibi Bar. C. de iur. fisc. lib. 10. §. eos
autem. in auth. de coll. Brun. cons. 141. vol. 2. expeditque id
valde, vt videri possit an cõmissarij excedant formam suæ
commissionis, quo casu eis resisti potest per rectores prouin-
ciæ, & iudices loci ordinarios. §. volumus. Auth. vt iud. sine
quoquo suffr. & §. deinde authent. de mand. prin. Ad rem
redeundo, alia quoque diuersitatis ratio reddi põt inter hos
casus, & d. l. pe. ꝙ ibi, secundo venditori nullum remanet
dominium, hic autem vassallus immediatus, quamuis subin-
feudet, dominiũ, vtile retinet, & ea ratione commodũ cadu-
citatis ad eũ spectat. Quòd si essemus in terminis, vt primus
vassallus venderet secundo, aut aliàs subinfeudaret, nihil
sibi retinendo, & secundus venderet tertio, qui eandem rem
venderet contra legem feudi reuocatio ad primum dominũ
directum spectaret, & consensus primi in venditione requi-
rẽdus esset. gl. in l. fi. & ibi Alber. col. 1. vers. item quærit gl. &
Sal. col. 3. vers. quęrit. gl. si secundus & ita procedit limitatio
Fel. in c. quę in ecclesiarũ. nu. 69. in 4. declaratione ipse tamẽ
allegat Io. And. in add. ad Spe. in §. quoniam vers. 38. de feu.

qui Io. And. loquitur in subinfeudatione. Non obstat etiam l. qui vniuersas. quia primus commodatarius non possidet ipsi, ideo nimirum si possessionem retinet is, qui commodauit, ad quemcunqueres transeat, hic autem primus vassallus curtem sibi retinet. & eam principaliter possidet. Alia adducitur ratio decisionis glo. quòd vassallus subinfeudan-
56 † dotransfert vtile dominium in accipientem, ergo nihil remanet apud ipsum, sed solummodo retinet quasdam reliquias vtilis dominij, videlicet reuerentiam, & fidem. Alua. in c. 1. §. fi. de controuer. inue. & in terminis, est pulchrum cons. Soc. 256. col. 2. ver. ex quibus. vol. 2. Afflic. in §. præterea. nu. 16. de cap. Corrad. ista ratione attenta, fatererego consequentiam, hoc est quod supra dictum fuit, post Isern. quòd quando vassallus subinfeudat, nil sibi retinendo, puta, quia in vniuersitate feudi potuit alium loco sui, eum subinfeudando, quòd tunc possit procedere dictum gl. & hoc est, quod sensit gl. in l. fi. in verbo, alijs vendere. C. de iur. emphy. & isto casu, subinfeudatio vim obtinet alienationis. ca. 1. §.
57 sed & res. per quos fiat inuest. & subinfeudatus † teneturipse seruire domino priori, & ab eo inuestituram accipere paratus esse debet. no. in d. gl. §. pręterea. de c. Corra. in fi. aliàs est gl. rub. de alienat. feu. pater. verum, si retineat titulum, ac ius feudi nihilominus partem iuris sui alij subinfeudet, vel sibi, & nomine suo acquirat alium vassallum atque vt dicit Bal. in c. cæterum. nu. 13. de iud. non cedat, sed cõcedat feudum, vtile dominium super de is sibi remanet, subalternum
58 † quoddam vtile dominium in alium tranfert, qui habet exercitium vtilis dominij. Bal. in l. 1. C. vnde legit. Affli. in constit. Sicil. in proęm. q. 23. tunc sequitur, quod supra concluſi post Iser. quod commodum ad immediatum spectat, prout gl. tenet in d. §. similiter. in verbo, tertiam, in fin. de lege Corradi. ita etiam declarat. Afflict. in d. §. illud quoque num. 13. determinando caducitatem spectare ad Baronem immediatum, quod tamen limitat. Afflic. post Isern. procedere in feudis non quaternatis simpliciter, secundum constitutionem regni, post mortem. lib. 3. quia, quaternata dependent omni-

no à Rege. Pari modo, etiam duo in eadem re dari possunt
59 dominia † directa, maius scilicet, & subalternum, & vnum in vniuerso, alterum, in singulis reb. l. 3. in prin. de rei vendi. Bar. in l. 1. §. per hanc, ff. eodem. Bal. in proœm. digestorum. & in l. 1 in fi. C. vnde legit. & ibi Dec. Ioan. Fab. in §. adeo. institu. loca. Curt. in 4. par. ver. aggredior primam. nu. 83. Alex. cons. 1. nu. 46. vol. 5. Marin. Frec. libr. 2. §. sed vt verius. vbi id latè explicat fol. 123. & in omnibus vtile præfertur directo, & subalternum maiori: præsertim, vbi adest inuestitura, & concessio superioris domini, qui in præiudicium inferioris aut post ius illi acquisitum, non potest præstare consensum, aut aliquid de iuribus feudalibus alteri concedere. Paris de Put. de feud. reint. c. 264. pone quòd rex concessit. in fin. & c. 299. an si vassallus in fi. Item etiam prælatus, & dominus su-
61 perior † nō potest infeudare etiam res solitas, ad ecclesiam reuersas, sed earum infeudatio spectat ad immediatum. Bal. in c. 1. nu. 5. qui feu. dar. pos. Curt. in 2. par. q. 10. & quæst. seq. quærit. de Papa. de quo etiam per Bal. cons. 95. mortuo Gregorio. col. fi. vol. 3. Acquen. in d. c. 1. in secunda par. col. 1. in tertia declaratione Marin. Frec. d. lib. 2. c. 31. vbi in supremo principe idem dicit iure ordinario, secus extra ordinem de potestate absoluta, vel ex cā publicæ vtilitatis. Laudimium autem, & pariter releuium omnino ad ipsum Baronem spectare quicquid gl. dixerit, attestatur esse verum, & comprobat idem Afflict. aliquibus rationibus, de quibus per eum, nu. 15. & seq. Soc. Iun. cons. 70. nu. 32. vol. 3. & faciunt ea, quæ de vsufructuario dicta sunt, quæst. 14. & ita reperio, qd declarat Bened. Camer. in d. repet. c. imperrialem. car. 70. secundum magnam impressionem cum pluribus sequen. etiam in feudo quaternato, secundum quid, quod tam à Rege dependet, quàm à Barone, & quòd à Rege fuit concessum tenendum immediate, & in capite à Barone tunc enim Baroni præstanda sunt quæcunque seruitia. Marin. Frec. libr. 2. in 5. autor. Nunquid autem in alienatione iuris subinfeudati requiratur consensus primi domini, hoc mihi potissimum
62 videtur pendere ab illa quęstione, nunquid vassallus † possit

sine consensu domini alij subinfeudare, de qua, in cap. 1. qui feu. dar. poss. in c. 1. §. similiter. & §. profecto. de lege Cõrad. c. 1. §. si. quib. mod. feu amitt. c. 1. §. 1. qual. olim. feud. alien. pot. & quia de his latè dictum est supra hoc eodem titu. de alienatio. feud. versic. subinfeudare. procedam concludendo, sequendo communem opinionem glo. in c. quæ in ecclesiarum, in verbo, alienandi feudum. de constit. quæ est, vt possit vassallus, siue in totum, siue in partem subinfeudare, sine cõsensu domini, dummodo, id sine fraude faciat. quam glosam sequuntur doctor. ibi & Fel. nu. 69. Bero. num. 195. & ibi sequendo gl. in c. 1. §. præterea. de c. Corrad. ponunt tria requisita in subinfeudatione. Zas. de feu in 9. part. nu. 17. & tunc
63 dico, quòd subinfeudatus † volens alienare ius suum, teneatur tantum requirere consensum domini immediati, qui prout potuit prima vice subinfeudare, sine consensu prioris domini, ita etiam iteratò poterit subinfeudato consentire, vt alienet ius, quod habet, ad l. cum quis. de reg. iur. idem, vbi vassallus potest sine consensu domini. feudum in emphyteusim dare. quod videmus obseruari in patria nostra, teste Bal.
64 cons. 318 quidam nobilis. volu. 2. licet † de iure contrarium sit verius. & dicit Iacob. in verbo, ita etiã, q̃ ipsi vassalli. nu. 8. quosdam nobiles de Santo Stephano fuisse. priuatos, ex eo potissimum, quòd in emphyteusim concessissent multa bona feudalia. & eadem consuetudo dandi in emphyteusim bona feudalia, viget in regno Franciæ, pro vt attestatur Io. Faber. in §. adeo. nu. 3. instit. locat. Petrus Iacob. in tit. de cõdict. ex l. imperialem. § callidis. Io. Rayn. in d. c. imperialem, §. 1. Marin. Frez. lib. 2. in 19. author. præsertim si ea quę dãtur sint sterilia, vel inculta. & dicit Cur. in 4. par. prin. in vlt. cauf. q. 1. quod ex hoc possent saluari plures vassalli in emphyteusim dantes. Idem vt requiratur consensus domini immediati, vbi potest subinfeudare ex tenore inuestituræ. Paris de Put. c. 91. pone quod sunt duo, nu. 4. & in feudis planis, seu de tabula, quæ à Barone dependent, & solent alienari, vt quia parua sunt, q̃ etiam solus consensus Baronis requiratur, Affl. & post Ifern. in d. c. imperialem. in 6. quæst. princ. &
decis.

decis.243.in casibus,in quibus subinfeudatio, & subemphyteusis non est permissa sine licentia domini, de subinfeuda-
65 tione, & subemphyteusi videtur, quod debeatur † Laudimium,cùm per hos modos dicatur vassallus, vel emphyteuta alienare,c 1.§.fi.& ibi not.quib.cau.feud.amitt.Et ita cẽsunt Senatus 1572.19.Iunij in causa Caremæ,quod ego intelligo,quando subinfeudatio est perpetua,& ad successores tranitoria,de quo per Camer.fo. 35. Cur.in d. 4.par.nu.85.
66 & in quibus casibus non possit quis subinfeudare.† sine cõsensu domini notatur per Cur. latè, in d. 4. part.princ.in vlt. cau.priuil.feud.in 1.q.primæ regul.& per Fel. & alios, in d.c. quę in ecclesiarum, & de emphyteuti, quòd regulariter sine consensu domini,alteri concedi non possit,Bal.in Auth.nisi rogati,nu.14 C.ad Treb. Iaf. in l.fin.num.120.& cons.235. vol.2.fnol.in c.potuit.nu.20. Inijs igitur casibus pariter in iterata subinfeudatione, & alienatione iuris subinfeudati in extraneam personam faciendæ, censeo esse requirendum primi domini consensum,cùm de eius præiudicio tractetur, prout dixi de vsufructuario, & hoc casu quo ad requisitionem consensus, puto procedere communem opinionem, & in contrarium allegata,ad hoc caput esse restringenda,quod videtur sensisse Zas. in tract.feud.in 9. par.nu.45. Clar.q.32. in fi.& dicit Afflict.in d.§.illud.num.11.veram esse conclusionẽ q requiratur cõsensus vtriusq; ita, vt etiam primi dñi non sufficeret, quem ibi sequitur Benedic. Cam. non solum
67 in feudis quaternatis † secundum quid, sed etiam in planis, & de tabula,quę non consueta essent alienari per Baronem: nam in feudis quaternatis simpliciter,expeditum est, solum Regis consensum requiri. Marin.Frec.lib.2.in 1.autho.& fo. 306.in d.feren.feud.quater.nu.6 de quo vide in constitu. Siciliæ,lib.3.c.25 post mortem.vbi glo.dicit, quòd releuium debet esse Baronis, à quo feudum tenetur, non Regis,concessio tamen spectat ad Regẽ ex consuetudine illius Regni, licet glosa dicat, quòd id sit contra communes regulas, & ibi etiam tractat de mulctis vassallorum,& confiscationibus quæ spectant ad Baronem, exceptis de bonis, quæ à Rege

tenentur. Hoc idem affirmat de iure verũ esse Paris de Put. de feud. in c. 262. an in alienatione adeo quod si interueniat solum consensus primi domini, feudum nihilominus efficiatur caducum in fauorem immediati, quod etiam limitatur per Iacob. & alios, nisi primus dominus esset absens, ita vt eius consensus commodè requiri non posset, quia tunc sufficeret consensus domini immediati. Et licet ista sit cõmunis opinio, tamen contra eam faciunt not. in c. 2 de feud. & in c. vt super. de reb. eccle. non alien. & in c. 1. Epis. vel Abb.
68 in quibus locis habetur, quod prælatus † potest solita reinfeudare, sine consensu superioris, & nihil noui facere dicitur, ex quo natura rei est ad illum vsum destinata, dixi suprà. in tit. qui feud. dar. poss. Quo verò ad caducitatem, & Laudimia, etiam hoc casu veriorem puto opinionem, quam supra posui spectare ad dominum immediatum. qui sibi aliquid retinuit de feudo, Mod. d. §. 1. gl. 6. nu. 11. & §. 30. n. 177. ver. falsum. & in hac sententia residet Aluar. Card. & communiter alij in d. §. illud Rimin. cons. 1. nu. 51. nisi, vt supra dixi in caducitate, causa priuationis respiceret vtrosque vassallos, esset que realis, vt in cessatione solutionis canonis, vbi per vtrumque esset cessatum. Bald. cons. 127. quidam nobiles. vol. 1. Hoc idem etiam seruari dicit de consuetudine in feudis Io. Faber. in § adeo. nu. 6. secus autem dicit ex consuetudine Gallicana seruari in emphyteusi, & censualibus, in quibus ad primum dominum spectat inuestituram facere, & commoda Laudimij percipere, licet contrarium verius dicat de iure. Hanc eandem differentiam inter feudum, & emphyteusim videntur sensisse Mod. §. 51. gl. 1. nu 20. quamuis. in §. 55 gl. 1. nu. 189. videantur residere in ea opinione, quã supra firmaui, quando dominus directus consensit emphyteutæ, vt alium sibi faceret emphyteutam tanquam sit, quod sibi imputetur in perceptione emolumentorum propter eius consensum.

SVM.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an soluendum pro diuisione emphyteusis.*
Et quid in Patria Pedemontium. nu. 4.
2 *Gabella soluenda de omni alienatione, an de diuisione etiam soluenda sit.*
3 *Diuisio non est propriè alienatio.*
5 *Emphyteusi assignata vni in diuisione; si noua sit debetur laudimium.*
6 *Diuisio est alienatio necessaria quo ad prouocatum.*

Quæstio XXV.

1 AN pro diuisione † sit soluendum Laudimiũ? Aliqui tenuerunt debere solui, pro quibus facit ℘ Roma. notat cons. 182. in secundo dubio dum tractat de statuto, ℘ de omni alienatione soluatur gabella, † quod debeat solui etiam pro diuisione. per l. si pupillorum in prin. de reb. eorum Alb. in prima part. statut. q. 110. Ioan. Raynau. in comprehensor. feud. §. præterea, ducatus. n. 15. disputat quæstionem, & nihil decidit. Contrariũ tamen receptissimum est. Bar. Bal. Cast. & alij in l. & ideo. in prin. de cond. furt. & dicit Bal. ibi, quod potest emphyteusis, & feudũ diuidi sine consensu domini. ad no. in c. 1. §. præterea ducatus. de prohib. feud. alie. per Feder. Alex. cons. 189. n 5. vol. 2. Brun. cons. 173. col 4. vbi plus dicit, ℘ diuisio feudi fieri potest inuito superiore. non igitur soluetur Laudimiũ Iacob. in tract. de Royd. nu. 34. Ias in l. fin. nu. 48 Neq; enim
2 propriè diuisio, † alienatio est. Auth. de litig. in prin facit, qa per eam nulla fit translatio rei in nouũ emphyteutã, vel vasallum. Fely in c. quæ in ecclesiarũ. in 8. declarat. de constit. Alex. cons. 189. nu. 5. & seq. vol. 2. Neuiz. cons. 15. Aym. cons. 735. Ambros. de Opizo. in reper. §. diui. n. 97. licet ipse distinguat inter prouocantẽ, & prouocatũ. Quam conclusionem amplia, vt procedat ẽt in emphyteusi noua, duobus fratribus

cõcessa, qui poterunt inter se diuidere, irrequisito domino. Feder. de Sen. consi. 228. & latè comprobat Crot. in §. duo fratres. num. 137. Rim. iun. consi. 1. nu. 55. in diuisione enim, vt dicit. Paul. de Cast. in l. cùm hi. §. si vni plurib. de transac. licet fieri dicatur alienatio, portio tamen vnius, succedit loco alterius, & nos habemus decretũ † in antiquis, ꝙ de diuisione non debeatur. hoc idẽ tenet Bertr. consi. 310 ponitur. vol. 2. limitatur tamen hæc decisio, nisi in diuisione tota emphyteusis, vel feudum vni cederetur, aut assignaretur: nam tunc pro dimidia foret soluendum Laudimium † quando emphyteusis esset noua. pract. Papien. in form. libelli pro hæredit. vel sing. re diuid. in verbo. domum vnam. gl. Aufre. ad decis. Tolos. 75. Bertr. consi. 88. ex casu. vol. 1 part. 2. Tiraquell. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 77. & ita etiam consuluit Guido Pap. consi. 46. vbi noua erat emphyteusis à fratribus acquisita: idcirco, quoad portionem fratris, noua erat acquisitio. & licet talis adiudicatio fieri possit, irrequisito domino: cum in ea locum non habeat ius offerendi, est tamẽ necessarius secundus consensus, & approbatio, prout in donatione, & permutatione, quando vni adiudicatur feudum, & alteri allodium. Quod si totum feudum vni adiudicetur, mediante pretio etiã prior consensus videtur requirendus. Rip. in d §. duo fratres. nu. 86. Bertr. consi. 112. vol 1. latè Gabr. consi. 84 nu. 4. & nu. 16. limitationis ratione assignat, quia licet diuisio sit alienatio necessaria, tamen non est necessaria adiudicatio. Vnde, per Doctores sublimitatur hæc fallentia, nisi sit adiudicatio necessaria, non voluntaria, vt in re, quæ commodam diuisionem non patitur, vt infra in fin. quæst. proximè dicam. Quod si essemus in emphyteusi à terna, vel in qua haberet locum ius accrescendi, dependet quæstio ab eo dubio, nunquid ex alienatione facta in emphyteutam, vel vassallum, sit soluendum Laudimiũ, de quo supra vidimus quod non. Brun. cõs. 123. vol. 2. & consi. 124. faciunt ad hoc propositum, quod Laudimium de diuisione non debeat, ad notata per Bar. in d. §. duo fratres. in 10. q. & ibi Ripa. & Crot. post alios in d. l. fin. nu. 114. Ruy. consi. 159.

num.

nu 7.& conſ.7.nu.10 vol.1.Bertr.d.conſ.112.puto.in fin. lib.1.Ex quibus apparet receptam eſſe hanc limitationem, quicquid ſentiant Moder.in conſue.Pariſ.tit.1.§.22.q.22. qui dum recedunt ab hac limitatione, primam concluſionē ampliant,reſtringunt, ac ſublimitant diuerſimodè, præter Doctorum intentionem.Doct poſt Bart. in d.l. & ideo aſſignant rationem,quare de diuiſione nō debeatur Laudimiū,
6 eo quia ſit alienatio neceſſaria,† quæ tamen militat in prouocato, non in prouocante, vt ibi dicunt Bald. & Opizo.in d.§.diui.alias rationes etiam aſſignant.in d.§.duo fratres.& ibi Crot.nu.135.duas alias adducit.

SVMMARIVM.

1 *Alienatione ex neceſſaria, an debeatur Laudimium.*
2 *Gabellam ſoluere de contractu venditionis non tenetur qui ex obligatione præcedenti vendidit.*
3 *Laudimium duplex,an debeatur ab emptore,& à retrahente iure proximitatis.*
4 *Emens partem rei quæ commodam diuiſionem non patitur non tenetur ad Laudimium.*

Quæſtio XXVI.

VTcunque ex ratione Bar. in precedenti quæſtione poſita,deducit Iaſ.in l.fi.nu.48. concluſionē
1 generalem,quod ex alienatione † neceſſaria nō debetur Laudimium.l.Cæſar.de publica.& l.naiugia.C.de fur.ſequitur Bru.conſ:44.col.fi.verſ.3. quæritur. Tiraq.de retrac.lignag.§.29.gl.1.nu.4.& gl.2.in prin. & d. §.1.gl.14.nu.18.cum ſeq.& nu.109.Aym. conſ.215.nu.3.& in conſ.pro genero. nu. 290. quæ tamen neceſſitas conſideranda eſt,vt infra quæſtione proxima dicetur.& ex hac concluſione, inferunt doctores ad deciſiones [illegible] .um quæſtionum, in hac materia:de quibus tamen ſuis locis videndum eſt.infra q.ſeq. & potiſſimum. q.37. ver. & cum illa fiat, &

inter

inter alios casus qui tractantur à doctoribus, infert Alber. in secunda par. statut. q. 221. quòd si quis vendidit ex obligatione præcedenti, non debet ex tali venditione soluere
2 † gabellam: facit quod Alex. no cons. 215. nu. 5. vol. 6. vbi, quando vnus contractus procedit, vt causatus ab alio, non consideratur causatus, sed causans. quod intellige quando ex vno ipsorum contractuum soluitur Laudimium: alioquin si præcessisset promissio de vendendo, & subsequeretur venditio, non deberetur Laudimium, quod dicendum non est. vt infra quæst. 37. tactum est, item dicit Tiraq. gl. 29. vbi suprà, & de retract. conuention. §. 6 glo. 2. cir. prin. quod si res
3 vendita iure proximitatis retrahetur, duplex † non debetur Laudimium, ab emptore scilicet, & à retrahente; sed vnicũ tantum, perinde, ac si vnica esset emptio, & id cedet incommodo retrahentis, qui omnem indemnitatem præstare debet emptori Redoan. in tract. de reb. eccl. non alienan. tit. de laudim. §. ista autem. in fi. sed quid si retrahens non teneretur ipse soluere Laudimium, si emisset à primo venditore, puta, quia esset illius agnatus, & tunc, aut primus contractus tenet, aut in irritum deducitur. & dicendum est, prout notatur infrà q. 39 infert, & aliud quod suprà proxima quæstione tactum est, Rebuf. in tit. de præconi. & licita. art. 3. gl. vni. nu. 3 quòd si domus commodam nõ capiat diuisionem, & propterea vni sit adiudicanda, is, qui ex licitatione alteram par
4 tem † emit, non teneatur ex ea soluere Laudimium, quia necessaria sit venditio, & ita dicit fuisse iudicatum per Præsidẽ Parisien. contra fiscum regium, prout notatum reperitur per Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arrest. 22. & ita cõsuluit Cast. cons. 144. dubium videtur facere, vol. 1.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium, an ex datione in solutum soluendum sit.*

2 *Datio in solutum necessaria dicitur qua fit iudiciaria autoritate, & q. modo nu. 10.*

3 *Statutũ loquens de venditione nõ habet locũ in datione in solutũ.*

4 *Datio*

4 *Datio in solutum large dicitur venditio.*

5 *Venditionis verbum generale est.*

6 *Statutum de tertijs venditionibus soluendis loquens habet locum in datione in solutum voluntaria.*

7 *Datione in solutum etiam ex necessaria, soluendum Laudimium vel tertia venditio, & quæ concurrere debeant, nu. 11. & 17.*

8 *Alienatio necessaria potest fieri irrequisito domino vt non cadat in commissum, secus quoad iura Laudimiorum.*

9 *Alienare, vel quid facere propter quod sequatur alienatio paria sunt.*

12 *Necessitatis in quam se quis sponte coniecit non est habenda ratio in alterius præiudicium.*

13 *Feuda quibus concurrentibus possint alienari in patria Pedemontium, & quomodo in hoc procedendum.*

14 *Laudimium debetur pro cessione bonorum alicui facta, vt debita soluat.*

15 *Prælationis locus non est vbi alienatio rei emphyteutice est permissa sine domini consensu, vel bona debitoris non sufficerent creditori nu. 16.*

Quæstio XXVII.

1 AN ex Datione † in solutũ, debeatur Laudimium? Pet. Iacob. vers. item & in datione, tenet, quod sic. Ioseph. Ludo decis. Peru. 60. nu. 7. tamen videtur distinguendum, Quod, aut datio in solutum, est necessaria, & non debetur, vt supra quæstione præceden. Io. Monta. in d. l. fin. ver. quapropter. Aut est voluntaria, & debetur. Afflict. decis. 191. in prin. vbi etiam declarat,

2 quando dicatur voluntria, & necessaria. Necessaria † nempè, quæ fit iudiciaria autoritate, & cum decreto iudicis. Iaf. in d. l. fi. nu. 113. Curt. in 4. part. in vlt. cauf priua. reg. 1. q. 12. Alex. conf. 52. vol. 1. ex quibus habetur, quod in tali alienatione necessaria, non requiritur consensus domini, & consequenter nullum debetur Laudimium. Aymo. d. conf. 215.

nulla.

nu.3.& pro genero, nu.290. & hoc quidem obtinet, vbi de alienatione debetur Laudimium. Quid autem in statuto, seu consuetudine concedente tertiam venditionem, & ex quo
3 de venditione † loquitur, non habere locũ in datione in so-
* lutum, etiã voluntaria, cẽsuit Iac. * in tract. de Roijd. nu. 30. eo q. òd statuta, & cõsuetudines stricti iuris sint, & strictè interpretanda, allegat in simili Spec. in tit. de empt. & vend. §. nunc dicendum est. versicul. sed pone statutum, & est. §. fin. de rescin. vend. vbi ponit de statuto, quòd liceat proximiori, retrahere rem venditã eodem pretio, quod non habet locum in datione in solutum. & ibi Io. And. dicit quòd cum statutum loquatur de pretio, satis apparet, quod restringitur ad venditionem, & licet dicatur datio in solutum venditio,
4 illud est largè † secus propriè. pro quo allego Pan. in c. potuit. nu. 9. & in specie Paris. cõs. 82. n. 18. vol. 3. & plura hinc inde, vbi statutũ loquitur de venditione, an procedat in datione in solutum Tiraq. in d. § 1 gl. 14. in prin. & magis in posito nostro Mod. § 55 in princ. & num. 8. & in simili dixit Brun. cons. 317. vol. 4. quòd huiusmodi consuetudo de tertijs venditionibus, non procedit in donationibus, & permutationib. & cons. 43. circa fin. aduerte tamen, quod illud dictũ Spec. intelligunt Doct. in donatione in solutum necessaria, non voluntaria. in cõs. 160. col. 1. in fin. ver. pręterea dato. Spec. tamen indistinctè loquitur. verum nedũ vbi lex de alienatione loquitur. sed in hoc etiã casu statuti, deberi laudimium puto, ex datione in solutum voluntaria. Venditio-
5 nis † enim verbum, generale est. l. statuliber. §. Quintus. de statuliber. l. sicuti §. venditionis ff. quib. mod. pig. vel hypot. sol. Marin. Frec. lib. 2. q. 18. & in terminis nostris inquit text. in cap. 1. in fin. de controuer. int. dom. & emp. feud. quod de venditione dicitur, idem in omnibus alienationibus obtinet. & ibi not. Afflict. nu. 17. quòd in materia feudali, prohibita venditione, censetur prohibita omnis alienatio, & militat. ratio, quare Laudimium, seu tertia venditio debeatur videlicet, propter approbationem noui emphyteutæ, item interuenit hic pretium, quod est debitum, pro quo res datur

in

in solutum, quapropter statutum loquens in vno, habet etiã locum in alio, licet simus in materia exorbitanti. cùm præsertim sit ista interpretatio legalis. Guido Pap. cons. 46. ver. plus potest, qui in terminis laudimij dicit, quòd insolutum datio, est venditio. Bologn. cons. 21. Afflict. decis. 368. nu. 2. Ias. in l cerera. § sed si parauit, in 8. not. de lega. 1. vbi ad hoc inducit illum tex. vbi Moder. § 23. nu. 1. Alcia lib 2. de verb. signifi. cart. 49. vers. lex ait rem venditam, Paris. cons. 81. nu. 32. & seq. vol. 2. latè Tiraq. vbi suprà qui plura iura allegat, ex quibus apparet, hoc sine dubio procedere in datione in
6 solutum voluntaria, etiam si statutum † de tertia venditione loquatur, quicquid sit de datione insolutum necessaria, quam leges addictionem vocant, & fortius in laudimio qd debet ex omni ferè alienatione, & translatione rei in alterũ,
7 sed etiam in hac alienatione † necessaria deberi laudimium & tertiam venditionem verius videtur. Bald. in c. 1. in princ. nu. 11. de prohib. alien. feud. per Fed. ibi, saluo iure canonis, & hoc idem voluit Bald cons. 306. verba inuestituræ. vol. 1. fundans se in eo, quòd factum iudicis, censetur factum partis: & iudex non potest nec censetur derogare iuribus tertij, quoquomodo ad eum spectent: Idcirco, iure prælationis nihilominus dominus vti poterit, & laudimium consequetur. Mod. in consuet. Paris. tit. 1. §. 13. gl. 5. nu. 48. qui ibi dicunt,
8 quòd huiusmodi alienatio † necessaria, potest quidem fieri, irrequisito domino, ad effectum, vt non cadat vassallus in commissum, secus, quoad iura laudimiorum. sequitur hanc opi. Tiraq de ret lign. d. §. 1. gl. 14. nu. 14. & addit vnam rationem, quod cùm necessitas æris alieni sit causata primum ex facto voluntario, id est, pro debitis à principio voluntariè cõtractis, non dicitur propriè, & absolutè necessaria, pa-
9 riaque sunt alienare, † & aliquid facere, propter quod sequatur alienatio. Cæph. cons. 25. nu. 6 vol. 2. Marin. Frec. lib. 2. in prima autor. §. pluribus. nu. 8. fol. 143. vbi inquit dici ne-
10 cessariam, † quia lex in subsidium, & bonorum defectũ necessario hoc facit secus, si debitum à principio nõ fuisset voluntarium, sed in id quis incidisset ex necessitate, causata, à

lege,

lege, vel à natura, prout etiam apposite declarat Bursa cōs. 44. nu. 29. & seq. & exemplum poni potest, in causa dotis, de qua infra quęst. seq. aut si ex alia necessaria causa conflatum esset æs alienum. Aym. d. cōs. pro genero nu. 3 1. 290. & 386. & his concurrentibus, fuit in Camera hoc anno decisum, non deberi Laudimium, quamuis in facto, quod in Camera fuit tractatum, tria concurrerint, datio videlicet insolutum necessaria, causa dotis, & quod debitor nulla alia bona habebat, & quod pōssit res alienari inconsulto dño, ijs concur
11 rentibus videlicet alienatione † necessaria, pro debitis necessarijs, & qñ nulla alia extabant bona, consuluit Grat. cōs. 133 vol. 1. sicque non sufficit sola addictio pro causa neces-
12 saria in materia ista, neq; eius necessitatis † in ꝓiudiciū alterius ratio haberi debet, in quam sponte se quis cōiecit. Rot. decis. 489. Bal. cons. 332. præmittendum est, quod ordo. nu. 3. vol. 1. & cons. 75. quidam tutor. eod. vol. Boer. dec. 44. nu. 27. Didac. lib. 2. variar. resol. c. 16. num 9. Ozas. decis. 167. & seq. quinimo in causa etiam verè necessaria, nisi concurrat fauor dotis, videtur, quòd solui debeat laudimium, alioquin in patria nostra, nunquam ferè de venditionibus feudorum solueretur laudimium: cum ea regulariter non possit alie-
13 nari, nisi subsistente causa necessaria, & nō extantibus † allodialibus, vt in antiquis decretis violant, Caroli, Blanchæ, & Philiberti. de quibus per Brun. cons. 18. & 309 & quomodo consideretur necessitas. & procedendum sit in simili casu. Dec. cons. 403. nu. 17. 587. nu. 5. Neuiz. cons. 10. nu. 10. D. Ozas. in causa propria, decis. 165. cum seq. Aym. pro genero. nu. 32. & 386. Itaque domini conditio deterior fieri nō debet ex necessitate eris alieni vassalli, & videmus, vt plurimū quòd qui alienant, id faciunt. vt succurrant suis necessitatibus, & deberi ex tali datione insolutum laudimium, censuit Senatus in causa Caremæ, & facit., quod si quis cedat bona
14 sua alicui, vt soluat debita, pro tali cessione † bonorum. debetur laudimium. decis. Tholos. 278. quam allegat Tiraq. d glos. 14. Diuersimodè autem necessaria causa, considerari potest videlicet respectu ipsius actus, vel contractus, & cau-

sæ prin-

fæ principalis, item respectu personarum contrahentium, & potissimum inspecta persona, cuius est res emphyteutica, vel feudalis. Ex parte etiam plerunque acquirentis prout in diuisione: at in licitatione, emptor dicitur voluntarius, cum nulla necessitate astringatur ad licitandum. Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arrest. 22. & ad id quod dicitur non requiri consensum domini in necessaria datione in solutum, respondeti potest, cùm reseruentur integra omnia eius iura, reseruatur etiam hoc ius consensus, vt sit in eius facultate, vel approbare dationem in solutum, & laudimium consequi, vel rem ipsam habere iure prælationis, vt supra dictum est, & decretum iudicis operatur tantummodo, quoad caducitatem euitandã, sed quoad effectualem, & irreuocabilem feudi translationẽ consensus domini requiritur, & inuestitura tempore debito Marin. Frec. d. §. plurib. nu. 11. & pro huiusmodi datione insolutum deberi laudimium, seu tertiam venditionem cẽsuit pariter Senatus de anno 1573. 23. Iunij in causa Dominorũ Noni, & fuit dictum, quòd alioqui esset aperta via fraudibus: nam volens vendere prædium obnoxium, & fraudare dominum laudimio, confiteretur se debitorem ex causa mutui, vel alia, & pateretur prædium leuari de gagio, & deliberari creditori. est autem amputanda via tenemẽtarijs, ne malignando bona plerunque auferant domino. vt dicit text. in c. 1. de conten. int. dom. & fide. Quod autem de iure prælationis dictum est, non videtur in casu isto sine scrupulo procedere. Vbicunque enim, alienatio, † est permissa sine consensu domini, prælationi locus non est. vt dixi supra q. 14. & multo magis in casu isto in quo æquum non videtur licitatores fraudari iure sibi quæsito ex licitationibus, & domino est quod imputetur, cur non etiam ipse licitatus fuerit. Et ad cons. Bald. 306. videtur posse responderi, quod ibi cõcurrebat duplex ius, & vinculum legale, & conuentionale, nam ibi specificè fuerat cõuentum à principio, vt teneretur emphyteuta offerre domino, & ei minoris vendere, quàm ab alio reperiret. Sed stante etiam opinione contraria, illa limitatur, vt locus non sit prelationi, quando bona debitoris nõ

suffice-

16 sufficerent † creditori, & domino, pro Laudimio, quia tunc magis æquum esset, vt prius satisfieret creditori, quàm domino. ad Alb. in 3. par. statut. q. 14. & q. 46. Item limitari posse videtur principalis conclusio, quod Laudimium debea-
17 tur ex datione in solutum, vbi pro certo ptio, † fit datio in solutum, secus si pro incerto, aut pro re alterius speciei inestimata, cùm, vt venditionem sapiat, substantialia venditionis habere debeat, inter quæ est, vt pretium certum sit. §. pretium. insti. de empt. sed eo casu, idem per omnia, quod infra proxime, de permutatione statuitur, censendum est. dixi autem inestimata, quia si esset æstimata aliter dicendum esset per doctrinam Cast. & aliorum in l. 1. C. de rer. permut. Bologn. cons. supra allegato. & tenet Petr. Iacob. vbi supra qui subiungit in vers. item forte, quod idem forte esset, si nõ pro pecunia, sed pro aliqua specie in genere consistente daretur insolutum, & in vers. item si debeat dari, facit, quod idem Tiraq. notat d. glo. 14. nu. 7.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium, an ex permutatione debeatur.*
2 *Quinquagesima æstimationis rei emphyteuticæ pro renouatione inuestituræ quando detur.*
3 *Permutatione feudi ad allodiam facta debetur laudimium, & decisio Senatus ibi, & Cameræ. nu. 5.*
Et quid si de feudo ad feudum Idem. & nu. 4.
6 *Venditionis appellatione propriè non comprehenditur permutatio.*
Et quando secus. num. 8.
7 *Emptionis, & venditionis appellatione, quid veniat. remissiuè.*
9 *Pretium permutationi interueniens, quando immutet, vel non actus substantiam.*
10 *Permutationi pretium interueniens æquale, facit in dubio præsumi venditionem, & emptionem.*
11 *Effectus magis, quam verba spectandus propter fraudis suspicionem.*

Partium

12 *Partium assertioni non standum in suspectis.*
13 *Aestimatio regulariter facit emptionem.*
Et quando non.num. 14.
15 *Pecuniæ appellatione venit, quod ponderę, numero, mensurauè continetur.*
16 *Interpretatio non est iudaice facienda,*

Quæst. XXVIII.

1 AN ex permutatione, † debeatur Laudimium? videtur, ℣ non. Io. Monta. in vsus feudor. lib. 6. c. 4. versic. in ea autem alienatione. Guido Pap. q. 92. allegat Petr. Iacob. in vers. item si alia prętia. qui tamen tenet contrarium, & quod imò debeatur, cùm hic nō de emptione tantum, sed de quauis alienatione, & dominij translatione agatur, verius est. & probatur ex l. fin. iuncta gl. in verbo, transponere permutādo, & in verbo æstimationis. C. de iur. emphyt. dum glo. dicit, quando alio titulo, quàm
2 venditionis transfertur, quòd datur quinquagesima † æstimationis rei pro renouatione. decis. Tholos. q. 27. Cassan. in tit. des censes. §. 7. nu. 1. Rip. in d. §. duo fratres. nu. 87. circ. finē. Bertachi. in tract. de gabell. in 3. membro. 8. part. num. 12. & facit, quod dicitur in donatione, quia licet consensus domini, non requiratur, quo ad effectum prælationis, requiritur tamen, quò ad approbationem emphyteutę. antequam ingrediatur possessionem. Imo. in capit. potuit. nume. 16. & Bero. ibi, num. 96 Iaf. in l. fin. nume. 101. & sequen. & ita declarat Petr. Iacob. vbi supra. Redoan. in tracta. de reb. Eccles. non alienan. titul. de Laudim. §. ista autem. in princip. Neq; procedit ratio Montan. dum dicit, quòd consuetudo, seu statutum disponens de portione dominica, seu laudimio, est stricti iuris, eamque propterea non extendi debere ad cō-tractus, in quibus nullum interuenit pretium, qui propriè venditioni non æquiparantur, quia non de venditione agitur, sed de alienatione. Et contrarium sentit idem Mont. in

l.fin.circa.fin.vbi de laudimio tractat:quam,opinionem se-
quuta est Camera in causa Podiuarini, vbi permutatio facta
3 fuerat feudi † ad allodium estimatione subsequuta. ad Dec.
cons.260. Quod si feudi ad feudum fieret permutatio,maior
esset dubitatio,cùm in feudo permutato, iam reperiatur p-
sona approbata & dummodo bona fide fieret, non videre-
tur soluendum Laudimium,cùm tali casu videatur etiã per-
mutatio posse fieri sine consensu domini.ad Bald.in l.si do-
mus.§.fin.de leg.1. Rip.in l.qui Romæ.§.duo fratres.nu.86.
de verb.oblig.& in l.2.in prin.num.38.ff.si cert.pet.Iul.Cla.
in §.emphyteusis.q.17. de quo dixi supra hoc eodem titu. de
alienatione.vers.permutare,& de anno 1572.19. Junij in cã
Caremæ Senatus censuit deberi, quia id erat expressum in
recognitionibus,aliàs secus sentiebat,& mediam viam am-
plectitur Curia Delfinalis Guido Pap.d.q.92. vt videlicet
soluatur laudimium,pro dimidia, de permutationibus feu-
dorum,vel rerum emphyteuticarum vnius ad alterum,secus
est de re subiecta, ad rem liberam, quia tunc debetur inte-
4 grum: at vbi fit de re feudali ad feudalem † distinguendum
videretur, an res permutatæ procedant ab eodem stipite,
vel non?iuxta quæstionem.12. Et in eadem causa Podiuari-
ni, Camera irritauit permutationem feudi factam per Bor-
5 garellum,cum allodio,† tanquam non bona fide factam,cũ
Borgarellus tempore permutationis esset sine prole,& infir-
mus, ex qua infirmitate post duos menses decessit, Limita-
tur,nisi statutum loqueretur de tertia venditione, quia non
6 comprehenderetur permutatio, cùm venditionis † appella-
tione propriè non contineatur permutatio.c.1. & ibi Pano.
de his quæ fiunt à præl.l.fin.de præd.decur. Bald.in l.fin.col.
1.vers.extra hoc not. de cond.ob caus. vbi pulchrè dicit, q
quantum ad verba,non continetur permutatio,quantum ad
mentem,si loquitur in actu fauorabili, continetur, si autem
loquitur in statutis odiosis, aut pœnalibus non continetur.
Idem Bald.cons.440.secundum,& in fin.vol.5. Iacob.in d.
tract.de royd nume.33.Brun.cons.317.Fabian.de Mont.in
tract.de empt. in 2.q.princ.num.8.& 15.& per totam illam

quæ-

quæstionem late tractat, quid veniat appellatione † emptionis, & venditionis Rip. in §. diui. nu. 100. & seq. qui etiam se remittit ad dicta per Fabia. Sublimitatur, nisi in permutatione interueniret pecunia, principaliter tamen, & non accessoriè, vt quando pretium esset maius, quàm valor rei, cum qua fit permutatio, secus si esset minus. Iaco. vbi supra Guido Pap. dicta decisio. 92. & ibi add. nam vbi pretium maius est tunc non † permutationem contrahi, sed venditionem verisimilius, est, quòd si minus sit pretium, † quàm res, additamenti causa videtur permutationi pretium appositū neque mutat substantiam actus, nisi aliter de voluntate partium constet, vt emptionis potius, quam permutationis contractum voluerint inire. Ant. de Butr. Panor. & Imol. in c. ad quæstiones de rer. permu. Tiraq. de retract. lignag. §. 30. glo. 1. in prin. & nu. 11. & seq. vbi dicit, quòd si maius pretium sit appositum, quàm, sit valor rei, licet permutationis verbo contrahentes vtantur, potius præsumimus venditionem, ne fraus fiat domino. Io. Monta. d. c. 4. Quid si pretium sit æquale, aut parum distet, in dubio † præsumemus emptionem. Afflic. post Bal. in prælud. feudor. nu. 87. & hoc sentit Alcia. in lib. 3. fol. 69. in fi. de verb. signif. & in l. 2. in prin. nu. 19. de verbo. obliga. vbi etiam dicit, pro dimidia tunc esse propter mixturam contractus soluendum laudimium, quod de consuetudine in cæteris permutationibus, inquit non p̄stari. Tiraq. tamen, vbi contrahentes permutationis verbo vsi sunt satis dicit nos esse in casu claro, vt potius permutatio sit, quã venditio, latè comprobat. nu. 14. & pro sua opinione inducit tex. in d. c. ad quæstionem. sed propter suspicionem fraudis, magis considerandus est effectus, † quàm verba. l. insulam. de præscr. verb. l. si vno. in prin. ff. loc. Guid. Pap. q. 186. in fin. Dec. consi. 164. nu. 3. & facit regula, Plus valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur, & in suspectis, non statur, partium † assertioni, ad Bar. in l. si fortè. de castr. pec. & notatur in l. si donatione. C. de collat. l. qui testamentum. de proba. l. cum quis decedens. §. Titia. de lega. 3. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 18. num. 78. facit, quod de mixto con-

tractu venditionis,& donationis idem Tiraq.not.in l.si vnquam. in verbo datione largitus. num. 2. cum seq C. de reuoc.dona.Item sublimitatur prima,& principalis limitatio, quando permutatio fieret cum re,quæ daretur æstimata, tũc emin facit emptionem, vt supra tetigi,not.in l.1. C. de rer. permuta.Bologn.consi.25. æstimatio enim regulariter facit
13 † emptionem. Tiraq de retract lignag.§.1.glo.14 num.20. idem si æstimatio fieret,à principio, licet eius executio penderet, vt si dictum esset in permutatione, quod posset quis recuperare rem permutatã,pro cẽtum aureis, nam eã recuperando solueret laudimium. Moder.§.55. nu. 97.idem ta-
14 men Moder.nu. 105. dicit, quòd æstimatio † non semper facit emptionem, vt quando res permutatæ æstimantur ad effectum tantum, vt sciatur,quanta sit læsio,de quo dicetur quæst.seq.Quando autem permutarentur res cum speciebus recipientibus functionem in genere suo, puta frumento,vino, oleo &c. tenet Pet. Iaco.vbi supra, versi. item si debeat dari,quòd l.fin.etiam in casu prælationis,habet locum propter.identitatem rationis, sed in statuto difficilius esset id obtinere, propter strictam in statutis vocabuli interpretationem, vt per eundem in vers.secundus autem.sed hoc etiã
15 casu laudimium deberi puto, cùm pecuniæ † appellatione veniat,quod pondere, numero,mensuraue continetur, & in genere suo functionem recipit. l. pecuniæ nomine. cum ibi notatis,de verb.sign.Tiraq.d.§.1.glo.14.nu.43. neque adeo restringenda materia est,vt dominis pereant eorum directa iura,& commoda, deturq; subditis ansa fraudandi. Est quidem verum, tertias venditiones magis odiosas esse, & stri-
16 ctius accipiendas,quam sint Laudimia, sed non † iudaicè.c. in ijs.c.intelligentia de verb.sign.Alciat.lib.2. eo.tit.col.2. vers. Alius est casus.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium pro re in dotem data an soluendũ,distinguitur.nu.3. Diuersa opinio Iasonis. nu.4.*

2 *Feudalis*

2 *Feudalis res vel emphyteutica in dotem dari irrequisito domino, an possint.*

5 *Feudum totum in dotem dare vasallo non licet si de parte filia congruè dotari potest.*

6 *Feudo in dotem dato præferendi agnati si offerant pretium.*

7 *Emphyteutica pro re in dotem data pro ea quam quis dotare non tenetur, debetur laudimium.*

8 *Lucri dotis rei emphyteuticæ pactum sine domini consensu regulariter apponi nequit.*
Et quid si Statuto lucrum dotis marito deferatur. num. 9.

10 *Feudo, vel re emphyteutica in dotem data æstimmata statim debetur Laudimium.*

11 *Maritus rem datam in dotem, vel ipsius pretium quando restituere teneatur, vel possit.*

12 *Æstimata pro re in dotem data quomodo competat mulieri soluto matrimonio rei vendicatio.*

13 *Æstimatio rei in dotem datæ quid operetur.*

14 *Æstimata re emphyteutica in dotem data, vt sciatur illius deterioratio, non debetur Laudimium.*

Quæstio XXIX.

1 SVccedit quæstio, An pro re in dotem † data, solvendum sit Laudimium? Et in primis quærendum esset, an res feudalis, † vel emphyteutica in
2 dotem dari possit, irrequisito domino? quod latè satis tractat Iaſ. in d. l. 6. nu. 107. Ilsern. Bal. & alij in c. 1. §. donare. qual. olim feud. alie. pote. Fel. in d. c. quæ in ecclesiarum. nu. 75, Cur. in tract. feud. in vlt. caus. priuat. feud. q. 4. nu. 93. Iacob. de S. Georg. in verbo, ita ēt. nu. 17. Cano. in c. nuper. de donat. int. vir. & vxor. & in c. ex parte. de feud. Brun. consi. 305. de Principe loquens, & consi. 137. col. 10. versi. §. supra hoc eodem tit. versi. In dotem dare. sed magis in specie in proposito nostro Laudimij, Curt. vbi supra videtur
3 transire cum opinione. Io. Rainal. quòd, aut † feudum datur inæstimatum, & non sit soluendum Laudimium, nec requi-

ratur cõsensus domini. Aut datur æstimatum tali æstimatione, quæ faciat emptionem, & debeat requiri consensus dñi, & solui laudimium, hanc opinionem refert Specul. & eam sequitur in tit. locat. §. nunc aliqua. vers. 110. Hostien. in summa in tit. loca. §. quid sit de natura. vers. nunquid ergo. Petr. Iacob. in tit. de act. in rem pro re emphyt. vers. item excepta datione in dotem, qui ibi dicit, hoc procedere fauore dotis. Salic. in l. fi. col. 3. vers. sed an dominus. Guid. Pap. q. 49. Gl. Aufrer. in decis. Tolos. 278. Et ista videtur communior. Bertran. cons. 380. duo sunt, vol. 2. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gl. 14. nu. 95. & 108. Redoan. in tract. de reb. eccl. non alien. tit. de laudim. §. ista autem, nu. 12. Ias. tamen in l. fi. num. 49.
4 tenet indistinctè † nullum deberi laudimium, siue sit datum prædium æstimatum, siue inæstimatum, hac ratione, quòd alienatio sit necessaria. Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arrest. 24. vbi aliâ adducit rationem, quia dos succedit loco legitimæ, quam filia potest capere, etiam in corporibus hæreditarijs, & arrest. 33. opinionem Ias. sequitur Aymo Crauet. consilio 215. illam limitando, & declarando, ex mente Ias. quando alia bona non erant, quæ possent in dotem dari, iuxta notata in l. commodis. de re iudic. & sic omnino alienatio erat necessaria, alias secus: sed posset dici, quòd necessitas non est aliqua in æstimatione, licet sit in constitutione dotis. Argumentum autem procederet in restitutione dotis. vbi contingeret in defectum allodialium bona dari æstimata pro restitutione summæ dotalis, vel in datione in solutum, & nihilominus, in casu, vbi non sunt bona allodialia, quòd in cõstitutione dotis, siue bona dentur æstimata, siue dentur in solutũ, pro dote, non debeatur laudimium, censuit Camera Regia, anno 1556. 19 Decembris in causa feudi Ripaltę, pro D. Georgio de Asinarijs, contra procuratorem Patrimonialem, & idem censuit Camera Ducalis, anno 1571. 28. Maij, in causa nepotum domini Georgij, eo quod concurreret duplex ratio, videlicet fauor dotis, & causa necessaria; & fuit dictum, quòd etiam æstimatio necessaria est in dote constituenda, propter modum constitutionis, cùm non liceat vassallo totũ feu-

5 feudum † in dotem dare, si de parte congruè filia dotari possit. Paris. cons. 16. num. 32. vol. 1. Purpur. cons. 343. secus vbi congruè dotari non potest, nisi totum feudū detur Rol. cons. 6 19. nu. 10. vol. 4. & in omnem casum agnati † sunt præferendi si offerant ipsi precium. Rub. cons. 59 nu 4 pro quo facit. §. porrò. qual. olim. feud. alien. pot. Retenta etiam communi opinione, quòd debeatur laudimium, quando datur fundus æstimatus, illam limitat Aymo, quando filia non erat de comprehensis in prima inuestitura, quia si foret de comprehensis non prohiberetur quæcunq; inter ipsos alienatio, præsertim patris in filiam, nec de ea deberetur laudimium, quod vtique sine dubio procederet, inspecta eorum persona, iuxta ea quæ superius plurjes dicta sunt. Par. de Put. c. 261 habēs feudum. verùm cum dos, licet pro filia, detur marito, procedet communis distinctio, an detur æstimata, vel inæstimata. Idē Paris de Put. in c. 275. an res particularis. nu. 1. & in c. 92. pater habens, num. 11. & num. 21. dicit, quòd quando emphyteuta vellet feudum in dotem dare exttaneo, quòd deberetur laudimium, & generaliter si pro ea, quam quis dotare 7 † nō tenetur fundus in dotem detur, licet inæstimatus, quòd debeatur laudimium, tenet Bertr. cons. 315. vol. 3. par. 2. & cons. 57. vol. 7. Brun. cons. 44. in fi. Ex quo infertur, quod nō solo fauore dotis, eximitur quis, dum pater, vel mulier dat feudum in dotem, à solutione laudimij, prout sentiebat Pet. Iacob. sed etiam, quia causa erat necessaria, vt quia pater tenebatur dotare, & alia bona non habebat, ex quibus congruè dotare posset. & consequenter in casibus, in quibus dos 8 ex necessitate constituitur, & pactum † lucri dotis apponitur, quòd regulariter sine consensu domini non potest apponi. Doctor. in rubr. & in §. donare. qual. olim. feud. alien. pot. vnde eueniente casu lucri, non debebitur laudimium, quia ex necessitate facta sit alienatio, secus si ex voluntate. Et aduertendum est, quòd nisi dominus consentiret pacto lucri dotis, etiam si consentiret, quòd feudum daretur in dotem, maritus non lucraretur illud ex pacto, vel etiam stante statuto, quòd lucretur dotem. Bal. cons. 346. puncta. vol. 2. Bru.

conſ.286.in fi.vol.3. quamuis ad id quod dicitur de ſtatuto,
9 † maior ſit dubitatio,propterea,quod qui vult antecedens, cenſeatur velle,quod ſequitur ab eo Aymo.conſ.79. nu.4. præſertim ſi dominus dicta ſtatuta non ignorauerit. Marin. Frec.lib.2.q.2.nu.15.& ſeq.Moder.in cõſuetud.Pariſ.§.56. nu.41.ſequuntur communem diſtinctionem, ſed dicunt, & Spec.diminutè loquitur,quia eſtimatio non ſtatim facit venditionem,ſed ita demum ſoluto matrimonio,ſi maritus vellet rem eſtimatam.ad l.plerunque.§. fin. de iur. dotium. idcirco nõ ſtatim,ſed reſtituta demum pecunia, & retentare,
10 deberi laudimium. Ego autem ſtatim † deberi laudimium puto poſt contractum,& matrimonio ſecuto,ab eoque tempore cenſeri factam venditionem,prout deprehenditur in d. l.plerunque.vbi ad maritum ſpectat periculum,& poteſt interea maritus vẽdere.Caſtren.in l.eſtimatę.& in l. ſi eſtimatis.ff.ſol.matr.electio autem,poſita eſt in facultate mariti, & ea non facit conditionem, ad notata. in l. ſi quis ſtipulatus fuerit decẽ in melle.de verb.obl.& hic appoſitè facit,quod notat Bar.in l.ſancimus.C.de conſult.lib. 12. de quo infra dicam.Socin.conſ.56.vol.1.num.6.vbi ſeptem ponit caſus, ad effectum,vt dignoſcatur quando maritus,† poſſit aut de-
11 beat reſtituere rem,vel pretium,& ibi dicit, quod in dubio, quando res eſt eſtimata, licet non appareat, an ad effectum venditionis facta ſit eſtimatio, ea tamen facit emptionem. glo.in l.ſi inter virum.& l.quoties C.de iur.dotium.& quod dicitur mulieri ſoluto matrimonio, etiam pro re eſtimata
12 † competere rei vendicationem.ad l in rebus C.de iu dot. intelligunt ibi doctor. quod competat vtilis in ſubſidium, & id quidem Speciali fauore dotis: in quibus autem caſibus eſtimatio non facit emptionem,ſed ea ſit ad alium effectum de quo,per Soci.d.conſ.56.Didac.pract.quæſt.c.28.perinde eſt,ac ſi tradita res eſſet ineſtimata, quo ad ſolutionem lau-
13 dimij:eſtimatio † autem rei in dotem datæ, quid operetur, vide per Didac.d.c. 28. vbi latè in quibus caſibus eſtimatio non faciat emptionem.Tiraq.d.glo.14.nu.20.Sylu.nupt.in verbo Diuiti non nubendum. Et cum duplici reſpectu fieri poſſit:

possit estimatio, vt etiam adnotauit Natta cons. 650. si fiat
14 estimatio, vt sciamus rei deteriorationem, † vt in casu l estimatis. soluto matrimon. nō debebitur laudimium. Redoan. vbi sup.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an de donatione debeatur, & quid si feudum partim donetur, & partim vendatur. nu. 2.*
3 *Contractus mixtio fraudem præsumi facit.*
4 *Regula l. quæ de tota. de rei vendi exornatur, remissiuè.*
5 *Venditio in eo quod pluris valet res vendita, donatio est.*

Quæstio XXX.

1 AN de donatione † debeatur laudimium? videtur quod non. Spe. vers. 107. Pet. Iacob. vers. item excepta donatione. & in ver. item colligitur hic. in §. vbi subdit. in vers. 3. quod in omni translatione, quæ fit ipso iure, non debetur laudimium. additio ad Guid. Pap. q. 48. in fi. decis. Tholos. 278. contrarium tenet in d. decis. glo. Aufre. & melius. Imo. latè in c. potuit. num. 12. Guid. Pap. q. 46. dicens, quod licet emphyteuta possit donare, irrequisito domino. glo. in l. fin. C. de iur. emphyt. Alex in l. si domus. § si fundus. de legat. 1. & cons. 120. vol. 1. in fi.
* * vide Tepat. lib. 2. fol. 97. tit. de laudim. tamen, donatarius debet accipere rem per manus domini, & ei soluere laudimium Moder. §. 56. gl. 1. nu. 3. Alc. in l. in conuentionibus. in fi. de verb. signif. Redoan. de reb eccl nō alienan. tit. de laudim. §. ista autem. nu. 3. Cęfal. cons 307. nu. 76. vol. 3. & sic, licet denūntiatio seu consensus non requiratur, ratione prælationis, requiritur tamen ratione approbationis. & immissionis in possessionem, neque enim ratione prælationis rectè denuntiatio adaptari potest donationi. Brun. cons. 332. circa fi. volum. 4. conuenit tamen requisitio consensus ad

effectum

effectum approbationis,& solutio Laudimij.Alber.in l.fin. Bal.in c.quæ in ecclesiarum. nu.34. Card. cons.15. Iac. de Sancto Geor.in auth.qui rem.C.de sacros.eccl.nu.126. Ias. in l.fi.nu.66.Bero.in c.potuit.nu.88.Bertran.cons.123.vol. 1.part.2.vbi dicit hoc procedere,nisi in contrarium sit consuetudo,vel statutum,vel nisi de venditione tantum debeatur.Brun.cons 43.nu.15.Iul.Clar.lib.4.§.emphyteusis.q.23. & q.15.in fi.Hinc succedit quæstio, si de tertia venditione debeatur, nunquid debebitur de donatione, cuius decisio colligitur ex ijs,quę dicta sunt supra,q.28.de permutatione, quod non.Insuper,nō impertinenter hic etiam quæri potest, vbi ad est consuetudo, vel statutum de tertia venditione. Si
2 feudum partim vendatur,† partim donetur, an ex consuetudine tertiæ venditionis debeatur Laudimium tantum pro parte? ῳ sic modò id bona fide,& sine fraude fiat. Nā frans in hoc de facili committi potest.Moder.§.13.gl.5 nu.52.qui
3 nimo talis mixtio contractus,† fraudē præsumi facit.Tiraq. de retract.lignagier.§.1.gl.18.nu.11.vt infra notatum est.q. 49.limitatur etiam,si ęquè principaliter agebatur,vt donatio fieret,atq; venditio,secus si hoc intendebant cōtrahentes,vt venditio fieret, & de pretio aliquid remissum sit quia tunc de toto iusto pretiò Laudimium debebitur, secundum Moder.in §.23.nu.50.Redoan.vbi supra.nu.28.Ego pro ea parte,pro qua vera donatio interceſſit,Laudimium non deberi puto, vbi de tertia venditione agitur: quod enim iuris est de toto, siue dimidia, idem esse debet de qualibet parte
4 ad l. quæ de tota.de rei vend. quam † exornat Tiraq. de retract.lignag §.1.gl.7.nu.37.1.Euerar.in loco à toto ad partem.& aliàs venditio facta minori precio,in eo, quod pluris
5 † valet res vendita, donatio est, & eatenus reuocari potest per querelam inofficiosæ donationis.l.1.ff.si quid in fraud. patr.Bald in l.1.q.1.ver.opinio mea.C.de inofi.dona. Alex. cons.55.consideratis.n.3.vol.1. Quod vtique procedit,vbi vera donatio est,si quis autem minoris vendat, non donationis causa, sed quia putet se iusto precio vendere, tunc eius remissionis precij, etiam in Laudimio ratio habenda

non

nõ est,& ita procedere possunt quæ Moderni notant. Tiraq. in l. si vnquam. in verbo donatione largitus. num.6. C. de reuoc.don.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium de legato vel hæredis institutione, an debeatur.*
2 *Successio ab intestato dicitur alienatio necessaria.*
3 *Legatarij quando dicantur contineri sub dictione successoribus.*
4 *Laudimium de quibus non debeatur ex forma Decretorum antiquorum Sabaudiæ.*

Quæstio XXXI.

1 N de legato, † vel hæredis institutione Laudimium debeatur? Dic idem, quod in donatione Bertan. cons. 78. ex casu. vol. 1 par. 2. Ias. in l. fi. nu. 50. Par. de Put. in c. 141. an quando is cui. Redoan. de reb. eccl. nõ alienan. tit. de laudim. § ista autem. nu. 13. fallit in hærede suo, vel qui ab intestato in emphyteusi, aut feudo esset successurus: tunc enim nullum debetur Laudimium, Brun. cons. 44. col. pen. vers. tertio vi-
2 detur, habetque rationem in se, quia alienatio † est ista necessaria. Aret. in l. is potest circa fi. de acquir. hæred. fitq; in successurum, qui ex tenore primæ inuestituræ, reperitur vocatus: idẽ in legatario, qui sub prima inuestitura sit comprehensus: vt quando est pro se, hæredibus, & successoribus. Sal. in l. fin. col. 4. vers. quæro an res: & suprà tactũ fuit q. 14. & id quod dicit Sali. & si in inuestitura, apposita sit dictio successoribus, dicantur legatarij † cõprehensi, illud restringitur,
3 quando ipsi legatarij, alioquin absque dispositione testatoris, sunt de vocatis, puta descendentibus à primo inuestito. ita declarat Soc. Iun. cons. 70. vol. 3. Habemus etiam in patria nostra decretum ducale in antiq. lib. 3. quod Laudimiũ
4 † non debetur, de bonis hæreditarijs, legatis, vel fideicõmissis, nec de rerũ diuisione. Idcirco, quò ad hos casus, lex est

nobis

nobis clara. Hoc etiam de iure communi sentit procedere in hæredis institutione, Ioan. Raynau. in suo compræhens. feud §. habito. nu. 19. quod in tertijs venditionib. omnino procedit, sed in Laudimijs de iure communi, à supradictis non videtur recedendum.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an ex transactione debeatur, & nu. 3. & decisiones Senatus ad hoc. sub nu 5.*
2 *Statutum de emptione loquens habet locum in transactione.*
4 *Transactio de re emphyteutica sine domini consensu bona fide fieri potest.*
5 *Census subrogatus in locum rei feudalis feudalis censetur.*

Quæstio XXXII.

1 AN ex trãsactione debeatur Laudimiũ? videtur, quod sic, ad Bal. in l. per diuersas. C. mand. vbi
2 statutum disponens, q̃ de emptione, & venditione, soluatur gabella, habet locum in transactione, & quittatione. Petr. Iacob. in practi. in tit. de act. in rem pro re emphyt. vers. item si res detur. tenet, quod si in transactione res in alium transferatur, accepta pecunia, q̃ laudimium debetur. sequitur Tiraq. de retract. d. §. 1. gl. 14. nu. 63. & 69. secus, si remaneat res, penes possessorẽ, & alius cedat ius etiam mediante pecunia, ad l. si pro fundo. C. de transac. glo. in l. ex causa. C. pro emptore. Bart. in l. nulli. de transact. hoc idem sentit Iason in l. fi. nu. 122. Mar. decis. 52. n. 10. par. 2. & facit, quia debetur ratione nouæ possessionis, & hic res non mutat possessorem. Bertran. cons. 255. quæstum vol. 2. & cons 302. viso dubio, eodẽ vol. par. 2. Donec enim vassallus feudum retinet, domino non fit præiuditium. Quo circa si contendatur inter partes, tam super possessorio retinendæ quam super petitorio, & de re, vel parte eius fuerit transactum acc epta pecunia, nullum videtur deberi laudimium: & dum casus ille in Camera fuisset disceptatus fuit

resolu-

resolutum laudimiũ non deberi, cùm regulariter nõ debea-
3 tur ex transactione, † bona fide facta, quæ etiam sine domini
4 † consensu fieri põt. c. si vassallus de suo beneficio. si de feu. def. controu. fuer. c. 1. de controu. feud. int. vass. & al. Cur. in tract. feu. in 4. par. q. 8. Contrarium censuit Camera, in transactione facta inter vassallum, & subditos, in qua tractũ fuerat, quòd mediãte quodam censu, vassallus cedebat quibusdam seruitutibus, licet nõ appareret, quòd esset in quasi possessione illarum, nã ex hac cessione domino poterat inferri præiuditium: & ideò eius consensus erat necessarius, & consequenter laudimium soluẽdum ex abdicatione iurium vassalli, in non vassallum: Ratio differentiæ inter vnum casum atq; alterum est in promptu, quia in primo cõstituto, quis esset vassallus, vel possessor, domini nõ intererat habere vnũ potius quam alterum: in secundo domini valdè interest, propter extinctionem, & remissionẽ iurium Et in simili casu etiam de anno 1569. 27. Ianuarij, Senatus censuit in causa Balangerij, in qua facta fuerat transactio per dominos, cum hominibus loci, de certo annuo censu, ex causa successionũ, & tertiarum venditionum, quas prætendebant domini, debitas ab hominibus, quòd ille census, † tanquam subrogatus loco debiturarũ esset feudalis. Camera. in c. imperialem. fol. 302. licet in contrarium adduceretur, quòd non appareret illas debituras contineri in inuestituris, aut de iure deberi, minusq; Dominos fuisse aliquando in earum possessione, vel quasi: & nihilominus, cùm remitterentur iura, visum fuit, qđ ex tali transactione deberetur laudimium, & quòd census ẽt subrogatus esset feudalis, ita quòd si cõtigisset de illo censu cõtrahi, vel eum alienari, laudimiũ etiam deberetur, & perinde iudicandum esset, ac de feudo. Et ità etiam iudicarunt Senatus, & Camera, in causa Collegij, in qua primo Dominus Collegij remiserat hominibus molendina, mediante annuo censu, & postea censum remisit, acceptis molendinis, & quadam summa pecuniarum: Ideo fuit dictum, q̃ ex hac vltima remissione, deberetur laudimium, ad ratam pecuniæ acceptæ, faciunt quæ infra traduntur. q. 41.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur si res pignoretur.*
2 *Feudum non potest inuito domino pignori dari, emphyteusis autem sic, & quid si pro æquiualenti pretio rei. nu. 3.*
4 *Pignoris contractus, quando pretium est æquiualens ipsi rei pignoratæ censetur alienatio paleata, & quibus alijs concurrentibus.*
5 *Pignori rei emphyteuticæ, vel feudalis consentiens dominus non ideo videtur approbare nouum vassallum.*

Quæstio XXXIII.

1 AN si res pignoretur,† debeatur laudimiũ? Quod non, cum non sit alienatio, quamuis per eam ad alienationem deueniatur. gl. in c. 1. in verbo, inde, vbi etiam doctor. de aliena. feud. Aym. cons. 464. in prin. Moder. Parisien. §. 22. nu. 60. & licet sit differen-
2 tia inter feudum,† & emphyteusim, quoad pignorationem, vt feudum non possit pignori dari, emphyteusis autem sic irrequisito domino. Ias. in l. fi. nu. 78. cum seq. tamen, quoad solutionem laudimij, idem ius est, cum ex hypotheca non efficiatur quis dominus: limitatur, nisi res sit pignorata pro
3 æquiualẽti pretio† rei. vt veri similiter nulla esset spes luitionis, id enim sine domini consensu fieri non potest. Bald. in l. fin. C. de reb. alien. non alienan. per l. qui habebat. de lega. 3. Alex. consil. 169. in fi. volum. 6. idem Bald. in c. 1. in princ. in 1. not. de prohib. feud. alien. per Feder. vbi etiam Afflict. num. 42. & num 46. distinguit, an oppignerationem sequuta sit actualis traditio, quæ videtur rationabilis distinctio, quã sequutus est Senatus in dicta causa Caremæ, & pro ea videtur tex. in §. aut si libellario. Quib. mod. feud. amit. ibi aut pignore plus medietate obligauerit, ita vt transactum permittat. facit, quòd notat Alex. in l. 1. §. per seruum corporaliter,

circa

circa fin. de acquirend. poſſeſ. & ibi etiam alij ſcriben. Nam tunc, licet contractus ſonet in pignus, re vera tamen, potius
4 eſt venditio, & alienatio † paleata, quam ſubditi faciunt, vt fraudent dominos ſuis iuribus, & laudimijs Iacob de Royd. num. 37. quæ ſimulatio deprehenditur ex eo potiſſimum, ſi is cui pignus fuerit datum, fructus percipiat, quos alioquin ſuos non facit, niſi ex tranſlatione dominij, vt infra dictum eſt quæſt. 49. Quòd ſi re vera pignus eſſet abſque aliqua fructuum perceptione, & nulla eſſet fraudis ſuſpicio, licet feudum pro æquiualenti pretio eſſet pignoratum ſecuta etiam traditione, laudimium non deberi exiſtimarem, cùm ceſſet in hoc etiam caſu ratio conſecutionis laudimij, videlicet approbatio noui vaſſalli. Et dicitur hæc impropriſſima alienatio. vt Bald. inquit in dicto §. aut ſi libellario. in fin. & licet feudum ſine conſenſu domini eo modo pignorari
5 non poſſit, non tamen ex eo conſenſu † approbatur vaſſallus ſed remanet vaſſallus is, qui pignori dat, & is ſubit onera, niſi domino directo pignori daretur: ad not. in c. 1. de feu.

SVMMARIVM.

1 *Locatione ad longum tempus facta per emphyteutam transfertur ius in rem, & vtilis in rem actio acquiritur.*
Nec ſine domini conſenſu fieri poteſt. nu. 2.
Et ideo debetur laudimium. nu. 4.
Contraria opinio. ibid. Reſolutio Cameræ Ducalis. nu. 14.
3 *Locans in centum annos non dicitur alienare ſi dictum ſit quod tot ſunt locationes, & alioquin ſecus. & nu. 5.*
Et quid ſi dictum ſit quod ex huiuſmodi locatione nullum tranſferatur dominium, vel aliæ cautelæ adhibitæ. num. 7. 15. & 16.
6 *Feudatarius poteſt fructus rerum feudalium pro tempore vitæ ſuæ vendere, & ratio. nu. 11.*
8 *Laudimium in feudis de iure non debetur, ſed de conſuetudine patriæ.*
9 *Feuda adæquata ſunt emphyteuſibus per viam regulæ quoad Laudimia.*

Conſue-

10 *Consuetudinis interpretatio passiua admittitur licet materia non sit extendibilis.*

12 *Feudatarius vsufructuarium constituere nequit licet fructus vendere valeat.*

Et hoc quomodo procedat. nu. seq.

16 *Locationi ad longum tempus cautelæ adhibitæ suspectæ.*

Quæstio XXXIV.

1 N de locatione † ad longum tempus facta per emphyteutam debeatur laudimium? quòd sic, cùm per eã, ius in rẽ trãsferatur, & vtilis in rem actio acquiratur. l. fi. ff. si ag. vect. vel emphy. per. l. 1. §. quod autem ait prætor. & ibi gl. de superfic, propterea, quod alienare dicatur locator, & hanc partem tenet Pet. Iacob. in versic. item pretium. vbi subdit idem, si ad modicum tempus fiat, de loco publico fruendo. Idem in vers. Item in locatione. Alex. cons. 165. volum. 2. Dec. cons. 204. Paris de Put. in cap. 144. pone, quòd facta fuit locatio. Cassan. in consuetu. Burgun. tit. des censes. §. 7. nu. 3. facit, quòd notat Fel. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 87. Bertran. cons. 256. nu. 4. vol. 7. & ipse sequitur cons. Decij. cum quo etiam sentit Redoan. in tract. de reb. eccl. non alienan. tit. de laudim. §. ista autem. num. 14. Comprobantur ista, quoniam ad longum tempus,

2 † vassallus nec emphyteuta, non potest sine consensu domini locare. Bald. in cap. 1. in princ. nu. 16. de his qui feud. dar. poss. vbi post Io. Andr. dicit, quòd alienationis nomine continetur locatio ad decem annos, & ibi, nu. 23. dicit quòd lo-

3 cans in centum † annos, non dicitur alienare, si fit actum ꝙ tot sint locationes, &c. alioquin secus, subdit tamen, quòd fraus ex eo præsumitur. & in c. 1. §. aut si libellario. in fi. quib. mod. feud. amit. & Bald. dum censet locationem ad longum tempus, dici alienationem ideò non posse fieri irrequisito domino. omnes sequuntur, vt dicit Iacob. in verbo, & cum pacto, de non alienan. nu. 13. Cur. in 4. par. in vlt. caus. amiss. feud. in prima regul. quæst. 3. Afflict. de prohib. feud. alienat.

per

per Feder.c.1.nu.61.Zaſ.in 9.par. feud.nu.13. & in emphyteuſi.Iaſ.in l.fi.quæſt.4.C.de iur.emphyt.Alex.conſ.105.vol. 3.Brun.conſ.161.vol.2.Iſern & alij in conſtitutione,conſtitutionem, duæ memoriæ. & latè tractat Bened. Camer.in repetitione.c.imperialem.de prohib.feud.alien.car.17.alias 120.Paris de Put.in c.210.an bona demanij,& ex quo requiritur conſenſus domini in tali locatione,ſequitur, quòd pro conſenſu,& approbatione contractus, debeatur laudimiũ,

4 † concurrẽte tranſlatione iuris,præſertim,cùm ſpecies alienationis ſit huiuſmodi:Contrarium videtur, quòd videlicet non debeatur laudimium ad glo.in l. codicillis. §. inſtituto. in fi.de leg.2.vbi argumentatur glo.quòd locans ad centum

5 annos,† non dicatur alienare, & videtur text.in §. donare: qual.ol.feud.alien pot. & hanc partem ſequunt. Mod.§.56. glo.1.nu.6.& in add.ad Alex.conſ.119.vol.3.& hæc opinio ex generali conſuetudine Galliæ videtur approbata.Io.Pap.

6 lib.13.tit.2.arreſt.21.& facit, quia feudatarius,† poteſt fructus rerum feudalium pro tempore vitæ ſuæ vendere. Aluar. in c.Imperialem.nu.13.& ibi Afflic.nu.30.Tiraq.de retract. Lignag.§.1.glo.7.nu.46.Paris de Put.in c.255.an feudatarius eam quoque partem tenet Boer.deciſio.234.dicens,ex hac locatione non transferri vtile dominium,& circunſcripto pacto,vel conſuetudine,videtur idem ſentire Bal.conſ. 127.vol.1,in fin.quod tamen non admitto. Quinimo, vtile dominium transferri paſſim tenent Doct.vt etiam ipſe communiter teneri dicit,niſi aliter inter partes actum ſit.Bart. in d.l.1.per illum tex.de ſuperfic. Alex.conſ.120.vol.3.Iaſ. in l.manumiſſiones.nu.7.ff. de iuſti. & iure. Brun.conſ.161. col.2.vol.2.Afflict.in tract.prothomiſ. in 7.notab. Soc.iun. conſ.56.nu.11.vol.2.latè Tiraq. de retractu Lignag.§.1.gl. 14.nu.79. cum ſequenti. vbi dicit talem locationem ſortiri vices emphyteuſis. Didac.var.reſol.lib.2.c.16.vbi adnotat,

7 quòd ſi in locatione † additum ſit,quòd nullum transferatur dominiũ,vbi fraus fieri poſſet prohibitioni de non alienando,haberi nihilominus eo caſu locationem pro alienatione.allegat Bal.in Auth.hoc ius,col.1.verſ.6. C. de ſacroſanct.

sanct.eccl.idem dicit Bal.inc.1.nu.7.de prohib.feu.alie per Fed.asserens tale pactũ videri appositum in fraudem.Fabia. de Monte in tract.empt.in 4.q.princ. q.vlt.num.8. & passim Doct.tenent, dici ad longum tempus locationem factam ad decennium.d.l.fi.& ibi glo.ff.si ag.vectig. Paris de Put. cap. 256.an si feudatarius.Idcirco,à superiori opinione non videtur discedendum, prout eam tenent Bar.& alij in d.§.instituto.reprobantes ibi glos. quæ etiam reprobatur per glo. iuris canonici in clemen.1. de reb.eccl.non alien.In verbo, locationes, & per Doctores omnes suprà allegatos, & quòd non debeatur laudimium, posset procedere de consuetudine Franciæ, de qua attestatur Boerius. De iure autem, circunscripta consuetudine, verius videtur consilium Decij: Neque me monet argumentum, quod in contrarium adducebat Dom.Ioan.Franciscus Nucetus,dum casus iste semel contigisset in Camera disputandus,coram Serenissimo Du-
8 ce nostro, quòd ex quo de iure in feudis † non debetur laudimium, sed ex consuetudine patriæ: quod ista consuetudo non sit extendenda ad locationẽ.ad Bar.in l.1.§.si quis hoc interdicto.de itinere actuq; priua.cum vulgar. quia, ex quo
9 adæquata † sunt feuda emphyteusibus,per viam regulæ,quo ad solutionem laudimiorum, dispositum in vno habebit locum in alio.ad notata,in l.1.de leg.1. & faciunt notata, suprà in quæst.3. Præterea,est ista interpretatio consuetudinis
10 † passiua,quæ admittitur, licet materia non sit aliàs extendibilis.ad Bart.in l.si quis seruo persuaserit.C.de furt.& in l. omnes populi.in 6.quæst.princip.q.4.de iusti.& iure. Roch. de Curt.in tract.consuetud.nu.336. & sequen.Ad id autem,
11 quod dicitur de venditione fructuum,illud est quia † per talem venditionem nullum constituitur ius in re, & diuersa sunt inter se,res,& fructus rei.l.in ædibus.§.1.de donat.not. per Aluaro.& alios suprà allegatos:facta itaque venditione fructuum, non fit venditio rei, nec rei dominium aliquod, aut possessio transfertur, neque aliqua in rem actio competit emptori,sed personalis ex empto tantum, secus in locatione longi temporis,vt suprà dictum fuit, & ideò licet possit fru-

12 sit fructus vendere, non tamen potest vsufructuarium † facere.gl.in c.1.§.præterea.de capit. Conrad. Iacob.in verbo. ita etiam quod.nu.14. & ita declarat Alex.cons.18. num.6. vol.5.Cremen.sing.85. quem sequitur Hyppol. in l.1.§.cum quidam.de quæstio.& nihilominus etiam in venditione fructuum,quando fit vltra nouennium Senatus in dicta causa Caremæ, censuit, deberi laudimium, vt tollatur via fraudi-
13 bus, quod vtique procedere † existimarem, quando fieret ad certum,& determinatum tempus,secus,si indeterminatè, & indefinitè, fieret fructuum venditio,videlicet, ad vitam: nam licet posset viuere vsque ad centum annos,posset etiam statim mori.Camer.car.128.secundum paru.impress. & facit,quòd not,add.ad Bald.in c.1.verbo,alienationes,de his, qui feud. dar.poss.vbi distinguit, aut alienatur vsusfructus: aut quis promittit dare fructus,qui nascentur,etiam ad centum annos, & tunc cùm ex tali promissione oriatur personalis obligatio,non autem constituatur ius in re, non dicitur talis promissio alienatio.Et in casu, qui tractatus fuit in Camera coram Principe, præsente eius etiam consistorio,
14 fuit declaratum,† deberi laudimium, sed illud fuit ex Principis liberalitate remissum, & absolutus reus. Sed & si laudimium debeatur ex locatione ad longum tempus, erit tamen laudimij quantitas moderanda, vt non tanta pecunia soluatur,quanta pro venditione,cum vna venditio, auferat tempora multarum locationũ.Idcirco,arbitrio iudicis,taxa erit moderanda,& valdè intererit,an locatio,anticipata solutione sit facta,vel statuta pensio,singulis annis. Quòd si
15 expresse cautum sit,vt nõ transferatur dominiũ vtile † vel ius aliquod in re vt suprà,dixi,videtur, q̃ non debeatur laudimium: nisi pactum in fraudem sit appositum. Bald. in d.c. imperialem,& Fel.in d.c.quæ in ecclesiarum.nu.87.de constit.vbi inquit, quòd tunc dicitur translatio solius commoditatis: est tamen dictum pactum valdè suspectum, vt supra dictum est: prout etiam suspectæ admodum, sunt clausulæ,
16 siue cautelæ. † Quod tot sint locationes,quot anni: de qua cautela suprà dictum est,post Bal.Similiter suspecta est clau-

sula siue pactum, de renouando de tempore in tempus. Fely. vbi suprà. & Bero. in fin. cap.

SVMMARIVM.

1 *Laudimiũ non debetur ex promissione de vẽdendo, vel alienando. Et an ex ea vassallus cadat in commissum. ibid.*
2 *Promittens contrahere qualiter teneatur.*
3 *Vendere promittens, sine cõsensu domini, an obligeẽ ad interesse.*

Quæstio XXXV.

1 EX promissione de vendendo, † vel alienando, an debeatur laudimium? Quod non: Et est satis clarum: neque etiam ex promissione huiusmodi emphyteuta, vel vassallus cadit in commissum. Docto. in l. in bonæ fidei. de eo quod certo loco. Bald. in l. 1. C. de pact. pig. Tiraq. de retractu conuention. §. fin. num. 44. Modern. §. 55. gl. 1. nũ. 78. & tam per Tiraq. quam Modern. 2 plura adducuntur de promittente † contrahere, quæ apud 3 eos videri possunt, & an vendere † promittens sine consensu domini obligetur ad interesse Marin. Frec. lib. 2. in prima autor. §. pluribus. nu. 28. fol. 145.

SVMMARIVM.

1 *Contractu alienationis celebrato sub conditione, an laudimium statim soluendum sit, & nu. 5.*
2 *Vendita re cum pacto de non illam administrando, nisi post tempus, eo non expectato, emptor ad soluendam gabellam tenetur idem si sub conditione. nu. 4.*
3 *Laudemio soluto de principali contractu non debet solui de executiuo licet transeat in nouum contractum.*
6 *Conditionis purificatæ tempus maximè attendendum.*
7 *Clausula ex nunc prout ex tunc, an præuemat purificationis conditionis tempus, & de eadem clausula plura ibidem remissiuè.*

Quæstio XXXVI.

1 VId si contractus sit celebratus sub † cõditione, an laudimium statim solui debeat, vel expectato tempore conditionis? Iac. de sancto Georg. de Royd. n. 38. se refert ad Bar. in l. sancimus. C. de consul. lib. 12. qui de hoc nihil dicit, sed tantummodo dicit, quòd si aliquid sit soluendum in adeptione dignitatis, ꝙ qui est electus in consulem, licet sibi administratio, non sit concessa, teneatur nihilominus illud soluere. Item si vendita fuit res, † pacto adiecto, ꝙ ius administrandi non competat, nisi post tempus, ꝙ emptor tenetur soluere gabellam non expectato tempore, & sic non loquitur in dispositione
2 conditionali, & ita eum ibi declarat Io. de Plat. bene tamen dicit Bar. ibi, ꝙ si quis ea lege dederit aliquid alicui, vt ius non transferatur in eũ. nisi mortuo donante, vel vendente, ꝙ si à principio fuerit soluta gabellla donationis, aut venditionis, non tenebitur donatarius iterato soluere, mortuo donante, & ideò dicit Iac. nu. 39. quòd cùm de promissione vendendi non debeatur laudimium. Bald. & Ang. in l. 1. C. de pact. pigno. & dixi supra, si tamen quis sponte soluerit, non tenebitur iteratò soluere, vbi actualiter vendidit, ea ra-
3 tione, quod quando fuit † solutum laudimium de principali contractu, non debet solui de executione, etiam si illa executio transeat in nouum contractum; allegat Bar. in l. interdum. § quoties. de publ. Bertach. in tract. de Gabel. par. 5. q. 3. & sequen. Sigismond. inter cons. feudor. cons. 15. num. 16.
* * adde Bald cons. 433. num 6. lib. 5. Sed quòd incontinen-
4 ti, non expectata † conditione, debeatur laudimium, facit quod not idem Bertach. de Gabel. part. 5 q. 11. & part. 6. in princ. vbi dicit, quòd si de contractu debeat solui gabella, si contractus sit conditionalis, soluitur à principio, non expectata cõditione: Idem dicit Are. cons 11. col. 2. in prin. allegant no. p Bar. in d. l. sancimus. verũ in casu nostro, laudimiũ nõ simpliciter soluitur de cõtractu, sed de effectu cõtractus,

id est laudatione dñi, vt in prin. dixi, Mod. §. 22. nu. 40. in fi. vnde, quandiu contractus potest se habere ad esse, non requiritur, quòd dominus laudet emphyteutam, nec interim
5 debetur laudimium, & quod de contractu cõditionali, † ante euentum conditionis, omnino non debeatur laudimium? Guido Papæ conf. 126. in secundo dubio, nec etiam ante euentum conditionis res fit caduca. Tiraquel. de retract. lignag. §. 1 gl. 2. nu. 22. & glos. 10. nu. 46. qui plura in materia contractus conditionalis, non extra propositum congerit,
* * Adde Rot. Auenion. decisio. 204. nu. 13. qui addit Guido Pap. quæst. 47. 126. & 411. per quæ etiam reddi potest dubia decisio Bertach. Moder. in consuetud. Paris. §. 13. glos. 5.
6 num. 23. & adeo tempus purificatæ conditionis † est attendendum, vt si contractus celebratus sit tempore vnius conductoris, & purificatus tempore alterius, debebitur laudimium secundo, non primo. vide Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arrest.
7 26. vbi tamen propter clausulam, ex nunc † prout ex tunc refert sententias contrarias, de qua clausula vide Tiraq. de retract. conuentio. §. 2. gl. vn. in fi.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium, an soluendum cum appositum est pactum de retrouendendo.*
Et quid obseruet Camera Ducalis. nu. 4.
2 *Pacto de retrouendendo apposito an aduenient die recatus vtile dominium retro transferatur absque cessione.*
3 *Venditio conditionalis in irritum ipso iure deducitur, eueniente casu.*
5 *Laudimium vbi non debetur si solutum fuerit non repetitur.*
6 *Dominij vtilis ex translatione debetur laudimium.*
7 *Retrouenditionis causa non debetur laudimium ex obseruantia Senatus. & nu. 15.*
8 *Resolutio contractus ex pacto dupliciter fit, ex nunc, & ex tunc.*
9 *Laudimium non debetur ex pacto de retrouendendo contractus resolutiuo per verba vt ex nunc.*

Et

Et quando id fieri censeatur. nu. seq.

Et quid si breue, vel longum tempus appositum fuerit retractui. uum. 11.

Et opinio authoris. nu. 13.

12 *Contractus resolutio quando apposita censeatur per verba obliqua, vt ex tunc.*

14 *Fidecommisso res subiecta si alienetur tenet alienatio, & soluendum laudimium.*

16 *Laudimium non debetur de contractu, quod tendit ad executionem alterius, & nu.* 19.

17 *Consensus domini adhibitus super principali contractu, trahitur ad omnia, quæ veniunt in executionem.*

18 *Pacto de retrouendendo apposito ex interuallo, an debeatur de venditione laudimium.*

20 *Prælationis facultate à principio in contractu venditionis data, an debeatur laudimium.*

21 *Multitudo traditionum, quando operetur multitudinem laudiniorum.*

22 *Dotis in contractu si promissa sit pecunia, & in solutum detur immobilia, an plures contractus esse iudicandum.*

Et an duplex laudimium soluendum. nu. 23.

24 *Prorogatio facultatis luendi facta lapso termino vim habet noue & iteratæ confessionis.*

Et quomodo procedat nu. 26.

25 *Limitata causa limitatum parit effectum.*

27 *Retrouenditio si fit post primum terminum luendi in feudalibus debetur laudimium.*

28 *Redimendi facultatis prorogatione intra terminum facta, quando nouus contractus resultare dicatur.*

29 *Cessionis procuratoris domino factæ ex contractu, an iterum soluendum laudimium.*

30 *Contractus vnius in alium transfusione vnicus remanet contractus, & semel debetur laudimium.*

31 *Venditione sine consensu domini facta cum pacto de retrouendendo, an res emphyteutica cadat in commissum, remissiuè.*

32 *Emptor soluēs laudimiū an in retrouēditione illud cōsequi debeat.*

Et an si non soluerit repetere illud possit. nu. 34.

33 *Venditione in contrahenda si conuentum fuerit, quòd laudimium, & alia onera ad vend torem spectent, an suspectus sit contractus de vsuraria pranitate.*

Quæstio XXXVII.

1 QVid si appositum sit pactum de † retrouendendo? videtur, quòd neque tunc sit soluendum laudimium: nisi ipso tempore, cum dominium rei emphyteuticę nõ sit irreuocabiliter translatum, quinimo secundum multorum opinionem, aduenientę die recatus, vtile dominium retrotransfertur, absque cessione,
2 † adeo, vt possit res à quocunque per venditorum vendicari, quod vltimum est expeditum in patria nostra per decretum positum in antiq. libr. 3. sub rubr. ementes, vt videlicet contra quemlibet possessorem competat actio in rẽ scripta, licet de iure communi plures tenuerint contrarium, vt latè per Tiraq. de retract. conuentio. §. 1. gl. 7. & Aym. Crau. cons. 201. & hanc partem, quòd non debeatur laudimium, tenuit Cassan. in tit. des censes. §. 1. nu. 15. sequendo Boer. in consuetud. Biturig. allegat 10. Fab. in l. fi. C. com. de lega. sed Io.
3 Fab. loquitur in venditione † conditionali, & quę in irritum ipso iure deducitur, eueniente casu, & idem Cassan. vbi supra §. 7. in fi. relinquit cogitandum. hanc etiam opinionem tenet Boer. decis. 182. nu. 39. & decis. 234. in fi. & idem Boer. cons. 3. num. 27. innitens ei rationi, quòd huiusmodi pactum operetur retrotranslationem dominij vtilis soluto pretio, ꝙ tamen circunscripta patriæ consuetudine, est contra communem opinionem, vt per Tiraq. vbi sup. facit pro hac opinione, quod dixit Bal. cons. 215. proponitur. col. 2. vers. item pactum retrouendendi. vol. 2. quod vbi appositum est pactũ de retrouendendo, videtur vasallus potius vendidisse commoditates feudi, quàm ipsum ius inseparabile, & idem Bal. cons. 164. maritus. vol. 5. vbi dicit solutionem gabellæ pendere ex futuro euentu, an videlicet intra tempus luendi res

redi-

redimatur, necne, quamuis casus Baldi sit diuersus, ex quo semel fuerat soluta gabella de promissione. Et hanc opinionem valdè æquam dicunt Moder. Pariſ. in consuetud. §. 55. nu. 48. quando facultas redimendi est ad modicum tempus, & §. 41. nu. 19. Et hoc præsertim in patria nostra, vbi soluitur egregium laudimium, & multomagis in tertijs venditionibus, adeo, vt durum sit venditorem, qui emptori tenetur restituere laudimium, pro modico interusurio temporis quo pecuniam retinet, debere pati iacturam egregij Laudimij,
4 sed durius est, quòd domini Cameræ † Auditores quandoq; faciunt, vt eodem casu etiam cogant emptorem, ac venditorem ad duplex laudimium soluendum, allegantes solitum, quod pro suo arbitrio inducunt. In huiusmodi quæstione, an soluendum sit Laudimium, durante tempore retrouenditionis, diuersas enarrat consuetudines Tiraq. de retract. conuention. § 6. glo. 2. nu. 4. & vbi etiam non debetur, si tamen
5 solutum † sit, non repetitur. Arius Pinel. in l. 2. par. 2. c. 3. nu. 36. C. de rescind. vendi. Contrarium verius est de iure, quod imo laudimium debeatur; cum venditio à principio sit perfecta, nec pendeat ab aliquo futuro euentu, licet resolubilis sit, estque hoc casu translatum dominium vtile, cuius
6 translationis † intuitu, laudimium debetur. Alber. Bald. & Castr. in l. ab emptione de pact. Mansuer. in tit. de loc. & iur. emphyt. §. 1. quem referunt, & sequuntur Moder. in consuetud. Pariſ. §. 22. quæst. 3. nu. 12. declarando dicta Boerij procedere in retrouenditione, non venditione, vt de ipsa retro uenditione non debeatur laudimium. Redoan. in tracta. de reb. eccl. non alien. tit. de laudim. nu. 9. & hanc opinionem,
7 quòd ex retrouenditione † non debeatur laudimium sequutus est Senatus de anno 1561. in causa Reuerend. Episcopi Astensis, & Domini Bernardini Cambiani, de anno 1572. in supradicta causa Caremæ. Distinguunt tamen in hoc puncto Doctor. vtrum pactum resolutiuum † contractus concipiatur per verba directa, & resoluat contractum, vt ex nunc, vel per verba aliqua, quæ resoluant, vt ex tunc: primo casu, cum vt supra diximus, ex contractu conditionali non debea-

9 tur Laudimium, non debebitur ex pacto, quod resoluit, † & irritat contractum, vt ex nunc, nâ perinde habetur, ac si cõtractus nõ esset celebratus, vel ac si esset celebratus sub cõ-
10 ditione, & quando dicatur contractus resolui, † vt ex nunc. Alex. consi. 10. vol. 1. & videlicet, si pactõ de retrouendendo adiectum sit, ita ꝙ redemptione secuta, contractus sit nullus, & habeatur pro infecto, non debebitur Laudimium. Idẽ si dictũ sit, ꝙ res sit inempta, in d. l. ab emptione. Albe. col. 2. vers. contra Bal. nu. 4. versi. quærit hic Guliel. Cassin. nu. 9. Ang. col. 1. vers. vnde semper. Mod. §. 23. num. 11. 12. & seq. Mar. decis. 572. Tiraq. vbi supra. Aymo. consi. 332. num. 4. & Mod. §. 55. nu. 166. dicunt, ꝙ vbi longum tempus est appositũ huic pacto, & emptor lucratur fructus, ꝙ debetur Laudimium, secus, si breue tempus sit adiectum pacto: nec vim
11 † faciunt in verbis resolutiuis. Et de anno 1564. 5. Nouembris, in quadam causa accensatoris Ciriaci, cõtra iugales de Sangano, vbi pactum fuerat appositum, ꝙ si venditor restituisset pecuniam infra mensem, contractus haberetur pro infecto, Senatus censuit, non deberi Laudimium, attenta breuitate tpis, & ꝙ nulli fructus essent percepti, secus si tẽpus longiusculum fuisset appositum, & fructus saltẽm vnius anni emptor lucratus fuisset, eo pẽsertim, vt obuiet malitijs emphyteutarum, ac fraudibus, ne eo pacto domini directi priuẽtur suis Laudimijs, cùm facilè esset reperire huiusmodi viam, habetque rationem hæc decisio, cùm non omnino resoluatur contractus, qñ emptor fructus lucratur, tanquam, si à principio, nihil actum esset, sed potius re ipsa dissoluitur, vt ex tunc, quicquid sonent verba contractus, cuius effectum inspicere debemus. doctor. autem in l. ab emptione, loquuntur de vera resolutione, & quando cõtractus ad non causam deducitur. Secundo casu, quãdo resoluitur per ver-
12 ba obliqua, † siue vt ex tunc debetur vtique Laudimium, etiam si ipso iure pactum operaretur retrotrãslationem dominij, modo tamen non importet resolutionem contractus ipso iure, nam non dicitur contractus ipse pendere, aut stare in suspenso, prout supra, quamuis sit resolubilis re ipsa, ex

subse-

subsequenti pacto partium, & potius rescinditur, quàm ad non causam deducatur. Ita Castren. & alij vbi supra. Ego
13 † verò sic hanc quæstionem absoluo: quando pactum concipitur per verba directa, aut venditio est conditionalis, & non debetur Laudimium, vt suprà dixi, aut est pura, sub cõditione tamen resoluenda; & puto nihilominus deberi. argum. l. si res. de contrahen. emp. & l. 2. de in diem adiect. vbi ponuntur exempla. Alex. in l. statuliberi. circa fi ad leg. falc. & habet rationem in se, cùm secũdo casu interim sit dominus emptor, & fructus faciat suos, & vt dicit tex. potius ab emptione disceditur, quàm quod inemptus à principio fundus cẽseatur prout in ratione decisionis Senatus supra proximè dixi, & ita videtur sensisse Brun. in cõs. suo 124. vol. 2. hancque meam opinionem ab æquo, & bono, non abhorrere existimo, & reddit hanc materiam satis claram, & pro ea facit, quod notatur in quæst. 39 post Bar. Ias. & alios in l. fin. §. sed quia C. com. de leg. quòd si alienetur res fideicommis-
14 so † subiecta, interim tenet alienatio, licet resolubilis sit, Et propterea debetur ex tali alienatione Laudimium, propterea & à principio tenet contractus, qui euentu casu fideicommissi resoluitur. Eo tamen casu, quo Laudimium deberi dixi de venditione cum pacto de retrouendendo, vnicum tantum debetur Laudimium de ipsa venditione, non autem
15 soluetur de † retrouenditione, aut resolutione contractus, vt supra tactum fuit arg l. si pro fundo. C. de transact. Alber. in d. l. ab emptione. Tiraq. vbi supra gl. 7. & §. 6. nu. 19. Boer. decis. 182. nu. 39. Io. Pap. lib. 13. tit. 2. arrest. 23. vbi dicit doctores tenere, quòd Laudimium debeatur pro prima venditione, cum recato, non autem pro retrouenditione. Moder. §. 23. nu. 7. neq; enim noua videtur acquisitio. Dec cons. 53. placet mihi. col. 2 vers. ad hoc, post Bart. in l. in diem. de aq. plu. arcen. & idem Dec. cons 88. nu. 3. dicit, quod tali casu, bona non translata, sed reddita videtur, & facit quòd dicitur talis retrouenditio necessaria, cum illa fiat in exequutionem pacti in contractu primo appositi, & cui dominus
16 aliàs consensum præstitit, & non debetur † de exequutione

Laudi-

Laudimium. Ang. in l. si hominem. de vsucap. Io. de plat. in l. sancimus. vers. & similiter. C. de consul. lib. 12. Bertran. cõs. 45. pridiem in fi. vol. 1. & supra. q. 26. & seq. Par. de Put. in c. 236. & circa iam d. nu. 12. & in proposito. Affli. in c. imperialem. in prin. nu. 39. de prohibita alien. per Feder. vbi, si dominus præstitit consensum contractui venditionis, in quo aderat pactum de retrouendendo, emptor potest retrouendere sine consensu. & ibi Camer. car. 58. aliàs. 462. secũdum patu. impress. Aym. d. cons. 332. nu. 14. facit, quod notat Affl.
17 decis. 285. nu. 14. vbi dicit, ꝙ consensus † præstitus in principali contractu, trahitur ad omnia, quæ veniunt in executionem. & ex dicto Afflic. infertur, ꝙ si pactum de retrouen-
18 dendo fuerit aliquo interuallo † post venditionem appositum, & de eo in requisitione, & appositione consensus non fuerit habita mentio, ꝙ ex retrouenditione debebitur laudimium. Io. Pap. de arrest. 23. consensus enim appositus venditioni, non trahitur ad pactũ retroueditionis. Matin. Frec. lib. 2. q. 16. quod videtur fuisse de mente Bald. in d. l. ab emptione. dum distinguit, aut pactum ponitur à principio, vel re integra aut non, & infra comprobabo. Et ꝙ non debea-
19 tur de executione, † facit, quod dicitur si adsit statutum, ꝙ de quolibet cõtractu soluatur gabella, ꝙ si fiat compromissum, & sequatur laudum, ꝙ de laudo non soluetur gabella, quia est executio primi contractus. Bald. in rubr. ad fi. C. de rer. permu. Barb. in rub. nu. 9. & quod not. in c. . extra depositi. Rip. in l. 1. num. 59. ff. si cert. pet. vbi de fideiussione dicit, non esse soluendam gabellam, idem, vbi duo contractus reincidunt in vnum. Bald. in l. cum dotem in fin. C. de iur. dot. Hoc idem sentiunt Moder. d. §. 22. q. 3. nu. 13. & 18. vbi hoc limitant in mero pacto retrouenditionis, secus in facultate
20 † prælationis à principio data, vt si dictum sit quotiescunq; voluerit vendere, teneatur emptorem præferre: ijdem etiam limitant, §. 55. nu. 58. si ipsemet redimat, secus, si tertius ex iure sibi cesso. Et quod dicitur per Bald. & Ang. in l. ab emprione, ꝙ ad multitudinem † traditionum sequitur multi-
21 tudo Laudimiorum. ad l. quicunque. C. de seru. fugit. procedit,

dit, secundum limitationes supra prox positas, & quãdo pactum, non à principio, & in ipso contractu, sed ex post fuit appositũ. Paris de Put. in d.t. & circa iam dicta. Mar. decis. 171. & 602. Tiraq. d. glo. 7. & ita intelliguntur dicta Doctorum contrarium tenentium, in l. ab emptionem. & Iacob. in tract. de Royd. num. 55. vers. per prædicta. qui se remittit ad notata per Docto. in d. l. ab emptione, dicit distinguendum, vt ibi per eos. Iacobi. sequitur Cagnol. in d. l. 2. num. 233. Ex his, declaro dictum Bertach. in 5. part. quæst. 4. dum sequitur cons. Castren. quod mihi est 266. videtur dicendum. vol. 1. reprobãdo opinionem Ang. in l. cum eiusdẽ de ædil. edic.
22 qui censuit, ꝙ si in contractu dotis † promittatur pecunia, & pro ea dentur in solutum immobilia, quòd vncius est cõtractus, & vnica debetur gabella, è diuerso Castren. si promissa sit pecunia, & in defectum solutionis data licentia creditori capiendi immobilia, & ea vendendi, vel pro se retinẽdi, censet facta venditione sub hasta, duos esse contractus, & quòd duplex gabella debeatur: nam loquuntur Castr. & Bertach. quando de datione in solutum in primo instrumẽto non fuit præcisè conuentum, sed tantummodo de facultate vendendi, nam diuersi sunt contractus promissio solutionis, & venditio postea subsequuta, & in casu præsertim Castren. vbi gabella soluenda erat de singulis contractibus, non mirum, si duplicem gabellam soluẽdam censet, sed vbi fuit constituta dos in certa quantitate, & in defectum solutionis vsque ab initio datus fundus in soiutũ, ex quo à principio de datione in solutum, fuit conuentum vnica tantum debebitur gabella. & hoc modo intellectus non meretẽ eius dictum reprehẽdi à modernis, & possunt procedere vtriusq; dicta Castren. & Ange. in terminis suis, vt videlicet pro primo contractu, vbi dos fuit promissa in pecunia, pro quo datus fuit fundus in solutum non duplex, sed vnica debeatur gabella videlicet, pro contractu dationis in solutum, nõ autem pro executione. & hoc est, quod sentit An. quod etiam est de mente Bal. in l. quoties. de iur. dot. in fi. si autem, soluto matrimonio, prædium æstimatum restituetur, debebitur

itera-

23 literatum † laudimium, prout nec sine iterato consensu domini restitui posset. Ifern. in c. 1. § si verò. de controuer. inuest. nisi in instrumento dationis insolutum esset data facultas restituendi fundum, vel pretium. Adde tamen, quod si post tempus datũ, fiat retrouenditio, iteratò debebitur laudimium, & idem si post terminum datum fuerit prorogatum
24 tempus luendi, cùm prorogatio † facta lapso termino vim habeat nouæ, & iteratæ concessionis. l. sed etsi in fin. de precar. Purpur. in l. lecta. nu. 66. ff. si cert. pet. vnde. * tunc non
* est retrouenditio quæ non nocet quemadmodum dicimus de prorogatione quæ fit lapso termino, vt non dicatur prorogatio sed renouatio termini Tiraq. de retract. conuent. gl. 7. num 24. & quando retrotrahatur vide Io. Bapt. Costam de retrotractu casu 29. capitis octaui. secus videretur, si intra terminum, tempus luendi fuisset prorogatum, ad Bar. in l. dies cautionis. in princ. de damno infect. Bal. in l. si à te. C. de pact. int. empt. Felin. in c. p. & g. de offic. deleg. & in c. de causis. vbi Deci. col. 3. eod. tit. Moder. § 55. num. 62. & sequen quod tamen vltimum videtur esse contra id quod notat Barto. in l. Aemilius. de minorib. in 5. notab. Tiraq. de retract. conuention. § 1. glo. 7. nu. 35. vbi dicunt de locatione prorogata, vt debeatur gabella, sed ibi prorogatio inducit multiplicitatem actuum, quod non videtur cõsiderabile in casu nostro Moder. § 23. nu. 48. Marc. decis. 185. nu. 4. par. prima, & idem Marc. decis. 647. par. 2. dicit, quod de prorogatione non debetur laudimium, & quod nihilominus prorogatio fieri non potest in domini perniciem, & absque eius consensu, & consequenter de retrouenditione laudimium deberi, prorogatione non obstante, & in hoc casu non militat ratio suprà posita, q̃ dominus approbando contractum consenserit retrouenditioni, quia consensus ipsius limitatus
25 est, & limitata causa † limitatum producit effectũ. l. in agris de acq. rer. dom. Ias. in l. age. in prin. C. de transac. & in l. si fundum per fideicom. nu. 20 de lega. 1. Neque etiã videtur, q̃ retrouenditio fiat in executionem primi contractus absolutè, sed qualificatiuè in executiõnẽ primi contractus, &

proro-

prorogationis ex postea factæ ideo dici posset deberi laudimium ex retrouenditione, quæ fit ex nouo consensu, & videtur de mente Doctorum. in d. l. ab emptione. & in materia prorogationis, dicit Bal. cons. 327. ad euidentiam sciendũ. vol. 3. Quod omne tempus, quod prorogatur cõiungitur tãquam termino, à quo substantiuo actus, & per accessionem
26 temporis fit vnum, & idem. Quod intelligendum † est, vbi extrema sunt habilia, & vt ipse dicit nisi ius repugnet: vbi autem prorogatio fieret nouatiuè, vt quia fieret renouatio actus proprie, & vt ex nunc, resultat eo casu nouus contractus, & noua insurgit consideratio. Hanc autem theoricam reducendo ad praxim casus nostri, ex quo non pendent à libera voluntate partium contractus rerum feudalium, vel emphyteuticarum, sed in ijs versatur præiudicium domini directi, cuius in contrahendo consensus requiritur, quicquid inter ipsas partes geritur post primum actum, coniungi non potest, tanquam termini non sint habiles, deficiente in altero termino domini consensu, de cuius præiudicio agitur: & in proposito facit tex. in l. si cum dies. in prin. de recep. arbit. vnde post habita dicta prorogatione, videtur, ꝙ ex retrouen
27 ditione, quæ fieri contingeret post primũ † terminum luendi, debeatur laudimium. Quicquid Doctores supra allegati in cõtrarium senserint. Marin. Frec. lib. 2. q. 17. vbi se fundat in eo ꝙ licet teminus prorogatus censeatur idem terminus cum primo illud est per fictionem quæ in præiudicium tertij
28 non procedit. adde etiam, qnòd si prorogatio † intra terminum fiat cum noua qualitate, & forma, ac pactis diuersis à primo contractu, nouus dicetur contractus. ad glo. in c. hi qui. de prębend. in sexto. Bal. in l. si à te. C. de pact. inter empto. & vendit. Par. de put. in trac. de sindic. in verbo refirmatus rex. Alex. in d. l. dies cautionis. & consequenter nouum debebitur laudimium. faciunt not. supra quæst. decima. Ex hoc etiam dicto, quod de executione non debeatur laudimium inferunt doctores, ꝙ si venditio facta sit procuratori,
29 & de ea solutum laudimium ex cessione † procuratoris domino facta, non amplius debebitur laudimium. Bal. & Sal.

in l.

in l. cum per eos. Cod. si quis alt. vel sibi, Iaco. de Royd. nu. 35. & generale est, quod ex vno contractu in alium transfu-
30 so, † vnicum tantum debetur laudimium: elegans est consil. Bald. 440. secundum ea, quæ proponuntur. in fin. volum. quinto. Tiraq. de retract. lignag. §. 29. glo. 1. num. 3. Et quod dictum est suprà ex venditione cum pacto de retrouendendo deberi laudimium, dubitari potest, an facta ven-
31 ditione † sine consensu domini cum pacto de retrouendendo res cadat in commissum de quo per Tiraq. vbi suprà de retract. conuention. d. glo. 7. Insuper quæritur, si illud laudi-
32 mium per emptorem fuerit solutum, an in † retrouend. illud consequi debeat etiam si id actum non sit expressè, & dicendum est, quòd sic nam venditor, qui vult redimere tenetur restituere vna cum precio laudimium, & omne id quod emptor occasione primæ venditionis persoluit. Cagnol. in d. l. 2. num. 237. Tiraq. d §. 6. de retractu conuen. glo. 2. num. 3. & 24. vbi ex hoc reprehendit. Panormi. Cępol. & Bertr.
33 arguentes pactum de vsuraria † prauitate suspectum, si cõuentum sit, quod huiusmodi onera ad venditorem spectent, cùm illud sit iuri communi conforme, sed loquuntur ipsi in casu, quo onus, vel gabella spectaret ex dispositione statuti ad eum, qui esset per pactum ab onere liberatus, vel secundum opinionem eorum, qui tenent de iure onera huiusmodi ad emptorem spectare, qui fructus percepit, non autem venditorem teneri restituere. Neuiza. consil. 88. num 18. Item posset opinio eorum procedere, quando res empta esset vili precio cum pacto redimendi, aliunde enim suspecta fit conuentio, non ex se Moder. de vsur. quæst. 129. adde, quod si ex aliquo iure immunitatis ex persona sua
34 competentis, emptor non † soluat laudimium, non recuperabit illud à venditore in retrouenditione. Boer. decisio. 231. num. 3.

SVMMARIVM.

1 *Venditione facta si re integra de consensu partium dissoluta fuerit debetur Laudimium, Et quid si incontinenti fuerit recessum num.2.*

Et quando dicatur incontinenti in materia feudali. nu.3.

4 *Gabella an debeatur de cõtractu à principio valido si postea ab eo recedatur.*

5 *Pœnitere à contractu, in præiudicium domini directi quando liceat.& nu.8.& 15.*

6 *Venditor tradere præcise non potest cogi quando vendidit sine domini consensu.*

7 *Tertio acquiritur ius irreuocabiliter per pactum expresse appositum in illius fauorem.*

9 *Discessu à contractu,& à cancellatione instrumenti non debetur duplex Laudimium.*

Et ad hoc quando dicatur nouus contractus.nu.10.& 14.

Et an ex primo vel ex renouato contractu debeatur.nu.11.

Et quid ex dissolutione contractus quando res non est integra. num.12.

Et quando dicatur res integra,vel non. nu.13.

16 *Commissum rei emphyteutica non fit ex contractu sine domini consensu non secuta traditione.*

Et ratio.nu.17. & quando fiat. nu.26.

18 *Venditio an dicatur perfecta ante traditionem.*

Et quid si constitutum interceserit. nu.19.

20 *Laudimium non debetur nisi facta fuerit inuestitura.*

21 *Quintum denariũ loco laudimij soluere eodẽ modo quis tenetur.*

22 *Conductori emolumẽtorũ feudi si vltimo anno fiant alienationes & petita inuestitura post tempus ad quem spectet Laudimium.*

23 *Laudimium incipit deberi statim post contractum licet peti nequeat.*

24 *Initium in quolibet actu attendendum.*

25 *Pœna delicti ante sententiam an sit debita.*

Et distinguitur.num.29.

27 *Datiario primo ne vel secundo debeantur commissa tempore vltimi diei quo finitur dacitum.*

28 *Finis quando habet necessariam consequentiam à principio retrotrahitur ad illud.*

30 *Pœnæ commissæ tempore vnius officialis si de tempore alterius sint facti, & expediti processus, cui debeantur.*

31 *Debitum propter laborem, & diligentiam ei debetur qui eam præstitit.*

32 *Onus indictum publica autoritate pro rebus quas possessor alienauit licet solutio cadat in tempus successoris nihilominus soluet primus.*

Quæstio XXXVIII.

1 N super, si facta sit vēditio, † & postea re integra cōsensu partiū dissoluta, vt quia partes iubeant cancelari instrumentum, an debeatur laudimiū? Quod sic nam statim est domino ius acquisitum per contractum, qui consensu partiū perficitur. c. 1. vbi notatur. quid iur. si post alienan. feud. vas. id recuper. Alber. in l. ab emptione. col. pen. vers. & videtur. vnde illud facto contrahentium postea subsecuto ab eo diuelli non potest. Ang. & Imo. in l. acta. in principio. de re iud. Fel. in c. vergentis. n. 2. in fin. de hæretic. Barba. cōs. 43. in principio. vol. 2. Cagnol. in l. id ꝙ nostrum. nu. 5. de reg. iur. Modern. §. 22. quæst. 2. nu. 10. Io. Mont. in vsib. feud. lib. 6. c. 4. ver. & adeo. Ang. in l. iurisgentium. §. adeo. de pact. & ibi Castren. & Alexan. qui limitant hoc dictum, quando ex interuallo fuit recessum, secus si
2 incontinenti † quos. sequitur Iacob. in d. trac. de Roy. nu. vigesimonono, & 35. vbi exponit incōtinenti, antequam partes diuertant ad extraneos actus. & Zas. in 10. par. nu. septimo, dicit quando dicatur incontinenti, id esse repositum in iudicis arbitrio, verum est, quod quando de amissione feudi
3 tractatur, † longiusculum tempus videretur concedendum, quàm pro consequutione laudimij. facit pro hac limitatione, quod not. Io. Fab. in l. 1. C. quan. lic. ab empt. disced. & in

specie

ſpecie in principio inſtit.de emp.Mar. deciſ.569.& 570. & ex his impugnatur dictum Roma.conſ.78. dum in fine dicit,
4 non deberi gabellam,† ſi à contractu recedatur,etiam quod contractus à principio eſſet validus, allegat ipſe notata per Bal.in l.fi.§.ſed quia noſtra.C.commu.de leg.ſed Bal.diſtinguit,an reſcindatur contractus, tanquam inualidus , necne Redoa.in tract.de reb.eccl.non alien.tit.de laudim. num.8. de quo dixi infrà proxima quæſtione.Item limitatur, vt procedat ſupraſcripta deciſio ſecundum Moder.§.13.glo.5.nu. 19. poſtquam denunciatio facta eſt domino per emptorem, vel venditorem,vel quandocunque dominus ipſe extraiudi-
5 cialiter ſaltem emptorẽ interpellauerit,ſecus ſi ante,† quia liceret pœnitere. Neq; enim antea videtur ius acquiſitum domino: & facit ratio, quia venditor non poteſt cogi feudũ trãdere præcisè,quando vendidit ſine conſenſu domini,ſed
6 ſoluendo† intereſſe liberatur. Bald. in §. ſi facta ſi de feud. fuer.controu. inter dom. & agna. ergo domini non intereſt, an ſit facta venditio. Verum Doctores indiſtinctè loquuntur, vt partibus non liceat pœnitere,in prœiudicium domini, poſt perfectum contractum,neq; diſtinguntiura per doctores allegata,videlicet.l.inſulam.§.fi.ff.ſol. matr.l. fi. de pac. & ita tenet Ang.in d.§.quia verò.in fi.authen.de nupt.Tira. de retrac.lignag.§.1.gl.18 num.56.& ſeq. & faciunt notata in l.qui Romæ.§.flauius.ff.de verbo.oblig.cuius materiam latè tractat Didac.lib.1.var.reſol.c.14.Nam ſicut per pactũ expreſsè appoſitum in fauorem tertij , acquiritur ipſi tertio
7 † irreuocabiliter , idem videtur vbi quouis modo ex facto cõtrahentium ius domino acquiritur , & fortius in caſu iſto, vbi ius acquiritur domino ex actu , etiam præter intentionẽ agentium. Idque ex ſolo contractu etiam non ſecuta traditione. Tiraq.de conſtitu.part.3.limit.27.Io.Pap. lib.13.tit. 2.arreſt.29. Redoan. vbi ſupra num. 22. deciſ. Peruſ. 113.
8 quod omnino ſaltem procedit † poſtquam dominus contractum reſciuit, & ius laudimij ſibi competere non ignorauit.Tiraq.de retrac.conuention.§.1.gl.7.nu.19.vbi ſi vaſ ſallus alienauit inſcio domino, & poſtea redimat, ius cadu-

27 *Datiario primo ne vel secundo debeantur commissa tempore vltimi diei quo finitur dacitum.*

28 *Finis quando habet necessariam consequentiam à principio retrotrahitur ad illud.*

30. *Pœnæ commissæ tempore vnius officialis si de tempore alterius sint facti, & expediti processus, cui debeantur.*

31 *Debitum propter laborem, & diligentiam ei debetur qui eam præstitit.*

32 *Onus indictum publica autoritate pro rebus quas possessor alienauit licet solutio cadat in tempus successoris nihilominus soluet primus.*

Quæstio XXXVIII.

1 N super, si facta sit vēditio, † & postea re integra cōsensu partiū dissoluta, vt quia partes iubeant cancelari instrumentum, an debeatur laudimiū? Quod sic nam statim est domino ius acquisitum per contractum, qui consensu partiū perficitur. c. 1. vbi notatur. quid iur. si post alienan. feud. vas. id recuper. Alber. in l. ab emptione. col. pen. vers. & videtur. vnde illud facto contrahentium postea subsecuto ab eo diuelli non potest. Ang. & Imo. in l. acta. in principio. de re iud. Fel. in c. vergentis. n. 2. in fin. de hęretic. Barba. cōs. 43. in principio. vol. 2. Cagnol. in l. id ꝙ nostrum. nu. 5. de reg. iur. Modern. §. 22. quæst. 2. nu. 10. Io. Mont. in vsib. feud. lib. 6. c. 4. ver. & adeo. Ang. in l. iuris gentium. §. adeo. de pact. & ibi Castren. & Alexan. qui limitant hoc dictum, quando ex interuallo fuit recessum, secus si
2 incontinenti † quos. sequitur Iacob. in d. trac. de Roy. nu. vigesimonono, & 35. vbi exponit incōtinenti, antequam partes diuertant ad extraneos actus. & Zas. in 10. par. nu. septimo, dicit quando dicatur incontinenti, id esse repositum in iudicis arbitrio, verum est, quod quando de amissione feudi
3 tractatur, † longiusculum tempus videretur concedendum, quàm pro consequutione laudimij. facit pro hac limitatione, quod not. Io. Fab. in l. 1. C. quan. lic. ab empt. disced. & in

specie

ſpecie in principio inſtit.de emp.Mar. deciſ.569.& 570. & ex his impugnatur dictum Roma.conſ.78. dum in fine dicit,
4 non deberi gabellam,† ſi à contractu recedatur,etiam quod contractus à principio eſſet validus, allegat ipſe notata per Bal.in l.fi.§.ſed quia noſtra.C.commu.de leg.ſed Bal.diſtinguit,an reſcindatur contractus, tanquam inualidus, necne Redoa.in tract.de reb.eccl.non alien.tit.de laudim. num.8. de quo dixi infrà proxima quæſtione.Item limitatur, vt procedat ſupraſcripta deciſio ſecundum Moder.§.13.glo.5.nu. 19. poſtquam denunciatio facta eſt domino per emptorem, vel venditorem,vel quandocunque dominus ipſe extraiudi-
5 cialiter ſaltem emptorẽ interpellauerit,ſecus ſi ante,† quia liceret pẽnitere. Neq; enim antea videtur ius acquiſitum domino: & facit ratio, quia venditor non poteſt cogi feudũ tradere præciſè,quando vendidit ſine conſenſu domini,ſed
6 ſoluendo † intereſſe liberatur. Bald. in §. ſi facta ſi de feud. fuer.controu. inter dom. & agna. ergo domini non intereſt, an ſit facta venditio. Verum Doctores indiſtinctè loquuntur,vt partibus non liceat pẽnitere,in prẽiudicium domini, poſt perfectum contractum,neq; diſtingunt iura per doctores allegata,videlicet.l.inſulam.§.fi.ff.ſol. matr.l. fi. de pac. & ita tenet Ang.in d.§.quia vẽrò,in fi.authen.de nupt.Tira. de retrac.lignag.§.1.gl.18 num.56.& ſeq. & faciunt notata in l.qui Romæ.§.flauius.ff.de verbo.oblig.cuius materiam latè tractat Didac.lib.1.var.reſol.c.14.Nam ſicut per pactũ expreſsè appoſitum in fauorem tertij, acquiritur ipſi tertio
7 † irreuocabiliter, idem videtur vbi quouis modo ex facto cõtrahentium ius domino acquiritur, & fortius in caſuiſto, vbi ius acquiritur domino ex actu, etiam præter intentionẽ agentium. Idque ex ſolo contractu etiam non ſecuta traditione. Tiraq.de conſtitu.part.3.limit.27.Io.Pap. lib.13.tit. 2.arreſt.29. Redoan. vbi ſupra num. 22. deciſ. Peruſ. 113.
8 quod omnino ſaltem procedit † poſtquam dominus contractum reſciuit, & ius laudimij ſibi competere non ignorauit. Tiraq.de retrac.conuention.§.1.gl.7.nu.19.vbi ſi vaſ fallus alienauit inſcio domino, & poſtea redimat, ius cadu-

citatis domino ſaluum remanet. Adde tamen, quòd ex eo
9 diſceſſu,& cancellatione inſtrumenti,non duplex,† ſed vnũ tantum debebitur laudimium. Paul.de Caſt.conſ.74.in cauſa mota.col.fi.vol.2. Tiraq. de leg. connub.gloſ.5.in verbo contracter. nu.2.& 29. & hoc, niſi diſſolutio fieret ex noua cauſa,vt pote ex noua vẽditione,addito, vel mutato pretio, aut variatis conditionibus,nam tunc duplex ſolueretur laudimium. Tiraq.de retract.conuentio.§.6.gl.2.nu.7.& de retract lignagier.§.1.glo 2.nu.30. & §.29. glo.1.nu.6. allegat Bal.in l.3.§.contrarium.in fin.ff.de contr.tut.act Zuchar.in repet.rubr. C.de pact. nu.103. ſed quoad ſolutionem duplizocis laudimij, re integra, & vt dicatur nouus † contractus Paul.de Caſtr.in l.3. C.quan.lic. ab empt. diſced. remittit ſe ad notata per Bar.in d.l.iuriſgentiũ.§.adeo.de pact.vbi Bar. diſtinguit qñ verba ſunt apta ad renouationem contractus, vel in dubio,vt dicatur renouatus,aut non ſunt apta,& non dicatur nouus contractus, ſed reſolutio aut reformatio primi. allegatur text. in l.pacta conuenta.de contrahen empt. vbi etiam glo. magis declarat:aut eſt additum vel mutatum quid circa ſubſtantialia,vel non.& cum doctrina Bar. communiter tranſeunt Doctores, circa quam eſt aduertendum, quod ſentit Bar. ibi, & Alex. quòd laudimium debeatur ex contractu renouato, non tamen ex primo, & ſic vnum tan-
11 tum,non duplex,quod verius † puto, quando inter eaſdem perſonas fit renouatio, cùm ſit quodammodo primus contractus in ſecundum transfuſus, ſecus, ſi mutetur perſona, quamuis re integra,vt quia vendatur alteri de conſenſu primi,& ita ſentit Bertach.in 5.par. quæſt.5. facit, quod Bald. notat in l.cùm per eos.in fin.C.ſi quis alt.vel ſibi.deberetur
12 autem duplex laudimium † ex diſſolutione contractus per viam pacti, quando res non eſſet integra,puta,quia ad traditionem iam proceſſum eſſet, multiplicatio namque eo caſu, potius eſt contractus,quã diſſolutio.vt d.l.ab emptione. Alber.col.pen.verſ. Item quæritur quid ſi. Bald. col.fin.verſ.ſi verò. & ibi etiam Caſtr. nu.3. & 10.& ita intelligenda ſunt, q̃ Tiraq.notat loco ſupra proximè allegato,vt videlicet pro-

cedant

cedant notata per eum, quando res non est integra. Moder. in §.22.num.19.& sequent.hoc limitant procedere quando implementum contractus hinc inde secutum fuit, secus si ab altera parte tantum,& propterea reprehendunt Bertach.in tract.de gabell.d.par.5.quæst.5. & in 3.par.8. par. quæst.14. tanquam nimis indistinctè loquentem,sed non videtur, reprehendendus: nam in l.1.C.quan.lic.ab empt. disc.glos.est expressa in verbo,per traditionem, quòd res non dicitur in-
13 tegra † post traditionem rei, & pretij, vel alterutrius,tantũ quam sequitur ibi Bald.nu.5.neque in hoc dissidet Fabia.de Mont;per eum allegatus in tract.de empt. in 5.q princ.q.8. & Doctor in d.l.1. & in l.ab emptione. in proposito nostro dicunt, quòd quando contractus est executioni mandatus ab vtraque parte, vel saltem ex altera, quod si recedatur à primo contractu, & procedatur ad retrouenditionem, ista
14 dissolutio dicitur nouus † contractus, & de eo soluitur laudimium. Ang in d.l.1.in glo.pen. Vnde limitatio est,si verba sint concepta per modum nouæ obligationis, & tunc dicetur nouus contractus, & noua debet solui gabella, secus si per modum resolutiuum, & hoc siuè cõtractus sit adimpletus pro parte,tantum, siue ex vtraq; parte,quia quoad hoc, Doctores non faciunt vim. Iaf.post Bald. & alios, in d.l.ab emptione.nu.16.& ibi Iacob.num.5. ponit exemplum.Bar. num.12.Ex ijs apparet laudimium,ex solo etiam contractus deberi,licet traditione non secuta, dummodo is contractu iuris habeat effectum,Alber.in d.l.ab emptione.colum.pen. versic.si autem conuentio.cùm in præiudicium domini non
15 possint contrahentes pœnitere † post contractum, ex quo erat consequuturus dominus emolumentum per approbationem.Mar.decis.602.Bertrand.cons.194.viso casu.vol.1. quem refert,& sequitur Tiraquel.de retract.lignag.§.1.glo. 2.nu.48.quod notandum est, quia prima facie videretur dicendum contrarium,prout sentit Rodoa.d.tit.de laudim.§. ista autem.nu.8. cùm per solum contractum absque consensu domini initũ non secuta rei traditione, aut dominij trãs-
16 latione non cadat † res in commissum c.imperialem.§.callidis.

callidis.& ibi nota. Isern. Bal.& alij de prohib. alien. per Feder. Barb. conſ. 12. col. 16. vol. 1. Curt. in 4. par. q. 20. Imol. in c. potuit. nu. 49. Iaſ. in c. fin. nu. 132. latè Tiraq. vbi ſuprà. nu. 42. Rub. in §. morte nu. 47. Mar. deciſ. 569. ſed hoc propterea, quia agitur de pœna euitanda, & quia conditio domini deterior non fit traditione non ſequuta, propter quam
17 rationẽ † res cadit in commiſſum: at reſpectu laudimij nõ debet auferri ius domino acquiſitum ex contractu quem dominus poteſt approbare ante traditionem, ex qua approbatione domino debetur laudimium. nec mouet argumentum Ludouici à Peguerra Hiſpani in 3. prælud. nu. 9. ℭ venditio
18 non dicatur perfecta † ante traditionem, quia contrarium potius verius eſt. inſtitu. de emptio.& venditio. in princ.& l. alienatum. de verb. ſign. quibus in locis de varia perfectione tractatur. ſed & idem Doctor alioquin occulatiſſimus ma-
19 gis aberrat dum cenſet non deberi laudimium etiã ſi † conſtitutum interceſſerit, cum tamen vera poſſeſſio transferatur licet per modum fictum. Tiraq. de conſtitu. in 1. amplia. ſed ipſe forte inuixus eſt conſuetudini illius Regni. ex hac concluſione ſequitur deſtructio correlarij eiuſdem Ludouici, Quod ſi partes diſſoluant contractum ante rei traditionem ℭ nullum debeatur laudimium. Item arguitur contra ſupraſcriptam concluſionem quia laudimium non debetur,
20 nec peti poteſt, niſi facta fuerit † inueſtitura Bertran. conſ. 3. nu. 33. volum. 3. ſed illud ego intelligo, niſi per dominum non ſteterit. Nam vt dixi. q. 1.& 18. poſt Aretin. conſ. 41. cõſenſus domini ante inductionem noui emphyteutæin poſſeſſionem exigitur inter alia, vt facilius dominus conſequatur laudimium: debet igitur illud habere antequam inducatur in poſſeſſionem vel eo ſaltem tempore, quo paratus eſt
21 ipſum effectualiter inducere, hoc idem in quinto † denario, qui ſoluitur loco laudimij, ſentiunt Moder. §. 22. num. 6. licet contrarium dicant in releuio,& id ſentiunt procedere, ita demum, ſi res non ſit integra: vt puta, quia domino fuit denunciatum, vel quia ipſe emptorem interpellauerit. Modern. §. 13. glo. 5. nu. 19. hoc idem ſenſit additio ad Guido.

Pap.

Pap.quæst.101.in additione vltima. & licet Guido Papæ in dicta decisione dixerit, quod laudimium non debetur, antequam emptor inductus fuerit in possessionem rei, propterea quod debeatur pro labore inuestituræ,& inductionis in possessionem,& quod ita seruatur in Gallia, contrarium seruari dicit Tiraq.de constit.in 3.part.limit.27.& Io.Pap.suprà allegati, & suprà etiam laudimium deberi potissimum, diximus ratione cõsensus,& approbationis noui emphyteutç. Ex suprascriptis videtur posse decidi quæstio, quæ contigit in facto. Quidam conduxerat emolumenta feudi per triennium,vltimo anno fuerunt factæ alienationes per vassallos, petita fuit inuestitura post tempus conductionis, Quæreba-
22 tur, ad quem spectaret † laudimium, videtur, quod ad dominum, non autem ad cõductorem, per ea, quæ notat Guid. Pap.q.535. pro quo facit tex. in l. susceptores. C. de susceptor.lib.10. Sed contrarium ex suprascriptis videtur dicen-
23 dum, cum statim post contractum † incipiat laudimium deberi, licet peti non possit, nisi præstito consensu ad l. cedere diem.ff.de verb.sign.& hic adaptari potest, quod Doctores
24 tradunt initium † esse in quolibet actu attendendum. l.si id quod.§.si filius familias.& ibi glo.ff pro soc. clem. fin. & ibi Card.de rescript.Bart.in l.quod ait.§.1.ff.de adult. & ibi in addit.l.si filius familias.& ibi not.de verbo.oblig.Aymo pro genero.num.23.Dicta autem per Guid.Pap.possunt in commissis ex maleficio alia ratione procedere, quia ex delicto
25 pendente processu,† ante sententiam,nõ potest dici aliqua pœna debita,& cõsequenter, neque cessit, neque venit dies.
* Bal.in l.fin.nu.6.C.de fruct.& lit.expen.* sic quoq; tenet Tiraq.de retract.conuent.§.5.glo.4.num.24.& dicit Bar.in l. 2.in prima quæst.per illũ text.C.de iure emphyteu.& Aymo.
26 cons.212.quod commissio † rei emphyteuticæ vel feudalis dependet,à voluntate domini, nunquid velit esse commissum vel non. Et antea non dicitur commissum, quam dominus declarauerit: ideoque tempus declarationis, non delicti dicit Aymo esse attendendum. at nihilominus.nu.8. in fine, hunc casum caducitatis diuersificat à casu cõmissi, propter

maleficium, & in hoc infert maiorem esse rationem inspiciendi tempus declarationis, sed nihilominus, contra Guidonem stat aperta decisio Bald. in l. fin. de iurisdic. om. iud. vbi dicit, quod commissa tempore vltimi diei, quo finitur
27 dacitum, debetur primo †daciario, licet fiat processus tempore secundi, quia de tempore primi inchoata est obligatio. cum Bald. est Laudens. in tracta. de fisco. conclusio 92. de quo vide per Alexan. in l. diuortio. §. si vir in fundo. ff. soluto matrimo. distinguentem inter causam onerosam, & lucratiuam, & dicit Alex. communem esse cum Bald. cum quo ēt transit cons. 7. versi. 4. vol. 3. Socin. cons. 70. in fin. vol. 4. vbi
28 assignat rationem tactam per Doct. quod quando finis †habet necessariam consequentiam à principio, finis retrotrahitur ad principium. Iacob. de Sancto Georg. in d. l. fi. in fi. de iurisd. om. iudic. dicit quòd in practica difficilè esset obtinere contra Bald. licet in puncto iuris contrariam opinionem credat veriorem. Boer. decis. 5. nu. 20. Tiraq. de retrac.
29 conuention. §. 5. nu. 19. & posset distingui, †aut pœna committitur ipso iure, & tunc tempus declarationis, & sententiæ retrotrahatur ad tempus commissi: aut non cōmittitur ipso iure, & tempus sententiæ sit attendendum. vide Peregr. de iure fisci. lib. 6. tit. 5. præsertim. nu. 44. in simili etiam casu si
30 pœnæ debeantur officialibus, an pœnæ † pro commissis tempore vnius officialis si de tempore alterius sint facti, & expediti processus sint debitæ primo, vel secundo, Paris de Put. in tracta. syndica. in verbo prouentus, ponit plures opiniones, & obseruantiam Regni, quòd post condemnationem debeantur primo officiali, licet extiterit appellatum, vel sententia non habuerit effectum ante condemnationem verò multa debeatur secundo, qui sententiam protulit. Aff. lict. in tit. quæ sint regal. in verbo pœna. in cap. fin. amplecti tur distinctionem, quod aut processus fuit per primum instructus, & illi debeatur emolumentum, aut non, & debeatur Secundo aliam distinctionem post Alex. ponit Bened. in c. Raynutius, in verb. cætera bona, nu. 38. vbi latè tractat. Boss. de pœn. nu. 22. dicit, quòd si tempore primi fuerit formata

mata inquisitio ei debeatur alias secus. sed in casu laudimij sufficit diuersos esse terminos nostros, propterea quòd ius acquisitum sit conductori ex alienatione tempore suo facta, & hic benè adaptari potest alia distinctio. Alex. in d. §. si vir in fundo. cum quo concordat Aretin. in l. si possessor. §. 1. de
31 pet. hæred. dum dicit, quod aut est debitum † propter laborem, seu operam, & diligentiam, & ei debetur, qui illam præstitit: aut simpliciter est debitum emolumentum: & eo ipso, quòd delictum est commissum, dicitur quasi debitum, & sic debetur ei ad quem pertinent cætera emolumenta, de tempore commissi delicti. Tiraq. vbi supra, & suprà diximus pro labore non esse debitum laudimium, sed pro consensu, statim quòd per dominum, vel conductorem non stetit, quin apponeretur. vide pro Baldi opinione in proposito valde tex. in l. commissi. de publica. vbi Doctor. notant, & alia iura in vtramq; partem citat Alexan. vbi suprà, & quòd laudimium debeatur conductori de tẽpore alienationis facit, quod notat Castren. in l. idem Iulianus. §. hæres de leg. 1.
32 vbi si publica auctoritate fuerit indictũ onus, † pro rebus, quas possessor alienauit licet solutio cadat in tẽpus secundi possessoris nihilominus soluet primus, & generaliter, ꝙ debeatur primo in simplicibus emptoribus fructuum videtur communis opinio vt sensit Bosi. d. nu. 22. vide Surd. cons. volum. 1.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an ex irrita venditione debeatur.*
2 *Feudum nulliter alienatum non cadit in commissum.*
3 *Gabella de contractu nullo non debetur, & hoc quomodo procedat, num. 4.*
5 *Soluere datam quis tenetur quã debet in effectu non quæ petitur.*
6 *Soluendum in adeptione magistratus, pro sola electione etiam non sequuta administratione soluendum est.*
7 *Contractu ab initio valido ex post ad non causam reducto, & irrito facto an debeatur laudimium, & nu. 10.*

Inue-

8 *Inueſtitura de inutili non debetur laudimium.*

9 *Laudimium non debetur ante ratificationem domini rei venditæ promiſſam in venditione.*

11 *Præſcriptio annalis quãdo currat agnatis ius prælationis habentibus alienatione facta in extraneum.*

12 *Vendita re reſeruato dominio donec pretium ſit ſolutum, an debeatur laudimium.*

13 *Fructus conſumpti, an debeantur ante litem motam contractu reſciſo.*

14 *Titulus ex quo quis ſe tuetur ſi reducitur ad non titulum, vel habet ortum à cauſa irrita fructus omnino debentur.*

Quæſt. XXXIX.

1 AN ex irrita † venditione, & contractu nullo debeatur Laudimium? quòd non. Io. Fab. in l. 2. in fi. C. com. de leg. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glo. 2. num. 7. Moder. § 23. num 9. & § 55. num. 13. & §. 13. num. 50. Aymo in conſ. pro genero num. 291. & faciunt traddita per Aluar. & alios in c. 1. ad fin. princ. quid iur. ſi poſt alien. fact. vaſſ. feud. recup. Cur. in tract. feud. in 4. part. princ. in vltima cauſ. priua. in prima regu. quæſtio. 17.

2 dum tractat, an ſi feudum fuerit nulliter † alienatum cadat in commiſſum, & concludit quod non. Clar. in §. feudum. q.

3 31. in princ & generaliter de contractu † nullo, non debet ſolui gabella. l. 2. & ibi Bal. C. de enuch. l. ea quidem. in fin. C. ſi mancip. ita fuer. alien. Bar. in l. fin. § ſed quia noſtra. circa fin. & §. fr. C. com de lega. laſ. poſt Bald. in l. non dubium. in prin. C. de legib Rom. d. conſ. 78. Gram. deciſ. 74. nu. 27. Bertach. de gabel. in 3. part. 8. partis. q. 32. Barbat. conſ. 42. col. 5. vol. 1. & conſ. 48. col. pen. vol. 2, Rip. in l. 1. §. condemnatum. nu. 6. de reiud. Alber in prima part ſtatut. q. 95. Neuiz. conſ. 88. nu. 19. Redoan. de reb eccle. non alienan. titu. de laudim. num. 19. quod tamen declara, quando ſtatutum

4 ſimpliciter loquitur, ſecus, † ſi non ſimpliciter loquatur, nec conſideret iuris effectum, ſed factum merum reſpiciat. Dec.

in l.

in l.edita.nu.37. C.de eden.facit, quod notat.Bar.in l cum quædam puella.§.fin.de iurisd.omn.iud. vbi, si actor debet
5 soluere datam,inspicitur summa, quæ petitur † non quæ in effectu debetur.Bartolum sequuntur Ange.Ias.& alij,& idē Bar.in l.in offerendis.C.de appel.& in l.sancimus. C.de cōsul. lib. 12. vbi si aliquid soluendum sit in adeptione magi-
6 stratus, soluitur pro electione, † licet administratio non sit ei concessa.Amplia,vt nullum debeatur laudimium, nedum
7 ex contractu a principio nullo,sed etiam si ex post † in irritum,& ad non causam reducatur, vt si rescindatur ex capite minoris ætatis,enormissimæ læsionis,vel aliter ex causa tamen necessaria,ab initio contractus existenti, ex qua cōtractus resoluatur.Io. Pap lib.13.tit.2.arr.28. secus si ex causa superuenienti.Mod.§.22.nu.18.in fin.& num.22.cum pluribus quæstionibns seq.& §.23.nu.9. Bertran.cons.114.vol.7.
8 vbi dicit,quòd non debetur de inuestitura † inutili, & si solutum sit, repeti potest, vt si res sit euicta. Mar.decis.606. Aymo d. consi. pro genero.num. 291. Interim tamen, dum non est declarata inualiditas cōtractus,dominus habet fundatam intentionem in iure Laudimij.ijdemque Mod.dicūt, quòd donec res non sit euicta, directus dominus debet habere Laudimium.d.§.22.nu.61.& latius.§.13.glo. 6. num. 3.vbi subijciunt,quòd non potest emptor prima facie refricare quæstionem dominij sui autoris,nisi in promptu habeat probationes contrarias,& tenetur dominus secuta euictione ad restitutionem pretij, quatenus factus est locupletior, & non vltra,d.§.22.nu.33.nisi a prin.sciret, aut scire deberet ex forma contractus venditionem rescindendā, vt si quis nomine alterius, rem alienam absque mandato vendidisset promittens ratificationem, nam tunc condicitur Laudimiū in solidum,non habita ratione,an conuersum sit, vel non in vtilitatem domini.d.§.55. nu. 22. quo casu, etiam dominus directus non habet intentionem fundatam.in consequutio-
9 ne Laudimij ante † ratificationem.§.23.num.38. Sed vide-
10 tur hoc etiam casu,quo cōtractus rescinditur deberi † laudimium,cùm valida à principio fuerit alienatio, & domino

fuerit

fuerit ius quæsitum, vt sup. dixi in pacto legis commissoriæ, q.27 & q.26. vbi si contractus à principio tenet, & agnatus reuocet iure proximitatis, vel prælationis, à primo emptore, tenetur eidem præstare omnem indemnitatem, & primus emptor tenetur soluere laudimium, etiam si agnatus emendo à primo venditore non teneretur laudimium soluere, vt quia descenderet à primo inuestito, nam ex quo à principio contractus fuit validus, domino est acquisitum ius laudimij, secus si primus contractus in irritum deduceretur. Bal. in l. si §. sed quia nostra. num. 4 C. com. de leg. vbi tractat, an rescindatur contractus, tanquam inualidus à principio, vel ex aliquo iure, vt ipse dicit translatiuo: exemplum ponit in ca. constitutus. de in integ. rest. vbi tex differentiã facit, an cõtractus irritetur, vel minor restituatur ad ius offerendi. Et ideo Senatus de anno 1572. 28. Ianuarij in causa Cortandoni, in qua agnatus auocabat feudum venditum, cum ex tenore inuestiturę esset alienabile facta oblatione, & saluo iure prælationis agnatis, & annus præterijsset, agnatis scientibus emptionem, & tacentibus: Censuit, eo quia legitimè facta nõ erat oblatio, agnatos post annum esse admittendos ad recuperationem feudi mediante pretio. sed quòd tenerẽtur releuare emptores à laudimio, cum emptio à principio fuisset licita, id est, cum consensu domini, & feudum ex sui natura esset alienabile, sicque contractus à principio teneret reuocabiliter tamen, Redoan. vbi supra §. ista autem circa fi. nu. 29. sed Aym. cons. 389. nu. 6. censet domino quidẽ esse debitum laudimium, sed esse restituendum per venditorem, etiam in casu euictionis, verum quatenus dicit de euictione, tutum non est per supra allegata. Quinimo, eo casu censebant aliqui ex dominis ex æquitate potius admittendos agnatos, quam mero iure, cum præscriptione anni vide-
11 rentur excluſi, quæ annalis præscriptio † currit etiam agnatis, alienatione facta in extraneum, quando alienatio à principio tenet, licet reuocabiliter, & feudum est alienabile, præuia oblatione, vel saluo iure prælationis. c. 1. §. porrò. qual. ol. feud. alien. pot. Mart. de Laud. in §. Titius. si de feu. def.

fuer.

fuer.controu.nu.23.verſ. aduerte. & in fi. Tiraq. de retract. lignag.§.j.glo.10.num.3. & ad propoſitum redeũdo, Calt. in d.§.ſed quia ver.dic,quod imo,conſiderat, an contractus fingatur retronullus,vel factus non fuiſſe,& alienatio reuocetur,vt ex tunc,vel non,vt primo caſu nõ debeatur laudimium,aliàs ſecus. Et idem videtur ſentire Alber.dum ſequitur diſtinctionem Petri, & paulò ante allegat aliquos tenere,quod Auocata re alienata per proximiorem non debeatur laudimium, ſed vbi venditio reſoluitur, & reducitur ad non cauſam,ſiue ipſo iure,ſiue reſciſoria, non deberi laudi-
12 mium,verius eſt vt in re vendita reſeruato † dominio, donec precium ſit ſolutũ.l.cum manus.§.nemo poteſt.de contrah.empt.Bal.in rub.C.eod.q 10.& 13.Afflict.deciſ.338.in
* princ.* Surd.deciſ.305.Gomez.var.reſol.lib.2.c.7. tit.de empt. & vend. num.31. Bocat.de pac.licita vel illic.pac.9. & in re feudali,quæ omnino vendi non poteſt,& ſi vendatur agnatus reuocat, idem ſi vendi poſſit ſeruatis ſeruandis, quæ in alienatione reperiantur defuiſſe, quia etiam eo caſu reſcinderetur contractus,vt ex tunc.Eccellentiſſimus Ozaſ. deciſ. 165.num.4 ſed vbi teneret venditio in feudo, vel re alienabili quæ reuocari poſſet, firmo manente primo contractu, iure prælationis, vel aliter debebitur laudimium, & ſecundus emptor tenebitur primum releuare, & ita videntur ſenſiſſe Moder.dicto §.22.num.40.& §.55.num.26. quamuis ipſi diſtinguant,an reſciſio ſit facta intra modicum vel longum tempus, ratione fructuum quos lucrari contingeret. Baldi diſtinctionem in d.§.ſed quia.ſequitur Tiraq. §.29.in prin. vbi etiam vnicum deberi laudimium, ex vno contractu in alium transfuſo aſſerit, & faciunt ad prædicta
13 quæ notant docto.de fructibus † conſumptis, an debeantur ante litem motam, contractu reſciſo, & videtur communis opinio. Quod ſi contractus reſcindatur ipſo iure, vel tanquam nullus,quod fructus debeantur, à die contractus, & occupationis,ſecus ſi reſcindatur ex aliqua cauſa,quæ inualidet contractum, qui à principio tenebat. Roma. conſi. 454.col.fi.num.27.vbi.dicit, quod cum titulus, ex quo quis

ſe tuetur,

se tuetur, reducitur ad non titulum, vel habet ortum à causa irrita, fructus omnino debentur. Rebuf. in tit. de rescis. contract. in proœmio. num. 4. Didac. lib. 1. variar. resolut. cap. 3. Itaque arguendo à simili, si initio, contractus sit vitiosus, & irritus, aut ex post irritetur ex primeua causa tanquam non subsistente, non debebitur laudimium, secus si ex causa extrinsecus, aut ex post superueniente.

SVMMARIVM.

1 *Proprietate sola vendita, vel cessa vsufructuario, an debeatur laudimium.*
Et quid inde vsufructu cum proprietate consolidato, nu. 2.
3 *Vsusfructus formalis cedi non potest alteri quam proprietario, commoditas autem sic.*

Quæstio XL.

1 AN si vendatur proprietas, † cùius vsusfructus sit penes alium, vel cedatur ipsimet vsufructuario, debeatur laudimium? Quòd sic. Imo. & Alexan. in l. vsusfructus. ff. solut. matr. Quid si vsusfructus
2 † consolidatus sit cum proprietate dicendum est, quòd per proprietarium, ratione consolidationis non debeatur laudimium, cum nouus non sit emphyteuta. Bart. in l. si proprietatis, de iure dot. Iacob. de Royd num. 37. Idem in quacunque alienatione vsusfructus, vt non debeatur laudimiũ, modo tamen non fiat in fraudem, censent Moder. §. 55. glo. 1. num. 12. sed contrarium videtur verius per ea, quæ supra dicta sunt. q. 34. de locatione, cum ius in re acquiratur: secus in venditione fructuum, & licet differentia constitui videatur in verbis, an vendantur fructus, vel vsusfructus, tamen diuersitas resultat ex iuris effectu, vt ibi tetigi, quod tñ intelligas, quando vassallus, seu emphyteuta in re obnoxia vsumfructum licitè constituit. Tiraq. de retractu lignag. §. 1. glo. 7.

8 glo.7.num.40 cum seq. cum alioquin vsusfructus † formalis cedi non possit alteri, quàm proprietario, bene tamen cedi potest commoditas. l.cum vsusfructus de vsufruc.§.fin.insti. eod.tit.Bal.cons.385.in hoc puncto.vol.4.

SVMMARIVM.

1 *Laudimium an debeatur de censibus, seu annuis redditibus constitutis de consensu domini directi super fundo vectigali si vendantur.*

Et an de prædio censu affectu habita ratione ad pretium constitutum in venditione, vel ad valorem totius, nu 2.

3 *Vectigali prædio seruitus aliqua imposita sine domini consensu ad dominum rediens, prædium ex antiqua causa liberum reddit.*

Et quid ex alia causa quàm antiqua, num.4.

Et quid si de consensu domini fuerit seruitus imposita, nu.5.

Quæstio XLI.

ANN de censibus, seu annuis redditibus constitutis de consensu domini directi, super fundo aliquo vectigali, si illi vendantur, aut alienentur, debeā-
1 tur † laudimia ipsi domino directo? Petr.Iacob. col.penu.vers.item si postea.tenet, quòd sic.idem Mar.decis. 477. Diuersæ tamen in hoc sunt consuetudines, vt apud Tiraquel. videre licet de retract.lignag.§.6. & vide, quæ supra dixi de subinfeudatione, & quæ tractant Moder.§.58. & ibi, nu.16. ponunt qaæstionem, si vassallus vendat prædium, qd minoris æstimatur propter censum, quo est affectum, an laudimium sit soluendum habito respectu ad pretium constitu-
2 tum, † vel ad valorem totius fundi? Et pro rata pretij deberi laudimium, concludit: quòd satis clarum est ex ijs, quæ suprà dixi, quæst.4. tum quia ex alienatione census, quando contingit alienari, debetur laudimium, & hoc idem sensit Tiraquell.vbi supra.n.8. Adde in proposito, quod si census,

† vel

3 † vel seruitus aliqua sit imposita prædio vectigali, sine domini consensu, quod si redeat ad dominum ex antiqua causa, scilicet iure dominij, quod libera redit ab omni nexu, & obligatione. §. quid ergo. de inuest. de re alie. fact. §. rursus. quib. mod. feud. amit. l. lex vectigali. de pig. Petr. Iacob. vers. item est notan. & in quæst. sed quid erit, si emphyteuta vendit secus si ad eum peruenit non ex antiqua, sed ex alia
4 causa, † vt puta voluntaria emptione, & non vti ad dominum feudi, sed vti quemlibet priuatum. Iacob. de S. Georg. in verbo. qui quidem inuestiti. num. 83. vers. item quæro de pulchra quæst. Bald. conf. 271. Masiolus. volum. 1. Mod. §. 13. glo. 5. num. 26. plures allegant remissiuè. Tiraquell. de retract. Lignag. §. 1. glo. 14. num. 112. & §. 34. gl. 1. num. 7. & de retract. conuention. §. 3. glo. vnica. num. 11. Natta,
5 consil. 328. in prin. cum † consensu autem domini imposita seruitus perpetuò durat. §. & si clientulus. & §. seq. de alie. feu.

SVMMARIVM.

1 *Cessione iuris, vel actionis ad feudum competentis facta non debetur laudimium.*

Et quid in venditione iuris redimendi retrouenditione sequuta. num. 2.

Et quid de supplemento pretij ex remedio. l. 2. C. de rescind. vend. num. 3.

4 *Laudimium debetur de omni iure, quod est consolidatum in persona vassalli, vel emphyteutæ, si in alium transferatur.*

Et quid in iure querendo. nu. 5.

6 *Renunciatio non est propriè contractus, & gabella si de contractu est soluenda de ea non debebitur.*

Quæstio XLII.

1 AN de cessione iuris, † & actionis ad feudum cõpetentis debeatur Laudimium? Quòd nõ Mod. §.23.nu.26.& seq.& 55.gl.3.nũ.4.vbi generaliter de vẽditione iuris ad rem, seu seruitutis prędialis non deberi Laudimium dicunt: debebitur tñ quandocunque emptor iuris integrè rẽ ipsam consequetur.& hoc est quod sentiunt ibidem Mod. post numerum 4. quod intelligendum est,vbi aliàs Laudimium esset debitum. & dum ponunt exemplum in venditione iuris redimendi, ex sola venditione illius iuris non deberi integrum Laudimum,
2 etiam retrouenditione † sequuta,refert fuisse iudicatum Io. Pap.lib.13.tit.2.Arrest.23. sentiendo tamen deberi ex venditione illius iuris,& ad ratam pretij: & in simili etiam si ex remedio.l.2.C.de rescin.vend.supleatur iustum pretium laudimium debebitur pro ea parte † pretij. Rebuf.in l.appellatione rei de verb.sign. Et quòd de iure redimendi debeatur Laudimium,facit, quia in venditione eiusdem iuris, locum habet retractus, & de eo censendum est, prout de re immobili,ad notata per Tiraquell.de retract lignag. §. 1.gl.7.nu.
3 31. quamuis hic diuersa videatur ratio cùm res manum non mutet: secus autem si crederetur, aut venderetur ius in re, puta ius percipiendi fructus, tale, quod constitueret ius in re, secundum distinctionem, quam supra posui in quæstione. de locatione. 34. Maior difficultas est in iure seruitutis rei feudalis,pro quo nihilominus Laudimium deberi censet
4 Mar.decis.608.par.1. & generaliter de omni iure † quod est consolidatum in persona vassalli, vel emphyteutæ, si illud alteri cedatur,& in alium trãsferatur,puto Laudimium deberi.Ang.cons.94.cum lis.col.pen.vers.videndum igitur restat est enim talis iurium remissio alienatio prohibita, sine consensu domini. Luc.de pen.in l.si quis in fin. C.de agric. & censit,lib.11.quod in cessione iuris quæsiti obtinet.in iu-

5 re autem quærendo † secus dicendum videtur. Tiraq in l.si vnquam.in verbo donatione largitus.num. 173. & 180. sed etiam in iure quærendo,illud alij quàm succesſuro,cedi non poteſt,ſine conſenſu domini. neque licet refutare ei ad quẽ feudum non erat recaſurum.c.1.de alien.feud.pater. & c.1. de eo qui fin.fec.agn.& ibi notatur. Neq; obſtat, quod Bal. dicit in rub. C. de pact.& in l. ſiue apud acta. C.de tranſact. col.2. quòd ſi de contractu debeatur gabella, non debetur
6 de ſimplici renunciatione, cùm renunciatio † propriè nõ ſit contractus: quia laudimium de omni alienatione debetur, niſi fiat in comprehenſum in prima inueſtitura iuxta notata ſupra quæſtione 12. bene tamen poſſet refutari ius nondũ prædio acquiſitum.

SVMMARIVM.

1 *Alienationibus de pluribus eodem anno factis non debentur plura laudimia.*

Et quid in mutationibus non neceſſarijs, ſed ex mera voluntate, & facto vaſſallorum, nu. 2.

3 *Laudimiorum multitudo ſequitur multitudinem traditionum.*

Quæſtio XLIII.

1 AN ſi eodem anno contingat fieri plures † alienationes, plura debeantur laudimia? Afflict.in c.1. col.12.verſ.& per hæc, quo temp.mil.in releuio, tenet,quòd non. Et pariter Moder.§.22.quæſtio. 38 num. 113. dum mouent hanc quæſtionem loquendo in
2 releuio, quod debetur ex mutationibus † neceſſarijs,& valde æquum putant,vt vnicum tantum debeatur: ſecus in mutationibus,quæ ex mera voluntate, & facto vaſſallorum contingerent: & de his principaliter nos tractamus. Propterea cum Ang.in l.ab emptione, de pac. dicendum eſt, quòd ad
3 multitudinem † traditionum,ſequitur multitudo laudimiorum.l.quicunque.C.de ſer. fugit.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Exhibere instrumentum venditionis, an emptorem cogere possit dominus, ad effectum soluendi laudimij.*
Et quid ad detegendam fraudem circa contractum, & fraudationem laudimiorum, nu.2.
Et an contra eum, qui alienauit agere, vt declaret cui, & quo titulo, num.3.
4 *Aedere titulum suum, an & quando quis cogi possit.*
5 *Citatio facta ad ostendendum iura sua, quę Baro, vel quis habet in castris nulla est, & quomodo procedat. nu.7.*
6 *L. cogi limitationes viginti remissiuè.*
8 *Emphyteuta tenetur ostendere domino titulum suum si habet.*
Idem in vassallo etiam contra tertium, nu.9.
Emphyteuta an declarare debeat rem emphyteuticam pro qua soluit. ibid.
Et quid si se iuramento purgauerit, nu.12.
10 *Emphyteutam aliquem esse si constet, nisi indicet rem omnia bona sua præsumuntur obnoxia.*
Et quid si aliqua consignauerit, ibid.
11 *Vassallus tenetur indicare domino, quid recognoscat, & dominus quantum.*
Et quid si probabilis sit dubitatio, & quibus præsumptionibus agendum. ibid.
Et super ijs sententiæ Senatus, nu.13.
14 *Recognoscere toties bona emphyteutica tenentur subditi quoties, & quandocunque dominus voluerit.*
Et quid si modico temporis interuallo ante requisitionem recognitio facta fuisset. nu.15. & nu.17.
16 *Recognitiones ad petendas congruum tempus in singulos decem annos videtur.*
18 *Subditus à domino petente canonem, si requirat titulum, vel rei obnoxiæ demonstrationem, quid iuris, remissiuè.*

Quæstio XLIV.

1 AN ad effectum consequendi laudimium ab emptore, possit dominus ipsum emptorem cogere, ad exibendum † instrumentum venditionis? Quod sic, via iudiciali, tenet Cassan. in d. tit. des censes. §. 1. verbo, amende. vers. sed iterum. & eadem ratione, poterit etiam dominus petere exhiberi instrumentum, vt detegatur fraus † circa contractus, & fraudationem laudimiorum, quod tamen ibi limitat Cassan. si constabit rem esse subiectam. Spec. in tit. de emphy. §. nunc aliqua. vers. 141. Ias. in l. 2. num. 175. C. de iur. emphy. & in prælud. num. 50. Pan. cons. 74. num. 1. vol. 1. Dec. cons. 61. col. 2. vers non obstant. Mod. §. 55. gl. 1. nu. 90. & §. 51. gl. 3. in prin. Iacob. Nouell. reg. 117. prima fallentia. Marin. Frec. lib 2. in 36. autor. Nec per hanc requisitionem exhibitionis instrumenti, censetur dominus sibi præiudicare in iure caducitatis. & idem Modern. §. 51. gl. 2. num. 2. & num. 8. dicunt, quod dominus nedum aduersus nouum acquisitorem habet actionem vt edat
3 titulum, sed etiam contra eum, † qui alienauit, vt declaret, cui, & quo titulo alienauerit, opponunt autem contra conclusionem supra firmatam de regula. l. cogi. ff. de petit hære.
4 quod nemo cogitur ostendere † titulum suum. per quã Doctor. post And. de Barru in l. 1. C. de conduc. & procur. lib. 11. inferunt, quod si Rex faciat citari Baronem ad ostenden
5 dum iura sua, quæ habet in castris, talis citatio † est nulla. Corn. cons. 315. col. 1. litera D. vol. 4. sed regulam illam. l.
6 cogi † limitat viginti modis, Afflic. in c. si autem. nu. 7. cum plurib. sequen. de controuer. inuestit. vbi inter alias limitationes dicit, quod si vassallus non negat feudũ, tenetur ostẽdere inuestituram, idem vbi dominus habet fundatam intentionem in iure, vt possit cogere, vt in octaua, & 14. limitationibus, procedit itaque dictum Andr. de Barru. vbi rex
7 non habet † intentionem fundatam ex simplici iurisdictione, & ille qui conuenitur, non confitetur se vassallum. Iaco.

de S. Georg. in verbo, dictique vassalli promiserunt recognoscere. num. 19. ver. vos potestis. allegat Bald. in l. 2. num. 7. C. quom. & quan. iud. Idem Bald. in c. 1. §. cum domino, in ver. nescire, de notis feud. & in l. si legatum. ff. de eden. vbi
8 dicit, quod qui possidet vt emphyteuta, † tenetur ostendere titulum si habet penes se. Paris de Put. in c. 128. an vassallus. & c. 50. pone, quod est, nu. 9. & c. 19. sequitur, de finib. feud. vbi plus censet cogendum vassallum ad exhibitionem tituli
9 domino faciendam † contra tertium. Insuper non solùm titulum exhibere emphyteuta tenetur, sed etiam declarare rem, pro qua soluit. Euerar. in loco ab emphyteusi ad feudū. vers. 7. Aym. cons. 276. num. 2. Bellò. cons. 10. num. 5. Purpur. cons. 146. quod etiam sentit Sylua. de feud. recognit. q. 89. Monta. de feud. lib. 2. c. 5. & vbi constat aliquem esse emphy-
10 teutam, † nisi indicet rem, pro qua est obligatus. omnia bona præsumuntur obnoxia. Spec. d. §. nunc aliqua. vers. 62. Ias. in l. 2. nu. 175. C. de iur. emphy. Soc. cons. 167. col. 6. vol. 2. vers. circa quartam. vbi dicit, quod consignatis aliquibus, si dominus dicit esse plura, probare debet. & ita limitatur dictum Spec. quod videtur esse de intentione Brun. consil.
11 211. vol. 2. & cons. 116. col. fin. vbi dicit, quod vassallus † teneturind icare domino, quid recognoscat, & dominus quantum. Et si probabilis sit dubitatio, præsumptionibus agendum erit de quibus per Ardiz. in 2. part primæ part. tit. quid si dubitetur. Bur. cons. 49. nu. 10. & seq. Alciat. de præsumpt. reg. 2 præsumpt. 3. in 3. fallen. Et quod emphyteuta teneatur declarare rem, pro qua soluit. Bal. cons. 225. vol. 1. nisi
12 † purget se iuramento, vt in constit. Sicil. fol. 109. lin. 71. & 223. 75. & in causa Virlarū. 1571. 21. Iunij, factis proclamationibus ad instantiam Dominorum in genere de consignando, dum homines requirerent, quod domini specificarent pro quib. bonis peterent cōsignationem, cùm essent diuersi generis bona, & homines offerrent dare listas omnium bonorum, quæ possidebant, ad effectū, vt domini declararent, quæ bona prætenderent obnoxia, dicentes se esse in iusta ignorantia, cū successissent in ius alterius. Nat. cons. 7. nu. 8.

& consi.514.nu.38.Rolan.consi.66. num.8. vol.4. Senatus
13 † censuit, non teneri dominos specificare, sed quod homines ipsi consignarent quæ,& qualia tenerent obnoxia, & si domini agerent post modum ad caducitatem non consignatorum, quod tunc Senatus videret, qui essent in probabili ignorantia,vel non.adde ad materiam Afflict.in c.1.nu.16. cum multis sequen.de controuer.inter mascul. & fœm.& in §. illud quoque.nu.28.de prohibit.feud. alienat. per Feder. Iasi in prælud.feudor.num.50.Brun.consi.127.in 9.consideratione.volum.2.Et de anno 1573.17. Iulij, in causa Noni, Senatus censuit,subditos teneri ad specificandum bona ob noxia cum debituris, de quibus vbi dicerent se non habere notitiam,ex aliqua iusta causa, puta quia successissent in ius alterius,& id affirmarent cum iuramento, quod tenerentur nihilominus indicare,à quibus, & quomodo, bona habuerint,& fidem facere de eorum titulis, quo facto, vbi consignarent illegitimè,saluum esset ius dominis, agendi ad caducitatem,& pœnas impositas,vbi dolosè versati essent. Et
14 toties tenentur subditi,& emphyteutæ bona obnoxia † recognoscere, quoties, & quandocunque dominus voluerit. allegatur Bald. in l. plures apochis causa fi. C. de fid. instr. licet simpliciter, & indistinctè loquatur. Iacobi. in verbo, Dictique vassalli promiserunt recognoscere.num.1. Guido Pap.q.417.vbi dicit toties quoties.Sylua.de feu.recogn.ca.
15 21.vbi tamen subditi modico † temporis interuallo decurso,ante requisitionem recognouissent,nec domini probabiliter interesset,quod denuò recognoscerent,frustratoria vi-
16 deretur talis requisitio,† & congruum tempus ad petendas recognitiones videtur esse in singulos decem annos.§. nobis autem. de pac. constan. Quinètiam, vbi domini interesset
17 denuò recognosci rem paulò ante † recognitam, expensis domini recognitio facienda esset, prout de anno 1567. 15. April. In causa Abbatis,& hominum Ripaltæ Senatus censuit. Dum Abbas requireret consignationem ab emphyteutis, qui prædecessori recognouerant ante triennium, cum modernus Abbas diceret sua interesse, quia successor, Dixit

Senatus

Senatus teneri emphyteutas iteratò recognoscere erga successorẽ, expensis tamen Abbatis, ne emphyteutæ grauarentur tot iteratis recognitionibus; & hoc, nisi quo ad eos, qui reperirentur antea minus legitimè consignasse, aut nisi emphyteutæ vellent sibi leuari instrumenta, sumptibus moderatis. Marin. Frec. lib. 2. in 17. autor. vbi quid econtra si a domino petente canonem subditus † requirat titulum vel rei obnoxiæ demonstrationem. 18

SVMMARIVM.

1 *Emphyteutica vel feudalis res an pro laudimijs, & alijs iuribus directi domini sit. & nu. 12. & an hypothecata pro canone. sub num. 13. et 21. et 23.*

2 *Hypothecaria competit domino pro canone præterito aduersus tertium possessorem. et an pro laudimio debito per alios quam nouum emptorem. nu. 4.*

3 *Laudimij ius reale est et transit ad quemcunque res transeat.*

5 *Hypotheca non inducitur tacitè nisi in certis casibus a lege expressis.*

6 *Pignus rei suæ consistere non potest.*

7 *Emphyteutica res ratione vtilis dominij ex conuentione partium expressè obligari potest.*

8 *Tributarium prædium pro tributo est hypothecatum, et sub numero. 12.*

9 *Interest domini ne res alienetur eo irrequisito.*

10 *Emphyteutica pro re alienata quam habeat dominus directus actionem contra tertium possessorem: et quid si propter non solutam pensionem res fiat caduca. num. 16.*

11 *Fructus rei emphyteuticæ an pro pensione debita sint hypothecati.*

13 *Functiones præstare tenetur venditor si emptor non sit idoneus.*

14 *Onera præterita ab eo non debentur qui emit à domino.*

15 *Censu pro debito super re vel ex re, bona sunt hypothecata.*

17 *Tributorum pro solutione prius conuenitur possessor quam debitor, et qua actione. ibid.*

18 *Collectarum pro solutione quando bona registrata censeantur obligata, & sub nu. 20.*

Et quando contra singularem, vel nouum successorem agi possit. ibid. & nu. 21.

19 *Registratione ex sola indeterminatè facta non oriri hypothecam sequutus est Senatus. & nu. seq.*

22 *Pensiones, collectæ, census, & decimæ onera dicuntur realia.*

24 *Ecclesia an & quando teneatur ad collectas certam, & determinatam præstationem habentes.*

25 *Personalis actio licet non competit contra nouum possessorem, datur tamen hypothecaria, & rei vendicatio.*

26 *Canonem soluere cessans potest conueniri possessorio reintegrãdę.*

Quæstio XLV.

1 AN res emphyteutica, † vel feudalis pro Laudimijs, & alijs iuribus directi domini sit hypotecata? videtur. quòd sic. ad Bald. in authen. si quas ruinas. col. pen. versic. sed vltra omnes. C. de sacrosan. eccle. qui dicit, quòd pro censu est hypothecata res emphyteutica, per text. in §. scire autem. de non alien. Afflic. decis. 95. vbi latè disserit, & concludit pro canone præterito

2 competere domino hypotecariam † aduersus tertium possessorem. Moder. §. 53. glo. 1. nu. 18. & seq & §. 52. glo. 1. nu. 139. vbi de Laudimio idem dicunt, quod de censu, vt res sit hypotecata. & facit, quod notat Cassan. in tit. des censes §.

3 1. num. 9. dum dicit, quòd istud ius † laudimij est reale. Riminal. cons. 1. num. 57. ex eo, quòd onus laudimij concernit res, infert transire debere ad quemcunque res transeant, &

4 hypothecaria posse agi pro laudimio debito per alios, † quã nouum emptorem, firmat Io. Pap. lib. 11. arrest. 4. In contrarium facit, quia hoc iure non reperitur expressum. & hypo-

5 teca † tacitè non inducitur, nisi in certis casib. à lege expressis. vt in tit. ff. & Cod. in quib. caus. pign. vel hypo. tac. contrah. & ita arguit Bar. in l. Lucius. de alim. & cib. legat. Se-

6 cundò facit regula, quòd rei suę pignus † consistere non po-

test.

test.l.neque pignus.ff de regul.iur.l.si rem alienam.secunda, ff. de pignorat. act. vnde nō poterit esse domino directo re emphyteutica hypotecata, sed ista ratio nō benè concludit'
7 quia vtile dominium non est domini,cuius ratione † res emphyteutica ex conuentione partium expresse obligari potest:& subsistit hypoteca, vbi expresse reperitur appolita,vt per Alexan.& Imol. in loco infrà proximè allegando.& regula l.Neque pignus.fallit,vbi alius rem domini possideret, & in ea ius haberet. Bar.in l.si aliquam.de acqui.possess.notatur per Dec.& Cagnol.in d.l.neque pignus. Tertiò, contra Bal.tenet Bart.in l.fin.C.de iur emphyt. Angel. in l.vniuersas.C.ne rei dominic.vbi diuersum dicit in prædio tributario,
8 † quod pro tributo est hypotecatum, quia ita reperitur expresse à lege cautum. l. prima. C. si propt. publ. pensitat. & notatur in l.fi.C.sin.cens.vel reliq. Anto.de Butr. & Imo. in c.potuit.extra loca.in gl.tertia, in quibus locis Doctores præfati tractantes de alienatione rei emphyteuticæ,dicunt,
9 Quòd domini † interest,ne alienetur eo irrequisito,quia cō-
10 tra tertium possessorem non habet † aliam actionem,quàm rei vendicationem,suprà tetigi quæst.decimatertia , & Baldum impugnat Alex. post Imol. in l. quod dicitur. colum 9. num. 15.vers.& sic expeditum patet.de verb.oblig.& ita tenet Negusan.in tractat.de pignor. in 4 part.2. part.prin.nu. 127.& doctores omnes suprascripti.& Ias. in l. prima.num. 70.C.de iur.emphyt.affirmant,quòd tex.in §.scire.non probat id,ad quod per Bald.allegatur,& re vera tex.ille non videtur probare:dum enim dicit obligatas esse res emphyteutæ, se refert ad deteriorationem datam in re emphytentica, neque dicit de re emphyteutica,sed simpliciter de rebus emphyteutæ. posset etiam intelligi de rebus inuectis in prædiū emphyteuticum.l.secunda.ff.in quib.caus. pignus tac. contrahat. & sic nulla erit specialitas in re ecclesiastica. Et hoc casu posse procedere opinionem Baldi dicit Negusan. hoc idem videtur innuere idem Bald. in l.certi iuris.in 5.quæst.
11 C. locat. bene tamen fructus † rei emphyteuticæ pro pensione erunt hypothecati,nedum pendentes,sed etiam à solo

separa-

separati.l.in prędijs.ff.in quibus cauſ.pign.quod intelligendum videtur ſubſiſtente actione perſonali, & poſtquam emphyteuta ſe recognouit, vt pares ſint termini. Ego autem
12 Baldi opinionem amplector,† quàm etiam Moder. vbi ſuprà comprobant,pro qua facit l. murileguli. & ibi Ioan. de Plat.C.de Murileg.l.inter debitorem.de pact. vbi gl.notat: quòd ſi emptor idoneus non ſit, venditor nihilominus ad
13 functiones † tenetur.l.Imperatores. de publican. & d.l.fin. C.ſine cenſ.vel reliq. & in dictis locis Doctores notãt, quòd pro cenſibus,& tributis, bona ſunt hypothecata, idem dico in canone, licet multi conentur date rationes diuerſitatis, & ibi etiam habetur,quòd qui emit à Domino, non tenetur
14 ad onera † præterita.Io.de Plat.in l.fi.C.de iur.haſt.fiſc.lib. 10.alioquin tenebitur pro cenſu præterito, etiam non facta excuſſione contra venditorem.l.cùm poſſeſſor.§ fin.de cenſib.Aret. conſil.105. Aymo conſ.217.num.6. qui dicunt id
15 procedere, quotieſcunque cenſus † eſt debitus ſuper re, vel ex re,aliàs ſecus.per l.moſchis. de iure fiſci. & l.primam.C. de conuen.fiſci deb.lib.10.l.2.C.de debit.Ciuita.li.11.Habet etiam dominus rei vendicationem, ſi propter non ſolu-
16 tam penſionem † res fiat caduca,& ita intelligitur,quod no-
17 tat Barto.in d.l.moſchis.de iur.fiſc.quòd in tributis † prius conuenitur poſſeſſor,quàm debitor,actione videlicet hypothecaria,vel in rem.Afflic.d.deciſ.95.num.3.& addi poteſt,
18 quod etiam pro collectis † bona regiſtrata cenſentur obligata,quando habent certam, & determinatam præſtationẽ. Dec.conſ.286.verſic.5.Neguſan.vbi ſuprà.num.126. Egid. Boſſ.in tit.de Princip.num.103.& tit de fiſc.num.26. & facit,quòd notat Petr.Gerard.ſingul.10.verſ.prædicta procedunt, & quod notatur. in l. apud Iulianum.§. hæres. de leg. primo. Rip in l.prima.§.ſi hęres.ff.ad Trebel.colum.3.& ſequen.vbi quando contra ſingularem ſucceſſorem agi poſſit. Brun.conſ.94 & 103. in fin. vbi ſecus dicit ſi non ſint æſtimata pro certo,& perpetuo onere,ſed indeterminatè, quod tamen in d.l.Imperatores.Caſtren.intelligit,niſi poſt impoſitionem collectarum, & intimationem ſeu denunciationẽ collectæ.

collectæ. Nat. conſ. 71. in fin. vbi dicit oriri hypothecam à tempore impoſitionis, etiam ante denunciationem. Et ex ſo
19 la regiſtratione † indeterminatè facta non oriri hypothecã ſæpè ſecutus eſt Senatus noſter, & nouiſſimè de anno 1565. 17. Decembris, in cauſa Communitatis Foſſani, & dominorum de Penſa. in qua ſcriptum habetur apud Aymo. conſil. 872. Et aliàs in cauſa Dominæ Angelę Centorię, & particularium Tronzani: In quibus etiam cauſis fuit deciſum, quòd pro collectis præteritis, non poſſet agi aduerſus nouum poſ-
20 ſeſſorem, † quando communitati poſſet imputari negligentia, aut aliquid, propter quod non fuiſſet actum aduerſus antiquum poſſeſſorem, & propterea ex noua exactione læderetur modernus poſſeſſor. Et cùm tempore belli, & occupationis bonorum, communitas nihil petijſſet ab occupatoribus, fuit dictum non teneri pro eo tempore D. Angelam. pro qua deciſione videtur tex. in l. fin. C. de cenſib. lib. 11. licet illum tex. reſtringant Luc. de Pen. & alij. facit Rot. deciſ. 25. in antiq. & in omnem euentum æquitas ſuadet, vt prius excutiatur is, qui fructus percepit tempore decurſi oneris, quàm nouus poſſeſſor. Aret. d. conſ. 105. Gig. de penſion. q. 43. & videtur eſſe de mente Caſtrenſ. Non datur igitur hypotheca pro bonis regiſtratis, vbi adeſt ſimplex regiſtratio, ſed vbi adeſt regiſtratio cum ſubmiſſione bonorum pro collectis, ſatis patet bona eſſe affecta, & hypothecata, etiã pro quibuſcunque collectis incertis. Barba. conſil. 1. volum. 3. Aymo dict. conſ. 217. num. 4. In propoſito igitur, cum certa penſio debeatur pro re emphyteutica nimirum ſi res ipſa
21 erit oneri hypothecę † affecta. Et faciunt, quæ not. Gig. de penſion. quæſt. 39 & ſeq. vbi parificat penſiones, collectas,
22 cenſus, & decimas, quas dicit eſſe onus † reale, & ſequi rem ad quemcunque tranſeant, & idẽ quæſt. 44 & 51. ſed quamuis Bald. opinio procedat, non videtur inferendum, quòd pro laudimio ſit emphyteuſis hypothecata, cùm cenſus habeat certam, & determinatam quotannis præſtationem, laudimium autem ſit quodam emolumentum incertum, & indeterminatum: à communi tamen, quòd detur hypotheca,

non

23 non est † recedendum, neque diuersitatis valida forte ratio reddi posset, nisi quòd certa præstatio magis suboleat naturam tributi, & propterea ad collectas certam, & indeter-
24 minatam habentes præstationem, tenetur etiam † Ecclesia. secundum Ang. cons. 24. Ecclesia. quod quomodo procedat, declarat Ruy. consil. 111. num. 1. & 12. vol. 5. sed vbi de instrumento emphyteusis apparet, cùm in instrumentis quibuscunque hodie hypotheca soleat apponi generica pro obseruatione omnium tam ratione laudimij, quàm census, dabitur hypotheca, quæ transit cum re ipsa ad quoscunque, vt de canone dicit Paris de Put. in c. 46. pone, quia rusticus. nu. 14. Aymo, vbi supra. & idem de laudimio si clausula sit latè concepta. Alex. cons. 173. vol. 2. Neq; officit, quòd Docto-
25 res dicunt. in c. potuit, quòd videlicet contra nouum † possessorem, non competat personalis actio, quia licet contra eum illa non competat, dabitur tamen hypothecaria, & rei vendicatio, prout pulchrè declarat Cast. in d. l. Imperatores. & ita procedit etiam dictum Bar. in l. fin. qui nil de hypotheca loquitur. Competit quoque remedium possessorium
26 reintegrandæ, contra cessantem soluere † canonem, seu censum. de quo per Rom. cons. 311. & de hoc vide notata in c. querelam. de elect. Gig. de pension. quæst. 47.

SVMMARIVM.

1 *Liberorum duodecim immunitatis priuilegium, an excuset à solutione laudimij.*
Et opinio authoris. num. 3.
2 *Laudimij onus merè reale, seu patrimoniale censetur.*

Quæ-

Quæstio XLVI.

1 AN habens priuilegium † immunitatis duodecim liberorum excusetur à solutione laudimij? Mouet hanc quæstionem Alex. cons. 123. in 2. dubio. volum. 5. & decidit, quod non, cùm non sit publicum munus, & quia onus laudimij censetur merè reale,
2 † seu patrimoniale, à quo numerus liberorum non excusat. l. his onerib. in prin. l. sunt munera. de vacat. muner. vbi glo. & l. semper. 5. demonstratur. de iure immun. Natta cons. 508. num. 15. vol. 3. Didac. in epito. 2. part. decretal. c. 8. in princ.
3 quæ opinio mihi semper visa † fuit verior in oneribus merè realibus, communis autem procedit in patrimonialibus mixtis.

SVMMARIVM.

1 *Laudimij iuri præscribitur triginta, vel quadraginta annis etiam sine titulo.*
Et quomodo procedat. ibid. & nu. 4.
Et quid contra Principem. nu. 7.
2 *Possessa res vti libera quando dicatur, remissiuè, & nu. 3.*
5 *Præscriptio libertatis soluendi laudimium, an inducatur per centum annos si casus non euenerit solutionis.*
Et quid si aliquando casus euenerit. nu. 6.
Et quibus alijs modis inducatur. ibid.

Quæstio XLVII.

1 IVri soluendi laudimia, an præscribatur? Quòd sic, triginta, vel quadraginta † annis, etiam sine tit. Guid. Pap. cons. 213. num. 6. vbi dicit procedere præscriptionem, si res tanto tempore fuerit bona fide possessa, vt libera. Paris de Put. in c. 170. an in tertiarijs, in princ. de quarta Episcopo debita, est text. in c.

de

de quarta,& ibi Canon. de præscript. vbi plura in proposito
2 huius quæstionis, & quomodo res dicatur possessa † tanquã libera. Quod si quis fateretur rem feudalem,vel emphyteuticam,& vti talem possedisset, licet laudimium non soluisset: non propterea diceretur, eueniente casu alienationis
3 possessa vti libera, † à solutione laudimij: nisi totiesfuisset alienata cum consensu domini, sine solutione laudimij, vt
4 diceretur inducta consuetudo, & interueniente † tempore habili,præscriptio ad Pano. in c.ad audientiam.num.17. de præscript.& ibi Imo.Aymo cons. 111.num.3.& 21.cum seq. si tamen res possessa fuisset etiam per centum annos, & non euenisset casus solutionis laudimij, vt quia tanto tempore non fuisset alienata in extraneum, nõ diceretur inducta ali-
5 qua præscriptio † libertatis nõ soluendi laudimium,c.sancimus.de feud.fin.culp.non amitt.Fely.in c.cum accessissent. col.10.nu.25.ver.hanc regulam,de constit.& ibi Dec.Balb. de præscript.in quarta parte.5. part. quæst. 1. & aliquot. se-
6 quen.Port.lib.3.conclus.33. Et licet aliquando † casus euenisset præscriptio procederet in præteritum, & quo ad casum qui euenit, secus in futurum. Balb.in 4. par.q.4. nisi facta esset interpellatio,& subsecuta negatio.ad not.per Cur. in cap fin.de consuetud. in 6.& 7. requisito. Aymo de antiquita.tempor. par.4. vers.materia ista.num.99. & vers.sequ. circa præmissa. num. 38. aut nisi multiplicati actus interueniissent:vt supra per Panor. & Imol.& quia lata est materia, ad dicta loca erit recurrendum, & ad notata in l.quominus. de fluminib.Rip.in cap.cum ecclesia.de cauf.possess.Gig.de
7 pensio.q.83.Et contra Principem † etiam pro laudimijs de cursi procedit præscriptio quadraginta annorum. Guid. Pap.quæst.416.

SVMMARIVM.

1 *Iuri accrescendi non, sed iuri decrescendi locus est in laudimijs.*

Quæ-

Quæst. XLVIII.

1 AN in Laudimijs sit locus iuri † accrescẽdi? Quòd non, habetur in l & proculo. de leg. 2. Modern. §.55 glo.4. num. 37. bene tamen habebit locum ius non decrescendi, vt ibi per eos, qui allegant notata in l.si mihi & Titio.ff.de verb. obli.

SVMMARIVM.

1 *Fraus circa laudimiorum solutionem quomodo committatur.*
2 *Simulationis contractuum materia latè patet, & vbi tractetur à Doctoribus.*
3 *Fraus de re ad rem qualiter committitur exemplificatur.*
4 *Fraus de persona ad personam committitur, vt ib.*
5 *Fraus de contractu ad contractum admodum frequens est: & qualiter committitur. ibidem.*
6 *Plus valere, quod agitur, quàm quod, &c. regula, in quibus contractibus procedat.*
7 *Fraus in mutuo qualiter deprehendatur.*
8 *Fraus in modo contractus vt fiat.*
9 *Fraus de quantitate ad quantitatem, quomodo fiat.*
10 *Fraus in tempore, vt si quis mutuet granum rusticis tempore vbertatis recepturus tempore caristiæ.*
11 *Fraus mixtim ex diuersis contractibus, quomodo fiat.*

Quæstio XLIX.

1 QVomodo committatur fraus † circa laudimiorũ solutionem? Posset hic cumulari materia simu-
2 lationis contractuum, quæ latè † patet, & de qua per Barto. & alios in l. post contractum. de donat. in l. multum. C. si quis alt. vel sibi. toto tit. C. plus valere quod agit. quàm quod simul. concip. Cępo. in tract. simular. Contract. Afflict. in cap. 1. de feu. dat. in vic. leg. commissor.

& ibi

& ibi num 48. recitat vndecim modos fraudis. Idem Afflic. in tract. prothomis §. 4. nisi quis. versi. sciendum. Tiraquel. de retract. lignag. In diuersis locis, & de retract. conuentio. in proœm. nu. 123. centum vigintitres præsumptiones doli enumerat. Lucas de pen. in l. quemadmodum. C. de agri. & censit. lib. 11. quarum tamen non multæ proposito nostro conueniunt. Nec commodè dari potest certa norma, cum multiplices sint hominum præsertim rusticorum versutiæ, qui dominos directos, totis viribus suis, fraudare nituntur: vt dicit Paris de Put. c. 296. facta est concessio. in fi. verum placet, quòd ad rem nostram facit distinctio Iacobi. in tracta. de Roydis. nume. 36. qui ponit aliquos modos, quibus fraus committitur, quos tãgam omissis alijs per Afflict. narratis Primò, de re † ad rem: exempla ponit in l. sed Iulianus. §. mutui. ff. ad Macedon. vbi senatusconsultum prohibet pecuniam filiofamilias mutuari, idem in alijs speciebus quæ functionem recipiunt in genere suo, si ad eum effectum mutuò dentur, vt illis distractis, filiusfamilias pecunia vteretur, allegat. l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 11. dat etiá ipse exemplum, si prohibitum sit extrahi frumentum extra territorium, vt pari ratione prohibeatur extrahi farina, vbi fieret fraus, licet frumentum, & farina sint diuersa. De re ad rem, fraudem faciunt subditi mei Lombriascenses, quorum bona omnia sunt obnoxia tertijs venditionibus præter quasdam domos prope castrum existentes intra mœnia loci: nã emere volentes agrum, emunt vnam ex illis domibus, quæ sunt ab huiusmodi nexu tertiariæ liberæ, quam deinde permutant cum alio prædio venditoris, nulla quò ad prædium obnoxium habita mentione pretij: fraus detegitur euidens, tum ex qualitate contractus, tum ratione pretij rerum, tum demum ex vicinitate cõtractuũ, atque ex alijs coniecturis, quas res ipsa diligenter inspecta indicabit. Secundò, fraus
4 fit de persona † ad personam, vt quando persona aliqua est prohibita contrahere, alia supponitur loco prohibitæ. l. si sponsus. in princip. de donat. inter vir. & vxor. l. hac edictali. §. 1. versi. omni conscriptione. C. de secun. nupt. Idem, si non

mute-

mutetur persona, sed nomen ipsum l. eum qui probabilem. C. de episc. & cler. gl. in l. j. C. de priuileg. schol. lib. 12. Ter-
5 tiò, fraus fit, & quidem persepe, de contractu † ad contractū vt quando est reuera contractus venditionis, scribi faciunt Mutui, donationis, cessionis, locationis, hypothecæ, aut alterius generis contractus nomen. c. imperialem §. callidis. de prohib. feud. alien. per Fed. & hic locum sibi vendicat regu-
6 la, plus † valere quod agitur, quam quod simulatè concipitur. allegatur d. l. si sponsus. §. circa. de donation. inter vir. & vxo. Paris. de Put. in c. 234 Rex. conc essit baroni. Dec. cons. 160. num. 2. & dictum est supra de permutatione quæstio. 28.
7 & in mutuo † facilè fraus deprehenditur, quando mutuans fructus prædij hypotecati percipit, & in proprios, vsus conuertit, cum eo prætextu suos facere non possit: prout generaliter, nec ratione simplicis hypotecæ possidens facit fructus suos, idcirco fraudis viget præsumptio. Item si quis tenetur relinquere post mortem certam portionem bonorum domino, alienatio facta per eum titulo lucratiuo censetur fraudulenta. l. fi. ff. si quis in fraud. patr. Alex. consil. 55. in princip. volum. 1. Idem, si res pignoretur pretio æquiualenti, & iusto. Præsumptio enim est, quòd fiat absque spe alicuius luitionis, & suppositum sit nomen hypotecæ loco venditionis, ad l. qui habebat. de leg. tertio. & dixi supra versi. an si res pignoretur. quæstio. 33. Idem, si is, cui prædium pignori datum est, fructus percipiat, salua principali pecunia, vel aliter. prout not. in l. post contractum. de donatio.
8 Hic non incongruè subnecti potest, si in modo † contractus fraus fiat, vt si mulier prohibita fideiubere, principalem se debitricem constituat. l. quamuis. §. si cum essent. ff.
9 ad Velley. Quarto, fit fraus de † quantitate ad quantitatem, vt in l. si libertus. de iur. patron. Paris de Put. in cap. 287. feudatarius. num. 6. vbi dicit, quod ex qualitate pretij, præsumitur fraus. Hic satis commodè adaptari possunt quotidianæ fraudes, minorem summam facientium scribi in instrumento, quàm reuera prædium venditum sit, quod etiam præsumitur, si dominus maius pretium solutum probet.

quàm in instrumento scriptum sit. Moder. §. 55. glo. 5. num.
10 2. & sequenti. Quintò, fit quoque fraus in † tempore, & allegatur. l. filię meæ. ff. solut. matr. glo. in l. nulli. C. de erog. milit. ann. lib. 12. quæ dicit de quodam Alberto Calui, qui mutuabat granum rusticis, tempore vbertatis, & nunquam illud curabat recipere, nisi tempore caristiæ. Sextò, fraus cõmittit
11 in casibus suprascriptis, mixtim † vel pro parte, vt si emptor constituat pretium centum aureorum, & alios centũ aureos statim donet sub commemoratione, etiam meritorum, quæ alioquin non probentur, nam, & pretij, & summæ donatæ habebitur ratio in solutione laudimij, quoniam censebitur donata summa in fraudem domini, id quod ex vero valore pretij deprehendetur. Tiraquel. de retractu lignag. §. 1. glos. 18. num. 19. ad glo. in l. 1. §. 1. in verbo agendo. vbi etiã Bart. de superfic. Moder. in §. 13. glo. 5. nu. 52. & dixi supra de permutatione, quæst. 28. & de donatione. q. 30.

SVMMARIVM.

1 *Subditi fraudem committentes in contractibus qua pęna puniantur.*
2 *Fraudem committens rem ipsam amittit.*
3 *Quadrupli pęna quando locum habeat, remissiuè.*
4 *Pęnæ minimè extendendæ, aut multiplicandæ.*

Quæstio L.

1 QVæro, qua pęna subditi † puniantur fraudem cõmittentes in contractibus, vt dominos priuent commodo iuris laudimiorum integrè, vel pro parte? Iacob. vbi supra, num. 36. dicit, quòd puniuntur pœna priuationis feudi, vel saltem puniuntur in quadruplum, pro primo allegatur text. in §. callidis. de prohib. feud. alien. per Fed. sed ille text. loquitur, quando fraus committitur circa alienationem, vt quando vendere, aut alienare nequeunt, sub imaginario titulo infeudationis, vel

aliter

aliter alienant, recipiendo pretium centum aureorũ, quod erat quingentorum, sed non probat ille text. quòd alienando in casu licito, si fraus interueniat in pretio, res cadat in commissum, sed melius id probatur. in l. fin. C. de iur. emph. vbi Bald. num. 13. Ias. num. 21. Guid. de Suza. in tract. emphyt. num. 54. Guid. Pap. decis. 171. in fin. Gozad. consil. 46.
* num. 7. *Boer. cons. 52. num. fina. & generaliter, quòd com-
2 mittens † fraudem, rem ipsam amittat, Paris de Put. in cap. 191. an si rusticus, qui tenet, vbi de eo, qui vendidit saluo cõsensu domini, & redditu, qui ei debetur, non aliter exprimendo redditum in fraudem domini. Marc. decis. 573. vbi de eo, qui fraudem committit de vno contractu ad alĩ. Quoad secundum, quòd puniantur in quadruplum allegat. l. qui in contractibus. C. de iur. fisc. lib. 10. quamuis etiam posset dici, quòd illud est ius singulare, prout ibi Docto. dicunt, & propterea non esset extra terminos extendendum, iuxta illud, quod lex non loquitur, nec nos dicere debemus. loquitur autem lex illa in casu, quo quis procurat interuer-
3 tere res fisco incorporatas: & pœna † quadrupli, quando locum habeat. notatur. in §. quadrupli. institutio. de actio.
4 vbi non est enumeratus casus noster. Nec sunt pœnæ † extendendæ, aut multiplicandæ. cap. odia. de reg. iur. in 6. cum cæteris vulgaribus.

SVMMARIVM.

1 *Laicorum statuta circa laudimia, an procedant in foro ecclesiæ.*
2 *Ecclesiasticas personas, an & quando ligent statuta laicorum remissiuè.*
3 *Clericus an pro laudimijs possit coram laico iudice conueniri, numero 5.*
Et quid si conduxerit vectigalia, num. 4.

Quæstio LI.

1 AN statuta laicorum† circa laudimia habeant locum in foro ecclesiæ, & ligent clericos? Quòd sic: nisi aliter per canones, speciales suas cõsuetudines, aut ecclesiasticas sanctiones reperiatur dispositum. Fulg. consil. 6. allegat notata in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & ibi Felyn. Barb. Deci, & canonistæ omnes generaliter tractant, an & quando statuta laicorum li-
2 gent† ecclesiasticas personas. Pan in c. cęterum. nu. 6. de iud.
3 & an pro laudimijs clericus† possit coram laico conueniri, l. cum aliquid, & l. si qui, C. vbi cauſ. fisc. & ibi Alber. & Cast. notant, quòd ratione causæ conuenitur quis coram non suo iudice, & propterea dicunt posse conueniri laicum conductorem rerum ecclesiasticarum coram Episcopo: Ediuersò
4 si clericus conducat ipse† vectigalia, coram laico non poterit conueniri. Vasq. lib. 1. §. 10. l. quoniam in prioribus. num. 648. vers. quo casu, sed cum hic non reperiatur exceptuatus casus, firma manebit regula, quòd pro consequutione laudimij,† clericus coram suo iudice conueniendus erit. Poterit tamen laicus cogere ecclesiasticum, vt soluat laudimiũ, aut aliter sibi prouidere, antequam suum ponat assensum missioni in possessionem, item prohibere, ne subditi in Ecclesiam, & manum mortuam alienent, prout dixi. quæst. 13.

Finis Quæstionum.

IN.

INDEX QVÆSTIONVM TITVLI,

Quis sit iudex in causa feudi.

VIS sit iudex inter dominum, & vassallum.
Pares curiæ qui sint; num. 3.
In eorum defectum, ad quem sit recurrendum. num. 10.
Vassallorum quis sit iudex. nu. 13.
Si feudum negetur, sub nu. 14.
Si diuersi dicantur domini. sub nu. 16.
Si ijdem superiorem non recognoscant. sub nu. 17.
Negl. gente domino iustitiam ministrare, ad quem sit recurrendum. sub nu. 18.
Vassalli an possint prorogare iurisdictionem alterius, quàm domini sui. nu. 19.
Quid de subditis. num. 20.
Quid si agatur alio iure, quàm feudi. sub nu. 21.
Quid in causis possessorijs. num. 22.
Et corollarij loco, an Iudex laicus sit competens in possessorijs beneficialibus omnibus, vel aliquibus, & sigillatim de remedijs manutenendæ, reintegrandæ. & adipiscendę. nu. 23.
An possessoriũ beneficiale, dicatur quid tẽporale. nu. 33. & seq.
Quid de commendis Religionis Sancti Ioannis Hierosolimitanæ, sub nu. 50. & seq.

SVMMARIVM.

1 Feudalibus in causis, quis sit iudex distinguitur:
2 Feudalis causa per pares curiæ terminanda.
Et quando procedat. ibid.
3 Pares curiæ, qui sint, & an dicantur ordinarij iudices curiæ. ibid.
4 Pares curiæ dicuntur etiam testes idonei in causa feudali.
5 Ius dicere in causa propria possunt Principes habentes iura imperialia.
6 Camera rationalis, seu computorum cognoscit de causis inter dominum, & vassallum.
7 Consuetudo tribuit iurisdictionem.
8 Dominus an cognoscere possit de crimine cuius pœna sibi venit applicanda.
9 Iudex à domino deputatus quando de causa domini cognoscat.
10 Paribus curiæ non existentibus, aut suspectis, ad quem iudicem erit recurrendum.
11 Papa adiri potest vbi superior dominus iustitiã nõ administraret.
12 Pariũm cognitio, & vsus hodie paucis in locis obseruatur.
13 Vassallos inter de feudo contendentes dominus feudi est iudex competens
Et quomodo procedat. ibid.
Et quando non possit esse iudex. nu. 14. & 15.
16 Dominus quomodo intelligatur esse iudex ordinarius in feudis.
17 Ordinarius iudex quis sit in actione personali, & reali.
18 Papa est ordinarius omnium non recognoscentium superiorem.
19 Vassalli an possint litigare de feudo coram altero quã domino suo.
20 Prorogare iurisdictionem alterius quam domini quando subditi possint.
21 Dominus feudi, siue clericus, siue laicus est iudex competens, siue inter clericos, siue laicos agatur.
22 Possessoria causa feudi coram quo iudice tractanda sit.
23 Laicus iudex, an inter clericos in possessorio beneficialium dicere possit, & nu. 27. & 30.
Et quid in patria Pedemontium. nu. 47.

24 Eccle-

24 *Ecclesiasticus iudex potest ius dicere inter laicos in casibus mixti fori.*

25 *Pœna an possit suppleri per iudicem laicum si ab ecclesiastico non fuit sufficienter punitus.*

26 *Absolutus per viam gratiæ vel iustitiæ in vno foro quando non possit in alio molestari.*

28 *Causæ natura quo ad ius fori est principaliter inspicienda.*

29 *Causæ ecclesiasticæ triplicis sunt generis.*

31 *Ius ex regula sumi non debet.*

32 *Proprietatis mixtam causam quando habere dicatur possessoriũ iudicium, & nu. 36.*

33 *Possessorium beneficij an dicatur temporale, & nu. 35.*

34 *Possessorio retinendæ vincit qui melius probat de titulo.*

37 *Possessorium ad piscendæ habet mixtam causam proprietatis.*

38 *Possessorium duplex summarium, & ordinarium.*

39 *Beneficij in possessionem mittere clericum ad quem spectet, & quomodo ad laicum.*

40 *Principaliter quod agitur inspiciendum in attribuendo actum alicui speciei.*

41 *Secularis iudex de possessorio iuris patronatus cognoscere potest.*

42 *Clericus depositarius quando cogi possit per iudicem laicum ad restituendum depositum.*

43 *Laicus iudex cognoscit vtrum quis sit excommunicatus ab eo qui potestatem habet excommunicandi, non de validitate excommunicationis.*

44 *Natura litis, et causæ trahit ad se personam.*

45 *Possessor iniustus dicitur qui non habet auctoritatem superioris.*

46 *Bulla Martini Papæ Gallis concessa nihil de nouo attribuit, sed quod vsu sibi parauerant comprobat.*

48 *Statuta Principum ne sine eorum permissione possessio beneficiorum apprehendatur an de iure procedant, et quid in Patria Pedemontium. nu. 49.*

50 *Saluaguardiæ literæ nihil noui inducunt.*

51 *Commendæ seu præceptoriæ Sancti Ichannis Hierosolymitani nõ sunt beneficia sed militiæ temporales.*

Et an mannales, et ad nutum amouibiles sint. nu. 53.

52 *Petrinus de Ponte magnus magister, et Princeps Melitensis, patruus autoris.*

1 QVis sit Iudex in causa feudi.† Curt. tractando materiam. in 7. & vlt. parte ponit tres regulas. ego tantum duas constituo principales distinctiones: primam videlicet personarũ, quæ in iudicio esse debent: secundam autem iudicij, & causæ qualitatem respicientem. Prima autem subdiuiditur in duas, quarum altera est vbi iudicium est tractandum inter dominum, & vassallum vel eum qui feudum prætendit, secunda subdistinctio est quando causa agitur inter vassallos ipsos, aut alios feudum prætendentes. Capio igitur primum membrum, & de eo titulum habemus, de contro. feu. per pares terminan. vbi no-
2 tant omnes, quod causa feudalis † per pares curiæ est cognoscenda, & decidenda. Idque procedit, siue tractetur de Inuestitura, vel de commisso, vel de quocunque iure Domini in feudo, vel de iniuria, aut violentia domini in re feudali facta. Io. Blanc. in 4. parte. in titu. de conten. feu. in prin. &
3 Ardi. eod. tit. colum. 1, sunt autem † pares curiæ conuassalli qui partium consensu eliguntur in prouincia si sint, alioquin extra prouinciam, habetur in dictis locis, & latè Iac. de San. Geor. de feu. ver. & dicti vassalli. Marin. Frec. in tit. de differen. int. feu. regal. nu. 14. vbi inquit, quod parilitas consideratur ratione feudi, non personæ. Dicunturque ordinarij Iudices curiæ. Innocen. in c. cæterum. in glo. magna. in fine. de Iud. vbi canonistæ omnes amplè tractant materiã. Io. Ray. de feu. §. præterea. num. 9. vbi dicit, quòd possunt delegare. & num. 14. quod tenentur seruare stilum ordinarij iudicis. Mari. Socin. in c. ex transmissa. col. 3 de for. comp. vbi, & ipse distinguen. complectitur omnes ferè casus totius huius tituli. Menoch. in tracta. de retin. pos. remed. 3. num. 388. & 432. vbi sumpta occasione tractandi materiam, possessoriam feudi, tractat etiam quis sit iudex petitorij, & materiam, per plures quæstiones prosequitur. Ego verius puto pares non esse ordinarios iudices: eliguntur enim per pares

ad

ad certam causam, suspectique allegari possunt, & recusari. d. cap. 1. de contro. feu. per pares, verumtamen, postquam electi sunt à lege habent tributam iurisdictionem, propterea que ordinarij munere funguntur, & eius vices gerunt. Iaco. vbi sup. nu. 10. & 17. & ab eis appellatur ad superiorem domini feudi, simplexque contradictio vassalli habetur pro appellatione, & suspẽdit executionem. Blanc. vbi supra. col. antepenultima. vers. in sententia. & col. seq. Affli. in d. c. 1. nu. 15. de contro. feu. per pares, vbi tenet q̃ eorum sententiæ executioni demandari non poterũt. allegat. c. sancimus, quo tpe miles. vbi ipse latè tractat. Io. Mout. lib. 5. c. 6. in fine. Qui tamen sentit, q̃ si sententia transitum fecerit in rem iudicatam, q̃ eam pares exequi poterunt, & hoc innuit tex in c. 1. de mil. vassal. Soci. q. fin. in fi. Dici etiã posset, pares istos ante electionem habere iurisdictionem habitu, & post electionem actu, cum sit certum genus personarum, extra quod iudicium inter dominum, & vassallũ regulariter consistere nequit. Et ij tenentur iurare de rectè iudicando. §. volumus de pac. consta. Iacob. vbi supra. num. 12. licet de hac opinione dubitet. dicuntur etiam pares curiæ testes,
4 † qui idonei reputantur in causa feudali. c. 1. de conten. int. dom. & fid. Limitantur supradicta de paribus, vbi contraria esset consuetudo cognoscendi, videlicet per alios iudices. quam pares curiæ. Bald. in §. pen. de proh. alien. feu. per Fed. quod maximè procedit in principibus habentibus iura imperialia, quorum etiam præcipuum est, vt in causa propria
5 † iusdicere possint, per se, siue per officiales à se deputatos. ad notata in c. cum venissent. de iud. quod in Ducatu Mediolani obseruari dicit. Curt. in 11. Falent. 2. regulæ Bos. in titu. de for. comp. num. 170. vbi in Imperatore dicit hoc esse de iure. Deci. in d. c. cęterum. nu. 12. & Menoch. nu. 435. dicunt quòd potius de honestate quam de iuris necessitate, dominus supremus à iudicando abstinere debet. sed Doct. in d. c. 1 de contro. feu. per pares. & d. c. pen. de proh. feud. alien. per Fed. sentiunt illos textus procedere de iure in quocunque supremo principe, licet contrarium vbique ferè seruetur

uetur de consuetudine, per eos, qui iura habent imperialia, vt de Sereniſſimo Duce noſtro dixi in titu. Qui feudum dare poſſunt. Iacob. vbi ſupra. verſ. & aduertite, vbi dicit conſilium Principis cognoſcere de cauſa inter dominum, &
6 vaſſallum, & hodie habemus Cameram † rationalem, ſeu computorum, quæ huiuſmodi cauſas cognoſcit. In cauſa tamen D. Iacobi de Sabaudia Principis Pedemontium, & Comitis Amædei, à quo Principatus recognoſcebat in feudum, ratione controuerſi pedagij impoſiti, Sign. conſi. 108. in prin. conſuluit Principem fuiſſe conueniendum coram ordinario iudice, ſed ego dico, quod ordinarius iudex erat Comes Amædeus, q ab Imperatore erat inueſtitus de principatu, & licet eius cauſa ageretur, poterat ipſe per ſe vel officiales ſuos iuſdicere, per ea, quæ ſuprà dixi, Alij autem inferiores domini in cauſa propria nequaquam iuſdicunt, vt habetur in rub. & nigro. C. ne quis in ſua cauſa iudicet. pulchrè Capic. dec. 124. Zaſ. de feu. parte vnd. nu 12. & 16. vbi plus dicit non valere obſeruantiam contrariam, tanquam ſit mali exempli, & naturali rationi repugnans, quod tamen videtur eſſe contra cap. 1. de pœnis. in 6. Bru. conſ. 30. conſuetu-
7 do † enim tribuit iuriſdictionem. c. cum contingat. de for. compe. & propterea Henric. Boic. in ſua pulchra diſtinctione quam facit in c. 2. de feud. præmittit cauſam feudi tractari debere coram iudicibus, coram quibus tractari ſolet ex conſuetudine legitimè præſcripta. Hinc dubitatur, an de cri-
8 mine pro quo venit applicanda pœna † domino, poſſit ipſe cognoſcere, & concluditur, quòd ſic, quia tunc principaliter agitur de vindicta publica, ac publica vtilitate ne delicta remaneant impunita, licet in conſequentiam tractetur de commodo domini, quod conſequuturus eſt ex mulcta inferenda. glo. in d. c. 1. in verſ. punire. de pen. in 6. Alex. cõſ. 13. num. 10 col. 3. vol. 6. vſu etiam receptum eſt, quod in plu-
9 ribus cauſis iuſdicens, † à domino deputatus de cauſa domini cognoſcat, vt quando debitum eſt clarum, aut alias factum eſt notorium. Spec. in tit. de feu. §. quoniam. verſ. 18. Boer. dec. 304. col. 1. & multo magis. Vbi etiam plures ſunt

domini,

domini, officialis ab omnibus deputatus poterit cognoscere de causa vnius, elegans est consil. Nattæ. 87. qui inducit Bart. id probantem in l. qui iurisdictioni. de iurisdictio. omnium. iudic. Cyn. & Salic. in l. vni. C. ne quis in sua causa iud. Brun. consi. 31. & in dictis locis ponuntur etiá aliqui casus, in quibus dominus potest cognoscere in causa propria, præsertim si publica, & notoria sit offensa, illaque respiciat dignitatem. Non potest tamen officialis à pluribus deputatus cognoscere de delicto ab vno dominorum commisso. Bart. in l. inter tutores. num. 6. de administratio. tut. Felin. in cap. prudentiam. num. 4. de offic. delega. Alexan. in l. est receptũ. de iurisd. omnium iud. Limitatur etiam principalis conclusio, quòd pares debeant cognoscere, vbi pares in curia sunt, videlicet conuasalli eiusdem domini, quòd si pares non exi-
10 stant, aut existentes vti suspecti † merito recusentur, vel qui sunt, in iudicio sint producendi pro testibus, tunc ad superiorem dominum mediatum, vel ordinarium iudicem erit recurrendum. notatur in d. c. 1. de contro. feudi per pares. Iacob. vbi suprà nu. 15 Socin. in d. cap. ex transmissa. in primo membro, limit septima. Menoch. num. 440. & sequen. idem, si dominus non stet iudicio parium, aut aliàs vasallũ opprimat. Blanc. colum 3. versic. item si Rex cognoscit. & vbi superior dominus iustitiam non administraret, adiri po-
11 test Papa, † vt prouideat. Curt. in colum. 1. limi. 2, 3 & 4. facit quod notatum est supra in titu. qui feu. dar. poss. Ad ordinarium pariter erit recurrendum quotiescunque quæstio est, & dubium, de directo dominio. Henric. Boic. in d. capit. 2. De huiusmodi cognitione, ac iudicio pauca satius duxi scribere. quàm longiori sermone rem protrahere, propterea
12 quod hic vsus cognoscendi per † pares apud nostrates hodie paucis in locis obseruatur; quamuis in Germania frequentior sit vsus, teste Zasio. Secunda subdistinctio personas
13 respiciens, est, si controuersia sit inter † vasallos, aut alios feudum prætendentes, & certum est inter vasallos de feudo contendentes, Dominum feudi esse iudicem competentem, habereque ordinariam iurisdictionem: sed iure quodã

speciali,

ſpeciali, etiam ſi aliàs iuriſdictionem non habeat. c. imperialem. §. penul. de pro. feu. alie. per Fed. & ibi notatur per Iſer. Aluar. Bal. Alcia. & alios, Iacobi. num. 20. in fin. verſic. ratio diuerſitatis. ex quorum dictis elicitur hanc concluſionem maximè procedere, quãdo agitur inter eos, qui vaſſalli ſunt alio reſpectu, quàm feudi contentioſi. Quod ſi aliunde, quã pro prætenſo feudo non ſint vaſſalli omnes, vel alter eorũ. glo. ibi cenſet dominum feudi non eſſe iudicem competentem, etiamſi vterque eundem dominum feudi eſſe dicat. ſequitur Curt. in d. 7. parte. num. 4. Sed contrarium verius eſt, videlicet quòd quãdo vterque dicit, ſe vaſſallum, etiam pro eo feudo tantum de quo litigatur, Domini ſit cognitio. glo. 1. in cap. 1. de inueſt. in maritum facta Blanc. vbi ſupra. col. 3. verſi. Item quod primo dixi. Henric. Boic. d. cap. 2. verſi. in quarto. vbi dicit, quòd ſi non vaſſallus conueniat vaſſallum, & ambo confiteantur feudum eſſe eiuſdem domini, ipſe dominus cognoſcet. Socin. in 3. memb. Boſſ. in titu. de princip. num. 261. & cum in hoc propoſito plures textus habeamus intricatos, qui etiam contrarij videntur, Zaſ. parte. 11. num. 8. pro concordia textuum dicit eſſe diuinandum, & nihilominus poſt glo. & Aluaro. in d. c. 1. ſentit hoc caſu dominum debere cognoſcere cum curia. Ego in ijs non admodum immoror, cùm locorum conſuetudines, vt plurimum circa iuriſdictionis modum certam habeant legem, quæ maximè attendenda eſt. Quod ſi vnus feudum aſſerat, & alter allo-
14 dium: dominus feudi non erit iudex † competens, ſed ordinarius. c. 1. apud quem, vel quos. notatur in d. cap. penul. & locis ſuprà allegatis, & id maximè, ſi dicens allodium alioquin vaſſallus non ſit. Zaſ. vbi ſuprà. num. 10. in 5. conclu. & ſeq Curt. in fin. in 5. limi. Socin. in 3. memb. in 2. limita. & in 4 membro. & conſi. 274. colu penul. verſi. 6. vol. 2. Menoch. num. 425. Verum, in hac concluſione diſtinguendum videtur, & inquirendum, quis ſit poſſeſſor, & quis actor, vel reus, vt ſi in poſſeſſione ſit is qui feudum dicit, & præſumptio ſit pro feudo, alius autem petat, cùm fraus in negatione fieri poſſet, vt domini declinaretur iudiciũ erit nihilominus dominus

minus à quo feudum tenetur Iudex, Blanc. vbi suprà. colum. 3. vers. Item quod. & vers. Sed si reus, vbi dicit id præsertim procedere, si summariè saltem constabit, quòd res sit feudalis, vel præsumptio sit pro feudo, & econtra: & idem dicit ob seruandum in domino, qui conuenit aliquem negantem rem feudalem, & colum. 4. vers. generaliter. Ardiz. eodem tit. colum. 2. vers. generaliter. Inno. Abb. & Aret. in d. c. cæterum. colum. 3. & ibi habetur, quòd stante dubio, vtrum sit feudũ, vel allodium, quando ordinario summatim constat esse feudum, causam remittit domino. Clar. in § feudum. q. 90 Menoch. num. 429. Quòd si actor ipse feudum dicat, & possidens iure feudi, aut aliàs inuestitus, feudum nihilominus neget, iudicium reddet dominus in inuitum Henric. Boic. d. c. 2. in 4. casu. Et propterea in causa Finarij cum ante occupationem Genuensium marchio possideret iure feudi locum finarij, & de eo esset inuestitus ab Imperatore, quicquid prętenderent Genuenses fuit iudex imperator, vt in cõsilijs positis post tractatum Menochij. de reintegran. possess. in qua etiam causa scripsit Aym. cons. 634. & 673. & 678. Vbicunque etiam versatur domini præiudicium, aut agitur de eius commodo, vel incommodo, regulariter dominus non erit iudex competens. c. 1. an apud iudicem. c. 1. de inuest in maritum facta, & ita intelligitur. cap. 1. in prin. de leg. Conrad. Curt. in 3. Fal. 2. regulæ Soc. in 3. memb. limit. 3. Alex. consil. 1. num. 4. vol. 5. vbi si impugnetur factum domini, non erit ipse iudex competens. idem si vnus dicat feudum sibi collatum à domino tanquam caducum, & alter sibi debitum, tanquam antiquum. Rom. consil. 112. numer. 4. Zas. vbi suprà, quamuis eo casu differre dicant, an dominus pro infeudatione pecuniam, aut aliquid aliud acceperit; vel quomodocunque de euictione teneatur, an gratis infeudauerit: quo casu non tanta in eo militat suspicio, prout etiam si agatur de commodo sportularum, quod considerabile non est in casu isto. Imo. d. cap. cæterum in fin. Considerabile autem in proposito dicit præiudicium si vltra exercitium iurisdictionis, iudex prætendat dominium rei contentiosæ. Item si iu-

dicis

dicis denegetur totale fundamentum iurisdictionis, aliàs quando de alio commodo non agitur, quàm de nudo exercitio iurisdictionis, cognoscere potest an sua sit iurisdictio. Soc. in 3. memb. principali, limi. 3. & in ijs casibus, valde refert, an iudex esse non possit, vel recusari possit, tanquam suspectus. sed Menoch num. 391. sequendo Dec. putat nihilominus iudicem esse posse, & quòd magis est vltra Dec. non posse suspectum allegari, cùm ordinarius sit, sed vel dandum esse adiunctum, vel causam esse delegandam per dominum. ego à Baldi opinione in cap. 1. §. si qua controuersia de pac. Constan. non puto recedendum, & constanter teneo, quod
15 dominus † in ijs casibus, in quibus tractatur de eius commodo, vel incommodo non sit iudex competens, licet enim sit ordinarius, est ordinarius tantum ad certum causarũ genus, à quo exceptuati sunt casus isti, in quibus nõ magis potest cognoscere, quàm si causa agenda esset inter dominum & vassallum, quin etiam, vbi iudex esset, existimo, quòd alle-
16 gari posset suspectus, licet enim sit ordinarius, † est tamen iure singulari, non autem est iudex generalis, & iura communia siue generalia sunt fortiora, quam iura specialia, quæ infirmiora sunt, & propterea facilius iudex particularis poterit suspectus allegari. ad not. per Iacob numer. 20. in fin. Generalem autem, & ordinariam habens iurisdictionem ex inuestitura vel aliter, siue ipse allegetur suspectus, siue eius ideſt feudatarij officialis, poterit vel alteri causam committere, vel officiali adiunctum dare. c. si quando. de offi. deleg. in 6. l. prętor. de iurisd. om iud. Marin. Frec. lib. 2. de differen. feud. quat. num. 36. vbi in proposito notat. quòd ex quo feudatarius iurisdictionem habet in feudum, & habet vtile dominium, difficilius, ab eo auferetur, quam ea, quæ habetur in officiũ, & propterea infert, quòd licet officialis ordinarius ex graui causa inimicus omnino repellatur. l. si pariter. de lib. caus. non repelletur feudatarius, sed per superiorem deputabitur iudex, qui nomine feudatarij ius dicat. Et in simili in casu. l. vni. C. si quacun. præd pot. quando officialis remouetur, non iusdicit eius vicarius, sed vicarius principis, vel

superior

superior prout Saly. notat in d. l. vni. vbi casus singularis quã do ex attentata iniuria extraiudiciali per officialem eximitur ab eius iurisdictione in omnibus causis ciuilibus, & criminalibus, is, contra quem iniuria fuit de facto attentata, cum tota eius familia. & de materia latè habetur in l. apertissimi. C. de iud. Spec. in tit. de recus. iudic. Aufrer. in tract. de recus Lanfran. in c. quoniam contra. in verbo recusationes Franc. in c. cum speciali. & c. ad hęc. el primo. & c. postremo. de appella Didac. pract. quæst. c. 26. vbi etiam vtrique feudum assererent, sed diuersos prætenderent dominos, tũc cognoscet ordinarius, vel Arbiter. d. c. 1. & ibi gl apud quem c. si duo. de pac. tenen. Blanc. vbi supra colum. 5. vers. cæterum. Ardiz. colum. 2. vers. cæterum. glos. in d c. cæterum de iud. vbi alij notant. Soc. in 3. memb. principali. limit. 3. & infert, quod si dubium sit vtrum feudum pertineat ad ecclesiam, vel ad laicum. nullus ipsorum iudicabit, sed ordinarius erit competens. inducit cap. vtrum. vbi ipse notat eodem titulo. Bru. conf. 45. colum. 3. versic. venio ad secundum. vbi sentit, quòd ordinarius sit is, qui iudex est rei conuenti., non autem superior omnium dominorum à quibus res prætenditur. ad cap. cùm sit generale. & ibi notata. de for. compet.

Ego in actione personali existimo quidem esse ordinarium
17 † illum, qui iudex est personæ conuentæ, at in reali actione ordinarium esse censeo dominum superiorem vtriusq; prætensi domini immediati, & ad eum esse recurrendum, quod si prætensi domini immediati superiorem non habeant, vel arbiter eligendus est. ad Bar. in l. de iure. in fi. ff ad municip. Boss. de foro compet. nu. 175. & id sæpius obseruatũ vidi in varijs causarũ generibus, & præsertim in causa Viogenę territorij cõtentiosi inter Serenis. Ducẽ nostrum, & excelsam Rempublic. Ianuensem, vel si non conueniant prætensi domini de arbitro, ad Papam erit recurrendum, vt ipse cognoscat, tum ratione peccati. vt in c. nouit. extra, de iudic. tum
18 ex eo, quòd ipse Summus Pontifex ordinarius † sit omnium non recognoscentium superiorem. clemen. pastoralis. de re iudic. Inn. in c. per venerabilem. qui filij sint legitimi, & dixi su-

xi supra.in rub.de feud.acquisitione.in titul.qui feudum dare possunt.Eodem fermè ordine cognoscendum est, vbi dominus esset negligens in iustitia administranda vassallis:cognoscet enim tunc superior dominus in defectum inferioris,negligentis iustitiam administrare,vassallis:& in non recognoscentibus superiorem cognoscet Papa d.c.nouit.cap. licet ex suscepto.& cap.ex tenore.de foro compet. & ita intelligendum est, quod dicitur de miserabili persona , quæ alioquin dominum feudi recusare non debet, nam, & regulare est, quotiescunque vassallus habet dominum mediatū , & immediatum , quòd prius ipse vassallus respondere tenetur coram immediato,deinde coram mediato. Marin. Frec. de feu.lib.2.in 7.autor.Soc.in quinto notabi.& in gl.1.vers. vel potest dici,& in septima quæstione principali , vbi tamē ponit quandam differentiam inter clericos , & laicos contra opinionem Innoc. quæ mihi videtur rationabilior , & in quæstione sequenti dicit , quòd eodem modo erit procedēdum in causa appellationis , vt videlicet ad superiorem recurratur , & in eius defectum ad Summum Pontificem , Et in defectum iustitiæ dominorum. Curt.in 7.part. in 12. fallent.ponit quatuor remedia , ex quibus possunt dñi astringi ad iustitiam ministrandam suis vassallis , sed facilior via est recursus ad superiorem dominum , ad effectum , vt ipse cognoscat : astringere enim iudicem inuitum ad iudicandum quàm sit periculosum nemo non videt : & licet regulariter ob negligentiam ordinarij , iurisdictio non deuoluatur ad superiorem.cap.pastoralis.& ibi gl.de appellat. tamen,quādo quis est ordinarius aliquo iure speciali,si is negligens est, iurisdictio deuoluitur ad superiorem. c.irrefragabili. §. excessus.de officio ordinarij . at dominus iudex est feudi iure quodam speciali,vt supra dictum est,nimirum ideò si eo negligente , iurisdictio deuoluitur. Menoch. num.414.& adeo procedit regula ista , quòd dominus sit ordinarius vassallorum , quod si litigetur inter eos coram domino pro causa feudali , alter alterum etiam pro alia causa reconuenire potest coram eodem domino.glo.in d.c.1.in fin.de contr. feu.

apud

apud pares terminanda. in vlib. feud. Blan. col. 5. vers. item quæritur. Iacob. nu 19. Socin. in primo membro quæst. 16. Sed hic cadit non leuis difficultas, an vassalli possint de feudo litigare coram † altero, quàm domino suo. & glo. in d. §. pen. de prohibit. feudi alien. per Fede. videtur sentire, quòd sic, ex iurisdictione scienter prorogata. quod potissimũ procedit domino sciente, & tacente, secundum aliquos. Alij quorum sententia communior videtur, prorogabilem nõ esse iurisdictionem censent, neque scientiam, & patientiam domini sibi præiudicare, & multo fortius si ignoret, vel contradicat: quòd omnino prorogari non possit per vassallos iurisdictio alterius Bald. cons. 121. à capite. col. pen. vers. 2. alia. & cons. 218 col. 2. vers. Item in dominum Regem. vol. 3. vbi consuluit, quòd Comes Sabaudiæ, iurisdictionem realẽ non potuit prorogare in Regem Franciæ in causa Marchiæ Saluciarum sine consensu Imperatoris directi domini. Pan. in c. cæterum, nu. 9. qui pro clariori intelligentia ponit aliquos casus distinctos. Curt. quæst. 5. & quæst. 8. in fine, Menoch. num. 418. Ego autem prorogabilem iurisdictionem alterius esse puto in prorogantium præiudicium, ita vt processus facti in eorum odium teneant ex communi regula. l. 1. & 2. de iud. vbi neque Bar. ab hoc dissentire videtur, dum dicit; qdòd vassallus inuito domino non potest prorogare, & sic domini considerat præiudicium, sed in præiudicium domini prorogabilis non est iurisdictio, vt propterea acta facta inter vassallos sibi non noceant, etiam si sciuerit, & tacuerit eos coram alio litigare, & quandocunque contradixerit, causa erit sibi remittenda, licet diutius litigauerint ipso sciente, & patiente, qui sciebat ius suũm durare, nisi etiam iudicio ipse præsens fuisset, quia tunc magis eius consensus aperiretur, nam ipso consentiente teneret iudiciũ, nec posset pœnitere, si semel consensisset. consensus enim ratione iurisdictionis non est reuocabilis; Hinc considero, quòd ratio prohibitionis cognoscendi per alium iudicem est, ne dominus ex ea re detrimẽtum capiat: quòd si ex consensu suo patiatur, est, quod sibi imputet, nec lex aliam probabilem

rationem, aliud ve præiudicium consideret, & cessante ratione legis cessat ipsa dispositio, quamuis aliqui pro ratione prohibitionem alienationis adferant: cõsidero etiam, quod alius iudex non est omnino incapax talis iurisdictionis, nec prorsus incompetens, cum in pluribus casibus, vt supra vidimus possit cognoscere, siue vt ordinarius, siue tanquam ad ipsum causa potius spectet, quam ad alium, & tunc sententia per eum lata inter litigantes valet, & tenet. Henric. Boic. in c. at si clerici. dist. 2. de iud. notatur in cap. significasti. de for. comp. & propterea Deci. d. c. cæterum. nu. 6. tenet valere processum factum in causa feudali coram iudice ordinario, secus coram eo qui ordinarius non est, facit etiam quod Socin. Cur. Iacob. & cæteri omnes dicunt q. si quæstio vertatur inter dominum, & vassallum, quod relictis paribus curiæ possunt in alium iudicem consentire: ratio est, quia de alterius præiudicio non agitur: vnde si isti dominum haberent superiorem, ad quem, relictis paribus, spectaret cognitio idem iuris esse censerem, vt in superioris præiudicium non possent dominus, & vassallus alium adire iudicẽ, prout nec duo vassalli inter se litigantes. potest autem dominus mandare vassallo, ne alterius iuriusdictionem proroget, aut coram alio litiget. Marin. Frec. lib. 2. in 10. auto. licebit etiã præcipere, ne in præiudicium suæ iurisdictionis alium, suum subditum trahat ad superioris domini tribunal, non potest tamen prohibere recursum. Paris de Put. in tract. de syndic. tit. de excess. Baro. vers. an Baro. Natt. cons. 614. idem in subdito ratione iurisdictionis cui dominus potest inhibere. Ozas. decis. 78. nu. 12. Et generaliter post domini recusationem omnino non tenet iudicium, & certè Doct. valde considerant præiuditium domini, dum dicunt vassallũ non posse prorogare pro re feudali alterius iurisdictionem. Iacob. nu. 32. Socin. in 5. quæst. prin. Eadem dispositio procedit in quocunque subdito feudatarij, qui est inuestitus de iurisdictione, vt litigare debeat in curia domini sui pro quacunque re. allegatur Bart. in l. 1. §. & post operis. in fin. de nou. ope. nun. vbi Alex. & alij, tractant de vassallo, & subdito ratione iurisdictionis

dictionis tantum, vel bonorum subiectorum ad onera erga dominos, in quibus maior militat ratio pro dominis, vt non possint conueniri coram alio iudice in actione etiam personali subditi sui, nec ipsi iurisdictionem alterius prorogare sine consensu domin. Et licet Acquen. ibi sentiat in actione personali posse prorogari iurisdictionem: tamen Barto. generaliter dicit non posse prorogari iurisdictionem vbi homines sunt vassalli, & prædia sunt tributaria, & id intelligas vbi dominus aliunde habet iurisdictionem quam ratione feudi. Idem dicendum est in quocunque subdito, vbi est infeudata iurisdictio, Maran. in spec. in 12. distin. 4. partis prin. in fine, vbi dicit, quod licet regulariter subditi possint pro-
20 rogare † iurisdictionem alterius, id fallit in infeudatis notatur in d. c. cæterum, vbi Inn. & Pan. col. 5. Cur. in 7. fall. dixi supra in tit. de laudimio. q. 24. vers. per quas rationes. Et passim se opponentibus dominis Senatus remittit eis causas subditorum, quæ ad eorum tribunal spectant. & de anno 1570. 9. Nouembris censuit subditum non posse prorogare iurisdictionem alterius, etiam pro re allodiali in præiudicium vassalli infeudati, sed quod ipse subditus stante prorogatione, aut submissione, non possit allegare declinatoriam, minusque petere remissionem. & ita intelligenda sunt dicta Doctorum. Affl. in 5. pen. n. 16. de prohib. feu. alie. per Fed. dicit id procedere ratione iuramenti fidelitatis. Boer. decis. 114. Foller. de censib. in ver. & submissiones. num. 3. vbi an dominus superior possit facere edictum contrarium prout in obligationibus ex contractu, vel quasi cõcludendum est quod sic in casibus in quibus iure communi inspecto, quis fortiretur forum alterius iudicis, vt si alibi contrahat, vel delinquat, vt supra dictum est. q. 24. secus si simpliciter consentiat corã superiori litigare quicquid Sapia dixerit, in l. 1. de iud. Adde, quod etiam si clerici sint, dominus feudi competens est, si de feudo agatur, siue dominus
21 † sit laicus, siue clericus, & siue inter laicos, vel clericos agatur. c. ex transmissa. & cap. verum. de for. compet. c. cæterum. de iud. & ibi notatur. Iacob. vbi sup. num. 3. argumentatur

in vtranque partem,& tandem dicit ab hac opinione, quæ communis est, non esse tutum recedere. Cur. q.1. Zas. in 11. parte.num.6. vbi etiam dicit laicum posse contra clericum mandare executioni suam sententiam. Aufrer. de potest. secul. supra eccles iastic, perso. in 2. reg. nu. 3. Clar. d. §. feudum. q.99. qui de communi attestatur. Soc. in 3. memb. limi. 5. vbi limitat, nisi in causa criminali, etiam si ciuiliter intentetur contra clericum. Menoch. num. 396. Secunda consideratio est respectu iudicij, & causæ. Primo si causa feudalis criminaliter tractetur, aut aliàs agatur de alia re, quam de feudo, aut agatur alio iure, quàm ex lege feudali, vel ad alium effectum, quam simplicis feudi. ordinarius est iudex. Inn. in c. cæterum. & ibi Felin, num. 8 Bal. in c. 1. de inuest. in maritum facta. Curt. in 3. memb princ. & hoc, siue agatur inter dominum. & vassallum. siue inter vassallos. Curt. in fin. verbis huius tituli. Soc. cons. 27. volum. 3. vbi dicit generaliter, quòd quando causa non tangit naturam feudi per ordinarium est tractanda, nam alio iure dominus feudi non habet iurisdictionem in vassallum, quàm ex lege feudorum, nisi etiam de iurisdictione suprà vassallos sit inuestitus, nam tunc est ipse ordinarius, & propterea potest cognoscere. Menoch. num. 443. Secundò, quando quæstio feudalis dependet à iuramẽto, & agitur de virtute iuramenti. Cur. in 9. Fallen. vbi secus dicit, si agatur tantum de executione iuramenti. Socin. in d. c. extransmissa. in 3. memb. prin. limit. 6. vbi declarat, quod ecclesiasticus ad quem quæstio iuramenti pertinet, poterit etiam cognoscere de causa feudi, si iuramentum directè causam ipsam feudi concernat, secus si controuersia feudi separari possit, à quæstione iuramenti. Causa possessoria † feudi, coram ordinario iudice, siue laici, siue clerici non coram domino feudi tractanda est, nihil enim commune habet possessio cum proprietate. gl. fina. in capi. ex parte. de for. competen. glo. in d. cap. cæterum. in verb. quamdiu. parati. de iudic. Blanc. vbi suprà. colum. 3. versi. & eiusdem. Luc. de Pen. in l. vnic. colum. penul. versi. Vnde. clerici. C. de reis ex postul. lib. 10. Henric. Boic. in d. cap. 2. Par. de Put. cap. 198. an

22

citatus

citatus. & licet plures impugnent gl. attamen mihi videtur posse procedere, quando causa possessoria non habet causam mixtam proprietatis, aliàs secus. & hæc videtur fuisse intentio glo. & Bald. in d. capitu. cæterum. & in §. penult. de pro. feud. alie. per Fed. & Bald. in capitu. 1. §. si inter pares. de leg. Conr. & in l. tertia. C. si à non compet. Iud. Menoch. d. remed. 3. retin. possess. num 377. cum seq. & 422. Et ita in effectu videtur limitare communem opinionem Curt. in 6. quæstio. in qua etiam quæst infert ad possessoria iudicia causarum spiritualium, in qua siue inter clericos agatur, siue laicos, valde referre puto, an de plenario possessorio ordinario iudicio agatur vel de summario possessorio extraordinario iudicio. Hinc sumpta occasione corolarij loco subnecto
23 quæstionem, q̃ vsu sæpe euenire solet, An scilicet laicus inter clericos ius dicere possit in possessorio beneficiali, vel rei spiritualis. In qua quæstione, considerandum est primo, an tractetur de iurisdictione laicorum priuatiuè ad ecclesiasticos, prout in Gallia obseruatur, vbi etiam fiunt præcepta, ne ecclesiastici cognoscant de petitorio, donec causa possessoria sit per seculares iudices definita & similiter fiunt inhibitiones ecclesiasticis, ne cognoscant de actione reali, etiam inter clericos. Io. Fab. in §. item seruiana. num. 32. vers. & facit, quod prælati. instit. de action. Boer. decis. 69. Io. Gall. quæst 155. si eti dispositione authe. clericus. C. de epis. & cler. c. causam el 2. qui fil. sint legi. quod tamen capitulum loquitur de possessione bonorum temporalium inter laicos. & contra huiusmodi stylum inhibendi facit ca. quoniam. de immunit. eccle. in 6. Sed dici potest, quod vna-
* quæque prouincia abundat in sensu suo. * sed quid si agatur de re emphyteutica aliaue quam clericus ecclesiæ, suamue esse pretendat quis erit cõpetens Iudex? dicas q̃, aut laicus admittit rem esse propriã Primo casu Iudex ecclesiasticus ẽ cõpetens. Secundo casu dẽt premittere cãm. c. si clericus. de for. compet. vide Dom. Ozase. decis. 32. D. Senat. Thessaur. quæst. 15. par. 2 Alb. cons. 390. & cogita De iure autem, cautum est, quod clericorũ competens iudex est ecclesiasticus,

siue petitorij, siue possessorij, aut quæcũque alia causa agat, c. at si clerici. c. clerici. c. qualiter. de iudic. c. 2. c. si clerici. de foro cõpet. c. causam, de rescrip. auth. statuimus. C. de episc. & cler. quinimo competens est etiam Iudex inter laicos, si de possessorio rei spiritualis ordinario iudicio agatur. ca. ex conquestione, &c. literas. de restit. spol. c. accedẽs. el 2. vt lit.
24 non contest. & regulariter potest ecclesiasticus † iusdicere in laicos in casib. mixti fori. ca. tuæ & ibi notatur de procu. Feli. in cap cùm sit. de for. comp. Ias. in rubr. C de iud. Clar. §. fin. q 57. Et quid si delinquens in casu mixti fori, sit absolutus per ecclesiasticum, qui præuenit; an possit puniri per laicum tanquam non sufficienter punitus? Iste casus occurrit superioribus diebus, dum Reuerendiss. Nuncius absoluisset quendam de loco Collegij, qui copulam habuerat cũ commatre: de quo casu mentiõ fit in consilio. Osaschi. 25.
Dicebatur, quòd si constaret euidenter non fuisse sufficien-
25 ter punitum, quòd posset suppleri pœna † per laicum, sed quòd in dubio, vbi pœna est arbitraria, laicus non posset cognoscere, an esset sufficienter punitus necne, quia esset per indirectũ cognoscere, an ecclesiasticus bene, vel male pronunciasset, quod non licet pati; ita etiam non posset ecclesiasticus cognoscere, si laicus pronunciasset, quòd si notoriè id appareret, vel diuersæ pœnæ essent statutę, quòd tũc procederet doctorum sententia, quòd minus sufficiẽter in vno foro punitus posset condecenter in alio foro puniri supplẽdo in eo, quòd pœna non fuit condigna Clar. d. q. 57. ver. dictum est, & versic. seq. dubium autem esse potest vbi pœnæ sed eędem, de quo etiam per Decia in practic. c. 26. num. 18. lib. 4. In casu autem occursõ dicebat Reuerendiss. Nuncius, quòd ex quo processerat per viam gratiæ iuxta facultatem
26 sibi à Papa cõcessam, quòd semel absolutus, † per viam gratiæ, vel iustitiæ, non potest in alio foro molestari, quando gratia emanauit ab eo, qui potestatem habebat concedendi. ad glo. in c. de ijs. de accus. & de materia, latè, Io. Bap. Gacialup. in repet. l. 1. C. de sum. Trin. & fid. catho. col. 11. Soci. & Barba. in c. postulasti. nu. 102. de for. compet. Didac. var.

resol.

resoi lib. 2. c. 10. sed in proposito, de absoluto per viam gratiæ, Aufre. in tract. de potest. eccl. super layc q. 120. videtur sentire, quòd eo modo absolutus, possit in altero foro puniri. prout etiam si fuit absolutus per viam iustitiæ. Clar. d. q. 57. versi. sed hic occurrit, Rolan. consi. 24. num. 14. volum. 2. & in eisdem casibus non potest alter iudex alteri inhibere Bal. in l. 1. C. quom. & quand. iud. Alex. consi. 59. vol. 7. Socin. in c. proposuisti. de for. compet. Bero. consi. 117. volum. 3. & consi. 210. num. 20. vol. 4. secus in spiritualibus seu beneficialibus. Anchar. cons. 234. Soci. vbi supra. Item potest conueniri laicus propter vim turbatiuam, vel expulsiuam coram ecclesiastico. c. conquestus. de for. compet. & clem. 1. eo. tit. & vbi ag: potest coram vtroque ecclesiastico, vel seculari, electio erit clerici agendi coram quo maluerit, ad notata in c. cùm sit. de for. compet. Sed prout ecclesiasticus in laicos
27 plerunque ius dicit, an etiam laicus † possit cognoscere inter clericos? regula est negatiua. c. placuit. c. clericum nullus. 11. quæst. 1. c. si quis. 23. q. 8. c. si iudex laicus. de sentent. excom. in 6. c. item statuimus. constit. Feder. Dec. consi. 241. num. 2. quinimo, neque inter laicos iudex secularis potest cognoscere, vbi agitur de spirituali. c. cùm laicus. de reb. eccle. non alien. c. quanto. de iudic. c. tuam de ord. cogn. c lator. qui fil. sint legit. c. contingit. de arbit. cũ ibi notatis. Duabus itaque rationibus interdicta est laico cognitio, tum ratione personarum, tum ratione rei, & causæ. Ratione personarum non potest laicus cognoscere inter clericos, seu inter laicum, & clericum, vbi clericus sit reus, siue agatur de re spirituali, siue temporali, etiam si de fundo mere prophano ageretur, vel de causa pecuniaria c. si diligenti. & c. significasti. de for. compet. c. ecclesia. de constitu. Et propterea iuri conueniens non videtur Galliæ consuetudo, per quam clerici in actione reali ad tribunal laicale trahuntur, qui casus est primæ quæstionis. 11. caus. & habetur in c. inolita. eadem q. c. clerici de iud. Bald. in d. authen. clericus num 2. in fin. Io. Quin. Hedu. de aristocra. tit. de iud. rer. temp. colum. 3. in fin. Roch. de consuet. nu. 450. Rot. decis. 840. in antiq.

mitto, quod priuilegium Ecclesiæ quatenus proposito nostro deseruit, consistit in duobus: primò in administrando, iudicando, ac statuendo de iurib. ecclesiasticis, maximè spiritualibus. Secundò in iudicando, personas ecclesiasticas, & in eas iurisdictionem exercendo, notatur per Innoc & alios in c. nouerit. de sent. excom. Bellam. cons. 40. num. 3. in prin.
29 & col. 7. versi. circa quod. & ibi dicit causas † ecclesiasticas esse triplicis generis criminales, ciuiles, & spirituales, addit quartum, quasi spirituales. Causæ autem ecclesiasticæ nõ nisi per ecclesiasticos tractari debẽt. Item regulariter solus ecclesiasticus inter clericos cognoscere potest, laicus tamẽ in pluribus casibus clericorum quoque iudex esse potest: aliquos enumerat glo. in c. principis. 23. q. 5. & in summa. 11. q. 1. multos enumerat Anchar. in c. ea quæ. q. 11. de reg. iur. in 6. gl. in c. item seruat. de cler. vol. decl. for. super ritu curiæ Neapol. Maran. in 4. part. ordi. iudic. dist. 11. vers. succedliuè. plures Aufr. & Bern. Laur. in tract. de potest. secul. super eccles. perf. & in quibus clericus aduersus clericum potest agere corã iudice seculari, poterit nihilominus de iure agere coram ecclesiastico, vt supradixi, & electio erit clerici. ad notata in d. c. cùm sit. de for. compet. in gl. fin. in fin. & in c. dilecti. eodem tit. i. cum clericis. in principio. C. de episco. & cler. l. decernimus. C. de episc. aud. Et quoque considerã-
30 dum, quòd licet non cognoscat regulariter † laicus † de causa spirituali, ad quandoque potest incidenter, vel si non ex professo de re ipsa spirituali tractetur, sed de facto rei spiritualis. Fede. de sen. cons. 245. in fi. Cald de iud. cons. 15. Bal. in l. filium. de his, qui sui vel alien. iur. sunt. Barto. ponendo exempla in l. omni nouatione. C. de sacrosan. Eccles. & in l. quoties. vbi Bald. C. de iud & ibi. Ias. Alex & Bart. & in l. Titia. ff solut. matr. Fely. in c. decernimus. in fi de iudic. & in c. 1. nu. 22. de iureiur. Imo. in clem. dispendiosam name. 19. de iudic. Vant. de nullita sent. ex defe. iurisd. nu. 5. Alex. cons. 9 vol. 4. Affict decis. 219. nu. 5. Capic decis. 7. Gerard. sing. 96. Didac. in epito. c. 8 §. 12. num. 2. His itaque præsuppositis, redeundo ad principalem quæstionem, vtrum laicus cõ-

perens

petens sit in possessorio beneficiali, cùm duplici ratione consideretur incompetentia, propter personas, & causas, ad hoc, vt competens esse possit cessare debet vtraque ratio, vulg. §. affinitatis, instit. de nupt. l. si non lex. de hæred. instit. Tiraq. in tract. cessante causa. limit. 22. & propterea, cum de beneficio agi non possit, nisi inter clericos, dixerunt indistinctè nonnulli laicum de huiusmodi possessorio non posse cognoscere. quos sequutus est Menoch. in tractat. de retuper. poss. remed. 15. quæst. 18. & in tract. de reint. poss. remed. 3. q. 52. nu. 349. & pro his facit, quod supra dictum est, quòd clericus licet ratione feudi, in petitorio coram iudice laico cõueniri possit, in possessorio coram ecclesiastico debet cõueniri, & sic, siue possessorio, siue petitorio agatur corã ecclesiastico est conueniendus, nec laicus in eum iusdicere potest, & propterea infertur, quòd possessorium non est illud, quod alteret qualitatem fori in clerico, & vbi posset cognoscere, censuit Afflict. decis. 2. num. 5. quòd non potest id per modum ordinariæ iurisdictionis citando clericum, sed extra ordinem citando generaliter quoscunque qui sua putauerit interesse, quo citandi modo abutuntur quandoque laici in causis ad eorum forum non spectantibus, quod tamen fieri non potest Gram. decis. 61. Eandem opinionem plures tenuerunt, propterea, quod prout possessoriũ beneficij, censetur causa beneficialis, ita etiam possessorium cuiuscunque rei spiritualis, spirituale censeri dicunt, & licet causa spiritualis dici non possit, attamen dicitur quasi spritualis: vt post alios refert Vant. de null. sen. ex defec. iurisd. num. 54. in fin. Alij verò distinguendum putant inter remedia possessoria, neque in omnibus eandem esse rationem. & huiusmodi differentia eo tendit, vt aliqua remedia possessoria rerũ ecclesiasticarum dicantur temporalia; aliqua spiritualia, propterea, quòd causam proprietatis habeant annexam Postremi censuerunt indistinctè laicum esse iudicem competentem in omni causa possessoria, eo quòd nihil habeat commune proprietas cum possessione, quæ dicitur, quid temporale. Horum diuersæ, atque adeo contrariæ opiniones discu-

tiendæ

tiendæ sunt, vt eis discussis veritas eluceſcat. Primi innitentes regulæ, quòd laicus inter clericos non possit cognoſce-
§ 1 re patiuntur hunc obiectum, quod ex regula ius § sumi non debet, & omnis regula patiatur exceptionem, l. 1. de reg. iur. Itaque regulare est, & generi cum, quod notatur in d. c. placuit, & iuribus supra allegatis. Speciales autem sunt casus, quibus laicus ius dicit in clericos, & generi per speciem derogatur. Cum igitur pluribus in casibus supra dixerimus laicum posse cognoscere inter ecclesiasticas personas, nō erit inconueniens, quod casus iudicij possessorij sit de exceptuatis, quod an verum sit ex infra dicendis liquebit. Sed quoniam alterum etiam impedimento esse potest cognitioni, si cā sit beneficialis, vel spiritualis, non inutilis ea est indagatio, an possessorium beneficij, aut alterius rei spiritualis dicatur temporale, necne, & negatiuam tenentes, propterea dixerunt laicum incompetentem. Fran. in c. 1. in fin. de rest. spol. in 6. Hæc disquisitio facilior redderetur, si sigillatim remedia possessoria discutiemus, cum non eiusdē naturę sint: iuxta frequentiorem Doctorum sententiam. Illud interim non omittendum putauerim, vt quoties dicemus iudicem laicum posse cognoscere, ad vtranque rationem incompetentiæ esse animaduertendum ne aliqua obsit. Primò itaque in possessorio reintegrandæ Doctores passim eunt in eam sententiam, vt laicus possit cognoscere. Neque obsit regula clericalis, eo quòd laicus possit inter clericos cognoscere, quādo subesse potest timor scandali, & ad laicum spectat pacatam reddere prouinciam, vt infra dicetur. Cum autem vterque suam possessionem tueri conatur: plerunque scandala oriuntur, quæ vt prohibeat laicus summatim cognoscit, & prouidet. Minus obstare dicunt causæ naturam, eo quòd sit temporalis, cum de solo possessorio agatur, quod licet sit beneficiale, vel rei spiritualis, est nihilominus ipsum merū, ac nudum possessorium temporale, si non habeat mixtam causam proprietatis. Postrema hæc ratio mihi videtur habere posse duplicem sensum, vnum quidem, qui respiciat rem, de qua agitur, ideſt, possessionem, quæ cum cauſetur ex actu

poſſi-

positiuo,& temporali, seiungique possit à proprietate, vulgato. §. nihil commune licet proprietas sit spiritualis, possessio nihilominus erit temporalis, secundum eos, qui tenent causam possessoriam esse temporalem. Similiter, si de mero facto tractetur, puta, an talis contraxerit matrimonium, vel potius fecerit actus, ex quib. induci solet matrimonium, & nunquid in contractu interuenerint ea, quæ faciunt contractum ipsum vsurarium, illud factum dicetur mere temporale licet matrimonium sit quid spirituale, & vsura sit crimen ecclesiasticum. Alter verò sensus respicit, non tam rem ipsam, quam formam, & modum cognoscendi, licet enim tractetur de re temporali, si tamen iudex qui habet causam decidere, voluerit de his etiam cognoscere, quæ merum factum excedunt, & causam proprietatis habent annexam, quæ spiritualis sit, tunc an possit laicus cognoscere, necne, contendunt Doctores, alij quidem posse negant, alij affirmant, si incidenter, & summatim cognoscat. Feli. & Maria. in cap. cum sit de for. compet. & in c. decernimus. de iudic. Redeundo itaque ad remedium retinendæ affirmant ferè omnes, laicũ posse cognoscere, tam ex eo, quod causa possessoria sit temporalis, quàm quod hoc remedium, mixtam non habeat causam proprietatis. Addunt aliqui iudicium tunc dici habere
32 mixtam † causam proprietatis, quando oportet fidem facere de titulo, vt censuit Ber. Hæc dicta doctorum, si diligenter perpendantur, quomodo procedant, & vera sint, resolvetur facili negotio proposita differentia inter remedia possessoria. Et primò quod attinet, an possessorium beneficij di
33 catur temporale. † aliqui tenuerunt, quòd non, & quòd propterea laicus non sit iudex competens. Ant. de Butr. in ca. literas circa fin. de iuramento cal. & ibi latè Barba. Didac. pract. quæst. c. 35 vers. prima conclusio, & cum etiam in remedio retinendæ debeat fieri fides de titulo, & is vincat, qui
34 melius probat † de titulo, Guid Pap. quæst. 71. Ozasc. post alios per eum allegatos. decis. 54. Menoch. in tertio remed. retin. possess. num. 720. videtur, quòd iudex laicus non possit cognoscere. Vant. vbi supra de nullit. senten. ex defect. iurisdic.

dic. num. 54. Grammat. decis. 21. nu. 8. Alij censuerunt causam possessoriam beneficij, vel rei spiritualis, esse beneficialem, seu spiritualem, aut quasi, ita vt naturam beneficialis, & spiritualis sequatur, addit. ad decis. Tholos. 470 Cur. d. par. 7 quæst. 6. plura adducens. Quidam autem substinguunt, an agatur de possessorio beneficij, aut alterius rei spiritualis, & causam dicunt beneficialem seu spiritualem, aut agitur de possessorio prædiorum, & corporum ad beneficium spectãtium, vel ad ecclesias, & tunc dicunt causam esse temporalem, & laicum posse cognoscere, pro his videtur text. in cap. si quæ causæ. in fin. 11. quæst. 1. glo. in clem. dispendiosam. in verbo beneficijs, & in verbo Decimis. in fin. de iudic. & notat Bero. in Rubr. de iudic. num. 152. Alij indistinctè te-
35 nent rei spiritualis possessorium, † dici quid temporale, vel si quasi spirituale dicatur secundum aliquos, naturam tamẽ causæ temporalis sequi. Horum opinio communis est, & verior videtur glo. in d. c. literas de iuram. calum. & ibi Panor. not. & Zabatel & glo in c. cum dilectus. in verbo, iuramento, de electione. nota. in d. clem. dispendiosam. de iud. Archi. in c. primo, in verbo in ciuilibus. de restitu. spol. in 6. Bal. in cap. primo, apud quos, vel quem controuer. feud. & in l. si de proprietate. nu. 15. C. si à non compet. iud. Marant. in quarta part. dist. 13. vbi distinguit iudicium seculare à temporali, ecclesiasticum à spirituali, vt seculare, & ecclesiasticum iudicium, tribunal respiciat. Temporale, & spirituale rem de qua agitur. Rip. in tub. extra. de iudic. nu. 90. vbi dicit hanc esse communem conclusionem. Eman. Suarez. recept. sent. in verbo. possesso. benefi. Marc. decis. 512. facit, quod supra dictum est, quod causa mere possessoria feudi, non est feudalis, & propterea, non mirum, si iudex feudi non sit iudex possessorij, sed ordinarius: & id facit pro opinione glossæ, & communi declarando, vt laicus non sit iudex in causa ordinaria, sed in summaria sic, non quia possessorium tribuat huiusmodi qualitatem, sed summaria causæ cognitio, & vbi tractatur materia facti, & non obstat qualitas rei, de cuius possessorio agitur, licet sit spiritualis, ex quo possesso-

rium

rium temporale est, & ex causa videlicet scandali euitandi, & ne vis alicui fiat, coram seculari tractari potest, licet clericus reus sit, prout infra dicetur, quòd videtur esse de mente Bursa. cons. 49. num. 7. allegat Anto. Grauat. in annota ad pract. Octau. vestr. lib. 5. c. 1. vbi dicit communem esse opinionem, quòd possessorium causæ spiritualis, nõ sit spirituale. Idem fermè sentit Menoch. in 3. remed. retin. possess. q. 54. numero 381. vbi sentit duos posse esse iudices in causa possessoria beneficiaria, vel spirituali, ecclesiasticum, & laicum, quo facilius, & validius Ecclesia defendatur. In causa tamen possessoria feudi, nu. 422. dillinguit, an agatur de puro, & simplici possessorio, vel habente mixtam causam proprietatis. propterea indistinctè quoque putarunt nonnulli, laicum posse cognoscere de huiusmodi causa prout idem Grauat. dicit Bened. in c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. decis. 2. num. 39. Boer. decis. 69. num. 23. Gram. decis. 78. Cassan. cons. 45. num. 13. Io. de Selu. in tract. benef. part. 1. quæst. 7. num. 16. Aufrer. in tract. de potest. secul. num. 17. Aymo. cons. 322. col. 1. & cum his videtur transire Quint. Mandos. in tracta. de monito. quæst. 13. dum simpliciter dicit, quòd iudex laicus procedere potest super ecclesiasticis, in concernentibus factum, & in possessoriis. Idem obseruari in Camera Imperiali dicit Andr. Gail. lib. 1. practica. obseruat. c. 38. Alij verò, & melius censuerunt laicum posse de huiusmodi possessorij causa cognoscere, si non habeat mixtam causam proprietatis, alias secus. c. causam quæ. qui fil. sint legit. vbi text. dicit, quòd iudicium possessorium spectat ad Regem, licet tractaretur de connexis ad causam matrimonij. Et propterea cùm retinẽdæ remedium causam proprietatis non habeat annexam, ferè omnes censent de eo posse laicum cognoscere in beneficialibus. Ferre post alios. cons. 1. Ozasc. d. decisio. 55. Quòd autem aliqui addunt tunc dici
36 possessorium habere mixtam causam proprietatis, quando oportet fidem facere de titulo, nequaquam admittendum est, præsertim in beneficialibus, in quibus in quocunq; possessorio necesse est fidem facere de titulo. Pan. in c. constitutis, col.

tis.col.2.vers.& aduerte.de elect.& in d.c.in literis.num.12. de restit.spol.vbi latè tractant Doct. & Bero.nu.77.86 cum seq. Affl.ct.in constit.violentias.col.16.vers.In contrarium. Alciat.resp.409. Cassad.de rest.spol.decis.4.nu.7. Menoch. in 15.remed.recup.poss.nu.458. idque ea ratione, quòd beneficium non detur sine canonica institutione, c.beneficiũ. de reg.iur.in sexto.c.ex frequentib. de instit. & de titulo iudex laicus potest cognoscere, quando solummodò quæritur, an sit coloratus, necne, non autem an sit validus. vel invalidus Rip.lib.2.resp.cap.36. quod est finale. Ozasc.decis. 116.nu.4.Purp cons.450. in fin. Dicetur igitur habere mixtam causam proprietatis possessorium, quando iudici est attributa potestas cognoscendi de validitate, vel invaliditate tituli. Vbi autem nihil aliud requiritur, quàm exhibitio tituli colorati, qui prima sui facie, & extrinsecus validus appareat, vt quia collatus sit à potestatem habente, non dicetur iudicium habere mixtam causam, cùm de proprietate non possit cognoscere iudex, sed illud tantum inspicitur, an titulus sit coloratus, & sic incidẽter de titulo cognoscitur, principaliter autem de possessione, seu quasi beneficij, & iuris spiritualis. Menoch in 3.remed.retin.poss.num.328.cum sequen. licet ipse alia ratione sentiat laicum non posse cognoscere, quando vterque litigator est ecclesiasticus, eo quod inter clericos sit incompetens. sicque nedum remanet expeditum iudicium huius remedij retinendæ, quòd in eo laicus sit competens inter clericos etiam ratione beneficiorum, & rei spiritualis, sed etiam aperta videtur via decidẽdi in alijs remedijs. Et in remedio redintegrandæ, communis quoque est doctorum conclusio, laicum posse cognoscere. adducitur intellectus Vincen.ad cap.final de iud.qui licet sit diuinatiuus, est nihilominus verus, vt ibi sentiunt Zabarel.& alij nonnulli. Et Zabarel.in clem.dispendiosam.quæst.10 de iudi. Guido Pap.decis.1.& 207. Luc.de pẽn.in l.si colonj.col. fin.C.de agric. & censi.lib.11. Bero.in d.rub.num.53.de iudic. Natta consil.41.1.num.3. Ozasc.decis.116.num.1. aliqui tamen contrarium tenuerunt, Feder.de Sen.quæst.90 Guid.

Papa

Papa conſ.149. Rolan conſ.23.volum.2.Menoch.in 15.remed.recuper.poſſ.num.211.& horum ratio eſt, quòd ceſſet timor ſcandali, cùm conſtet, ſeu de facili conſtare poſſit de poſſeſſore, qui etiam ſi prædo ſit, manutenendus eſt, nec citra iudicialem cognitionem priuandus: iudicialis autem cognitio, tractanda eſt apud competentem iudicem, qui inter clericos eſt eccleſiaſticus, vt ſupra præſuppoſitum eſt. His reſponderi poteſt, quod non omnino ceſſat timor ſcandali, propterea, quòd putant nonnulli ſibi licere rem ſuam recuperare, & vim vi repellere, c.dilecto. de ſent. excom. in 6. l.3.§ eum igitur.de vi, & vi arm. Sed & alia ratione contraria ſententia ſuſtineri poteſt, quoniã ad laicum ſpectat prohibere, ne cui vis fiat.l.1.§.eſt autem.ff.ne vis fiat ei.c.fortitudo.cum ſequen.23.quæſt.7.debet que eccleſiaſticas perſonas, & eorum bona tueri. c. quidam monachi.16. quæſt.1.c. omnis 7.quæſt.1.c.filijs.16. quæſt.7 quæ ratio fuit etiam ab Afflicto conſiderata.decif.24.& dicitur ex textu in cap.principis.73.quæſt.5. ſupra allegato. & cap. regum eadem q.per quæ iura dicunt nonnulli poſſe laicum cognoſcere de vi, & iniurijs etiam inter clericos. Villalob. in com.opi. in verbo clerici in 5.fall. & hoc ſecundum conſuetudinem regni, inſpecta etiam cauſa, illa poterat tractari coram laico, cùm de poſſeſſorio agatur non habente mixtam cauſam proprietatis: & hac ratione, quamuis ſubdubius non negat Rober.de Freta.in d.conſ Bellam.40.colum.16.verſicul. & ſuppoſito. quin poſſit agi in foro ſeculari, vt laicus tueatur, vel reſti-
37 tuat clericũ. Maior verſatur difficultas in poſſeſſorio † adipiſcendæ, quod dicunt Doctores habere mixtã cauſam proprietatis, & propterea laicum eſſe incapacem, ſi agatur de poſſeſſorio beneficij, vel rei ſpiritualis. Guid.Pap.q.1.Aymo conſ.104 num.17.Menoch.vbi ſupra.nu.25. citantes alios, & videtur hæc communis opinio, ſed penitius conſiderando.doctores diuerſificantes huiuſmodi remedia, ſe fundant, quòd laicus ſit incapax ratione rei, & cauſæ, non admodum conſiderata ratione perſonarum litigantium, & profectò obiectus ratione perſonarum videtur tolli hoc in remedio ca-

dem

dem ratione, quæ in alijs suprà fuit adducta, causa videlicet scandali euitandi, quod in concursu apprehensionis possessionis non minus oriri posset, quàm in materia manutentionis, aut reintegrationis, ex quo ad apprehendenda sacerdotia plures quandoque certatim currunt, vt inquit Ferre cõs. 12. nu. 15. & propterea, à iure dicit approbatam consuetudinem, vt laici cognoscant in possessorio. Aliqui etiã in adeptione possessionis, si reperiant contradictorem, quem legitimum non reputant, omni conatu ius suum exequi, & possessionem adipisci curant, intrusi quandoque etiam præsidia collocant in ecclesijs, vt resistant habẽtibus bullas Pontificias, & interim mouent omnem lapidem, vt ipsi pariter aliquem, vel mendicatũ titulum nanciscantur. Ecce igitur, quomodo scandali occasio oriri potest, nõ minus in hoc remedio, quàm in alijs. notat in simili Castren. in l. fin. num. 2. C. de edic. diu. Adr. toll. Neque ideo minus ad Principem spectat prouidere, vt cessent huiusmodi occasiones scandali, quàm ne cui vis inferatur, & vt amoueantur similes de facto detentores, faueatque requisitioni clerici prouisi, & mãdata Pontificis obseruet. argum. cap. vt famæ. in fin. de sent. excom. & quod dictum est supra per capit. Principis, & cap. Christianis. 11. quæst. 1. Afflic. in constit. Sicil. lib. 1. cap. post mundi. Et in proposito videtur esse glos. in terminis, iuncto textu in cap. petimus. 11. quæst. 1. dum ibi glo. inducit illum text. in argumentum, quòd si quis mittatur in possessionem, & aduersarius eum non admittat, quòd manu militari res potest ei auferri. Et loquitur tex. in episcopo detentore, qui per secularem compelli poterat: concordantiæ autem per glo. allegatæ de potestate laicali supra clericos, loquuntur. & facit cap. de persona eadem quæstione. vbi habetur, quòd laicus iudex potest executioni mandare sententiam inter clericos latam per ecclesiasticum, & consequenter in possessionem mittere rei adiudicatæ: Non minus igitur poterit in executionem literarum Pontificis inducere clericũ in possessionem rerum beneficialium. Respectu autem causæ, considerandum est, vt in alijs remedijs, ita etiam in hoc possessorium

38 sorium† duplex constitui posse, summarium videlicet, & ordinarium. Menoch.post alios.in prælud.recuper.poss.nu.24. Summarium autem est, in quo nuda possessorij causa tractatur, vt in l.fi.C.de edic.diu.Adr.tollen. vbi ostenso testamento in sui prima figura non viciato, hæres scriptus mittitur in possessionem, & sufficit summaria cognitio, non plenaria, nisi adsit legitimus contradictor, de cuius iuribus veniat plenius tractandum. quo casu agetur causa iudicio ordinario. Castr.ibi num.5.& num.11.tractat, qualis sit necessaria citatio.Alb.col.7.vers.restat, vbi dicit, quòd duæ sunt cognitiones in materia edicti, vna summaria, altera plenaria. Ordinarium autem possessorium est, quod altiorem requirit indaginem, & mixtam habet causam proprietatis, & licet possessorium rei spiritualis sit temporale, tamen quando habet annexam causam proprietatis, laicus est incompetens eius cognitionis, vt si de validitate, vel inualiditate iuris sit cognoscendum. Itaque summarium in beneficialibus possessorium adipiscendæ, est, vbi clericus laicum requirit, vt eum in possessionem beneficij immittetur, eiusq; implorat auxilium, ob dubium, ne vis aliqua ei inferatur in adeptione possessionis: ad quem effectum præsentat literas suæ collationis, & vt doceat se esse talem, qualem se nominat. Estq; huiusmodi extraordinarium auxilium, vt in simili dicit Archid.in cap.1.de eo qui mit.in poss.cau.rei seru.lib.6. Ceph. cons.19.in fin. & cognoscit laicus per viam extraordinariã, idest summatim, vt impediat rixas, oppressiones, & scandala. Alb.cons.75. num. 5. regulaturque simile possessorium, eisdem ferè modis quibus.l.fin. C.de edic.diui Adria. prout & in plerisque alijs casibus summatim cognoscitur, an quis sit mittendus in possessionem, l.2. C.vbi in rem actio exerc. deb. Auth.ei qui.C.de bon.aut.iud.poss.l.3.§.causæ.de Carbon.edic.l.1.§. si ea.de vent.in poss. mitt. Ideoq; laicus iudex, visis literis non cancellatis, neque vitiatis eius, qui obtinuit beneficium, fauet requisitioni clerici, & mandata Põtificis obseruat. Neque eo inficias munus mittendi pro vi-

39 sum de beneficio in possessionem † spectare ad clericum,

non

non ad laicum. Rebuf. in praxi. benefic. tit. de missio. in possess. num. 11. & 29. sed laicus prouisum committatur, & protegit authoritate sua laicali, & super oppositione, ac resistentia facti cognoscit, & quamuis in hoc, aut in alio quocunq; possessorio, fides fieri debeat de titulo, illud est pro colore, sicuti, nec etiam admittitur contradictor, nisi habeat titulum coloratum, vt supradictum est. Inno. & Abb. in cap. veniens. el secundo, de test. in verbo incontinenti. Gozad. cõsil. 7. num. 7. Neque propterea talis causa, trahitur ad natu-
40 ram spiritualis, quia in attribuendo † actum alicui speciei, inspicitur, quod principaliter agitur. Pan. in d. c. literas, nu. 8. & ita etiã declarat Dec. cons. 220. vbi parificat huiusmodi remedium possessorium beneficij dispositioni. l. fin. & de vno ad aliud etiam argumentatur Menoch. in d. l. fin. nume. 749. quamuis huiusmodi possessorium beneficiale hoc magis in reo exigat, quàm edictum in prophanis, vt habeat ipse quoque titulum coloratum, cum beneficium non possit sine canonica institutione retineri, at in casu. l. fin. legitimus plerunque est contradictor, etiam si titulum non ostendat, Verum, sicut in edicto fide facta de testamento, non requiritur cognitio habens altiorem indaginem, ita in beneficij possessorio laicus non cognoscit de validitate, vel inualiditate tituli, sed sufficit, quòd sit coloratus. Guid. Pap. decis. 85. Rebuf. de sentent. exec. artic. 1. glo. prima. Alciat. consil. 24. numero 2. Ferret. cons. 13. in princip. & cum ista sit summaria cognitio, non est laico prohibita, etiam de re spirituali, ita Bald. in authen. ei qui num. 27. C. de bon. auth. iud. possid. & in c. quanto, de iudic. vbi voluit, quod iudex secu-
41 laris possit cognoscere de possessorio iuris † patronatus, licet ius patronatus sit ius spirituale. Hipol. sing. 70. & licet de huiusmodi dicto aliqui dubitent, reperio quòd in quadam causa Tolletana matrimonij, de anno 1542. 30. Octobris, corã D. Fabio Accorambono proposito puncto, an laici possint cognoscere de possessorio super cã legitimitatis, vel illegitimitatis, ac etiam matrimoniali. Rota resoluit, quòd essent laici Iudices competentes, quod dicebatur procedere,

quando de articulo speciali, & matrimonio siue principaliter, siue incidenter, non veniebat plenè tractandum, sed sufficiebat quasi possessio illius qualitatis requisitæ, & summatim de illa qualitate laicus cognoscit Bal. in l. 2. C. de Carb. edic. & in l. filium. de his qui sunt sui, vel alie. iur. Rom. cons. 173. vers. 1. & licet idem Rom. cons. 299 col. fin. dubitet etiã ipse de huiusmodi dicto, tamen rationes in contrarium per eum allegatæ procederent, vbi laicus cognosceret de iure spirituali, non ad effectum quasi possessionis iuris, sed validitatis, vel inualiditatis, & ita etiam intelligẽdum est, quòd scribit Gomez. in reg. de anna. q. 46. & quòd gl. not. in c. fin. de iud. & faciunt quæ supra dixi post Bart. & alios in l. Titia. ff. sol. matr. Fely. & Dec. in cap. decernimus. de iud. in causa etiam decimarum, quæ alioquin spiritualis est, potest laicus iusdicere executiuè compellendo debitores ad solutionem. glo. in constitutio. Sicil. in tit. de decim. in glo. fin. & ibi Afflict. in 8. quæst. lib. 1. & in c. Reg. Caro. 2. titul. de priuileg & immun. eccles. facit quod Bald. notat in l. acceptam. nu. 4. C. de vsur. vbi dicit, quòd quando proceditur executiuè, & iudicis officio, clericus † depositarius potest cogi per iudicẽ laicum ad restitutionem depositi, quia non proceditur contra eum per modum iudicij. sed executiuè ex officio suscepto. glos. in decis. Tholos. 168. & idem Bald. dicit de sequestro apud ecclesiasticum facto. in l. si fideiussor. 5. si satisdatum. ff. qui satisd. cogan. quem sequitur ibi Ias. num. 6. & dicit notandum. Propterea non negat Didac. d. c. 35. vers. 6. iudices regios posse iustissimè tractare causam possessoriam beneficij extraordinarie, ad effectum vt quieta respublica sit. Afflict. d. decis. 24. & decis. 85. vbi autem is, qui mittitur executiuè in possessionem reperit contradictorem, aut is contradictor habet ipse quoque titulum coloratum, & tunc partes sunt laici remittere clericos ad iudicem ecclesiasticum, & interim manutenere possessorem, & nedum de validitate, vel inualiditate tituli cognoscere non debet, sed neque etiam quis magis habeat coloratum, titulum: hoc enim sine petitorij cognitione vix fieri potest, neque id tantum in

42

adipi-

adipiscendę, sed in omnibus alijs remedijs possessorijs obser-
uandum est, & in simili dicitur, quòd si proponatur excep-
tio excommunicationis coram laico, cognoscit quidem
43 laicus, † vtrum sit quis excommunicatus ab eo, qui potesta-
tem habet excommunicandi, non autem de validitate, vel
inualiditate excommunicationis. Gemin. in c. fi. in fi. de for.
compet. & ita procedit, quod supradicti Doctores dicunt
non posse laicum cognoscere in possessorio adipiscendæ,
quia habet mixtam causam proprietatis. c. tuam de ord. cogni.
& hoc modo declarandum est etiam dictum Anchar. in
c. ea quæ. q. 17 de reg. iur. in 6. dum inquit, si quis petijt mis-
sionem ex edicto l. fi. C. de edic. diu. Adr. & contra missionē
factam in aliqua re, comparet clericus contradictor dicens
se possidere, contra ipsum comparentem debet offerri libel-
lus, coram suo iudice competenti. allegat. text. illius leg. in
vers. sinautem contradictor extiterit, tunc in iudicio com-
petenti. &c. Et subdit, quòd cùm iudicis officium tunc ver-
setur, vt cognoscat, quis habeat potiora iura, non videtur
laicus iudex competens contra clericum, se opponentem.
Agendum est enim tunc ordinario iudicio, & pro immissio-
ne, iudicis officium imploratur, quod summariè expeditur.
Exceptiones autem requirentes altiorem indaginem, ordi-
nario iudicio tractantur, quamuis si plures compareant con-
tradictores, inter quos adsit clericus, censuerit Bald. clericū
debere sistere coram laico. in d. l. fi. num. 45. quòd vtiq; pro-
cedit in summaria cognitione, secundum formam illius le-
44 gis, ex quo natura litis, † & causæ, trahit ad se personam. Ia-
cobi. in d. vers. & dicti vassalli num. 3 sic itaque, vbi de nudo
possessorio agitur, causa summariè tractatur, & coram laico
clericus causam tractabit, secus, vbi cognitio tituli, aut aliàs
ordinario iudicio tractari debet: Neque inconuenit quod
vnus sit iudex huius summarij iudicij, & alius ordinarij, vt in
nuit tex. illius legis, & ibi notant doct. & canon. in c. fin. de
iudi. vbi verò contradictor nullum habet titulum, vel habet
prorsus non coloratum non impedietur missio. Et titu-
lum non habere, vel habere non coloratum paria sunt, vt

per Guidop.d. decis.85. Natta cons.411. num.6.vbi id declarat in titulo euidenter nullo, & primo aspectu inualido, quoad formam extrinsecam. Rebuf.in tit.de cau.benef.pos. art.1.glo.vn.nu.4.vbi dicit, quòd qui non habet auctorita-
45 tem superioris, dicitur euidenter iniustus † possessor, & ei non competit possessorium ad Rot. decis.14. fuit dubitatũ. in nou.quæ notabiliter dicit, quod vbi constaret clarè, & notoriè de non iure partis, quòd ea non est audienda, cum eius non interfit. Ferre.cons.23.num.3. & in simili casu facit, q̃ notat gl.in extrauag.suscepti.ne sed.vac.aliq.innou.in verbo, collectores. vers. sed qualiter. vbi collector non potest cognoscere de titulo, sed ei committitur simplex compulsio & executio in beneficia vacantia, aut quæ detinentur per aliquos, quorum possessio nuda est, & nullo iuris adminiculo fulcita. Et si ei constabit notorie de nuda possessione, & nullitate tituli ejciet detentorem, secus si dubium sit, quia tunc partes remittet ad ordinarium iudicem. in proposito igitur, vbi reperitur contradictor, aut aliquis se opponens missioni qui sit sine titulo vel titulum habeat prorsus non coloratum, cum eius non interfit, audiendus non est, iuxta opinionem Azo.in d.l.fin vbi dicit, quod non est legitimus contradictor, qui nudam prætendit possessionem, & ibi Bal. num.3.dicit, quod iudex non debet pati, quod beneficia spiritualia de facto occupentur, & tunc cum oppositio sit magis facti, quam iuris, spectetque ad laicos clericos tueri, & ne de facto vis fiat eis. clemen.1.vers. ego. de iureiur. cap.1. in prin. de pac. tenen. glo.in c.grandi. vers. defensionem. de suppl.negl.præl.in 6. Puto istius summarij iudicij, quod plenam causæ cognitionem non requirit, laicum esse capacem? Et hic cessat ratio per Doct. allegata, cum huiusmodi cognitio mixtam non habeat causam proprietatis. Et ex ijs patet hoc in casu sustineri posse opinionem eorum, qui indistinctè dicunt laicum posse cognoscere in possessorio beneficiali, & rerum spiritualium, & eorum qui specificè loquuntur in remedio adipiscendæ, intelligendo de summario non de ordinario: quo casu communè dicit. Grauati. in additio.

ad

ad Vestrium.lib.5.c.1. & hanc opinionem tenuit Igne. in l. necessarias.§.non aliàs.par.2.nu.11.ff.ad Syllan.Dec.d cõs. 220.& in l.fin.num.19. idem videtur sentire Guidop. cons. 68.num.3.Ferre.cons.16.num.6.& cons.18.num.3 & 28. & addi possunt doctor.supra allegati tenentes indistinctè laicum de possessorio beneficiali posse cognoscere.Huiusmodi autem opinio communiter recipitur si vsus, & consuetudo adsit in patria ita cognoscendi, & in eadem Tolletana fuit decisum laicum esse capacem iurisdictionis spiritualis,præsuppositoexercitio immemorabilis temporis,& fama priuilegij, multo magis igitur stante consuetudine cognoscendi
46 in possessorio. quod videtur elici ex bulla † Martini Gallis concessa,quæ se fundat in vsu, & ex ea nihil Gallis de nouo attribuitur,sed quod vsu sibi parauerant,comprobatur, vt inquit Rebuf.in titu.de cauf.benef.possess.artic.8.glo.2.& in vsu etiam fundatam intentionem laicorum cognoscendi in possessorio beneficiorum,dicit Gul.Bened.in d.cap.Raynutius.Hunc etiam vsum cognoscendi inter clericos per laicum, admissibilem esse in similibus casibus, atque adeo in fortioribus terminis, videlicet in causa petitoria reali comprobat Didac.pract.quæst.c.35.in princ.& num.5. ea ratione,quod huiusmodi priuilegium sit humano iure concessum vt ipse latè disserit, & respondet contrarijs. Boer. decis.69. in prin.Alciat.in cap.cum non ab homine.de iudi.facit.cap. sicut & c.sequen.11.quæst.1.dum ibi dicitur, quod clericus in ciuili causa ante ciuilem iudicem est conueniendus, & in fin.subdit,quod sacris canonibus,& forensibus legibus,clerici tam in ciuili, quam criminali causa, ad laicum iudicẽ non sunt trahendi:non ergo de iure diuino:& Paulus à præside Cæsarem appellauit in act.apostol.cap.25. & in capitu. mennam.2,quæstio.5.Papa mandauit episcopo,vt de crimine se purgaret coram regina francorum, & eius arbitrio,& plura congerit Ozasc.decis.30.Et ad cap. si Imperator.96. distinct. cum similibus, vltra responsiones datas per Dida. cum,potest responderi, quod aliud est laicos habere potestatem super personas clericorum, quod innuit dispositio

illius text.nõ posse,latè Clar.in §.fi.in pract.crim.quæst.36. aliud, quod super rebus eorum proprijs vel beneficialibus habeant iurisdictionem, quod videbatur Iure antiquo magis concessum,per iura suprà adducta.authen. vt eccl. Rom. cent.ann.gaud.præscr,ibi, ecclesias nostras. & alibi multoties constat Imperatorem condere leges respicientes res ecclesię,& ecclesiasticas personas.l,cum clericis.C.de episco. & cler.& toto eod.tit.verum nouissimo iure pontificio, regulariter etiam consuetudo videtur improbari, per quam clerici ad láicale tribunal trahuntur,vt supra dixi:quę tamẽ regula patitur exceptionem:propterea in casibus exceptuatis,& ibi habentibus eandem rationem, ac vbi reipublicæ expedit,negotiumque publicum bonum concernit,hic vsus tanto magis admittendus est:& ipse etiam Fely. in cap.2.de maior.& obed.colum.1.non diffitetur, quod quando Papa non tolleret omnino priuilegium clericale, sed supra clericos laicis tribueret iurisdictionem in certis casibus,vel personis, id facere posset, præsertim ex causa. Ias. in Rub.ff.de offic.eius. & prout ius ipsum spirituale concessibile est priuilegio,ita etiam præscriptibile per laicos Io. Andr. & Gemin.in c.2.de præben.in 6.colum.pen.cap.fin.& colum.fin. in prin.versi.2.no.Fel.in c.causam quæ.de præscript. Et profectò Reipublicæ valde conducibilis videtur vsus cognoscendi summatim in possessorijs beneficialibus,propter scãdala vitanda, quæ in concursu apprehensionis possessionis oriri posse diximus, non minus fortè, quam in materia manutentionis ex quo ad apprehendendam possessionem beneficiorum plures quandoque concurrunt; vtem es consilio Innoc.in c in præsentia.de proba. vbi consulit, quod si sint duo contendentes de bar editare,quod procuretur præuentio in occupando bona,& ibi dicit, quod si concurrant, ne causentur rixæ,iudex vtrique inhibet.Cessante autem publica vtilitate,in cæteris casibus, non passim admissibilis erit vsus cognoscendi per laicum in clericos, tanquam à iure improbatus,vt supra dixi:& notat Io.Q in.Hed.de.Ino. cra.vit.de iud.rer.temporal.colum.3 in patria [illegible]

† Pede-

47 † Pedemontana, hic vsus cognoscendi per laicos, & præsertim Senatum de quocunque possessorio summariè, inoleuit antiquitus, & sæpius ita obseruatum fuit, prout in quadam causa Braydensi, & in alijs etiam pluribus causis, & de huiusmodi vsu testantur Aymo conf. 258. num. 8. Menoch. in 15. remed. recupe. poss. nu. 211. Et nouissime de anno 1573. de mense Nouembris in quadã causa. Valpergiæ, & Regis, cum à Valpergia detineretur beneficium absque titulo, fuit dictum Regium esse immittendum, & associandum in possessionem amoto detentore, qui allegabat quidem titulum, & petebat causam remitti, sed fidem non faciebat, & compertum etiam fuit per Auditorem Reuerendissimi Nuntij, qui Regis partes tuebatur, hoc valde expedire, cũ ipse Valpergia haberet in ecclesia homines armatos, quibus tuebatur ius suum: In eo tamen casu, fuit postea idem Valpergia restitutus per Principem ad producendum suum titulum, solutis omnibus retrofactis expensis. Quinimo, fortius eadẽ ratione scandali vitãdi gratia à quam pluribus prĩcipibus statutum est, ne sine eorum permissione aut literis placito-
48 rijs, possessio beneficiorum apprehendatur, quæ statuta, † an de iure procedant non modica est controuersia. Negatiuam tenent Abb. conf. 83. volum. 1. Felin. in cap. ecclesia sanctæ Mariæ. num. 96. de constitu. & ibi Deci. num. 48. Boss. in tit. de Princip. num. 218. facit cap. cum vos. de offic. ordin. vbi fortius loquitur tex. in patronatibus, & ibi Zabar. dicit. d. c. cum vos. non procedere in Francia, & Anglia: Affirmatiuã tenent Ange. conf. 23. tanquam bona ratione sint facta, & gratia scandali vitandi. Socin. inter conf. Curtij. conf. 20. Ferre conf. 18. nu. 3. vbi dicit, quod hæc practica obseruatur apud omnes Principes, tam vltra montes, quam citramõtes, licet in certis regnis corroboretur autoritate priuilegiorum Summi Pontificis: & in dominio Mediolani attestatur Boss. vbi suprà, ita obseruari, & si diu huiusmodi decreta fuerint obseruata, prælatis scientibus, & patientibus, illa sustinentur, ex tacita saltem prælatorũ approbatione. ita Didac. dicto. ca. 35. vers. sic etiam in his regnis, vbi dicit, quod Rex

Hispania-

Hiſpaniarũ,& alij Chriſtiani orbis Principes, circa hoc,eo-
dem iure vtuntur. Ex generali autẽ conſuetudine patriæ Pe-
49demontiũ,† Princeps manum apponit ad beneficia vacan-
tia,& eorum cuſtodiã committit,donec compareat prouiſus
ab habente poteſtatem conferendi, ad c. generali, de elect.
in 6. de qua conſuetudine conſtat ex ſcripturis archiuij Ca-
meræ rationalis,& atteſtatur Purpur.conſ.360. Quæ conſue-
tudo tollerabilis eſſet, dummodo non impediretur diuinus
cultus,& ſimplex adhiberetur cuſtodia, abſq; aliquo abuſu.
Inſuper etiã eadẽm ratione ſcandali vitandi,& propulſandi
violentias,ſolet Princeps,& Senatus concedere eccleſiaſti-
cis literas ſaluaguardiæ,ad effectum,vt qs conſeruetur, à vi,
potentia, & iniurijs manifeſtis. iuxta c. res oẽs. 23.q.5. Ozaſ.
deciſ.88.& hæ literæ tanto magis iuridicæ ſunt, ex quo, per
eas nõ derogat iuriſdictioni ordinariæ.gl.in c.ſi Papa.in ver
bo,non exiſtunt.de priuil.in 6. Iaſ.conſ.57.vol.3.& pulchrẽ
Neuiz.conſ.83.nu.9.vbi poſt Anch.conſ 86.dicit,q; per ta-
30lem receptionẽ,ſub ꝓtectione,& ſaluaguardia,† nihil noui
inducitur, & eas æquiparat conſeruatorijs Papæ, de quibus
etiam per Guid. Papæ q.56.& 77.& Boer. deciſ. 297. Cum
autẽ dixerimus rem de qua agitur,plerunque eſſe in cauſa,vt
laicus poſſit,vel non, de poſſeſſorio cognoſcere: vbi de præ-
ceptorijs,ſeu cõmendis ſancti Ioannis Hieroſolymitani agi
tur,facilius poſſe laicum tractare cauſam poſſeſſoriam dice-
51dum eſt. Nõ enim sũt beneficia illæ cõmendæ,† ſed militiæ
temporales. Ita Saly.in l.omnimodo.§. imputari.ff de inoff.
teſtam. Peruſch.conſ.66,Mar.deciſ.1240. Pariſ.cõſ.125.nu.
17. vol.4. & colligitur ex bulla Pij ſecundi Religioni con-
ceſſa. Sunt autẽm dictæ commendæ debitæ militibus illius
ordinis,qui rempublicam Romanã eiuſque ſedem,& omnẽ
Chriſtianitatẽ ꝓ virili tuentẽ. vt dicit Bon. de Curtil.in trac.
de nobilit.par.3 nu.51.vbi plus dicit,q; non debẽt tales præ
ceptoriæ confectiijs, qui vix, aut nunquã Rhodũ viderunt,
vel hodie Melitã, ſed tãtũ militaribus in ſulis quoquomodo
decorati ſunt, quos dicit indignos huiuſmodi præceptorijs
quas militibus cõferri vſu receptũ eſt. Cagn.in l.ſin.nu.121.

C.de

C.de pact.Propterea,nõ immerito Princeps noster Serenissimus eidẽ ordini promisit,per se & suos, tradere possessionem,tantũmodo habẽtibus literas à Magno Magistro,& nõ alijs,declarãdo,quicquid secus fieri cõtinget subreptitiũ,& nullũ,ꝙ etiã videmus ab alijs magnis Regibus,& Principibus obseruari,& tradit Foxan.Hispanus in chronicis religionis Hierosolymitanæ. Quòd transmissis legatis pre quondã Illustrissimum, & Reuerendissimũ F. Petrinũ de Ponte ma-
52 gum magistrũ,& Principẽ Melitẽsem,p̃truũ meuũ,ad Magnum Carolũ Quintũ Imperatorẽ,respõsum oratores ab eo acceperunt, indignum ac irrationabile esse, Equites ordinis fraudari præmijs, quæ promeriti sunt inseruiẽndo Reipublicæ Christianæ,& ꝓpterea mãdauit. vice Regibus vtriusq; Siciliæ,& Producibus Mediolani,ꝙ possessio beneficiorum seu prẽceptoriarũ ordinis, nulli alijs traderetur,p̃terquã prouisis à Magno magistro. Et adeo militibus debitas dixerunt aliquí huiusmodi cõmendas, vt censuerint nõ valere collationes aliter factas p Summũ Pontificẽ, etiã ante ius in cõmenda alteri quæsitũ,eo ꝙ anciano competat ius ad rem.ꝙ auferri non põt.Nat.cons.268.Cephal.cons.97.Aym.cons. 783.nu.2. quæ tamẽ opinio mihi sẽper visa fuit dubitabilis. Existimo tamẽ cõtra similes Papales collationes obici posse plures exceptiones obreptionis,& subreptionis, necnon inualiditatis derogationũ genericarũ , & defectus voluntatis Papæ,& alias prudẽs,& sagax causæ patronus iuxta casuum varietatẽ excogitare poterit Disputare autẽ an Papa possit, sacrilegij instar mihi videtur.iuxta gl.in c.eã te extra de ẽta. & qualita.præfic.l.2. C.de crimi.sacril. Verũ, licet possit,an debeat,misi ex causa facere, & quidẽ iusta,& publicũ fauorẽ respiciente, ipsius summi Pontificis sit iudiciũ, nõ aliorum, quorũ non est os ponere in cẽlũ Iustissimus autem Pontifex, boni & æqui verè sacerdos Gregorius XIII.prout anteacto tempore inminoribus existẽs,iura reddẽdo, suum vnicuique perpetuò tribuit, ità quoque ad summi Apostolatus apicem assumptus, huiusmodi commendas militibus actu seruientibus debitas existimans,illas dum vacare hactenus contigit,

ipsis,

ipsis, non alijs, conferendas merito censuit. Addunt aliqui,
53 ex quo commendæ huiusmodi manuales fiunt, & ad nutum amouibiles, vt ex stabilimentis, illius religionis colligitur, quòd nunquam vacare dicantur. propterea conferri non possit ad Rot. decis. 244. in antiq. Archidiac. in c. præsenti, de offic. ord. in 6. sed licet essent amouibiles ex primæua institutione, attamen vsu receptum est, quòd dentur ad vitam, propterea non manuales censeri debent. Roman. cons. 350. Gomez. in reg de trien. quæst. 5. in fin. Cassad. 5. reg. cancel. decis. 30. & 32. nu. 6. Quicquid sit de collationibus, in earum possessorio, latius patet secularis iudicis Imperium, quàm in beneficialibus, idque vel ex eo, quod supra dictum est, q ybi agitur de possessorio prædiorum Ecclesiæ, non autē sim pliciter de beneficij possessione, laicus sit omnino competens: & cùm saltem huiusmodi præceptoriæ, non sint propriè ecclesiastica beneficia, licet ad Ecclesiam spectent, de earum possessorio laicus poterit cognoscere. Et propterea hac forte ratione motum consilium Neapolitanum ius dixit in petitorio, dum tractaretur de re ad ordinem Hierosolymitanum pertinente, inter priorem illius religionis, & quoddam monasterium, licet adducat aliàs rationes. quare cognitum sit. Afflict. decis. 380 in fin. & in possessorio adipiscendæ de anno 1573. censuit Senatus nolter se iudicem competentem, In causa prioratus Lombardiæ inter Reuer. fratrem Obertinum de Solario Equirem Hierosolymitanum prouisum a magno magistro, agentem, & Illustrissimū, ac Reuerendissimum Cardinalem Sforciam conuentū, licet postmodum Princeps, ex gratia speciali, & contemplatione ipsius Cardinalis, remiserit causam quondā Illustrissimo, & Reuerendiss. Cardinali Bobbæ protectori ipsius Religionis Hierosolymitanæ.

Finis tituli.

Quis sit iudex, &c.

COM-

COMMENTARIA
AD TITVLVM,
Qui Feudum Dare Possunt.

Libri primi Feudorum Tituli primi.

AVTHORE AMÆDEO A PONTE,
Lombriasci Condomino,
& in sacro Pedemontano Senatu Primario Præside.

SVMMARIVM.

1 *Successio in feudo an proprie dicatur acquisitio.*
2 *Feudum dare qui nam possint.*
3 *Principis proprium est feudum dare.*
4 *Iurisd. Clio non transfertur nisi authoritate Principis.*
5 *Imperatores, & Reges titulata feuda concedunt, idem in Papa.*
nu. 6. & 11. & 22.
7 *Quibus Papa regales dignitates conferre possit.*
9 *Papa potest ex causa Reges deponere.*
10 *Papa cognoscit in causa Regni liberi.*
12 *Papa non infeudat in aliorum Imperio.*
13 *Papa habet vtrumque gladium.*
14 *Potestas quæ in habitu consistit ad quæ conferat.*
15 *Principum varia est potestas & nu 17.*
16 *Imperator post electionem plenissimam habet potestatem.*
18 *Vicariatus perpetui dignitas qualis, et authoritas vicarij.*
19 *Dux Sabaudiæ habet plenissimam potestatem in suo dominio.*
20 *Suprema potestas qualiter esse possit in recognoscentibus Imperatorem.*
21 *Imperator quid possit post communicatam supremam potestatem.*

Princi-

23 *Principes iura Imperij non habentes non possunt infeudare, et num. 24.*

25 *Marchiones Montisferrati possunt alienare, etiam totam Marchiam.*

26 *Principes iura Imperij non habentes non dicuntur veri Principes. sed abusiui.*

27 *Adherentes, et confœderati qui sint, et eorum qualitates.*

28 *Adhærentia non tribuit iurisdictionem Principi super adhærentibus.*

29 *Adherentes quando subditi fiant principibus quorum protectioni se committunt.*

30 *Pacta sunt seruanda subditis quibus mediantibus se submiserũt.*

31 *Principes eorum quę sunt Principatus habent liberam administrationem, et an possint alienare.*

32 *Princeps habet duplex patrimonium.*

33 *Demanialia bona, quę dicantur.*

34 *Acquisita per Regem in bello possunt alienari liberè per ipsum.*

35 *Probentur qualiter bona de patrimonio.*

36 *In alienationis materia quę à Principibus fit, quę veniant consideranda.*

37 *Alienatio de re status an valeat, si fiat non reseruata superioritate.*

38 *Imperator donando feudum ecclesię non abdicat à se supremam potestatem.*

39 *Iurisdictio etiam suprema cum causa potest alienari, et nu. 43.*

40 *Præscriptio contra Principem, et iurisdictio suprema an præscribi possit.*

41 *Census liberatio an præscriptione contra supremum dominum acquiri possit.*

42 *Regalia præscriptione acquiri possunt.*

44 *Legitima causa alienationis in principe quę dicatur.*

45 *Donatione facta ecclesię an censeatur translatum omne ius superioritatis.*

46 *Causa alienationis in Principe qualiter probetur, & an præsumatur.*

47 *Clausulæ motus proprij, & plenitudinis potestatis non operantur in præ-*

in præiudicium tertij in non expressis.

48 *Causa an præsumatur cum fit alienatio cum procerum consensu.*

49 *Principis assertioni de causa alienationis non est standum in contractu suspecto.*

50 *Principis assertioni non statur quando venit contra proprium cõtractum.*

51 *Causa alienationis quando præsumatur. & num. 52. 53. 54. 55. & 56.*

57 *Alienatio à principe cum causa facta debet per suum consilium approbari.*

58 *Clausulę motus proprij, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, requiruntur in alienatione principis.*

59 *Alienatio retenta vniuersali iurisdictione, & superioritate licita est, et nu. 61.*

60 *Donatio remunerationis causa à Principe facta tenet.*

62 *Alienatio principis quando reuocetur, & nu. 63. 64. & 66.*

65 *Reuocata alienatione per principem an teneatur de euictione, et ad pretij restitutionem.*

67 *Alienatio in modica quantitate pluribus vicibus facta an licita sit.*

68 *Quantitas qualiter in alienationibus consideretur.*

69 *Regalia concedi à principe non possunt.*

70 *Primę appellationis cognitio, non censetur concessa vassallo sub clausula, meri mixti imperij, & omnimodę iurisdictionis.*

71 *Regalia in generali concessione non veniunt, & quæ in eorum concessione comprehendantur, nu. 72 & 73.*

74 *Infeudatio an sub alienatione comprehendatur.*

75 *Alienationis verbo quid comprehendatur.*

76 *Infeudare potest princeps stante consuetudine infeudandi limit. nu. 80. 81. 85.*

77 *Princeps potest infeudare res sibi mediate subiectas, & nu. 79. & 83.*

78 *Princeps potest nouam dignitatem creare super inuestitum.*

84 *Princeps ex contractu suo ita remanet obligatus, vt in casum contrauentionis, seu annullationis ad interesse teneatur.*

86 *Successor an, & quando teneatur seruare factum sui prædecessoris*

ris cui in principatu succesſit,& nu.87.88.89.92.94.99.100.

90 *Iuramentum facit actum magis irreuocabilem.*

91 *Edicta plura cremiſſ. Ducum Sabaudiæ circa prohibitionem alienationum enumerantur.*

93 *Clauſula derogatoria expreſsè requiritur in alienatione, quę ſit contra formam edicti.*

95 *Princeps quando in contractibus dicatur tenere locum priuati.*

96 *Priuilegia,quæ tranſeunt in vim contractus etiam ſucceſſores ligant, & ſunt irreuocabilia,nu.98.*

97 *Priuilegia,quando in vim contractus tranſire dicantur.*

98 *Conceſſio Principis in executionem promiſſorum.*

99 *Princeps delinquendo obligatur.*

101 *Ordinaria,& abſoluta poteſtas in principe, quę dicatur.*

102 *Poteſtas abſoluta contra ius,et ſine cauſa exercitata eſt damnanda,et reijcienda.*

103 *Princeps quando poſſit contrauenire ſuo contractui, & nu.100.*

104 *Succeſſor an teneatur habere ratam infeudationem factã à prædeceſſore de feudo viuentis recaſuro, nu. 100.*

105 *Subditorum intereſſe in alienatione quale conſideretur, & an in illorum præiudicium valeat infeudatio, & numer. 107.108.109.110.*

106 *Dominus feudum ſine voluntate vaſſalli in alium transferre nõ poteſt.*

111 *Regula quod dominus non poſſit inuitis ſubditis opida alienare, & infeudare multis modis ampliatur,et limitatur,numer.112.113.114 115.116 124.*

117 *Pactum cum ſubditis initum de non infeudando, vel alienando eſt irreuocabile,et nu.118.119.122.*

120 *Princeps non poteſt ſe cum principatu alteri ſubijcere inuitis ſubditis.*

121 *Subditi alienati non coguntur iurare fidelitatem nouo domino.*

123 *Metus præſumitur ex mandato Principis.*

125 *Subditi ex cauſa neceſſitatis poſſunt impunè alium dominum recognoſcere, & illi ſe ſubmittere.*

126 *Conſuetudo quod ſubditi inuiti alienentur eſt attendenda.*

127 *Infeudare omnes etiam ruſtici hodie poſſunt.*

Feudum

128 *Feudum rusticum quod dicatur.*
129 *Fœmina feudum dare potest.*
130 *Feudum iure antiqui concessum an antiqui naturam,& effectũ sortiatur,& eius effectus.& nu.131.limitatur negatiua, affirmatiua. nu.132.133.*
130 *Clausula,in antiquum,& c.*
134 *Pupillus,& minor feudum dare non possunt.limita in feudo antiquo. nu.135.*
136 *Princeps quid gerere sine tutore possit.*
137 *Inuestitura noua quæ dicatur,et quæ antiqua sit.*
138 *Tutor nouas infeudationes facere non potest.*
139 *Tutor an possit infeudare rem infeudari solitam.*
140 *Procurator generalis an possit infeudare.*
141 *Camera inuestit, et quando.*
142 *Ecclesiastici quando feudum dare possint.et nu.145.146.147.148.et 149.*
143 *Solennitates requisitæ in alienatione, debent interuenire in noua infeudatione.*
144 *Prælatus in præiudiciũ ecclesiæ inuestituram alterare non potest.*
150 *Prælatus potest sine solennitatibus infeudare res solitas infeudari.& nu.155.& 160.*
151 *Res quando dicatur solita infeudari.*
151 *Solitum infeudari quando dicatur.*
152 *Solitum, et consuetum in quo differant.*
153 *Præscriptio immemorabilis titulus validus præsumitur ex tempore immemorabili.*
154 *Solitum vt operetur quæ requirantur, et à quo tempore incipiat. et nu.161.*
156 *Prælatus an sine consensu capituli infeudare possit res infeudari solitas.*
157 *Capitulum an vacante sede infeudare possit.*
158 *Prælatus consanguineis feudum dare potest.*
159 *Iuramentum non extenditur ad solita infeudari.*
162 *Decimarum feudum an prælatus concedere possit.*

Titulus qui feudum dare possunt.

PRo clariori elucidatione huius tituli, qui feudum dare possunt, præmitto tres terminos, quorum vnus alter non est. Feudi constitutio, quæ pertinet ad creandum, & deducendum in esse formam tituli feudalis in re, quæ subijcitur. c. 1. quib. mod. feud. constit. poss. Acquisitio feudi specificè sumpta, quæ pertinet ad translationem feudi iam formati: quamuis acquisitio genericè sumpto vocabulo, constitutionem etiam complectatur. c. 1. de feu. cogn. in fin. Probatio feudi, quæ pertinet ad iudicia dum in controuersores est, num sit feudalis: quamuis Doctores plerunque primos duos terminos confundant, Acquisitionem capiendo pro constitutione, ita vt dicant impropriè feudum acquiri per
1 successionem, † cum tamen propriè eo modo feudum acquiratur, non autem constituatur. d. c. 1. quib. modis feu. constitu. poss. c. 1. de consuet. recti. feudi. & ibi glo. 1. & Aluar. num. 4. Mart. Silimani, de feud. Rub. quib. mod. feud. const. & qualiter acquirat. tangit Curt. in 2. part. in 4. quæst. 2. partis nu. 14. titulus autem noster ad primum terminum refertur, & in eo de noua potissimum feudi concessione, seu constitutione tractabimus; nam quod ad renouationem attinet sub particulari titulo de inuestitura commodius adaptatur. Ita-
2 que † feudum dare possunt quicunque eius rei, quæ datur liberam habent administrationem. c. 1. in princ. & ibi glo. & Doctores, per quos fiat inuestitura. cap. 1. §. item sciendum de nat. feud. & notant omnes hoc eodem titulo, qui feudum dare possunt. Capici. in sua inuestitura. §. feudum dant. vers. infeudant. regulariter igitur omnes feudum dare possunt, qui alienare non prohibentur, & quibus libera rerum suarũ administratio non est interdicta. cap. 1. per quos fiat inuest. estque regula permissiua à qua excipiuntur tantũmodo per-

sonæ

sonæ specificatæ, de quib. per Ardizo. in sum. tit. de perso. & rebus, quæ alie. poss. & Blanch. in summa huius ti. & dicit hic Mart. Silima. quod edictum est prohibitorium, sicut edictum de procuratoribus, ideſt certis personis prohibitis, alijs generaliter permissum est, vt exponit glo. in l. mutus. §. 1. de
3 procur. † proprium tamen principis est feudum concedere, sicut, & donare. l. cũ multa. C. de bon. quæ lib. l. Imperialis. C. de nupt. c. sedes, de rescript. & ibi notat. Pan. c. 1, de donatio. Bal. in l. & in legatis. in fin. C, ad l. Falc. glo. in l. sed si ego. ff. ad Velle. Rom. sing. 644. & ab eo tanquam à primo fonte omnes dignitates, atque iurisdictiones prodeant. §. illud quoque. Auth. constitu. quæ de dignit. l. sacrilegij. C. de diuer. rescrip. l. 1. de constit. prin. Bald. in tit. de feu. March. Azo. in summa de iurisd. omn. iud. not. per Bal. Ang. & Ias. nu. 24. & in l. 1. de offic. eius. Didac. in c. possessor. part. 2. §. 3. nu. 3. de reg. iur. in 6. Marin Frec. lib. 1. de orig. Baro. nu. 27. quamuis etiam ab alijs inferioribus subalternatiuæ dignitates, pfluant, & ità sunt intelligendi Doctores in tit. de feu. March. quos Boss. damnat. in tit. de regal. nu. 11. & in c. 1. §. iudices vero. & §. ad hoc. de pace iurâ. firman alias §. ad hoc. est titulus de allodijs. vbi Bal. nu. 2. dicit, quod iurisdictõ
4 † non potest conferri nisi auctoritate principis mediata vel immediata, habetur. in l. more. maiorum. ff. & l. priuatorũ. C. de iurisd. omn. iud. Alex. cons. 24. in prin. volum. 5. & notant. Isern. & alij, quod hic non est expressum de Imperatore, &
5 Rege, ꝙ possint feuda dare, tanquam sit indubitabile, & † ꝙ ipsi concedunt etiã titulata, & magna feuda, vt ducatũ, Marchionatũ, Comitatũ, & alias regales dignitates, quæ nisi per supremũ Principẽ cõcedi possunt. c. 1. de feud. March. & ibi notat Bal. nu. 3. ꝙ collationes regaliũ. dignitatũ ad Imperatorem spectant. sequitur Aluar. nu. 1. qui tamen subdit, ꝙ in regnis spectant ad Reges, & idem dicunt omnes scribentes hic, & in locis supra allegatis. Soci. cons. 165. visis inuestituris. col. 2. vol. 2. & idem dicitur. de Papa, quod de Imperatore. & inquit Bald. quod Papæ inuestitura potentior est
6 quam iusiurandum in c. 1. qui succes. ten. † & multò magis

spectabit dignitatum collatio ad Papam, qui Imperatorem confirmat, & ab eo recipit fidelitatis iuramentum. Ita Lauden. Præpos. & Afflic. in d.c. 1. de Feud. March. impugnantes Bal. quatenus de vsurpatione Papæ obloquitur. Nó desunt tamen, qui in dubium reuocent hanc conclusionem de Papa, ita vt scisi quandoque fuerint in diuersa studia Doctores nostri tractantes, de duobus gladijs, & de auctoritate Papæ & Imperatoris, & temporibus nostris non leuis rumor suborsus est propter erectionem Ducis Florentiæ in magnum Ducem Ethruriæ factam per Dicæ memoriæ Pium V. quæ tandem obtinuit intercedente etiam Imperatoris placito, Ego sequar in hoc communes conclusiones distinguendo. Quod aut loquimur de non subiectis Imperio, nam Imperator licet habeat præsumptionem pro se, & intentionem in iure fundatam ad l. deprecatio. ff. ad l. Rhod. de iactu. ita vt qui dicit se exemptum probare debeat. gl. in c. Adrianus. 63 dist. Gabriel. in tit. de acq. rer. domi. concluf. 3. attamen hodie satis constat, quod nõ est super omnes nationes mundi. Clem. pastoralis de re iud. vbi glo. in verbo districtum. c. super. de priuileg. & ibi not. & dicit gl. in rub. C. de stud. liberal. vrb. rom. lib. 10. quòd hodie Imperium est sciſum. Bart. in extrauag. ad reprimendum in verbo totius orbis. Rest au. de Impera. q. 52. & 53. Menoch. cons. 2. num. 93. volum. 1. &
7 † quo ad istos non subiectos Imperatori, & Acefalos Papa conferre potest quascunque dignitates, cum ipse sit supra omnes nationes mundi, ac omnium Christianorum Dominus. c. cuncta per mundũ. 9. q. 3. c. omnes 22. dist. c. quęcunque. 11. q. 1. extrauag. vnam sanctam. de maior. & obed. glo. in c. 1. in prin. in verbo partibus. de statu. regul. in 6. vbi dicit quod Papa totius orbis tenet principatum. c. per venerabilem. qui filij sint legitimi, & ibi dicit. Inn. quod Reges seculi subsunt Papæ, non Imperatori, & Papa est ordinarius omnium non recognoscentium Imperatorem, & tales principes non recognoscentes Imperatorem censentur habere Papam in superiorem, etiam quo ad temporalia. c. licet ex susceptо. de for. compet. & ibi notat Innoc. gl. in c. extrans-

missa.

missa.eod.tit.Bar. in l. neque. C. de decur. lib. 10. vbi dicit, quod quicquid nõ subest Imperio, est sub ecclesia. Bal. cons. 217. ego puto. vol. 3. sentiens, quod à sententia Regis Francorum lata contra non subditum, potest supplicari ad Papam. Innoc. in c. cum te. in fin. de re iud. dicens quod Papa non restituit in integrum ad famam, & honores subditum alterius, sed illos, qui aliorum iurisdictioni non subsunt; & ibi subdit quod Reges omnes Imperatori non subsunt, sed Papæ soli in arduis, & grauibus. Præpos. in c. 1. colum. 2. in fin. & colum. sequen. de pace. iura. firm. Felin. in cap. 1. num. 8. de proba. Bologn. in add. ad tract. Catal. de Boncompag. de potestate Papæ. nu. 2. cum seq. Afflict. in prælud. num. 27. & in tit. quæ sint regalia. nu. 25. & 54. Ant. Rosel. de potest. Impera. & Papæ. vers. quod vero. & in vers. sacerdotium facit, quod Bald. dicit in l. rescripta. C. de prec. Impera. offeren. quod omnes dignitates deriuant à Papa, quod tamen sanè intelligendũ est de dignitatibus ecclesiasticis, vel etiã secularibus sub ditione Papæ in Episcopalibus existentibus Restau de Impera. d. quæst. 53. nu. 17. & quæst. 68. num. 2. &
8 † quod possit Papa cõferre regales dignitates præsupponit. Bal. in tit. quæ sint regal. in fin. dum dicit vltimo nota, quod si Papa facit aliquando Regem, omnia ista acquirantur. nec desunt exempla, Nam Leo III. Pipinum Caroli Imperatoris filium Italiæ Regem creauit, vt adnotauit, Platina in Leonis vita. Gullielmus vtriusque Siciliæ Regale titulum ab Hadriano IIII. est consecutus. & idem Regnum in Carolum Andegauensem transtulit primo Vrbanus IV. quem confirmauit, & inunxit adiecto titulo Regis Hierosolomitani, Clemens IV. Barto. in constitu. si vero. C. de hæret. Bald. in l cum antiquiorib num 11. C de iure delib. & Papa Regnum Hierusalem concessit Regi Carolo. Bart. in l. apud hostes. de leg. 1. & in l. liber homo. de verb. obliga. Alfonsus Portugaliæ Dux, Regium nomen, & Diadema ab Alexandro Papa III. est consecutus, quin etiam transfert Papa Regna de gente in gentem, vt Imperium à Grecis transtulit in Germanos. c. venerabilem. de elect. o. clem. 1. de

iureiurando, & ad Papam potest recurri via supplicationis, vel denunciationis per grauatos ab ijs, qui superiorem non recognoscunt. c. nouit. de iud. & ibi not. clemen. pastoralis. de re iud. Bald. de pace Constan. in verbo, pactiones. Ad Papam etiam recurri potest vacante Imperio, vel Regno, seu principatu supremo. Aufrer. de potest. Eccles. num. 57. post
9 Fely. & alios, & generaliter † Reges insuper, & Imperatores ex causa potest Papa deponere. c. ad abolendam. de hæret. c. ad apostolicæ. de re iud. in 6. c. grandi. de suppl. neglig. prę-la. in 6. c. alius. 15. q 6. Barba. de præstan. Cardinal. q. 2. num. 3. Ferdinan. Loaz. in cons. oppidi de Mula in respons. ad 7. argum. num. 13. vbi plura exempla adducit. videlicet Theodosij iunioris Imperatoris depositi à Leone I. Henrici III. à Gregorio VII. Filippi Imperatoris à Costantino Papa. item Desiderij Lomgobardorum Regis ab Adriano regno priuati. Petri Aragonum Regis à Martino. Item Holeslaus Poloniæ Rex ab Innocentio IIII. fuit depositus; & regium nomen abolitum donec assentiēte Romano Pontifice post ducentos circiter annos fuit restitutum Ioannes quoque Anglorum Rex ab Innocētio III. fuit depositus, & exinde restitutus, Angliaque, & Hibernia tributaria sedis Apostolicæ effecta. Io. Cirier de primogen. lib. 3. q. 7. Burs. q. 124. in fin. & dicit Iser. in prælud. quòd ecclesia potest eximere vnam prouinciam ab imperio ex causa, intelligas tamen ex causa propter quam tribuitur iurisdictio Papæ super Imperatorē, aut Reges, vt in d. clem. pastoralis. & in d. c. alius 15. q. 6. c licet de vot. alias secus. c. ad Apostolicæ. de re iud. in 6. & ibi glo. in verbo grauissima, & in cap. quoniam. dist. 10. Bald. in l. fin. C. de legi. las. in prælud. num. 61. latè Restau. de Imper. q. 81. vbi dicit quod Imperatores Reges, & principes seculares possunt quidem per Papam deponi; & liberari subditi à fidelitate, sed id ex grauibus causis, & maximis delictis. Mich. Vlcur. de reg. mun. in 2. q. 2. part. n. 82. vbi aliquot casus enumerat. & ad hanc superioritatem Papæ respexit Bar. in l. Barbarius in 1. lect. in fi ff. de offic. prætor. dum voluit Imperatorem non posse renuntiare Imperio in manibus electorum,

ctorum, sed tantum in manibus Papæ. Præposit. in c. lex est.
10 in princip. 2. distinct. Hinc infertur † quòd si controuersia sit de regno libero prout proximis diebus fuit de Regno Portugaliæ inter Philippum Regem Hispaniarum Emanuelem Philibertum Ducem Sabaudiæ, Chaterinam Duciſſam Bragancie Don Antonium illegitimum, omnes consobrinos, & in æquali gradu existentes, huiusmodi controuersiæ Papa iudex esse debeat, prout aliàs in controuersia administrationis eiusdem Regni Portugalliæ manum apposuisse Papam legimus. in c. grandi. de supplen. neglig. prælato. in 6. & facit extrauag. Io. ti fratrũ. ne sed. vac. ibi cum ad secularẽ iudicem nequeat haberi recursus. d. c. venerabilem. de elect. Restaur. de Impera. q. 70. Laud. de prin. q. 1. Io. quin. heduc. de Aristocrat. Christia. tit. de mutuis Imperijs. colum. 3. vbi post aliquot exempla concludit, quod sicut ecclesia est omnium mater, ita etiam est iudex competens auctoritate pauli. epist. 1. ad Corinth. c. 6. An nescitis, quòd Angelos iudicabimus, quantò magis secularia. In qua Regni Lusitanię quę stione, contendebat etiam Principis Parmæ filius, sed ipse in vlteriori gradu erat constitutus; contendebat pariter populus de electione, & propterea de facto elegit Don Antonium, qui tamen propterea non obtinuit ex quo Rex Hispaniarum asseuerans ius suum clarum esse, nec alicuius decisione egere, armis rem esse diffiniendam, censuit, ac valido exercitu Don Antonium fugauit; & Lusitaniam expugnauit, iure canonum, vt Galli inquiunt, quòd sibi debitum erat vendicans. & in ea Lusitaniæ controuersia scripserunt multi, egoque iussus à Sereniſſimo Duce meo. Quæ dicta sunt de collatione dignitatum temporalium per Papam, multò fortius procedunt in subditis Ecclesiæ Romanæ in temporalibus, quibus Papa quascnnque dignitates temporales conferre potest. vt per Bal. q. 324. Papa. & 353. prę supponendum. vol. 1. & in tit. epiſc. vel Abb. c. 1. num. 7. & post
11 eum ibi Aſſlict. nu. 12. dicit, † quòd regalia auctoritate Papæ possunt infeudari, necnon bona quęcunque ecclesiarum Redoan. in tract. de reb. eccles. non alien. in titul. de infeud.

rerum eccleſ. per Papam. vbi tangit an neceſſario exigatur conſenſus Cardinalium. Bero.conſ.72.vol.1. Iaſ.in prælud. feud.num.81.Marc. Ant.Peregr. de iur. fiſ.lib.1.tit.3. num. 83.& in Papa non requiruntur ſolennitates. Franc.in ca.1. num.29. de reb.eccle.non alien.in 6.& inf.num.149. prout Papa cõceſſit Marchionatum 1.1240.deinde Ducatum Ferrariæ dominis Atteſtinis ſeu AEſtenſibus.Nat.conſ.661.nu. 3.item Ducatum Vrbini Dominis de Ruere, Ducatum Placentiæ, & Parmæ, Dominis Farneſijs, & ſic de ſingu-
12 lis. † multò fortius poterit inueſtituras per prælatos factas extendere. Pariſ.conſi. 103.vol. 4. vbi de Feudis Pleiæ, & Suontiſelli Aſten.eccleſiæ, & hodie non leuis eſt controuerſia de eodem Ducatu Ferrariæ an Papa poſſit extendere inueſtituram ad non vocatos, ſeu non comprehenſos in primis ſtante præſertim Bulla Pij V. & an id poſſit ſine conſenſu Cardinalium, ſuper quo non eſt meum ponere os in cœlum, verum quo ad extenſionem inueſtituræ Ferrarienſis nil fuit obtentum, Et Innocẽtius IX. declarauit Bullam Pij V. procedere etiam in Feudis nondum apertis, nec deuolutis. Si aũtem de ſubiectis imperio loquamur, aut recognoſcentibus Imperium, vel quoſcunque alios Reges aut ſupremos Principes, neque in conferendis dignitatibus, neque aliter, Papa vult falcem in meſſem alienam ponere.c.nouit. de iudic.cap.quoniam.10.diſtin.& in d.c.cum te.de re iud.c.cum ad verum.96.diſt.c.tanta & c.cauſam.el 2.qui filij ſint legit. c.ſi duobus.in fi.de appell. Innoc.in c. inquiſitionis de ſenten.excom.Mich. Vleur.vbi ſupra nu.90. Bal in l.1.C.quomo.& quan. iud. Alex.conſi.3.vol 5.in princi. & propterea neque vacante Regno, aut Regis linea extincta, poſſet Papa regem eligere, vbi electio ſpectaret ad populum; neque in præiudicium aliorum ad quos poſſet ſepectare electio. Tractatu de pote. ſecul. & eccleſ. c.179. num.12. Quod autem attinet ad quæſtionem de duobus gladijs, eam doctores ad nauſeam vſque pertractarunt varijs in locis potiſſimum Roſel.de poteſt Imper.& Papę, in prin. Somm. viridar.de pote. ſecul. & eccleſ. ego ſatis in cõperto eſſe exiſtimo ex ijs quæ

in iu-

13 in iuribus supra allegatis notantur † summum Pontificem, vtrumque habere gladium, habitu, scilicet, vbique locorum, habitu autem, & actu, certis in casibus, & locis: in locis verò ecclesiastico subditis Imperio, passim ac indistinctè habitu & actu habere vtrumque gladium. Innoc. in cap. quòd super his. de vot. Quæ licet distinctio, de habitu, & actu ab aliquibus irrideatur, communis tamen est, & recipiendam censeo. ad glo. in c. maiores in verbo aptitudine. de Baptis. & glo. in d. c. nouit. Franc. Arias. de bello. nu. 202. Pet. Anton. de Petra de fideicommiss. quæst. 12. num. 200. & seq. dicit talem possessionem, quæ in habitu solo consistit dici fictam, & inutilem, virtus enim non in habitu sed in actu consistit, & vide eundem. num. 224. verumtamen Aufrer. de potest. secul. in prin. num. 5. dicit quòd huiusmodi potestas habitualis confert circa plura, & præsertim vacante imperio. Afflict. in Rubrica quæ sint regal. num. 56. Restau. de Impera. q. 4. & 50. Bursa. conf. 90. num. 23. & hæc quidem potestas habitualis

14 confert † primo, vt sit iudex inter Principes superiorem non recognoscentes. Abb. & alij in c. 1. de proba. & supra dictum est. secundo, vt vacante imperio seu regno Papa administret d. c. licet ex suscepto. de for. compe. tertio vt vacáte & cessante iure successionis, vel electionis collatio spectet ad Papá. in d. c. 1. de feu. March. Card. Afflic. & alij Marc. Anto. Peregri. de iure fis. lib. 1. q. 2. in prin. & nu. 31. & 68. Inter princi-

15 pes etiam non æqua est conditio. nam aliqui † sunt supremi vt Papa, qui primatum obtinet, deinde Imperator qui Pontificiam subsequitur dignitatem. cap. solite de maior. & obed. 9. finimus autem de non alien. reb. eccl. cap. duo. 96. distinct. Bero. in cap. 1. nu. 17. de constitu. subsequitur Regia potestas, quæ superiorem non cognoscit vt Rex Franciæ ad glo. in cap. de accusationibus. 2. quæstio. 5. capitu. per venerabilem. qui filij sint legitimi extrauag. meruit. de priuileg. glo. in extrauag. prodiens. de crimin. falsi. in verbo filijs item Rex Hispaniarum c. quanto. de iureiur. glo. in c. & si necesse. in verbo restitui. in fin. de don. inter virum, & vxorem. & c. Adrianus. 63. dist. Iser. in titu. quæ sint reg. versiculo, mo-

lo, moneta. & alij etiam Reges enumerantur non recognoscentes superiorem de quibus per Petrum de Monte in sua Monarch. tit. de Imperato. maiest. orig q. 1. Io. And. in c. super quibusdam. in verbo, regum de verb. sign. & in c. cùm te in glo. fin. de re iud. Corset. de potestate reg. quæst. 71. num. 66. Nicol. de Vbal de succes. ab intestato. nu. 82 plures etiã Reges enumerat Aflict. qui non subijciuntur Imperio, & generaliter dicit, quod ferè omnes Reges non obediũt Imperatori in prælud. const. quęst. 21. & 13. Ioan. Cirier. de primogenit. quæstio. 13. libr. 3. & ij regnum transmittunt iure sanguinis ad descendentes, neque propterea maior eorum potestas dici potest quam sit Imperatoria, quæ est electiua, quia modus acquirendi, atque etiam deferendi dignitates non est is, qui maiorem, vel minorem tribuat auctoritatem, postquàm enim dignitas est in personam collata omne ius, & plena auctoritas illi est attributa, neque Rex transmittit regnum, sed lex. c. lege obuenire. de verb. sign. vnde impropriè, & abusiuè dicitur maiorem esse potestatem Regis quam Imperatoris. in c. licet de voto Marin. Frec. lib. 1. de
16 Baron. num. 36. Itaque Imperator post electionem plenissimam habet potestatem, neque electores aliquid super eum possunt. l. 1. de constitutio. Restaur. de Imperat. quæst. 67. vnde Francorum Rex Henricus II. postquam fuit electus, & creatus in Regem Polloniæ non potuit deponi de iure, & alius creari, eo præsertim prætextu, quod noluit ex causa habitare in regno, cum ad id cogi non posset. Paris. cons. 22. num. 93. vol. 1. Rolan cons. 1. nu. 110. vol. 1. Dominium Venetum pariter superiorem non recognoscit. Iaf. in l. 1. C. de sum. Trin. & fid. cath Bald. cons 411. quidam emerunt. vol. 5. Soc. Iun. cons. 100. nu. 11. vol. 2. & isti tãtam auctoritatem habent in territorio suo, quantam Imperator habet in Imperio. Aluar. in Rub. quæ sint reg. Isern. & alij hic Aflict. in constit. regni lib. 1. q. 13. quicquid aliqui dissentiant, & inter principes istos, Bar. in l hostes. de capt. & postlim. reuer. putat valde differre, an fateantur Imperatorem mundi dominum, sed se esse exemptos, in quo tamen ego vim non facio.

tractat

tractat Rellau. quæstio. 54. Mich. tamen Vicar. d. tract. de regim. mund. in 3 quæst. 2. partis princ. inaniter satis contendit omnes Reges Imperatori subesse. Barb. autem cons. 38. col. 6. in fin existimat, quod licet Princeps non recognoscat superiorem, quod non per omnia æquiparetur Imperatori, & tantum pro eo non præsumatur quantum pro imperatore, sed sunt huiusmodi opiniones contra communes sententias. † Alij superiorem equidem recognoscũt. sed in dominio, & territorio suo habent, & exercent iura Imperij, & Imperatoris vice funguntur, ab Imperatore, quæ non differunt quo ad exercitium supremæ iurisdictionis, & auctoritatis, nisi abitu maioris circuli, sicut Scapha difert à naui. Bald. in Rub. quæ sint regalia, & cons. 359. quemadmodum. volu. 1. Barb. cons. 20. col. 4. & cons. 34 col. 27. vol. 2. Rom. cons. 59 in 5. dubio. Curt. cons. 48. & col. 10. & cons. 65. col. 3. Bologn. cons. 1. col. 15. & de Ducibus Lombardiæ Felyn. in c. quæ in ecclesiarum. nu. 33. de constit. Ang. cons. 193. Alex. cons. 2. num. 26. vol. 1. Corn. cons. 152. in prin. & cons. 200. col. 1. & cõs. 299. col. fi. vol. 1. Moheda. decis. 15. Rol. cons. vlt. vol. 4. Brun. cons. 3. col. 2. vers. & præmitto. vbi de Ducibus nostri temporis. & cons. 45. col. pen. vers. qui enim. vbi dicit, quod qui habent dignitates, & principatus perpetuos, prout habent communiter, Duces, Marchiones, & Comittes censentur, sicut Imperator in vniuerso Imperio: quod de habentibus iura imperialia intelligendum est. & cons. 35. vers. præterea. Balb. de præscrip. 2. parte 5. partis, quæst. 2. Præpos. in c. fin. de alie. feu. vbi facit differentiam inter Vicarium perpetuum simpliciter constitutum, qui iurisdictionem habet in officium, & Vicarium perpetuum constitutum cum titulo dignitatis, † quia prima concessio ad hæredes non transit. Ruy. cons. 34. num. 6. vol. 1 ac in alium censetur Imperator transtulisse omnem Imperialem potestatem, seu effectus omnes Imperialis potestatis, & is iurisdictionem habet in dominium. Afflic. in const. Sicil. in tit. q̃ null. prælat. cap. ea quæ. num. 2. el 4. habetque ius in re, ad hæredes transitoriũ. ad not. in c. ad hęc. de offic. Vicar. & in cap. G. Perpetuus. de

fid.

ritissimus, ac integerrimus Aduocatus, & nunc Senator meritissimus in suis commentarijs ad constitution. Sabaud. in glo. 3. prohemij num. 10. & 17. cum pluribus seq. D. Præses Tessaurus in sua Præfat. ad nou. decis. Senat. Pedemont. nu. 14. vbi reprehendit Bodin. qui lib. 1. suæ Reipub. cap. 9. negat. in Duce nostro esse illam supremam potestatem, sicut nec apud alios, excepto Rege Franciæ residere contendit, Menoch in 7. respon. caus. Finar. nu. 104. vol. 1. quem tamen in eo non sequor, dum dicit quòd Dux non recognoscat imperatorē ex eo quòd in inscriptione tituli apponit Dei gratia, quod dictum etiam sequuti sunt alij, Gabriel in commu. opin. de acquir. rerum domin. conclus. 3. in fin. sed id potest intelligi quo ad exercitium iurisdictionis non autem quo ad
20 recognitionem supremi Dominij. † Quomodo autem dicanturisti Principes, & Duces recognoscere Imperatorem, & habere absolutam, & supremam potestatem. Bal. cons. 457. ad euidentiam. num. 3. vol. 5. dicit quòd plenitudo potestatis competit soli Imperatori, vel libero Regi in regno suo inferiori autem non competit iure ordinariæ potestatis: sed competere potest ex speciali priuilegio, vel inueterata consuetudine, vt habetur. in gl. in prohemio constitutio. Sicil. & ex ibi notatis colligitur, quòd ipsi habent exercitium in regno, seu Ducatu, & Imperator habitum, & quòd in particulari, & in singulis corporibus Regni, Ducatus in prouincijs, ac ciuitatibus, oppidis, subditis, & vassallis habent Principes integrum dominium, seu quasi: Imperator autem in vniuersali, seu super vniuersalitate Regni, seu ducatus: propterea in quibuscunq; negotijs, & causis particularibus Regni, Ducatus, aut vassallorum, non potest Imperator se intromittere, sed tantummodo vbi de vniuerso Ducatu, seu Regno disceptaretur: aut quota eius parte, & id etiam est de intentione, Bald. in prohem. Digestorum, col. 3. nu. 11. vbi dicit, quòd et si Rex habeat regnum in feudum ab alio Rege, tamen habet supremam potestatem in subditos, & iurisdictionem exercet nomine suo, & ad eius commodum, & est subalternus directus dominus omnium contentorum in Regno, eaque di-

rectè

rectè possidet, licet habeat vtile Dominium respectu vniuersitatis regni Idem sentit Bal in l. 1. C. vnd leg facit quod not. Barto. l. 1. §. fin. de rei vendi. Curt in 3. princ. q. 2. partis Brun in tract. de statu. exclu. fœm. artic. 13. q. 2. nu. 15. Nat. cons. 661. num. 19. estque Imperator Dominus directus vniuersitatis, & Princeps Dominus subalternus principatus, & eorum quæ in Principatu continentur, & vltra sibi specificè reseruata, nil potest Imperator in principatu. Zas. cõs. 233. colum. antep. vers. 12, & col. seq. vol. 2. Alc. cons. 206. num. 7. neque inconuenit, quòd Dux dicatur Dominus in particulari corpore principatus, licet sub eo contineantur corpora vniuersalia Comitatuum, Baroniæ, &c. quia dicuntur hæc particularia respectiuè ad integrum Ducatum, non intelligas tamen, quòd Dux sit Dominus rerum particularium, nisi proprietas pertineat ad Ducatum, sed tantum ratione protectionis, & vniuersalis iurisdictionis, quàm habet super omnibus rebus prout etiam Imperator, ad glos. in l. Barbarius. de offic. præs. & l. fin. C. de quad. præscrip. Bellam. cons. 11. colum. 2. vers. non obstat. Paris. cons. 1. num. 93. vol. 1. Signorol. cons. 70. num. 2. Ferdinan. Loaz. in consil. oppidi de Multa, in respons ad 5. & 6. argum. num. 130. Afflict. in constitu. regni, lib. 1. q. 17. Restau. de Imperat. q. 97. pulchre. Io. Quin. in trac. de Aristochra. Christ. tit. de Reg. Impe. in prin. Port. lib. 5. concl. 14. desumpta ex commun. opin. Gabriel,
21 lib. 5. de acquir. rer. domin. concluf. 3. † & retinet quidem Imperator in illis amplis concessionibus maiestatem, sed non administrationem Imperatoriam, nam omnia confert salua maiestate, idest Imperiali maioritate, & honore. Caccialup. in l. Imperium. num. 21. de iurisd. omn. iud. Roland. à Valle cons. 68. num. 16. & cons. 57. num. 16. vol. 1. & suam quidem supremam potestatem communicat inferioribus, non autem à se omnino abdicat: vt per Natt. cons. 608. nu. 1. & 8. lib. 3 quinimo nec potest illam à se abdicare omnino Petrus Belluga. in specul princ. rub. 1. num. 9. allegat text. in l. legatus. de offic. præs. & rub. 23. nu. 12. Quos alios effectus pariat retentio maiestatis Imperialis, dixi supra quòd Impe-

rator

rator esset iudex competens, vbi contingeret de principatu seu eius quota inter aliquos disceptari. Item in principatu Potest exercere Imperator iurisdictionem voluntariam in omnes. Bal. in l. executorem. colum. pen. versic. item non sic. Quod aût dicitur Imperatorem non posse legitimare in terris infeudatis, id intelligitur quo ad subditos vassalli, de quibus non potest se intromittere. ad no. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. Boss. in titul. de princ. num. 181. Restaur. de imperat. quæst. 102. item potest iurisdictionem contentiosam exercere in hostem suum, vt ibidem Bald. sentit Restau. q. 105. tit. 6. item poterit citare in casibus, in quibus ad eum spectat cognitio in territorio Principis. argum. eorum quæ not. Barto. in extrau. ad reprimendum in verbo per edictum vers. item per vniuersum. Hyppol. in l. fin. num. 147. de iurisd. omn. iud. item tenebitur princeps ad sex contenta in tit. de form. fid. vel si teneat principatum in feudum ad iurandum
22 iuxta nouam formam fidelitatis. † Alij sunt principes, qui & superiorem recognoscunt, & vices imperij non habent, diuersaque est ratio in ijs atque in alijs supremis, neque enim contra vel supra ius commune aliquid possunt regulariter statuere, sed tantum secundum, vel præter ius. l. forma. C. de offi. præfec orien. & ibi notatur. & in l. programma. vbi Bal. C. commina vel epist. & in cap. fi. de offic. Archipresb. clem. ne Romani de electio. Imo. cons. 54. in casu præmisso. Dec. cons. 694. num. 11. & in l. 1. num. 20. ff. quòd quisque iur. nisi ob publicam vtilitatem, vel ex euidenti, & necessaria causa Ias. in l. omnes populi. circa finem. num. 31. de iusti. & iure. Alexan. cons. 124 num. 4. vol. 4. Brun. cons. 189. vol. 2. Aym. de antiqui. part. 4. §. ex præmissa. num. 5. & cons. 314. & 973. Afflict. in constitu. Sic. lib. 1. q. 6. & seq. & q. 2. num. 2. Socin. iun. cons. 76 num. 27. vol. 3. & cons. 76. num. 22. vol. 4. Rolan. cons. 3. num. 19. vol. 2. & consil. 4. num. 31. vol. 3. Natt. cons. 179. 550. & 661. num. 6. & tunc potius secundum, quã contra ius dicentur statuere, cum id fiat ex intentione legis, & dicit Bal. in l. nulli. C. de sent. quòd secundum rem dispositam statuta condere erit meri, vel mixti imperij, aut simpli

cis iu-

cis iurisdictionis, ex quo infero, quòd secundum subiectam materiam super qua statuitur, quę etiam attendenda est. Deci. consilio 199. colum. 2. poterit infeudatus statuere secundum, quod erit inuestitus de mero vel mixto imperio, vel iurisdictione, quod etiam sentit Iacob. in verbo, & cum mero. numero 7. & isti non dicuntur habere dignitatem regalem, licet regalia possideant. Paris de Put. de feud. reintegr. cap. 2. Marin. Frec. lib. 2. tit. quis dicatur Princeps. nu. 5. & in 13. autor. col. penul. vbi dicit, quod regalia concessa inferiori, non censentur pœnes recipientem esse ius regale sub illa regula, & natura qua erant, quando erant Coronæ annexa, sed alterata dicuntur, neque etiam possunt aliquid facere, vel statuere in præiudicium superioris. cap. venientes. de iureiuran. cum ibi notatis per Butr. & Pan. & de istis intelligendi sunt Doctores loqui, dum dicunt recognoscentes superiorem non habere iura principis, vel Senatus. Bart. in l. infamem. in fin. de pub. iud. Innoc. in d. cap. cùm te. de re iud. D. Sola in d. prohemio ad Decre glo. 3. nu. 22. & sequen. & nu. 30. de diuersis statutis dominorum. his etiam prohibita est alienatio ratione præiudicij, quod domino fieri pos-
23 set à quo principatum recognoscunt in feudum: † nam tũc de rebus feudalibus disponere non possunt, siue superioris licentia, exceptis casibus notorijs. iu c. Imperialem. de prob. feud. alien. per Fed. & cum textus prohibeat totum, vel partem alienare, non procedit indistinctè, quod scribunt Doct. quod licet Duces, Marchiones, & Comites recognoscentes in feudum dignitates, non possint alienare Ducatus, Marchionatus, & Comitatus in totum, neque in partem quotitatiuam, bene tamen possunt alienare res particulares Ducatus & Marchionatus, ad notata per Bar. in l. prohibere. §. planè. ff. quod vi aut clam. & in c. intellecto. de iureiur. quæ tamen, vt infra videbimus, procedunt in supremo Principe, aut eo, qui habet iura Imperij non aliàs: nam neque ratione dignitatis Ducatus, Marchionatus, & Comitatus hoc procedit, quia licet ista sint feuda regalia, eaque à Rege procedant, ex eo tamen regalia suprema non censentur conce ſſ,

vt su-

vt supra dixi. Item licet habeant dignitatem perpetuam, nõ ex eo infertur, quod eis sit collata suprema potestas: cùm omne feudum hodie sui natura sit perpetuum, & ad hæredes transitorium. §. & quia. hoc eodem. tit. & id in qualibet regali dignitate hodie est vsurpatum. §. final. de alien. feud.

244† vnde de habentibus iura Imperij intelligendum est, quod possint alienare res particulares, sine licẽtia superioris Bru. d. cons. 135. col. 9. vers. præterea. Boss. in tit. de regal. nu. 36. Ferdin. Loaz. in cons. oppidi de Mula. in 1. argum. pro parte Marchio. num. 19. & in Marchionibus Montisferrati, quod possint alienare particularia loca. 1o. Galie. cons. 2. nu. 155. inter cõs. diuersorum habebãt enim Marchiones Mõtisferrati iura Imperij. Ias. cons. 235. num. 1. Natta cons. 487. nu. 9. & sentit Bal. in c. Ecclesia S. Mariæ. num. 7. vt lit. pend. Ias. cons. 112. col 1. vers. nec est bona. vol. 2. Bellam. cons. 51. nu. 3. & 59. nu. 10. Rolan. cons. 29. nu 30. & cons. 86. nu. 12. vol.

251. sed ex alio etiam capite poterant Marchiones † Montisferrati, alienare nedum partẽ, sed totã etiam Marchiam, qa prima concessio facta Aledramo primo Marchioni erat cũ potestate alienandi: proinde alienatio ex testamento Ioannis Saxonis facta fuit in Paleologos, quorum primus Theodorus fuit inuestitus cum commemoratione præcedentium inuestiturarum per verba, sicut, & eo modo, & forma, quo & qua prædecessores habere, & tenere cõsueuerunt, ad quã propterea subsequentes inuestituræ referendæ sunt. omitto plures alias alienationes oppidorum etiam insignium per Marchiones, tam saxones quam Paleologos factas, quæ suũ sortitæ sunt effectum, de quibus per consulentes in causa dictæ Marchiæ inter Sereniſſimos Ducem Sabaudiæ dominum meum, & Ducem Mantuæ vertente, tam respectu vniuersæ Marchiæ, quàm respectu oppidorum citra Padum, & vltra Tanarum, quæ aliàs Marchiones recognouerũt in feudum à Ducibus Sabaudiæ, de quibus non est hic dicendi locus, sed aliàs scripsi ego minimus post celeberrimos consulentes. in minimis etiam feudis alienatio permissa censetur tam principibus non habentibus iura imperij, quam cæteris, cùm

ris,cum & in eis succedant fœminæ. Roma. sing. 118. Curt. in secunda par. quæst. 21. & in 3. parte, in prin. limit. 11. Bru. cons. 238. vol. 3. & cons. 320. nisi aliter per inuestituram dispositum sit. idem procedit extante consuetudine alienandi, vt in titu. de pac. constan. §. nos Romanorum. Bald. cons. 318. quidam nobilis habens feudum à Comite Sabaudiæ. vol. 2. Roland. cons. 2. num. 16. volum. 1. vnde inter hos principes circa alienationis materiam differentia est, quod regulariter feudatarius quamlibet partem feudi alienare non potest sine consensu domini. c. 1. de prohib. feud. alien. per Fed. c. 1. de vassallo qui contr. constit. Lotar. Bellam. consil. 33. colum. 12. versic. 1. quæritur. Princeps autem supremus alienat, sine alicuius licentia, & in rebus principatus habet authoritatem cum libera. Soc. cons. 7. vol. 3. nu. 6. vbi in specie differentiam ponit inter Duces supremos, & subditos. Aym. cons. 681. num. 13. neque in ijs recognoscentibus superiorem, & non habentibus iura imperij consideratur diminutio dignitatis feudi principaliter respectu feudatarij, vel rei in feudum conceſſæ, sed domini, & seruitiorum supremo domino debitorum, vt in d. c. imperialem. habetur, ibi, vt regni vtilitas incorrupta persistat, & ibi, vnde debita seruitia amittebantur, & honor imperij, & nostræ fœlicis expeditionis complementũ minuebatur, & patet, quia cùm Domini consensu posset, & totum, & partem alienare, vnde non consideratur principaliter, & de se vassalli aut feudi, licet regale sit, dignitas, & honor in alienatione, sed præiudicium
26 & dignitas Domini.† Et tandem isti veri Principes non dicuntur, sed abusiui. Afflict. in titul. quis dicatur Dux num. 9. Ozasc. decis. 139. num. 16. Marin. Frec. lib. 2. tit. quis dicatur Princeps. num. 5. & æquiparantur præsidibus, & magistratibus. glos. in c. 1. in verbo obseruetur. si de inuestitura inter Dominum, & vassallum lis oriatur. Bar. Alex. & Ias. in l. stipulationum aliæ. colum. pen. de verbo. obliga. latè Natt. cons. 402. colum. 4. & quatuor sequentibus, & licet Bald. in l. ea lege. C. de condi. ob cauſ. & in l. 1. C. qui admitti. & in l. precibus. C. de impub. & alijs substi. l. receptitia. colum. 1. C.

de

de constit. pecu. dicat, quòd isti Duces, & Comites recognoscentes superiorem magis assimilantur principi, quam præsidi, illud est propter successionem, & perpetuam administrationem: item intelligit Bald. de Comitibus habentibus iura imperij, vt Natt. d. cons. adnotat: vel dici potest, quòd sunt loco principis in sibi commissis, & concessis, & Bru. d. cons. 45. circa fin. postquam multa de potestate Ducum, & Marchionum disseruit, tandem subdit, quòd illa non procedunt in subditis Regiæ Maiestatis, qui habent multum limitatam potestatẽ. vnde non bona videtur cõsequentia Duces, Marchiones, & Comites habent perpetuam iurisdictionem in territorio suo, ergo habent supremam potestatem, seu Principi reseruata, cum illa non veniant, nisi specialiter in cõcessione sint expressa, vt infra dicetur. & si inspiciãtur. Doctores classici, qui tali argumento vtuntur, loquuntur in casibus, in quibus ex verbis cõcessionis colligitur talem supremam potestatem fuisse collatam, vt Castrens. qui pro authore huius opinionis à pluribus allegatur in cons. 34. super primo. colum. fin. vol. 2. loquitur enim in Duce Mediolani, cui dictum fuerat, quòd posset ea quæ poterat imperator, & ita dictum Castren. declarat Fely. in c. quæ in ecclesiarum. num. 33. de constitutio. & idem dicit in ijs, qui de facto non recognoscunt imperatorem, aut iura imperialia obtinent ab immemorabili tempore hoc idem sensit Aym. cons. 494. num. 15. in Marchione Saluciarum, in eo tamen fallitur Aymo quòd Marchio sit Princeps supremus, cum Marchia Saluciarum recognoscatur in feudũ siue à Rege Francorum, siue à Duce Sabaudiæ absque vicariatu Imperiali. Natta cons. 179. Ideoque non immerito Alex. in cons. 2. nu. 26. vol. 1. dicit se id argumentum non firmare, & quamuis ipse alibi tenuerit Ducem Mediolani, & Marchionem Mantuæ habere iura Imperialia, non tam se fundat in argumento suprædicto, quòd certè debile est, meo quidem iudicio, quam in notorietate facti, & consuetudine secundum quam dicunt nonnulli, quòd Duces, & Marchiones Italici nostri seculi habent iura Imperialia; sed contrarium, nihilominus

in pluribus Ducibus, & Marchionibus Italiæ obseruari videmus, præsertim in Regno Neapolitano, in patria nostra Pedemontium, & Sabaudiensi, vnde de magnis Ducibus, & Marchionibus intelligendi sunt Doctores, vt de Ducibus Sabaudiæ, Mediolani, & Marchionibus Ferrariæ, & Mantuæ, qui postea Duces creati sunt, & ijs similibus iura imperij habentib. Paris de Put. d. c. 2. de feud. reintegratione, non autem de alijs. Corn. cons. 200. vī prima facie. vol. 1. D. Sola vbi supra. Est insuper quoddam anormalū genus Principum seu dominantium, qui federati dicuntur, vulgus, adhæren-
27 tes † appellat. de his text. est in l. non dubito. de capt. & post lim. reuers. ex quo distinctio desumitur, quod alij æquo fedære, alij inæquali iunguntur. Iacob. de S. Georg. in tract. inuest. vers. de adhærentibus. num. 8. æqualis dicitur adhærentia, vbi pacta sunt inuicem æqualia prout in dubio præsumitur. Nell. in tract. bannito. in 2. part. 2 temp. q. 36. & licet vnus maiori polleat dignitate, & potentia altero, non ideo minus æqualis dicitur adhærentia. Inequalis est quæ non æquis legibus, sed inæqualibus constituitur, ex quibus vnus alterius vti præheminentioris maiestatem conseruare pol-
28 licetur, † & huiusmodi adherentia non facit personas, & loca de districtu principis, cui sit adhærentia. Ang. in §. æconomis. auth. de alien. & emphy. Card. in clem. ne Romani. §. sanè. quæst. 6. de electio. Mart. de Laud. de Confed. quæst. 39. Bart. Bald. & alij in l. fin. de iurisd. omn. iud. sed nihilominus amici, & socij dicuntur, qui belli, & pacis sunt participes, Inn. in c. ad apostolica. de re iud. in 6. Ang. in Auth. de hæred. & Falc. in prin. col. 2. & cons. 376. & 257. nu. 5. Iaf. cons. 86. col. 2. vol. 3. & in proposito dicit Bald. quod nihil commune habet feudum cum adherentia cons. 268. nihil vol. 2. Fel. in Rub. de tregua, & pace. col. pen. & in c. olim. de accus. qđ autem dicitur ex natura adherentiæ attribui iurisdictionem de iure, & de facto non habenti. Mart. de Laud. in trac. Confeder. q. 7. id procedit, vt iurisdictionem habeat supra offendentes confederatos, vt eos propulset. Bartol. in prima consti. Digestorum, nu. 7. quem refert Guid. Pap. quæst. 583.

Barba.

Barb.consf.62.vol.4.Pan.in c.recepimus.de priuileg.Laud. vbi supra quæst.56.Sigismon.consf.5.nu 29.Cagn.in prohæmio.ff.num.55.& prout text.dicit vnus maiestatem alterius comiter obseruat, idest obsequium obseruantiamque liberis non indignam exhibet,curatque, vt imperium pœnes alterum sit videlicet superiorem, pœnes quem intelligitur imperium retineri, non ita tamen, vt imperiosè versetur inter fœderatos.ita Bude.in d.l.non dubito. Neque propterea isti inferiores subditi dicuntur,vt statim dicetur, nisi se submittant,& non idem de eis, quod de subditis censetur dispositum Ang.in l.quæ religiosis de.rei vend. Pan. & alij in c.1. de postul.præl.Nicol.Moro.in tracta.de fid. treg & pace.q. 149.Natta consf.301.nu.1. lib.2. & latius. consf.636.num.1. lib.4.dum igitur quæritur,an adhærentes superiores, aliquã iurisdictionem habeant in inferiores, regulariter dicendum est quod non Bald in l.etiam.col.fin. C de iure dot. & consf. 506.in tres Marchiones in fin.vol.5. quod consilium refert Iacob.de S.Georgio in suo tract. in vers. de adhærent. nu.7. Roman. consf.444. colum.2. Soc.consf.27.in prin. volum.3. Menoch.consf.32.nu.29. Natta in consilijs supracitatis,vbi concludit onera imponi non posse adhærentibus, & dicit Bart.in d.l. non dubito, quod homines castrorum, qui sunt recommendati ciuitati, & eis datur Palum in signum maioritatis,dicũtur nihilominus populi liberi. & nõ sunt ciues illius ciuitatis,cui sunt dicta castra recomendata.Barb.cõs. 11.col.13.vol.2. facit,quia etiam, quod ciuitas libera committat se protectioni alterius, non propterea transfert in eã aliquam iurisdictionem.not.in c.recepimus, & cap. ex parte tua de priuileg. Pan consf.51.col.2.vol.2. quinimo hoc procedit etiam si committat se protectioni, & regimini .secun-
29 dum Bar. in l.1.C.de excus.mun lib.10 † fallit nisi ex pacto adhærentiæ aliquo modo subijciantur. Iacob. de S Georg. in d.vers. de adhærentibus. Gem. consf.81. vbi ponit aliqua verba importãtia iurisdictionem: & ita intelligi debet, quod notat Alex.consf.84.in fin.vol 3 Dec in l.fin.num.13. de iurisd.omn.iud.& ibi Cagn. nu.40 Boss de crim. læsæ maiesta.

nu.89. & tunc eatenus iusdicere pôt superior, quatenus ferunt pacta. Anch. conf. 437. Ista sñia, & dicit Bald. in l. de qb. q 5. de leg & contractus fœderis, est stricti iuris, & nihil venit in ipso, nisi quod actum est expressè, Soc. conf. 7. colum. 1. & seq. & conf. 74. nu. 7. volu. 1. Dec. conf. 360. num. 8. Curt. iun. conf. 124 col. 1. & seq. Bald. in l. executorem. num. 28. C. de execut. rei iud. vbi dicit, quod confœderationes plus nô operantur quam dicant pacta, & nedum pares, sed inferiores non vltra subijciuntur quam sit expressum. Bartol. conf. 59. commune Spoleti. Soc. in l. si ex toto in fin. de leg. 1. Roma. conf. 444. num 4. Cast. conf. 85. visis dictis, & conf. 313. postremo. col. 2. vol. 1. Natta conf. 301. nu. 2. Brun. conf. 53. & 86. col. 1. Iacob. de Leon inter cõsil. Brun. 117. nn. 71. Dec. conf. 564. num. 11. & conf 549. col. pen. Restaur. de imper. q. 30 109. & nedum adhærentibus, sed etiam subditis seruanda sunt pacta, quibus mediantibus se submisserunt. Soc. consil. 74. col. 3. num. 6. vol. 1. Deci. conf. 287. col. 3. vers. sed tamen Aym. conf 241. num. 17. in fin. & conf. 463. num. 13. & conf. 681. num. 15. & conf. 807. num. 2. & conf. 905. Natta consil. 649. in fin. Fallit 2. vt in subsidium possit superior inter adhærentes iusdicere, & etiam quo ad alios opprimentes adhærentes, cognoscere de causa oppressionis. Brun. consil. 96. vbi dicit, quod si vnus ex adhærentibus expellat alium, poterit Rex se intromittere, & idem sentit. conf. 153. vol. 2. circa fi. Fallit tertio si adhærentes tempore quo adhærentiã faciunt reperiantur subditi alterius, nam tunc, & subditi remanent, secundum opinionem Nattæ in d. conf. 636. nu. 95. Fallit quartò si reperiuntur inferiores in terrtiorio superioris, & forum ibi sortiantur rône delicti, vel aliter, d. l. nô dubito, in fin. Bar. in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo Rebellando, vers. sed an contraria. Fallit quintò, quod licet isti adhærentes cum limitata subiectione non efficiantur absolutè, & propriè subditi, vel vassalli, tamen ab eis parum differunt. Petr. Bellam. de re milit. par. 10. tit. 2. num. 5. vbi pulchrè tractat, an adhærentes comprehendantur in pace facta inter duos Reges. Adde quod potest, quis esse adhæreus

alicu-

alicuius, & subditus alterius, cuius in dubio semper censetur reseruatum ius, d. cap recipimus de priuileg. Bald. in c. 1. num. 9 de iudic. & cons. 369. quæritur, volum. 1. post Archid. & Hosti. dicens vassallum Imperatoris posse se submittere alteri sine imperatoris præiudicio, vt infra num. 83. Brun. cons. 157. col. 2. vol. 2. & d. quæst. 86. num. 2. Barb. d. cons. 11. vol. 2. & cons. 1. col. antepen. vol. 4. Ias. cons. 86. vol. 3. Roma. cons. 47. nu. 6. vbi concludit, quod si duobus facta sit adhærentia, si ambo exigant obsequium, priori est seruiendem. Deci. in capitu. cum parati. numero 8. de appellat. Redeundo modo ad principale nostrum propositum, quod ad su-
31 premos Principes attinet, † eorum quæ sunt principatus liberam habent administrationem, d. l. finali, C. de quadrien. præscriptio. dicta l. sancimus, & l. donationes quas Diuus C. de dona. l. fin. C. de bon. quæ lib. cap. Abbate sanè de re iud. in 6. Ioann. And. in d. capit. grandi. de supl. negl. præla. in 6. Oldr. cons. 94. vbi inquit, quod seruilis, & miseræ conditionis Princeps existeret, si aliquid donare non posset, neque tamen id semper locum habet, vnde videndum est, an Princeps supremus, aut alius habens iura imperij, ea quæ sunt principatus possit alienare, vel infeudare: animaduertendũ
32 autem in primis censeo † principem habere duplex patrimonium, priuatum scilicet, & fisci. l. bene à Zenone, & ibi glo. & Docto. not. C. de quadrien. præscr. l. 2. §. hoc interdicto. ff. ne quid in loco publ. Imo. cons. 35. nu. 23. Brun. cons. 227. vol. 3. Peregr. de iure fis. lib. 1. tit. 1. num. 6. moder. Paris. §. 30. num. 170. Aym. de antiq. part. 4. §. absoluti, nu. 33. Post positis autem bonis priuatis, quæ & Cæsaris dicuntur, de fiscali patrimonio dicendum est, quod itidem duplex est, iuxta quod Bald. notat. cons. 271. casus cõsilij. num. 5. volum. 1. Vasq. de succession. par. 1. §. 26. num. 84. vnum quod ad principem spectat ex causa fiscali, vt quando ex condemnatione, confiscatione, seu mulctis, aut ex deuolutione, commodũ percipit, idem si aliquid acquisierit princeps ex pecunia, quam percipit ex regni iuribus, & hæc nõ impropriè dicuntur patrimonialia. l. patrimoniales, C. de fund. patr. lib. 11.

Luc.de Pen.in l.quicunque, col.2. C.de omn. agr.deser.lib. 11.Alteri quòd reipublicæ dicitur,& pro vsu,ac bono publico,est deputatum, & ea proprie bona dicuntur fiscalia, seu demanialia tanquam dominio principis sint reseruata, & ex pensis necessarijs principatus addicta, dicuntur etiam illa quandoque patrimonialia.l. omnes. & toto titu. C. de fun. patri,& ibi Luc.Iser.in c.præterea Ducatus.num.45.de prohib.feu.alien.per Feder. & ibi Afflict. & in constitu. dignum
33 lib. 3. rub.4. † & de demanio dicuntur ea quæ per antiquos principes retenta sunt, inter bona principatus in dominio suo, non autem alijs sunt, concessa. vt ibid. per Iser. & dicuntur de demanio quasi de dominio, quod à verbo Demano, quod est prodire, sumptum videtur, prodeunt enim ista bona è dominio, & patrimonio principis, alibi verò dicuntur bona de Realenco, vt per P. Bellugę in suo specu.Princip. vbique ex hoc sequitur, quod ea, quæ solita sunt infeudari, & alijs concedi non dicuntur de demanio, & licet deuoluantur capiti demaniali,seu confiscantur,non propterea eo ipso reuniuntur demanio, neque demanialia fiunt, licet à demanio dependeant, sed poterit Princeps ea liberè alienare,vt inf.nu.76.Grammat.conf.47,nu.8. Modern Paris.§. 30.num.184. Paris de Put.de feud.reintegr cap.4.& c.7.vbi expressim dicitur, quòd res solitæ infeudari non dicuntur de demanio, q̃ procedit in vtili dominio rei infeudatæ, directum autem dominium non ideo minus de demanio censebitur. Ex hac conclusione infertur,quòd acquisita per Re
34 gem armis, & pecunia† Regni antequam sint Regiæ Coronæ vnita, liberè spectant ad Regem, qui de eis potest liberè disponere: sunt q̃ transitoria ad eius hæredes.cũ ei acquirantur iure vtilis dominij,seu quasi.c.Abbate sanè § q̃ parte,de re iud.in 6.Bart.in l.si conuenerit. § si nuda.de pignor. actio.Bald.d.conf.271.& Vasq.d.§.26.num.84 Luc.de Pen. in l.quicunque.C.de omn.agr.deser.col.2.vers.quod si tempore. hinc deprehenditur non admodum fundatam fuisse intentionem Regis Aragonum, & Siciliæ contra Ferrantũ Regem Neapolis, prætendentis Regnum Neapolitanum,

ex eo

ex eo, quod fuerat acquisitum per Alfonsum patrē Ferranti armis, & pecunia Regnorum Aragoniæ, & Siciliæ, vt propterea diceret (prout scribit Guiciardinus, historicus,) non potuisse relinqui filio naturali, seu in eum transferri, prout infr. num. 64. nam instar vsufructuarij ei acquiritur. l. sed si quis. §. quid ergo, & §. fin. de vsufr. Rip. lib. 1. resp. 8. num. 68. latè Lud. Mol. de primoge. lib. 1. c. 26. vbi de pluribus acquisitionibus tractat, ac de munitionibus, & tormentis bellicis. Qui autem dicit bona esse de demanio is probare dēt. Bald. in cap. 1. in fin. de cler. qui inuest. fec. & ibi sequitur Præpos. colum. 5. vers. item alia, Rip. lib. 1. resp. 1. num. 2. probantur
35 autem † bona esse de demanio, seu patrimonialia, dupliciter, directè, & indirectè, siue per probationes veras, vel præsumptiuas, directè probatur quando constat, quòd cæteris bonis principatus per Principem, seu officiales principis eo iubente, vel sciente expressè sunt vnita, & ritè incorporata. l. si quando, & l. fin. vers. modo. C. de bon. vacan. lib. 10. & ibi Bar. & Ioan. de Plat. notant, quòd duplex requiritur actus in bonis confiscatis, vt fiant de demanio primus reductio ad manus fisci, & declaratio, quod res ad fiscum pertineat. secundus plena incorporatio, quæ fit describendo bona in libris fiscalibus inter res fiscales, ita vt in futurum pro fiscalibus habeantur, quod dicit fieri non posse per officiales, nisi habito iussu, vel de scientia Principis, Curt. in 2. parte in 5. q. prin. circa fin. Afflict. in d. §. præterea Ducatus, nu. 65 Aym. consil. 894. numer. 21. indirectè autem quando ex temporis cursu, & frequentia actuum incorporatio præsumitur, vt si diu steterint descripta bona in libro aliarum rerum fiscalium, redditusque quotannis inter alios fiscales computati fuerint, & annumerati. vt in d l. fin. not. & in cap. vt super de reb. eccles. non alienan. sola autem officialium descriptio, seu registratio in libris Cameræ incorporationem non probat, sed ea esse dicit cum declaratione, quòd res pro fiscalibus habeantur interueniente ad hoc iussu, vel scientia Principis, vt dictum est, & notat Ioan. de Plat. in d. l. fin. quicquid senserit Acquen. in tit. de infeudatio præla. colum. 19. in fin.

vers.

verſ.ex præmiſſis.ſed ipſe loquitur in rebus eccleſiæ,in quibus facilius præſumitur incorporatio. interueniente autem deſcriptione,curſu temporis,& frequentia actuum, indirecta elicitur probatio,prout & de vnione dicitur,quæ præſumitur vbi duæ eccleſiæ,diu poſſeſſæ ſunt tanquam vnitæ. Io. Andr.in c.qui contra iura.in fi.verſ. hoc ſuas de regu.iur. in 6.Tiraq de præſcript glo.4. verſ.20. ſed quantum temporis exigatur ad huiuſmodi præſumptionem inducendam, communior videtur opinio triginta annorum, poſt Iſer. hic col. 1.in fin.& in d.c.1.§.præterea Ducatus.nu.48.& in c.1.verſ. quanto tempore Epiſco. vel Abb. faciunt infra notata. nu. 154.Adde,quod res libera effecta de demanio, poteſt eodē modo fieri libera & redire ad ſuam puram naturam,& idem princeps, qui rem fecit demanialem; poteſt reducere eandē ad priſtinam naturam.Soci.conſ.4 num.17.& 20.vol 3.vbi habetur,quod Princeps facilius rem alias infeudatam quāuis poſtea incorporatam,denuo infeudat,quam ſi nunquam fuiſſet infeudata,cum res de facili redeat ad ſuam priſtinam naturā.l.ſi vnus §.pactus.& ibi Iaſ de pact.Caſſan in cathal. glor.mun.part.7.conſidera 9 verſ.ſed cum prædicta.vbi dicit,quod cum Burgundia olim fuerit regnum, de facili iura regalia acquirere poteſt.Ferdinan Loaz.in conſil.oppidi de Mula.in 2.argum.pro parte Marchio.nu.2.Rip. lib.1.reſp. 1.num.54.& iſta valde ſeruiunt in materia alienationum, quas principes faciunt.In huiuſmodi etiam tractatu facul-
36 tatis alienandi triplex † circa perſonas cadit conſideratio. vna quæ præiudicium alienantis concernit: altera quæ intereſſe commodum vel incommodum ſucceſſorum.Principis reſpicit:tertia verſatur circa intereſſe ſubditorum, licet in iis omnibus iunctum quoque ſit intereſſe principatus,cuius potiſſima habenda ratio eſt. & huiuſmodi diuerſimoda conſideratio ſeruiet ad deciſionem plurium caſuum inſpiciendo quis ſe opponat,an Princeps alienans,vel ſucceſſor, an ſubditi.& quod ad alienationem attinet,diſtinguendum
37 quoque eſt,† an alienetur res Principatus omnimodo,non retento aliquo alto dominio, ſeu vniuerſali iuriſdictione,

& ſupe

& superioritate, & ista est quæstio de qua semper fuit litigatum, vt dicit Bal in Rub.C.col 3.vers modo ista quæstio.aut aliqua superioritate retenta,& tunc res minus dubia est Resta.q.104.si nihil sibi retinuit iterum dispiciendum est, an id fecerit sine causa, vel cum causa, & ita pulchrè distinguit Præpos.in prohemio.col.9.& seq. Ias. nu.77. in prælud. vbi quæ sine causa fit omnimoda alienatio,irrita est. Bald. in l. j.§.in initio.nu.6.de offic præfect.vrb.vbi dicit, quod Princeps non potest concedere priuato suam supremam iurisdictionem. & in tit. quid sit inuestitu.in lib.feudo. dicit quod Princeps non potest alienare expropriando à se territorium, dignitatem, vel iurisdictionem. & in c. licet causam. col.3.vers. item nota, quod ecclesia. de proba inquit non posse Imperatorem imperij claues donare, aliàs diceretur proditor, quia tenetur eas successori consignare. Imol. & Aret in Rub.ff de verbo.obliga. Natt. cons.402.num.20.& cons.608. num.1. Quod procedit etiam si iuramentum interuenerit.c.intellecto.de iureiurando.& ibi dicit Bal.quod iurisdictiones supremæ, sunt sacra sacrorum, quæ non sunt in marsupio Principis & licet in dicto capitulo iuramentum super alienatione præstitum, esset contrarium priori iuramento,quod præstari solet in adeptione coronæ, de conseruando iura Regni, & Principatus.ad glo ibi. & c.fi.de eccl. edifican. vel reparan. tamen idem esset si dictum iuramentū prius non esset præstitum,prout notant ibi Io. Andr. Pan.& alij Bald.in prælud num.32.Guid.Pap.qui loquitur in Rege Franciæ q.239. Francisc. Zoanett, in tracta de Romano Imperio,num.160.172.175.& 183. P.Bellug in spec. princip.rub.9.num.1.& ibi additio Borell.in litera. b. vbi plene tractatur hæc Alienationis materia.& siue prius, siue posterius sit iuramentum de non alienando attendendum id est quod magis est rationabile, & spernendum contrarium illicitum, cæteris autem paribus prius est attendendum.c. tua. nos.el 1.eodem tit.de iureiuran.& Bald. in l. si certarum. de
38 mili. testamen. dicit, † quod Imperator non potest donare quotam Imperij, idem nec res particulares expropriando

& in

& in c. 1. § in generali si de feu. defuncti conten. sit int. dom. & agna. & in c. 1. ver. possideant. de pace Constan. Alex. in l. filio quem. in fi. de lib. & posth. vbi dicit se consuluisse, & est consilium 24. num. 23. vol. 5. Ferdinan. Loaz. in §. his itaque col 2. inst de iusti & iur. & plura accumulauit in suo consilio oppidi de Mula in prin. Restau. de Imperato. q. 104. Rolan. cons. 2. nu. 95. vol. 1. Marc. Ant. Peregr. de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. num 70. & pulchrè ad materiam Lancellot. Corrad. in suo temp. iudic lib. 1. cap. 1. de Imperatore. §. 4. in verbo, dignitatis iura non alienat. per totum. Cum causa autem alie-
39 natio etiam † supremæ iurisdictionis fieri potest, & si legitimè facta sit, successor eam seruare tenetur. Bal. in l. 1. in fi C. ne rei domin. vel templ Corset. de potest reg. quæst. 85. & videtur tex. expressus in §. nos Romanorum. de pace Constan. Menoch. in resp. caus fin. cons. 2. num 69. Ciuitates aliquot habentes immunitatem, & omnimodam exemptionem ex priuilegio recenset Restau de Imperat. q. 54. num. 9 Corroborantur ista nam valet argumentum à priuilegio, seu pacto ad præscriptionem, & è contra. l. 1. §. fin. vers. si tamen. de aqua pluuia arcen. l. hoc iure. § ductus aquę. de aqu. quot. & æsti. l vsum. & ibi glo. C. de aqued. lib. 11. l traditionibus. C. de pactis cum alijs allegatis per Oldr. cons. 172. in prin. Io. Andr. & Gemin. in c. 2. de præben. in 6. Iodoc. in enchirid:
40 parium in verbo priuilegium. cum autē præscriptibilis † sit suprema iurisdictio, concessibilem esse oportet. l. quod principis. de aqua pluu. arcen l alienationis verbum. de verbo. sign. c. si quis per triginta si de feudo defun. & hoc argum. in ijs terminis vtitur Natta cons. 630. nu. 16. præscriptibilem autem esse communiori calculo Doctorum recipitur quantis quæstio disputabilis sit. vt in c. cum nō liceat. de præscr. Fely. & alij tradunt, sed vt clarius id eluceseat, quomodo præscriptio aduersus Principem procedat ex distinctione casuum infrascriptorum apparebit, in quibus etiam considerandum erit, an agatur de præscribenda libertate ab obligatione, & sic exemptiuè, vel agatur de præscribendo iure acquisitiuè, idest de acquirendo sibi id quod principi competit,

petit, vel de præscribendo iure translatiuè. Primo itaque casu, aut agitur de præscribendo summo Imperio Principis abdicatiuè omnimodè ab ipso Principe, & exemptiuè, ita vt sine illo supremo iure princeps remaneat in cæteris, & id nullo vnquam tempore præscribi potest tanquam incompatibilia ista sint. Didac. lib. 1. pract. quæst. c 4. & in isto casu loquuntur omnes illi, qui nolunt præscribi hanc iurisdictionẽ posse, & procedit illa communis opinio de qua per Socin. in cons. 275. nu. 5. lib. 2. & id quod scribit Marc. quæstio. 233. nu 6. part. 1. aut agitur de præscribenda libertate à summo Imperio, & suprema iurisdictione principis exemptiuè, ita vt dicat aliquis se non recognoscere superiorem, & ius hoc licet impræscriptibile nonnulli dicant, in temporalibus tamen, receptior est opinio, vsuque comprobata, posse præscribi præscriptione centenaria, atque immemorabili. habetur in c. cum non licet. de præscrip. vbi Fely. Bart. in l. infamem. in fin. de publ. iud. Old. cons. 69. consueuit. Pan. cons. 82. in prin. vol. 1. Bald. in 2. par. 5. partis quæst. 2. Aym. de antiquit. part. 4 §. materia. num. 72. & seq. vbi attestatur de magis cõmuni. & cons. 615. nu. 12. Bero. in rub. de constitut. nu. 201. Restau. de Imperatore. quæst. 54 Marc. Ant. Pereg. de iur. fis. lib. 1. tit. 2. nu. 59. & 66. Natta cons. 636. nu. 119. Ozasc. cõs. 41. nu. 5. præscriptione tamen huiusmodi nõ obstante Papa supra eos ius dicet in arduis, eo quo supra paulo ante dictũ est modo. Felyn. & Balb. vbi supra si verò agatur de præscribenda exemptione à priori dõmino translatiuè, ita vt alteri quis subijciatur, & sic in alterius commodum, quod etiam potest Bald. de præscrip. in prima part. 5. part. q. 12. Ozas. d. cons. 41. tunc, aut ille cui subijci intendit præscribens, est supremus vtriusque & facilius procedet præscriptio glo in c. ad audientiam in verbo principaliter de præscrip & ibi notant Host. & alij. c si quis per 30 cum ibi not. si de feudo defunct. fuer. controu. Henric. Boic. in d. c. cum non liceat. de præscrip. tract. de potestate secul. & Ecclesia. c. 291. num. 2. Balb. de præscrip. in 5. parte quæst. 12. & part 2. q. 1. idque ex persona vtriusque tam prætendentis exemptionem à primo

quam

q uam supremi acquirentis immediatam subiectionem. ad c. p eruenit.de emp. & vend. & ibi Imo Io. And. in additio ad Spec in rub.de præscrip Aut agitur de se eximendo à primo, & subijciendo alteri, qui nihil commune habeat cũ primo, & tunc tam exemptiuè per subditum, quam acquisitiuè per alterum principem summum imperium præscribi potest. ita vt non prior, sed alter princeps sit, siue in parte, siue in toto.c.cum ex officij, vers.& si alius.de præscrip.c.cum personę.§ sin autem.& ibi. Io. And. Gemin.& alij de priuil. in 6.& quotidie videmus prouincias, & regna acquiri præscriptione,seu vsurpatione,& ius tale acquiri per tempus immemorabile.Curt. Iun.cons. 158.nu. 52.Bald.in l.si aquam.nu. 22. C.de seru.& aqua. & his casibus vbi præscriptio cedit in alterius commodum exigitur vtrunque extremum, videlicet subijci, & acquirere volentis, habile. Io.And.in additio ad specul.in titu.de teste.§.nunc videndum. vers.adhuc. opponunt.de testi.Old.cons.244.ad obiectus.vers. 3.opponebatur.& cons.254.Fel.in d.c.cũ non liceat.col.3.vers.capio elegantem.de præscrip. Brun. cons.99 nu.7. concludentes, eum, qui prætendit præscriptionem a subiectione debere articulare de libertate ipsius ab vno, & Imperio alterius. Aut agitur de præscribendis aliquibus iuribus particularibus principis, primo quidem de eidem debitis in signum supremæ potestatis, & recognitionem subiectionis, & hoc
41 exemptiuè,vt deliberatione census, qui † penditur in recognitionem supremi dominij, & hoc etiam casu censent aliqui non esse locum præscriptioni, ad l.competit C.de præscrip.30.vel 40.ann. Afflict. in titu. quæ sint regal.in verbo palacia.nu.20. Marc.Ant.Pereg.de iur.fisc.lib.6.tit.8.nu.9. Fulg.cons.166.col.2.Cassan.in consuetudin.Burgun.tit.des censes.§.2.nu.37.& seq. Boer.decis.264.num.19. Addit. ad Bellug in Spec. Princip. Rub.41.in §. leges regni. litera Y. Martin.Laud.in tracta.de princip.q.391. Ozasc.decis.101. num. 14. verum particularia hæc posse præscribi dicendum est Balb.in 2.part.5.partis,quæst.3.vers.videtur ergo.Maria. Soc.in c.cum contingat.col.3. vers. etiam prædicta procedunt.

dunt. de for. compe. dummodo præscriptis aliquibus iuribus in alijs nõ præscriptis, salua remaneat auctoritas supre ma. neque enim potest, quis vt supra dictum est præscribere omnimodam supremam auctoritatem manente subiectione, vt videlicet, quis sit subditus, & principi non obediat, cùm sint incompatibilia, & resultaret ex eo inconueniens, & absurdum, d. c. cum non liceat, & c. cum ex officij. de præscript. quę iura ita declarat Oldr. cons. 172. quia omnes. nu. 5. Ias. cons. 208. col. 2. vers. sed prędmissis. vol. 2. Aym. d. par. 4. §. materia. nu. 74. Didac. in 2. part. relect. §. 2. cap. possessor de reg. iur. vers. 2. rerũ species in fine versiculi, pulchrè Lãcellot. Corrad. in suo templo iud. lib. 1. c. 1. §. 4. super verbo, Imperator habet dominium. num. 10. & §. 1. in verbo imperator est mundi dominus, num. 9. vbi ponit bonam distinctionem in hac materia. Acquisitiuè etiam præscribi possunt hæc iura. Bald. cons. 201. casus talis est, vol. 2. in fi. Menoch. d. cons. 2. num. 108. Commun. opin. lib. 14. in verbo præscribi possunt. Aymo. cons. 640. num. 7. præscribi autem nõ possunt hæc iura, nisi immemorabili tempore, Balb. de præscri. in 2. part. 3. par. quæst. 6. num. 13. & in 2. par. 2. part. quæst. 1. Aut agitur de iuribus reseruatis Principi ratione præheminentiæ, & dignitatis, ac priuilegij particularis principis, quæ regulariter nullus præter Principem expedire potest, prout
42 sunt † regalia maiora, & ea exemptiuè præscribi possunt tpe, etiam immemorabili non breuiori sine titulo. c. 1. de præscript. in 6. c. accedẽtes. de præscript. c. cum instantia. de cens. Henric. Boic. in c. de quarta. de præscrip. d. l. cõpetit, C. de præscript. 30. an. faciunt not. in c. 1. §. licet vassallus si de feud. fue. contenint. dom. & ag. cum quo concordat. § ad hoc. hic fin. lex. Conr. Pan. quęst. 94. col. 1. vers. præterea, vol. 1. & consil. 26. col. 2. vers. sed prędictis, & col. fin. Alex. cons. 84. colum. 2. vers. 2. dicimus, vol. 1. Dec. cons. 496. nu. 5. Bru. consil. 45. col. 3. vers. posset, & cons. 156. vol. 2. Acquisitiuè etiam regalia maiora, (in quibus præscriptio iuris vehemẽs est contra possidentem) tempore immemorabili acquiruntur, c. super quibusdam. §. præterea, cum ibi not. de verbo.

signif.

signifi.l.hoc iure.§.ductus aquæ.de aqu.quotid.& æsti.Bal. Castren.& alij communiter.in l. Imperium.de iurisdi. omn. iud. Curti.iun consi.174.num.26.& consi.157.num.118.& seq.Bal.consi.201.casus est.in fi.vol.2.Aym.consi.54.num. 8.Cephal.consi.342.num.58.vol.3.Bru.consi.45.num.1.& 7.Aret.consi 30 num.5.Alex.consi.24 col.5.versi.alio insuper.vol.5 Balb.in 2.parte 5.partis.q.3.nu.2.& q.4.Aymo de antiquit par.4 §.absolutis.nu.13, Didac.in epito.2.partis. §.3.versi.his demque.& §.4. versi.quamobrem. Natt. consi. 163 Afflict. decis.254.nu.5. Decian. consi.24.num. 112. lib. 1.Osasc.consi.34.num.37.Gabriel.in titu.de præscript. concluf. 1.ampl. 1. Boss.de regal.num.22.& in constitutionibus Sicilię id determinatum est,in constitutio.quadragenalem.de præscript. Marc. Ant.Peregr.de iure fis.lib.6.titu.8. num.14. breuiori autem tempore iure communi cum titulo acquisitiuè præscribentur videlicet.40.Annis.d.c.1.de præscri.in 6.& c.cum personæ de priuileg.in 6.Bald.consi.242. antiqua.vol.2. Castren.consi.313.postremo.colum.1.vol.1. Henric.Boic in c.fi diligenti.distin.fin.de præscrip. Didac. vbi supra.§ 2.vers.3.species.& §.3.& §.4.versi. primum quidem.vbi quadragenariam præscriptionem cum titulo æquipollere dicit immemorabili.in huiusmodi præscriptonibus, nec non exemptiue præscribitur. Aym.d.§.absolutis.nu.21. & multò fortius procedet præscriptio si præscribantur acquisitiuè,titulo feudi,omnino enim tunc pręscriptio.30.annorum aut saltem 40. locum sibi vendicabit.cap.si quis per 30.si de feu.defun.fuer,controu. glo.in cap.1.§.præterea.in verbo præscriptione.de cap. Conr.Bald.consi.439.amplius. col.5.quæst.2.vol.3. Dec.consi.341.colum.pen.versi.& cum in effectu.& consi.144. col.2.vers.sed his non obstantibus, vbi ponit requisita ad acquirendũ iure feudi post Alua.in d. §. si quis per 30 facilius namque pręscribitur vtile dominium,vel quasi remanente directo,quam vtrunque, & directum, & vtile prout infra de infeudatione dicetur tempore etiam 30 vel 40. annorum procedet multò magis præscriptio contra priuatum, seu inferiorem à principe habentem.

talia

talia regalia.glo.in l.fin.in verbo quadraginta.C.de fun.patrim,lib.11.moder.in consuet.Paris.§.7.num.10.Aym.cons. 55.& d.§.absolutis.num.13.atque etiam exemptiuè breuiori quandoque tempore,Dec.cons.197.col.3.vers.4.Aut agitur de alijs iuribus,seu bonis principis quæ publici iuris, & principis quidem sunt,ac Regiæ Coronæ competunt, eorũ tamen particulares sunt capaces, & possent iure communi esse alicuius priuati,vt sunt prædia,pascua,census debiti nõ in recognitionem dominij, &c. pedagia seu ius pedagiandi iam creatum, & in ijs sufficit etiam sine titulo quandoque præscriptio 30.annorum,vbi ex parte præscribentis est fauor,& secundum aliquos etiam decem annorum.Guid.pap. cons.56.Osasc.cons.31.num.51,regulariter autem exigitur præscriptio.40.annorum siue exemptiuè præscribantur,vt in vectigalibus.Bar.in l.licitatio.§. earum de publica. quod etiam limitat vbi vniuersaliter præscribitur contra principẽ secus si per priuatum singulariter præscribatur cæteris omnibus soluentibus,Balb.in d.secunda parte.5.par. q.4. & ita procedet,quod Bal.cõsuluit cons.112.de generali,in fi.vol. 2.siue acquisitiuè.l.omnes.C.de præscr.30.vel 40.anno.gl.l. fin. in verbo vetustatis, C. de fund. rei priua. & falt. lib.11. & l.fin.C.de fund.patrim.eod. lib, Aym. d. cons.54. num.8. & minori etiam tempore cum titulo, bona fide, & scientia eius contra quem præscribitur. Bar. in l. si publicanus.§.in omnibus,de publica. Balb. in secunda parte. 5, partis.q.4. Henri.Boic.d.c.si diligenti.Aym.in §.absolutis.nu.41.cum seq.in rebus tamen Principi venditis,donatis, relictis, seu legatis præscriptio exigitur nõ minor centum annorum.per l.fina.C.de sacrosan.eccle.quæ ad Principes quidem extenditur,sed vltra casus expressos non porrigitur.vt per Didac. in d.§.secundo.vers. quarta species. Dec.cons.732.num.16. & ad hos casus restringenda est doctorum sententia tenentium contra principem non currere præscriptionem minorem centenaria in rebus publicis. prout sensit glo. in l.1. C. ne rei. domin. & restringitur, vt procedat in odium eorum à quibus causam Princeps habet, seu eorum heredum,

& successorum, secus quo ad tertios, qui minori præscriptione principem repellent. vt per glo. in d.l. fin. in verbo, moueatur. quam Bart. Bald. & alij sequuntur. Aym. in §. absolutis num. 39. & ita intelligenda est glo. in verbo nec multum §. finimus igitur. Auth. de non alienan. quę dicit dictam legem fin. esse tantum correctam, quo ad Ecclesiam. aut agitur de bonis, & iuribus fisco delatis principi ex confiscatione, delatione, aut deuolutione acquisitis, & ea diuersimode prescribuntur, prout habetur. in l. in omnibus. de diuer. & tępor. præscrip. & in l. 2. C. de vectigal. Balb. de præscrip. in 2. part. 5 partis, quæst. 1. Boer. decis 264. nu. 20. aut agitur de bonis & iuribus proprijs principis, quę non vti princeps, sed vti priuatus habet, & in ijs vtitur iure cōmuni princeps, cum non intelligatur ius correctum, præterquam in casibus expressis. vt in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præscrip. Bald. in l. 2. in princip. Cod. commu de vsucap. Guid. Pap. q. 416. Aym. in d. § absolutis. num. 33. quando autem in huiusmodi prescriptionibus, siue exemptiuè, siue acquisitiuè requiratur titulus, scientia principis, vel officialium, & interpellatio ponunt. Henric. Boic. in d c. si diligenti. distin. pen. & fin. Bald. Aym. & Didac. in locis supra allegatis. Lupus. in c. per. vestras. in 2. nota. § sed est pulchra dubitatio. num. 34 de donat. inter vir. & vxo. Gabr. de præscriptio. conclus. 1. in quarto effectu. Villalob. lib. 14. commun. opin. in verbo præscriptio, circa quæ variant Doctores pro quorum cōcordia videretur considerabilis distinctio longi, aut longissimi, vel immemorabilis temporis, nec non maiorum, vel minorum regalium, & eorum iurium, quæ facilius præscribuntur, difficilior enim redditur præscriptio, vbi de maiori præiudicio agitur. Bal. in Auth. qui rem. in princ. C. de sacrosan. Eccles. sed quia istā materiam de qua agitur, valde transcendunt, & solo tractatu egerent, & idcirco prętereo. Cum autem ex supradictis constet summum imperium præscriptibile esse, siue exemptiuè, siue acquisitiuè dicendum quo-
43 que est † cessibile, & transmissibile esse. Menoch. d. cons. 2. num. 71. vt supra dixi. Nat. cons. 636. nu. 51. vbi autem alienatio

natio omnimoda fit ex causa, non sufficit causam subesse, nisi sit legitima, quoties enim talis non est ad non causam deducitur. l. 1. in fin. de condict. sin cau. c. ex parte Asten. de
44 concess. præben. legitima vt sit, considerandũ est, an sit vtilis principatui, & publicam respiciat vtilitatem seu publicũ bonum principis, & subditorum principaliter, vel etiam sit necessaria Principi, & tunc fieri potest alienatio valide. cap. causas. 10. q. 2. Præpos. in prohe. colum. 10. vt si Princeps vtiliter contrahat ex causa permutationis, vel aliter acquirendo res magis. conducibiles statui. Rip. lib. 1. resp. 1. num. 59. item publicam respicit vtilitatem pacis causa. l. conuentioni. in fin. de pact. & in tit. de pace Constan. 5. commoditates ibi pro bono pacis. Bald. cons. 326. Rex Romanorum. in fi. vol. 1. & in l. digna vox, in fin. C. de legi. vbi de pactis quæ facta fuerunt inter Reges Francorum, & Angliæ. & tam ea quæ cum exteris, & vicinis facta sunt, quam etiam quæ facta sunt cum subditis, illa sunt seruanda per successores. Oldra. cons. 95. nu. 7. Io. Baptista de Sancto Seuer. in l. omnes populi. num. 99. de iust. & iure. Barba. cons. 11. colum. 2. & seq. vol. 2. Iacobi. in sua inuestitu. in verbo Princeps vers. sed an princeps. Paris. consi. 10. nu. 25. vol. 1. Bero. cons. 138. num. 9. volum. 3. Soci. iun. cons. 60. nu. 39. vol. 3. Acquen. hic col. 4. vers. vnde ego. & col. 5. vers. 3. restringitur. Idem si Princeps transigat. super re dubia. Alberi. in d. l. digna vox col. 2. vers. aut transigendo. Soci. iun. d. cons. 60. nu. 54. Item si alienatio fiat ex causa sine qua non posset prouideri statui, & necessitati publicæ, vt tempore famis, vel pestis si pecuniæ statui necessariæ aliter haberi non possent, legitima dicetur, prout in simili dicitur de alienatione rerum eccle siæ. c. si sine 12 q. 2. & ibi not. Capic. decis. 166. nu. 6 Aym. cons. 241. colum. 11. in fin. & col. seq. & pen. vers. 2. respondeo. item defensio status, & expensę factæ pro defensione, dicuntur iusta causa, vbi aliter prouideri non posset. Castren. d. cons. 214. colum. 2. vol. 1. Ias. cons. 10. colum. 3. vers. item ex alio. volum. 3. Rube. consil. 96. num. 3. Capic. decis. 162. numero. 3. Item causa belli euitandi. Bald. in c. intellecto.

de iureiur. item periculi euitandi ratio, Rub. d. consil. 96. nu. 3. & dicit Anchar. in tract. de schismate, quod pro sedando schismate possunt capi bona ecclesiæ, & dari etiam consanguineis Papæ, & pro bono pacis, ac vtilitate rei publicæ quandoque permittitur Imperium scindi in diuersas partes Præpos. in cap. nunquam 21 distin. & tandem ex causis videmus sæpius variari iura regnorum, vt iam dubitandum non sit ex causa legitima, posse fieri alienationē rerum principatus etiam nullo retento dominio. Pro causa etiam allegatur si fiat donatio ecclesiæ Romanæ, cui donare immensitas habetur pro mensura, §. si minus autem, de non alienan. & hic tractant aliqui de donatione Constantini, de qua in c. ego Ludouicus 63. distin. & cap. Constantinus 93. distin. & c. fundamenta, §. ne autem, de elect. in 6. clem. Romani, vers. ipsaque omnia, de iureiuran. Bursa. consil. 124. vt vanum iam sit ne dicam fatuum de eius validitate, vel inualiditate tractare, licet super ea inaniter admodum insudauerint Doctores varijs in locis concludentes tandem frequentiori calculo posse Imperatorem quæcunque loca in ecclesiam transferre, nulla retenta superioritate, quamuis varij varia referant, distinguentes alij an quotam Imperij, vt particularia bona, & loca conferat, cum omnimoda superioritate; alij verò an ex donatione Imperialis Maiestas ænormiter lædatur, vel non, communiter tamen ea obtinuit sententia, vt Imperator, & quicunque Princeps habens iura imperialia possit donare ecclesiæ Castra, & bona quæcunque cum omnimoda iurisdictione, & superioritate, nullo prorsus iure sibi retento, neque id solum Romanæ ecclesiæ, sed cuicunque inferiori: Difficultas autem versatur in eo, an simpliciter donando censeatur † donasse cum omni iure superioritatis, & in ecclesia Romana passim Doctores censent, quod sic, ea potissimum ratione, ne sequatur inconueniens, quod ecclesia Romana domina dominantium subsit alteri, & efficiatur, vt ita dicam, sub tributo: diuersum censent in ecclesijs. Inferioribus quas indecorum non est, vt ratione temporalium subdite sint principibus, c. solitæ, de maior. & obedien.

vers.

verſ. quod autem ſequitur, & Imperator in dubio nunquam cenſetur à ſe abdicare ſupremum dominium, Ioan. Andr. in addit. ad Specul. in tit. de iuriſd. omn. iud. colum. 5. num. 16. in verbo paſtoralis, refert, & ſequitur Ang. in l. 1. §. quod mandatum, in fin. de offic. eius. Caſtr. conſ. 70. quia fruſtra, nume. 19. volu. 1. & conſ. 125. dubitatur 1. colum. 1 & conſil. 343. circa primum, nu. 3. vol. 2. Præpo. in c. 1. colum. 7. verſ. tamen eſt aduertendum, de capit. qui cur. vend. Alex. conſil. 24 in fi. vol. 5. Iaſ. conſ. 123. circa princip. vol. 1. Cacialup. in l. 1. nu. 15. C. de ſum. Trin. & fid. Cathol. Marc. deciſ. 455. nu. 8. par. 1. Marin. Frec. lib 2. de differ. feud. quat. nu. 34. in fin. Bened. in c. Rayn in verbo, & vxorem. 2. deciſ. nu. 316. in fin. Marc. queſt. 253. par. 1. & 365. par. 2. latè D. Ozaſc. conſ. 3. Marin. Frec. lib. 2. de differ. feu. quat. differ. 23. num. 34. & de differ. int. feu. regal. diffe. 53. & ſecundum hanc diſtinctionem intelligendi ſunt Doctores dicentes, quod donatio facta eccleſiæ intelligitur cum omni ſuperioritate, nam de eccleſia Romana intelligendum eſt, non de inferiori, & licet nonnulli contrarium teneant in Rub. & c. ſi duobus, §. denique de appell. in d. c. ſolitæ, in c. 2. poſt gl. de delict. puer. in c. Romana, §. debet, de appel. in 6. & Alb. de huiuſmodi diſtinctione videatur dubitare conſ. 62. num. 17. & 95. 64. nu. 82. nihilominus innuit poſſe recipi dictum Ioannis Andreæ, vbi eſt quæſtio voluntatis, quod mihi veriſſimum videtur, de quo ēt vide add. Camilli Borelli ad Petr. Bellug. in ſpec. prin. rub. 1 litera M, Capit. deciſ. 137. num. 11. cum aurē dixerimus cau-
46 ſam requiri, & quidem legitimam, tractāt Doctores † quomodo illa probetur, vel præſumatur. quod ad probationem attinet cum varia ſint probationum genera, duoque præcipua per inſtrumenta, & teſtes, prout inquiunt Bald. & alij in rub. extra eodem titu. ad probationum materiām, & tractatus erit recurrendum, & ſicut poteſt cauſa probari, ita, & cōtrarium videlicet non cauſa. Fely. in c. quæ in eccleſiarum. in quinta declarat. de conſtit. Acquen hic, col. 7. verſ. item ſecundo circa præſumptionem verior eſt regula negatiua, vt neque cauſa præſumenda ſit, ſi non ſit expreſſa. Roman,

conf.352.quęritur primo crica fin.Cardin.in c.per venerabilem.§.quod autem.in 3. nota. qui fil. sint legi. Ruy.conf. 6.num.19.vol.1.Felt.de collectis part.4.c.6.nu.15.Port.lib. 5.concluf.16. desumpta ex Gabriele. libr. 3. concluf. 3. de iur.quæf.non tollen. Menoch. conf.112.num.5. & conf.39. num.78. vbi post Bald. & alios dicit, quod quemadmodum est fuspecta, ficta, & simulata confessio, ita pariter adiecta causa. Neque veritas,& essentia causæ præsumitur quamuis expressa reperiatur.Dec.conf.357.num.6.& 410.nume.9.& conf.602.col.3.& seq.& 606.colu.3. Rub. conf.145.in fin. Grat.conf.147.nu.23.vol.2.& conf. 5.nume.7.vol.1.Aym. conf.241.col.11.in fin.& col.seq.& conf.135.nu.42.Loaz. d.conf.in 3.argum.pro parte March.nume.32.neque etiam præsumitur causæ qualitas, videlicet, quod sit legitima necessaria,vtilis, vel rationabilis.Iaf.in l.si testamêtum.col.1. in fi.C.de testa.Alex.conf.55.col.2.verf.non obstat. volum. 1.Neuiz.d.consi.12.nu.90.& nu.100 estque impromptu ratio dictans veritatem esse spectandam non commentitiam causam de qua non creditur ei qui non potest actum libere facere. l. qui testamentum. de proba.l.si fortè. ff. de Cast. pecu.& ibi Bart.glo.in l.si donatione. C.de colla. vbi Alex. & alij.Neuiz.d.conf.12.nu.91. Natt.conf.543 nu.15.& cõf. 352.nu.4.allegat.Io.And.dicentem,quod vbi ex causa,quid permittitur non est sumenda occasio pro causa prout etiam non creditur Principi asserenti feudum, quòd alteri concedit esse commissum. Iser.in c. sancimus. in fi. quo temp. mil. Tom.de Marin.in titu.de feud.ex pact.anti.num.81.qua ratione attenta Principi credendum de causa non est : cum enim sibi liberum non sit alienare, ita neque etiam confiteri, vt actus sustineatur, alioqui de facili fieret fraus legi. l.1.§.si mutuum.& ibi Barto.ff.si quid in fraud.cred.& ita in specie argumentatur. Dec.conf.366.num.12.Bellam.& Prę pos.in c.non liceat.num.7.12.q.2. Natt.cõf.636.num.200. quæ omnia comprobari poterunt per congeriẽ allegationum. Panor.& Fel.in cap.quæ in ecclesiarum.concluf.5.nu. 61.Aym. Craue.in tracta.de antiq.temp.in prin.num.30.37.

&§.

& § non omitto.num.22.& in 2.part.in prin.nume.12.& in præsenti specie de causis alienationis, d.cons. 241.col. antepen. Port.lib.1.cõclus.27.desumpta ex Gabriel.lib.1.tit. de proba.conclus.2. dum examinat materiam clemen.1.de proba. Tiraquell.de retractu conuentio.§ 4.glo 6.num.9.& in l.si vnquam. in verbo donatione largitus.num.87. & seq. C.de reuoc.dona.Cœphal.cons.168.num.42. Ozas.decisio. 172.col.2. Mascard.conclus.275.& latius.1228.ex quorum dictis colligo communem esse opinionem, quod vbi agitur de auferendo iure alterius,sicut princeps in profanis nõ potest illud aufferre,sine causa,ita nec indirectè causam exprimendo.Pan.in d.c.quę in ecclesiarum.nu.15. Fulg.cons.61. col.2. Ruy.cons.41.nu.12.vol.1. Neuiz.d. cons.12.nu.145. Insuper tradunt ijdem Doctores aliam declarationem, quæ in casu isto valde deseruit, vt quibus in casibus conceditur principis dicto esse standum, procedat inter subditos, alias secus argumento notatorum per Inn. in c. inquisitioni in fi. de sent.excõ pulchrè examinant. Cast.cons.46. viso & examinato.col.fin.vol.2.Pan.in cap.cum à nobis.col.2.vers.sed dubito.de testi. Pan.& Fely.in c.ad audientiam. colum.3.de prescrip. Ruy.cons.91.nu.5.vol.1.Aym.in §.propositum.nu. 10.post Fely.d c.quæ in ecclesiarum col.21.in 3.limit. & d. cons.241.vers.4.respondeo. & cons.104.num.8. Socin inter cons. Curtij. sen.20. col.4 & 6. vbi fortius vult. hoc procedere,si princeps disponat inter non subditos naturaliter,licet accidentaliter sint subditi : vnde cum tractetur hic de alienatione facta per Principem in prejudicium successoris, & par in parem non habeat imperium,Bald. in titul.de pace Constant. in verbo amplius consueuerunt, cessat præsumptio, quæ elicitur ex d.clem.1.de probat. & hoc argumento vtitur,gl.in auth.habent quomodo opor. Episco.facit,& notatur in quæstione an successor teneatur approbare factum prędecessoris, & ex ijs etiam eliduntur ea quę not. Doctores dicentes, tunc credi Principi de causa, quando adsunt clausulæ motus proprij, ex certa scientia, aut de plenitudine potestatis, quę æquipollent,Pan.& Felyn.in c.ad hæc, de

rescrip. euer. in loco à plenitud. potest. nu. 13. quia illę clausulę suum robur obtinent, quo ad subditos tantum, quales successores non sunt: Socin. consi. 120. col. antep. versi. 4. casus, vol. 3. Natt. consi. 47. num. 6. Alexan. consi. 11. nu. 9. & 14 vol. 7. Aleiat. lib. 3. præsumpt. 8. colu. fi. Aymo consi. 241. col. 7. versicu. non obstant illę clausulæ, & ita intelligenda sunt quę latè hac de re scribunt Cæphal. consil. 302. num. 33. & seq. lib. 3. & Riminald. iun. consi. 45. Gabriel. in tit. de clausul. concluf. 1. & 2. insuper qua facilitate inducitur princeps ad alienandũ, & exprimendum causas, eadem, & multò maiori ad apponendum huiusmodi clausulas, ad not. per Bart. in l. si ex cautione, in fin. C. de non numer. pecu. Corn. consi. 127. primo aspectu, colum. penul. litera B. vol. 2. Neuiz. d. consi. 12. num. 72. Præpos. in d. cap. non liceat Papæ 12. q. 2. post Bellam. & hodie inoleuit vsus, vt ferè in quibuscunque priuilegijs, & concessionibus apponantur huiusmodi clausulæ, ita vt dici possit eas apponi de stylo, & hic obiter no-
47 tandum est circa huiusmodi clausulas: † Quod vbi agitur de præiudicando iuri tertij, illæ clausulæ non operantur in non expressis, aut principi incognitis. Deci. consi. 689. num. 11. Paris. consi. 23. num. 153. vol. 1. & consi. 4. num. 27. vol. 2. Rolan. consi. 7. num. 105. vol. 3. Aym. consi. 591. num. 115. Festas. de collectis. part. 4. cap. 6 num. 38. imò nec vbi agitur de tollendo iure tertij sine causa. Neuiza. d. consi. 12. nume. 142. Natt. consi. 589. num. 22. Rolan. consi. 4. num. 15. vol. 1. Aym. de antiq. part. 1. §. non omitto. nu. 24. Ferdinan. Loaz. in d. consi. in 5. argum. 1. par. oppidi. num. 58 & nu. 64. dicit quod tales clausulæ positæ sine causæ cognitione non præiudicant. Barb. inter consi. Alex. 123. col. 7. vol. 4. Cels. Vgo. consi. 120. num. 33. eo quia præter mentem principis ex quadam notariorum consuetudine apponi solent. Menoch. cons. 2. nu. 464. Gabr. in titu. de clausu. concluf. 1. limit. 4. eadem
48 ratione existimo non procedere, quod aliqui dicunt. † Causam præsumi, & eius subsistentiam, quando facta est alienatio cum consi. procerum. Panor. in c. cum venissent. num. 8. de iudic. Capic. d. decis. 166. num. 6. Acquen. hic colum. 6. in

prin.

prin. & colum seq. versic. si vero. Cum satis compertum sit consiliares non posse resistere voluntati Principis, quoties ita vult. & dicit Afflict. post Iser. in titu. qui succesſo. ten. nu. 85. quod sicut non creditur principi, ita nec consiliarijs eius, qui vt placeant domino, non recta plerunque dant consilia. Iser. in c. 1. de Capita qui Cur. vend. num. 25. & 27. Doct. in c. quanto, & ibi. Imo. post alios, de iureiur. Neuiz. d. cons. 12 nu. 161. sed & in rescriptis principes passim vtuntur huiusmodi clausula, cùm consilio procerum, quamuis ipsi soli actum faciant, quod tamen temperandum est iuxta sequentem primam limitationem, vt videlicet consilium procerum præsumptionem inducat in dubio, vbi non tam arcta est prohibitio alienandi, qualis est in alienatione ex qua dignitas principatus admodum læderetur, sed in alijs casibus, in quibus non tam vrgens causa requireretur, nec principis adeo sunt ligatæ manus in disponendo, in ijs enim præsumendum est pro causa, & secundum hunc sensum declarandum est dictum Bald. in l. cùm multa. C. de bon. quæ lib. quod quando princeps alienaret valde præciosa, vt puta magnam ciuitatem, & debet adhibere consiliares: alioquin non valet alienatio. ratio est quia sine interuentu consiliariorum difficilius præsumitur pro causa, quæ requiritur, quam eis interuenientibus. & licet cum causa, sine eis regulariter possit princeps disponere. Peregrin. de iur. fis. lib. 1. titu. 3. validiora tamen, & firmiora sunt, quæ cum consilio, procerum, & prudentium fiunt, ad notata in l. humanum. C. de legi. Rip. & alij in Rub. de rescript. Felyn. in c. nonnulli. num. 9. eod. tit. Marsil. sing. 440. Cœphal. cons. 133. nu. 110. & cons. 634. num. 54. & ita etiam intelligo, quod notat Iser. in titu. qui succes. ten. col. pen. & fin. & Bald. hic nu. 7. dum dicit, quod in dubio præsumitur pro veritate causæ, quando contractus est factus consensu capituli: quod tamen impugnat Ias. in prælud. num. 91. Zas. in 3. par. num. 15. Saluari tamen potest Bald. quando actus solenniter est factus: nam tunc iustitia causæ præsumitur, vt infra tangam, dum de solito infeudandi tractabo, quod etiã videtur sentire Ias. Amplia

49 plia maximè in materia aliunde ſuſpecta † dicto principis non eſſe ſtandum, vt quando alienatio fit in conſanguineos, vel familiares, præſumptio eſt enim quod Carnali amore donet. c. iudicatum. in fin. & c. ſeq. 89. diſtin. c. prouenit. 1. q. 3. c. Epiſcopus 10. quæſt. 3. Aut. quibuſcunque C. de ſacroſan Eccleſ. Acquen hic col. 6. in fin. verſ aut vero Papa facit, quod dicitur principi non credi in his, quæ concernũt proprium commodum. Bal. conſ. 464. quædam ſcriptura. col. 1. volum. 1. Signor. conſ. 185. num. 8. Affict. in conſtitutio. reg. in Rub. de magiſtr. procur. num. 2 Loaz. in d. conſ. in 3. arg. pro part. Marchio. num. 50. & ſatis dicitur fieri in ſuum commodum aſſe tio, quoties fit ad ſuſtentationem, ſeu firmitatem actus per eum geſti, qui aliter valere non poterat: namque loco commodi eſt voluntas adimpleta. glo. in l. pen. de condic. cauſ. dat. Tiraquel. in prohemio de retractu Lignag. num. 25. item nec quo ad ſubditos, & in eorum præiudicium
50 principi † creditur venienti contra proprium contractum. vt in d. c. quæ in eccleſiarum. Socin. conſ. 266. col pen. num. 35 dicens, quod alias communis opinio, quæ habet, quod princeps non poteſt aufferre dominium rei meæ, ſine cauſa, parum prodeſſet. Aym. part. 1 quæſt. 1. num. 16. & 5 ſeq. num. 22. Decia. conſ. 25. num. 12. Ruin. conſ. 7. nu. 19. vol. 1. Amplia maximè vbi cauſa ſpecificè non eſt enunciata. Neuiz. d.
51 conſ. 12. num. 91. Limita modo, † vt cauſa præſumatur, & eius veritas in ijs, in quibus princeps poteſt libere diſponere. Dec. conſ. 191. col. 1. Natta conſ. 122. nu. 7. Pancir. conſ. 63. num. 40. & ita intelligi poteſt, quod communiter Doctores dicunt, & Pan. notat. in c. cum veniſſent. num. 8. de iudit. quod in dubio præſumitur pro cauſa. Affict. in c. 1. in 2. nota. hic fini. lex. & hoc licet propriè non ſit limitatio, pro limitatione ſeruiet conſideratio, vt quibus in caſibus princeps latiores habenas habet diſponendi, etiam ſi omnino liberè, & abſque cauſa diſponere non poſſit, in ijs magis militet præſumptio cauſæ, argumento l. iuriſgentium. §. adeo l. ſi vnus. §. ſi cum mihi. de pactis l. quæ de tota. & ibi Bart. de rei vend. & ita limitant Pan. & Fel. in cap. ad audientiam. de

præſcrip.

præscrip. vbi etiam dicunt, quod licet Papa in beneficialib. habeat plenitudinem potestatis, tamen circa bona Ecclesiæ non habet hanc liberam potestatem, sed regulatam à iure. Pan. in d. c. quæ in ecclesiarum. num. 15. & ibi Fely. in 5. con-
52 clus. limit. 1. Limita secundo nisi † circa ea quę à mero principis facto dependent, causa verfaretur: nam de facto proprio staretur eius dicto. Castren. d. consil. 414. col. 2. Ruy cõs. 31. num. 9. vol. 1. Afflict. in c. 1. nu. 72. qui succes. ten. Gabr. concl. 2. de proba. in prin. Alia & tertia dari potest limita-
53 tio, quando † notorie constat de causa, vt quia notoriũ esset bellum geri cum principe, aut alias ipsum ex causa necessaria egere pecunia, tunc enim stabitur eius dicto, quod fuerit motus ex illa causa, tum quia de facto proprio attestatur: tũ quia constito de causa, censetur quis actũ fecisse ex illa cã præambula. gl. in l. quædam mulier. de rei vend. l. 2. C de acquir poss. l. qui negotiatione vbi Bart. de admin. tut. Imo. in c. nam concupiscentiam. num. 7. de constit. Ias. in d. l. testamentum, in 2. limit. & cons. 227. col. 3. circa fi. Festa. de collect. part. 4. c. 6. num. 16. & præsertim si interuenerit consiliũ procerum, pro quo magis præsumitur, vt supra dictum est.
54 Limita quarto nisi longitudo † temporis intercedat. Bald. in prælud. Feud. in 2 diuis. sequuntur Laud. & Ias. num. 90. Natta cons. 522. num. 31. & cons. 589. num. 8. vbi dicit, quod omnia præsumuntur solenniter acta ex diuturnitate temporis. Ruy. cons. 2 17. nu. 6. vol. 1. latissimè Mascard. de probationib. concl. 1317. per totam. lib. 3. & 621. lib. 2. seruiunt quæ supradicta sunt de præscriptione, facit quod dicitur in alienatione rerum Ecclesiæ, vt causa in instrumento narrata ex longitudine tẽporis vera præsumatur. Guid. Papa decis. 151. in fin. & dicetur infra dum de infeudatione bonorũ ecclesiasticorum tractabitur, vnde licet non stetur assertioni prælati asserentis feudum esse antiquum, seu infeudari solitum: nihilominus si agatur de inuestitura antiqua propter antiquitatem creditur. Zas. in 3. par. num. 16. Brun cons. 40. col. 2. in prin. plura accumulat Loaz. in 3. argum. March. nu.
55 60. Quinto limitatur vbi assertio causæ † specificè enuncia-

tæ ha-

tæ haberet secum iuris præsumptionem, aut aliunde verisimilis esset. Saly. in l. si mater. C. de contrahen. empt. Soc. cõs. 166. col. antepen. nu. 15. vol. 2. vbi quando causa potest verisimiliter imaginari pro ea præsumitur. l. fi. de exercit. Aym. cons. 54. num. 13. 202. nu. 48. 275. nu. 8. idem si cum narratione principis aliud concurrat adminiculum, seu alia verisimilis præsumptio, Ruyn. cons. 175. num. 16. vol. 1. Tiraq. in l. si vnquam in verbo donatione largitus. nu. 100. & 101. Aym. de antiq. in prima part. §. propositum. nu. 69. & §. 4. limitatur. nu. 38. & parte. 2. nu. 22. Mascard. conclus. 184. in fi. & conclus. sequenti; & secundum hanc limitationem restringenda sunt ea, quæ congessit Loaz. in d. cõs. in 1. argum. pro parte March. n. 38. & 51. & vbi causa nõ fuisset in specie expressa, sed illa probaretur idem iuris esset. Ruyn. consil. 61. vol. 5. Marc. Ant. Peregrin. de iur. fisc. lib. 1. tit. 3. num. 81. vbi etiam dicit satis esse, quod causa subsit ex qua princeps motus fuerit ad contrahendum, & pecuniam accipiendum licet ex post pecunia fuerit conuersa in alium vsum. ad nota per Inn. in cap. 1. depos. de quo tamen videnda sunt, quæ habentur in l. ciuitas. de reb. cred. Aymo in cons. pro gene. nu. 385. vers. hoc autem notatur in Auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. Eccles. Ozasc. decis. 171. ex quibus vtrunque dictum Peregr. redditur dubium, ego quidem existimo causam esse exprimendã, quę verè existat si non in individuo, saltem specificè. c. dilectus de rescrip. c. super eo de cohab. cler. Inn. in c. ad nostrã de appell. quo aũt ad versionẽ illa probari poterit prę sumptiuè. Cast. cons. 2. visis omnib. nu. 4. vol. 1. Purpur. cõs. 433. l. si ventri. §. fi. de priuileg. cred. Henr. Boic. in c. pen. dist. 2. circa fin. de fideiuss. & si in aliam causam versa sit pecunia nisi vrgens occasio superuenerit cẽsebitur color quæsitus. Bald cons. 332 præmittendum in fi. vol. 2. latè tradunt Imo. & alij in c. pen. de fideiuss. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. tit. an & quom. ex mut. oblig. Eccles. §. sed
56 Abbas. & § seq. Sexto limitat, vt stet assertioni officialis publici quando attestatur de causa circa ea, quæ concernunt officium suum glo. in c. pastoralis. in prin. in verbo, exone-

ra re,

rare. de offic. deleg. Bar. in l. ambitiosa. nu. 27. de decret. ab ord. facien. Natta cons. 367. num. 16. Menoch. de casib. arbitra. lib. 1. quæst. 76. num. 12. & secundum hanc limitationem procedit vulgare dictum, quod princeps in dubio, qđ facit intelligitur facere ex iusta causa, vt supra dicebam, ad glo. fin. in l. relegati. de pœn. Fely. Dec. & alij in d. cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & hanc limitationem applicat Ias. d. cons. 227. col. 9. vers. 10. casui quando princeps alienando attestatur de causa, sed contra Ias. facit, quia princeps alienando nõ exercet ea, quæ ad eius officium pertinent, vnde limitatio procedit, quando princeps, vel officiales attestantur de facto suo, vel de suo animi motu in concernentibus officium suum, secus si de facto alieno, & extrinseco, aut non concernenti eius officium, ad not. in clem. 1. de proba. prout etiam non procedit in ijs super quibus potestatem non habet princeps, aut officialis, seu quæ non dependēt ab eius arbitrio. Dec. in c. cum sit Romana. in tertio nota. de appella. Aym. d. par. 1. nu 21. & ita etiam veniunt restringenda dicta Loaz. vbi sup. num. 40. quicquid consulendo ipse dixerit.

57 & in resp. ad quintum & sextum. argum. nu. 34. † Alienationes autem cum causa factæ debent per principis consilium approbari. l. humanum. C de legi. Pan. in c. ad audientiam. col. 2. de prescrip. Neuiz. d. cons. 12. nu. 156. Io. Pap. lib. 5. tit. 10. Arrest. 2. Aym. de antiquit. part. 1. §. non omitto. in prin. Anto. Sola in comment. ad constit. Sabau. in gloss. 2. prohe. num. 43. & propterea dicitur, quod donatio Constantini facta fuit cum consilio procerum. c. fundamenta. §. ne autem de electio. in 6. & regulare videtur, quod in arduis princeps adhibere debeat consiliares, & ea gerere cum participatione consilij, & dicit Capic. in sua innestitura, in verbo feudū dant. in princip. quod Papa non potest, sine consensu Cardinalium Ecclesiæ ciuitates in feudare, sed contra hæc est glo. in l. humanum. in fine, quæ dicit, quod est potius consilij, quã necessitatis, quod etiam sentit Præpos. in c. 1. col. 2. Episco. vel Abb. Affli&. hic nu. 40. vbi de Papa. Ias. nu. 6. Barb. cons. 1. col. 29. nu. 15. vol. 1. Aym. par. 1. §. non omitto. in princ. ad

quæ

quæ tamen responderi potest, quod gl in l. humanum, procedit regulariter, & vbi princeps liberam habet disponendi, ac statuendi facultatem, secus autem in casibus, in quibus non potest libere disponere, vt puta de rebus regni, quæ dicuntur res vniuersitatis: cuius negotium cum agatur nil mirum, si populi, aut primatum consensus requiratur. ita Zabarel. d. cons. 137. Sas. cons. 227. col. 7. in princ. vol. 2. Ferdinan. Loaz in d. cons. oppidi de Mula, in 7. argum. vers. quinimo. quamuis in respons. ad idem septimum argum. num. 7. plura adducat per quæ comprobat summos Pontifices, & Imperatores etiam ardua posse gerere, & de eis disponere, sine procerum consilio, ad l. fi. C. de legi. At vbi principis interuenit consilium, aut consiliariorum consensus, tollitur sinistra suspicio, & maior oritur præsumptio pro principe alienante, non adeo tamen, vt id sufficiat in arduis, & ita intelligendus est Bal. prout sup. dixi, in l. cum multa. C. de bon. quæ lib. cum alijs supra allegatis. & per Acquen. hic col. 6. vers. vnde posset, qui dicit hanc præsumptionem resultantē ex dignitate principis, & cōsiliariorum interuentu, tolli per alias præsumptiones contrarias, puta si alienet in consanguineos, vel amicitia magna coniunctos, cum vna præsumptio p alterā elidatur. ad l. diuus. de in integr. rest. Redoan. in tit. de infeuda. rerum eccles. per Papam. nu. 8. Quin etiam inconcussa consuetudo viget in pluribus prouincijs, vt ne dum consiliares interuenire debeant in actu ipso, sed etiam post perfectionem, actus requiratur approbatio magistratus, quę interinatio dicitur. Rebuf. in tract. de reseri. in præfa. num. 53. & art 2. glo. 7. & seq. ita vt non valeat actus absque dicta interinatione, vt post Paponem dictum est supra, & idem Papo. lib. 5. tit. 10. arrest. 12. qui stilus iuri communi conformis est vt in l. ea quæ. vbi Bal. C. de temp. in integ. restitu. quæ quidem interinatio approbatio dicitur seu executio gratię, & ad tempus date retrotrahitur. Franc. decis. 62. Aym. cons. 999. num. 21. vbi executionis potius quam confirmationis actus dicit esse interinationem, & in patria nostra in alienatione rerum patrimonialium exigitur interinatio.

tio. Sola in prohemio decret. glo. 2. in fin. & tam in Camera computorum, quorum officiales curatores principis dicuntur, ad l. fin. versi. curatores. de quadr. præscri. l. nec venditio. Cod. de præd. decur. li. 10 quam etiam in Senatu in concernentibus eius officium, & administrationem, vt in nouis constitutionibus habetur: poteruntque Senatus, & Camera respectiue principis concessiones, priuilegia, & contractus non admittere, aut limitare prout iuridicum aut rationabile fuerit, non autem pro arbitrio, prout in Camera quandoque contensum vidi per aliquos magistros existimantes contractus vltro citraque obligatorios posse in parte acceptari, & in parte refutari seu limitari, quod rationabile non est absque partium consensu. neque tamen puto admittendum quod Rolan. dicit. cons. 61. num. 42. quem sequi videtur D Sola. in d. prohe. constit. duc glo. 2. in fi. quod priuilegium seu confirmatio principis ex certa scientia seu de potestatis plenitudine emanatum non subiaceat interinationi. existimo tamen illud omnino, & inconcusse admittendum quatenus rationi congruit, & a iusticia non abhorret, potissimum si actus sit iuramento firmatus, cui princeps ipse contrauenire non posset vt infra dicetur, alioquin impe-
38 trantibus fieret iniustitia. † requiruntur etiam clausulæ in alienationibus principum motus proprij, ex certa scientia, & de plenitudine potestatis, ac aliæ derogatoriæ. Præpos. hic colum. 6. versi. vbi tamen, & de clausula motus proprij quod requiratur, Præpo in prohe colum 10. vers. & ideo. per l. 1. C. de petitio. bon sublat. lib. 10 iuncto cap fi motu proprio. de præben. in 6. nam vbi non adest talis clausula de facili præsumitur subreptitia impetratio l fin. C. ne rei domini vel templ. & Ias. num. 80 Ego & si huiusmodi clausulæ non interueniant, nihilominus alienationem valere in casu licito, ac permisso censeo. Quid enim operantur clausulæ illæ nisi ad ostendendam enixam mentem principis, de qua si constabit, neque interceserit aliqua subreptio, aut obreptio, necessariæ non erunt dictæ clausulæ, in actu, in quo potest princeps disponere, siue cum causa, siue sine causa: &

præsertim si fiat alienatio per viam contractus, vt dicit Aequen. hic colum. 7. post Castrens. consil. 414. in facto præsenti. colum. penul. volum. 1. existimo tamen valdè proficuas fore dictas clausulas ad ostendendum magis enixam mẽtem principis in ijs, in quibus potest disponere, vt ex eis appareat adesse voluntatem. Paris. cons. 23. num. 104. vol. 1. & de viribus huius clausulæ, Anto. Gabr. de clausul. conclus. 1. Declara tamen vt tunc clausula derogatoria sit necessaria, quando adesset præcedens aliquot decretum principis alienantis, vel antecessoris, cui derogare opus esset, vt infra dicetur, & ea necessaria tantum est, vbi aliquid statuitur cõtra ius Celsus. de clauf. nu. 25. & eo casu etiam censuit Iser. in c. 1. num. 53. de capit. qui cur. vend. non esse necessari am derogationem, si adsit clausula ex certa scientia, clausula etiam de plenitudine potestatis operatur ad ostendendam principis intentionem, quod voluerit procedere tanquam princeps absolutus, non tanquam ordinarius. Alex. cons. 16. num. 26. vol. 5. Curt. cons. 65. colum. 11. Duę enim in principe sunt potestates ordinaria, & absoluta iure ordinario secundum leges potest statuere, de absoluta potestate etiam contra ius. l. princeps. de legi. quanquã voluerint aliqui vnicam in principe reperiri potestatem ordinariam scilicet quæ à iure regulatur, inter quos Vasqu. & Didac. per D. Thesaurum allegati in nou. Decis. Senat. Pedem. Decis. 91. & infra 59 videbimus, † vbi autem alienatio fit retenta vniuersali iurisdictione, & superioritate dubio procul videri permissa, et totalis alienatio, multò magis videtur supremum dominium retineri. c. cui licet. de reg. iur. in 6. l. non dicit de reg. iur. & eo casu retenta vniuersali considerandũ est, aut princeps alienat in magna quantitate, aut in modica, vt per Bar. in l. prohibere. §. planè ff. quod vi aut clam. si in magna quantitate hic etiam dispiciendum est, aut cum cã, aut sine causa, si cum causa tenebit alienatio, etiam in magna quantitate: causa autem non tam vrgens requireretur hic, quam superiore casu. Ferdinan. Loaz in d. cons. in 1. argum. pro par. Marchi. nu. 17. sed sufficit rationabilis, & quæ respiciat publicam

blicam vtilitatem, licet nō personaliter, saltem secundario: vt puta causa remunerationis meritorum, ob quam etiam licet principi transcendere leges, & auferre quandoquè bona subditorum, modico dato precio, & alijs assignare. l. itē si verberatum. §. 2. de rei vendi. & l. Lucius. de euictio. Iser. in d. §. preterea ducatus. num. 50. vbi dicit licere principi dare bona demanialia militi strenuo, si non habet aliundè sequuntur alij, & Barba. in Rub. de donat. in prin. Gozad. cōs. 1. num. 36. Dec. cons. 498. num. 25 Loaz. in d. cons. in 3. argum pro part. March. in prin. latè tradit, & plura accumulat Tiraq. specialia ex causa remunerationis, in l. si vnquam in verbo donatione largitus nu. 11. cū seq C. de reuoc. don. vbi etiam Rip. q. 15. & inalienabilia posse ex causa remunerationis alienari videre est apud Soc. iun. cons. 91. num. 17. vol. 2. Rolan. cons. 5. num. 8. vol. 1. & in feudis, quæ alioquin inalienabilia sunt. Soc. cons. 84. vol. 3. Card. in cap. ex parte. q. 3. de feu. Seruiūt notata in l. iubemus. la 2. C. de sacrosan. eccles. vbi Bar. P. Belluga. in Spec. princip. Rub. 9. num. 8. Ozasc. cons. 41. num. 22. & licet isti patres indistinctè dicant ex causa remunerationis principem posse alienare, id tamē & rectè quidem intelligit. Acquen. hic colum. 4. in princ. retenta superioritate, nam satis id donatario esse debet, si antidora quomodocunque etiam si in feudum accipiat. Iaso. d. cons. 227. colum. 8. vers. 8. quinimo in Gallia non admittuntur alienationes bonorum demanialium ex causa remunerationis. Io. Pap. lib. 5. tit. 10. arrest. 12. solent tamen admitti ad certum tempus in quibusdam casibus, quod vtique procedit in remuneratione, q̄ fit volūtariè, & ex liberalitate nulla alia præcedente obligatione, quam ad antidora: secus dicendum esset, si ex obligatione necessaria fiat remuneratio, vt pro satisfaciendis expensis factis pro defensione status, aut aliter, vt per Barba. cons. 11. colum. 4. vol. 2. ex ea enim causa alienatio etiā supremi dominij fieri poterit, si aliunde princeps æs alienum persoluere nō poterit sine status detrimento. Grat. cōs. 147. in fi. vol. 2. & ex causa remunerationis
60 principem posse donare satis in compertō est. Pan. cons. 3.

in 26.dub.col.3 1.in fin.vol.2. Nat.conſ.367.num.14. vbi dicit,quod ex cauſa remunerationis poſſunt alienari vaſalli,etiam inuiti:quod fuit de mente Barb.d.conſ.11.quod tamen declarandum eſt, vbi merita talia eſſent, quæ ſimilem mererentur recompenſam, & aliunde princeps non haberet modum remunerandi. Iſer.in d.§.præterea.num.50. Neuiz.d.conſ.12. num.92. licet remunerandi modum ponat in facultate principis Natt.conſ.367.nu.15. Redoan.in tit.de in feuda rerum Eccleſ. nu.6. & facit, quod ſupra dictum eſt de cauſa neceſſaria,vt ea ſit attẽdenda,ſi aliunde neceſſitati prouideri non potuit. Aym. conſ.241.col.pen. verſ.2.reſpondeo ex quibus non puto procedere, quæ adnotauit. Loaz.d.argum.5.pro Marchi.verſ.nec obſtat,ſi forſan. dum aſſerit principem poſſe donare etiam immobilia demanij ex cauſa remunerationis, quamuis aliunde habeat ex quo bona alterius,pacis,vel remunerationis cauſa poteſt donare: nam quatenus de pacis cauſa loquitur non eſt eadem ratio, quia remunerationis cauſa,ſi donet rem alienam, tenetur tantumdem præſtare de ſuo, idque neque paſſim principi licet,ſed iuſtis de cauſis,vt infra dicetur.& notat Ruyn. conſ.108.nu.29. volum.2. Item cauſa remunerationis eſſe dum ob merita in rempublicam collata, ac ſeruitia publicam vtilitatem concernentia, vt propterea merita non attendantur ſi ſeruitia præſtita ſint priuatim principi,& circa familiaria obſequia publicæ vtilitati nõ connexa Acquẽ.
61 hic col.5. verſ. ſed circa hoc. † Aut ſine cauſa fit alienatio etiam retenta ſuprema iuriſdictione in magna quantitate, & non valet tanquam facta in nimium detrimentum,& præiudicium principatus, & contra principis dignitatẽ, & honorem: eſt enim principi conceſſa bonorum adminiſtratio, non dilapidatio.vt 10.queſt.2.in prin.Bal.in d.c.licet.nu.7. de proba. vbi dicit,quod Papa, Imperator, & multo minus Reges non poſſunt donare vnam ciuitatem, quæ poſſet ſubuertere maieſtatem Imperij. Spec. in titu.de inſtrumentor., editio.§.nunc autem videndum in fi. Petr. Rebuf. in arbore feuda.in 2.diuiſ.Archid.in c.non liceat Papæ 12, quæſt.2.

qui

qui ita intelligit illum text. quando videlicet Papa alienat, sine iusta, & rationabili causa. Fely. in c. ad audientiam in prin. de præscrip. Præpos. & Ias. vbi supra Gabriel. de iure quæs. non tollen. conclus. 5. nu. 46. Vas. de successio. part. 1. §. 26. nu. 82. Capic. in sua inuestitura. §. feudum dant. vers 2. declaratio. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 3. nu. 70. & dicit Bald. in c. nihil de præscrip. quod concessio Papæ non præiudicat successoribus etiam ex causa onerosa, puta venditionis locationis, vel feudi, si contineat magnam euersionem patrimonij: in liberalitatibus autem est adhibēda discretio, cum dominus non velit effundi opes, sed dispensari. c. dominus, & c. pulchra. 86. distin. & irritatur talis alienatio etiam si sit iurata, per ea quæ dicta sunt in alienatione absoluta, cum militet eadem ratio, videtur quod iuramentum illicitum nō teneat. ad c. super noſtris. el 2. de iureiur. Card. Zabarel. cōs. 137. col. pen. vers. 2. ratio Curt. de consue. nu. 518. Fely. in c. 1. nu. 5. de proba. & Bero. ibid. nu. 33. Bertach. de Episc. nu. 184. Acquen. hic col. 4. ver. limit. 2. Rota. à Valle conf. 2. nu. 96. vol. 1. Bellug. in suo Specu. princ. rub. 9. nu. 1. & 2. Neque durum videri debet principibus, si de re magna principatus disponere non possint pro libito: cum alioquin, si eadem facultas liberè disponendi fuisset antecessoribus concessa, fieri posset, vt ipsi principes non essent. l. digna vox. §. adeo. C. de legi. & prout alienare non possunt inter viuos, ita nec etiam de rebus regni possunt testari, neque successionis ordinem peruertere. ad not. in c. 1. de succes. feu. Bal. cōs. 389. consuetudo. col. fin. vol. 2. Corset. de potesta. reg. quæst 70. in fin. Curt. sen. conf. 137. col. 3. vers. 2. ratio. Alex. conf. 87. accuratè. nu. 6. vol. 6. Ias. & Rip. in l. nemo potest. nu. 3. de leg. 1. Cirier. de primogen. lib 3. q. 3. Guliel. Monserat. de succes. regum. in prin. nu. 29. Vasqu. de successio. creatio. lib. 1. §. 6. nu. 17. & lib. 3. §. 26. nu. 45. Neuiz. d. conf. 12. nu. 64. Modern. Pāris. glo. 3. quæst. 3. nu. 7. & seq. vbi id ampliat etiam si deficerent omnes masculi sanguinis Regij, quia tunc electio fieri deberet per populum. Amplia, vt nō teneat alienatio, etiā
62 si non oppida alienentur, sed fundi, census, & redditus in

egregia quantitate. l. omnes. C. de fund. patri. lib. 11. l. omniũ C. de vectiga. & commiss. vbi vectigalium non parua functio est Præpos. hic col. 6. Iser. in c. 1. nume. 18. de capita. qui cur. vend. Afflict. in §. præterea ducatus. in 3. nota. nume. 108. de prohi. feud. alie. per Fed. & in §. 1. quo temp. mil. Zas. hic n. 7. Mart. de Laud. de princip. quæst. 82. Luc. de Penna in l. quicunque. la 2. vers. his ergo. C. de omni agro deser. vbi rerum fiscalium, & Patrimonialium interdictam alienationẽ principibus dicit, quia necessitatibus reipublicæ sunt destinatæ, & principibus concessæ pro subditorum conseruatione.

63 Soc. conf. 7. vol. 3. †Amplia etiam si fiat venditio cum recato, dicitur enim ea alienatio, vt dixi in quæst. laudimi 37. & frustra speratur, quod princeps. bona sit redempturus, vt inquit Rube. conf. 96. nu. 4. Neuiz. d. conf. 12. nu. 146. præsertim quando res alienata est pro pretio quanti valet. Alexan. conf. 169. in fin. vol. 6. Rebuf. in compend. nu. 7. amplia maximè in rebus demanialibus, seu quæ in regiſtris Cameræ sunt descriptæ tanquam redditus Coronę annexi, seu incorporati: nam dicuntur demanialia dos principi per rempublicam assignata, & quæ principi spectant tanquam principi, Luc. de Pen. in l. quicunque. C. de omn. agr. deser. li. 12. Mod. in consue. Paris. §. 30. nu. 70. Rip. lib. 1. resp. 1. nu. 11. quę alienari non possunt Ioan. Pap. lib. 5. titu. 10. Arrest. 1. quinimo, nec cessio recatus in re demaniali, legitimè cum recato alienata licet cũ ius recatandi effectum sit de corona principatus. Io. Pap. lib. 5. tit. 10. arrest. 3. faciunt quæ dicta sunt in quæstio. laudim. 42. & regulariter, quod ea inalienabilia sint, Iser. in c. 1. num. 44. & 48. de prohib. feud. alien. per Fed. vers. nec dominus feudi. & in c. 1. vers. quanto tẽpore Epis. vel Abba. & d. c. 1. num. 18. vers. hæc intelligenda. de capit. qui cur. vend. Afflict. in titu. & rub. quæ sint regal. nume. 15. & in §. præterea ducatus in 3. not. Luc. de Pen. in l. quicunq; colum. 4. vers. ex præmissis autem, & l. qui fundos in fi. C. de omn. agr. deser. & d. l. omnes. in fi. C. de fund. patr. lib. 11. Io. Papo. lib. 5. ti. 1. arrest. 12. dicens. demanialia Regni Franciæ posse tantum in tribus casibus alienari, pro appanagio filiorum,

rum,& pro dote filiarum cum recato perpetuo,pro fundando hospitali,vel ecclesia, & pro repellendo hostes.& de reb. demanij non posse principem alienare vltra 20. vncias annui redditus dicit post Luc.de Pen.Afflict.in prælud.ad con-
64 stitut.reg.q.24. num.6. etiam per totam quæst. † Amplia vt in his casibus in quibus fauore publico prohibita est alienatio,possit etiam ipsemet contrauenire, qui alienauit,nec tenet alienatio etiam in præiudicium alienantis. Præpos.hic colum.6.& d.c.intellecto. vbi gl.dicit quòd ille, qui iurauit potest sua auctoritate contrauenire, reuocare malè alienata,& quod talia iuramenta sunt temeraria, vel potius periuria,propterea non seruanda, vt paulo ante dictum est.c.in malis.c.non semper.c.diffinitio.22.q.4.not.glo.in d.c.grandi.in verbo.liberam. & in verbo regis.de supplen.negligen. prælato.in 6. Luc.de Pen.in d. l.quicunq.col.5. versi.igitur sicut prælatus. C.de omn.agr.defer.& d.l.omnes.in fi. C. de fund.patr.lib.11. Corset.de potest.reg in vlt.part.q.95. Castren.consi.70. quia frustra.vol.1. namque nullitas actus fauore publico inducta operatur, vt etiam is qui actum fecit, possit ei contrauenire.glo.in l.1.§. & cum lex. C. de rei vxo. actio. Abb.in c.cum contingat. col.5.vers.gl.tandem.de iureiuran.Regulare est quod contractus de iure prohibitus iuramento non firmatur. Bar.in l.si quis pro eo, colum.2. ff.de fideiussor.& in Auth.sacramenta puberum. C.si aduers.vendit.Roland.cons.62 num.5.& seq.lib.2.facit quod infra notatur de prælatis post gl. fi.in l. si quis presbiterorum.de rebus.eccles.non alienan. Osasc.Deci.180.num.2.idem vt successor.possit cõtrauenire etiã si ipse factũ prædecessoris ratificasset.Acquẽ §.2.col.21.vers.his declarationibus.Affl.d.q. 24.n.9. Quibus autẽ casib. princeps alienationi factę licitè cõtrauenire põt puto eũ tutũ esse in cõscientia, & sic nõ tãtum iure fori,sed etiam iure poli.ad l.Grachus.C.de adult c. vigilãti.& ibi no.de prescrip.iusta .n. lex, etiã in iudicio aĩ seruanda est,gl.in c.quæ in ecclesiarũ de constit.faciunt quę Didac.scribit in c.possessor.par.3.§.2.vers.cæterũ, & in c cũ esses de testa.neq; alium casum ego cõstituo, vt possit cõtra

uenire ipsemet, nisi vbi actus omnino est inualidus, & alienatio est facta, nulla subsistente causa legitima, & consequẽter vbi legitima est contrauentio, & tunc cessant ea quæ per doctores dicuntur, quod princeps contraueniendo non sit tutus in conscientia; quamuis re, vera non existat causa. Acquen. col. 10. in fine, nam ea procederent, vbi princeps esset in dolo contrahendo, aut si contraueniendo retineret pretium, quod restituere teneretur: quinimo magis in conscientia peccat princeps illicitè alienando, quam contraueniendo, ad nota. in d. c. non liceat. 12. q. 2. Panor. in d. c. cum venissent. nu. 8. de iudic. Redoan. in tit. de infeudatio. rerum eccleſiast. per Papam. in fi. Amplia vt pro contrauentione principi competant iuris communis, & legum remedia, vt si in alienatione dolus, vel captio aliqua ex parte acquirentis, aut ænormis læsio interuenerit. Bald. in l. fin. in fi. C. de transact. Afflict. decis. 340. nu. 3. Soci. iun cons. 68. num. 6. vol. 2. Gabr. d. conclus. 5. de iur. quæs. nõ tollen. limit. 23. & supra. vbi etiã plures ampliationes, & limitationes videri possunt, & infra aliquæ tangentur, in quibus etiã casibus potest princeps reuocare alienationem factam non tenebitur de euictione, ex quo contractus ratione rei prohibitæ alienari, & fauore publico inualidus est. ad not. in c. imperialem. in gl. in verbo exempto. in fi. de prohib. feu. alie. per Fede. seruiũt. not. in l. cum lex. de fideiuss. Quod si mero fauore, & contemplatione tertij nullitas induceretur, secus videretur dicendum, vt infra tactum fuit tractando de interesse subditorum P. Belluga. in specu. princip. rub. 9. nu. 18. vbi addit. & ibi latè tractat an fiscus teneatur de euictione. facit id quod dicitur infra regulariter Principem posse ex causa à suo contractu recedere. Bal. in l. fi. in prin. ff. de Senator. Roman. cons. 352. num. 22. Alex. cons. 101. colum. 5. vers. quod superior. lib. 1. Tiraquell. de pœn. in præfat. num. 41. causa enim iusta reuocationis est præcedens alienationis prohibitio. Tenebi
65 tur tamen omni casu † ad pretij accepti restitutionem, tam ipse princeps quam hæres eius cum æquum non sit eum locupletari cum aliena iactura, ad l. fin. §. emptor. C. commu.

de

de lega. Archid. in c. per principalem. 9. q. 3. Bald. in l. ſerui. C. quib. ex cau. ſeru. Deci. conſ. 357. colum. 4. Marſil. ſingul. 634. late Tom. de Marin. de generib. & qualita. feudo. tit. de feud. ex pact. & prouiden. antiq. §. conſtitutio regni. nu. 15. & ſequen. ſucceſſor autẽ in principatu vbi anteceſſoris hæres non ſit, ipſe neque de euictione, neque ad pretij reſtitutionem tenebitur, non minus quam ſit res feudalis, vel fidei commiſſo ſubiecta eſſet alienata quam iure feudi agnatus, vel ex cauſa fideicommiſſi, fideicommiſſarius auocaſſet. ad nota. in l. ſi familia. C. famil. herciſ. Alex. conſ. 21. nu. 4. & ſeq. Aret. conſ. 3. Iacob. de Beluiſ. in auth. vt nulli iuditium. §. & hoc vero iubemus. vbi latè, & infra dicetur. Quod tamen declara vbi præciſe in vtilitatem principatus non ſit conuerſum, vel nihil ex bonis particularibus prædeceſſoris ſucceſſor habuit, alias ſecus Bal. conſ. 271. caſus conſilij. in fi. vol. 661. Aut ſit alienatio in modica † quantitate, & poteſt princeps pro arbitrio ſuo diſponere, & donare etiã ea, quæ ſunt principatus. c. Abbate ſane. de re iud. in 6. l. idem Iulianus §. fina. de leg. 1. & ibi Ang notat. habetur. in l. fin. C. de quadr. preſcr. & in c. grandi. de ſupplen, negl. prælat. in 6. & ibi Io. Andr. dicit quod non debet fieri tam amara interpretatio, vt nihil poſſit princeps de iuribus regni donare. Ang. in l. ſi id quod. §. ſi ſerui operas. de donat. inter virum. & vxor. Bal. in l. 1. num. 11. de rerum diuiſ. dicit quod princeps poteſt cõcedere publica. ad l. ſacra. C. eodem tit. in quo tamen dicit inſpiciendam conſuetudinem donantis, & eſt tex. in c. ſuper quibus. §. præterea. de verbo. ſigni. Barto. conſ. 169. Ciuitati Camerini. & in l. 3. §. plane. ff. quod vi aut clam. Oldra. conſ. 94. in fi. & conſ. ſeq. quem ſequitur Albericus. in prohem. Digeſtorum, in §. diſcipuli. col. 4. verſ. & ex prædictis. Corſe. de pote. reg. q. 14. nu. 14. par. 1. Tiraq. de primog. q 35. num. 19. Afflict. hic num. 71. & in tit. quæ ſint regal. num. 61. & in prohem. conſtitut. reg. q. 24. Bald. conſ. 324. quæritur vtrum Papa. vol. 1. Caſtren. conſ. 414. in facto præſenti. 1. colum. 3. vol. 1. Deci. conſ. 191. Ferdinan. Loaz. in d. quæſt. oppidi de Mula. in primo argum. pro parte Marchi. vbi plura congerit

& in 4.ac vlt.argum. Didac.in capitu. quamuis. part.2.§.2. nu.4.de pactis in 6.Aym.conf.535.& conf.908.Iaſ.cõſ.227. col.6.verſ.5.vol.2.in cauſa, & oppido Sommaripæ, ſuper quo facto conſuluit pariter Soc.conſ.4.vol.3.& licet.dicat Neuizan.quod fuit contra dicta conſilia iudicatum.prout re vera fuit iudicatum ſecunda Maij 1499. tamen id potuit euenisſe alijs rationibus,& cauſis quam ex defectu poteſtatis principis alienan bona in modica quãtitate,cum oppidum Sommaripæ ſit egregium valde,& alia etiam reluctabantur. obſtabant enim præcedentia decreta quibus dicebatur non fuiſſe ſufficienter derogatum, Item pacta contraria inita cum communitate,& hominibus Sommaripæ, quæ valde reſiſtebant,ſed alienationẽ fieri potuiſſe patet ex euentu ſubſecuto,cum de anno 1501.24.Auguſti fuerit idem oppidum infeudatum baſtardo Sabaudiæ, & in feudatio conſentientibus hominibus habuit effectum. inſuper ſupplicatio ab illa ſententia adhuc hodie pendet inter ſucceſſores Theodori Rottarij, & ſucceſſores magni baſtardi, & vidi ego proceſſum referendum principi occaſione ſextę partis illius loci,in qua etiã conſuluit Rolan.conſ.6.vol.3.& conſ. 32.vol.4.Cœphal.conſ.168.Pano.conſ.63.& adhuc ſub iudice lis eſt.& idem Iaſ.conſ.56.col.2.vol.3.de oppido Sandiliani. Marti. Syl. hic,& Acquen. col.4. verſ. limit.2.Aym. conſ.54.vbi etiã demanialia Regis dicit poſſe alienari.Nat. conſ.122.nu.2.in caſu Braijdę,& 636.nu.44.in caſu Caſalis.Corſe.de poteſtate.reg par.1.q 4.& pa 4.q.62.n 26.Soc. Iun.conſ.60 col.3.vol.3.P.Bellug in Spec princip.d rub 9. nu.8 vbi dat cautelã pro tali alienatione,quæ a principe fit. Amplia etiam ſi in adeptione dignitatis iurauerit princeps non alienare,quia id ciuiliter intelligendum eſt, & de alienationibus illicitis non autem licitis, & fieri ſolitis, puta in modica quantitate.Ancha.in d.c.intellecto. Fed.de ſen.cõſ. 210 quidã Epiſcopus.Pan.in d.c.vt ſuper col pen.n.15.vẽr. refertur ergo.de rebus Eccleſ.nõ alienan.& notatur in c.2. de feud.in quibus locis dicitur de prælato qui iurauit nõn alienare,q nihilominus poteſt ſolita infeudare.Rip.lib 1.de

legib.

legib. resp. 1. nu. 54. vbi in alienatione Ducatus Alenſonij dicit etiam valere non obſtante iuramento, ac lege Salica, q̃ in Gallia viget, tanquã non ſe extendant ad modica regnũ non lædentia Redoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienan. in tit. de alienatio. obſtan. iuram. præſt. nu. 16 & §. videtur ẽt. num. 13. eod. tit. & in rebus proprijs etiam ſi iurauerit Rex non alienare tenet alienatio. Pan. conſ. 3. col. pen. vol. 2 idẽ vt valeat alienatio in rebus principatus modicis cenſendũ eſt, cum etiam ſi iurãſſet quæcunque non alienare ratione iuramenti, non irritetur actus contrarius, ſi aliunde erat licitus, quamuis contraueniens efficiatur periurus. Pan. in d. c. intellecto. col. pen. Didac. in d. §. 2. part. 2. c. quamuis. de pac. in 6. Loaz. in reſponſ. ad quintum, & ſextum argum. nu. 140. cum ſequen. ſecus ſi actus erat illicitus, aut alias deficiebat poteſtas alienandi. glo. fin. in c. licet mulieres. de iureiur. in 6. Rip in c. cum M. Ferrarien. nu. 83. circa fin. qui ita declarat. c. intellecto. Quid ſi plures alienationes ✝ fecerit princeps ſingulas quidem in modica quantitate, omnes autem ſimul iunctæ aſcendant ad egregium valorem, nunquid tenebunt omnes, vel potius omnes reuocabuntur, & quod omnes ſint reuocandæ, facit tex. in c. apoſtolicæ §. hoc ſemper. de dona. c. ex tranſmiſſa. de præſcript. glo. in c. 2. eodem tit. allegatur. l. ſi libertus. §. ſi quis plures. de iure patro. ſed ille text. poteſt euitari, quia ibi vnica eſt donatio, licèt pluriũ rerum, ideo in totum reuocatur, nam actus donationis eſt indiuiduus. l. cum eiuſdem. & l. ſeq. de ædil. edic. item procedit d. lex propter fraudis ſuſpicionem. Bart. in l. nomen. §. filio & ibi additio. de leg. 3. Bald. in l. 1. num. 14. C. qui bon. ced. poſſ. & iſta ratio bene adaptatur caſui noſtro: quia aliàs eſſet aperta via deducendi principatum ad nihilum, & vulgare eſt dictum quod multa modica faciunt vnũ ſatis. Luc. de Pen. in d. l. quicunque col. 4. in fin. & ſequen. C. de omn. agr. deſer. vbi dicit quod minutatim interdum iura omnia ſubtrahuntur, ſicuti ſtruſtratim lupus comedit agnum prout glo. dicit in d. c. ex tranſmiſſa, & eo modo poſſet minutatim totum imperium perire. vt dicit gloſ. in authen. quo-

57

mo-

mo.opor.epiſc.in verbo conſenſus in fin.& facit quod habetur.in cap.1.de prohib. feud.alien.per Lotar.vbi Imperator prouidet circa alienationes feudorum, ne vires Imperij attenuentur.Acquen.in col.7.in princi. & in 2.§.de infeud.prælat.limit.9.& bene facit quod not.in c.1.de proba.& ibi Bero.num.3.vbi habetur quod Princeps non ligatur ex ſuo cõtractu, neque eius ſucceſſor, quando ex poſt facto inciperet eſſe valde damnoſus,& grauis dignitati,& iuriſdictioni principis,Afflict.in conſtitu.in prohe.q.24. in fin.& in titu. quod nullus prælat.numer 5.vnde quando poſt primam donationem fiunt aliæ plures, incipit quoque prima eſſe damnoſa ſicut cæterę. Ideo ex poſt facto omnes reuocabuntur,& hac ratione attenta dixerunt nonnulli principi nõ licere aliquo modo alienare patrimonialia, etiam in modica quantitate: quia aliàs poſſet princeps modo donare vnam ciuitatem, vel villam, & deinde aliam, item eius ſucceſſor poſſet donare alias,& ſinguli alij ſucceſſores alias adeo, vt res procederet in infinitum:ita vt quandoque futurum eſſet, quod princeps eſſet habiturus nudum nomen, Luc. de Pen. vbi ſupra, ſed hæc opinio eſt contra concluſionem ſupra firmatam, quod principi liceat donare in modica quantitate etiam fiſcalia, ad rationem autem Luc.de Pen.dicitur, quod de poſſibili ad actum non valet argumentum, vnde plures alienationes reuocabuntur, quando re ipſa lædent æquiter coronam Regni,vel Principatũ.gl.in conſtitutio.Sicil.dignum lib.3.colu.2.verſ.65. Quo ad vſque enim id ſequatur licitè ſunt alienationes,neque ſiniſtri euentus habendi ſunt in cõſideratione,& multò minus in principibus à quibus ſperandum eſt augmentum ſtatus potius quam diminutio, vt propterea dicantur Auguſti, glo. in c.Hadrian.63. diſtinct.& in prohemio Digeſtorum, & hoc ſenſit Afflict. in tit. quæ ſint regalia in princ.nu.63.licet non ita clarè deducat. Alia fuit opinio,quod non omnes, ſed poſteriores non autem primæ licitæ alienationes reuocarẽtur,neq; licitæ per illicitas ſubſequutas infringerentur ex quo nõ vitiatur vtile per inutile. c.vtile.de reg.iur.in 6.l.certi condictio.§.quoniam. ff.ſi cert.

pet.

pet. & in simili donatio facta vltra quingentos aureos non inualidatur pro summa 500. aureorum promissa si plures sint donationes, vel etiam vnica vltra summam prædictam, l. sancimus. §. si quis autem, & l. si quis argentum. C. de don. Socin. conf. 48. col. 4. vol. 1. Alex. consil. 4. colum. pen. vol. 1. Porti. lib. 1. regu. 40. limit. 11. desumpta ex Gabrielio titu. de donat. concl. 1. num. 56. Didac. lib. 2. varia. resol. c. 16. num. 5. versic. 2. licet, vbi de emphyteusi facta vltra triennium disputat an vnleat pro tribus annis, non obstante Paulina, & istud præsertim posset procedere, vt sustineretur primus
68 actus, vbi fraus abesset, & fraudis suspicio. Magna autem quantitas in alienatione cuiuslibet rei consideratur tum ratione personarum, tum ratione rei. glo. fin. in c. & si quæstiones, de Symon. c. causam de testi glo. fin. in auth. quod locũ, C. de colla. Castren. consil. 187. notandum est quod ista imperialis, col. 2. vol. 2. ratione personarum considerantur personæ dantis, & accipientis, & primo dantis, glo. ponit exẽplum in Comitissa Matilda, in l. sed & si susceperit, § 1. de iudic. & ibi Bart. & Castren. Viu. in lib. 1. commu. opin. versic. causa dicitur. Soci. iun. cons. 79. num. 98. vol. 3. vbi in Imperatore dicit non esse magnam summam ducentorum millium aureorum, & è contra de rustico, glo. in l. illicitas. §. ne potentiores. in verbo lumine, de offic. præsi item ratione accipientis, l. si longius, in fin. de iudic. Oldr. conf. 159. circa fi. vbi dicit non esse magnam concessionem principatus Achaye inspecta qualitate personarum, & quòd non omnimoda facta esset alienatio, sed retenta superioritate ac alijs iuribus, Corset. de potest. reg. quæst. 72. vbi de donatione regis Aragonum facta Reginæ, & filijs. Idem censuit Ripa in alienatione ducatus Allenconij, quam dixit modicam inspecta Regia persona donantis, & donatarij de stirpe Regia, lib. 1. de legi. respons. 1. num. 16. Afflict. in prohe. constitu. regn. q. 24. colum. 2. in princ. Acquen. hoc eodem tit. colum. 2. versi. 5. nonam ponit. vbi de concessione facta filio regis, & infert ad concessionem factam per Ducem Sabaudiæ alicui de sanguine Ducum, Socin. iun. cons. 60. num. 48. vol. 3. facit ℣

Rip.

Rip. not.d.resp. 1.num.55. Loaz.d.consil.in vlt.argum.pro March.in fin.vers.ex quibus.vbi etiam concludit iudicis arbitrio omnibus pensatis esse relinquendum, quæ modica, quæve magna esse dicantur. Magnum,& paruum etiam dicitur,prout multi,& pauci comparatiuè,l.maiore. de verbo. signifi.l,ideſt,& ibi glo.de dol.gloss. in c. disciplina in verbo pauci.45.dist.Corse in tract.de minimis.in prin.num.2. Respectu etiam rei consideratur actus nunquid grauiter statum seu principatum lædat,nec ne,c.cæterum,de dona.& nedum ratione rei,magna res dicetur,sed respecto qualitatis eiusdē rei: nam qualitas rem ipsam adauget,& minuit: vnde si esset oppidum munitum, seu vt dicitur fortalitium, magna res diceretur licet oppidum esset paruum: præsertim si in confinibus principatus existeret. l. 2. C. de fund.limitrof. lib.11. Neuiz.cons.12.num.54.in 8.fallentia. Grat.cons.147.col.2. vers.accedat.vol.2. Ferdinan. Loaz.in d. consilio oppidi de Mula.in 3.argum.pro parte oppidi. Item non solùm rei qualitas intrinseca consideranda est, sed etiam extrinseca, vt qualitas seruitutis imposita principatui, vt puta si princeps principatū alij subijciat: graue enim est alteri subijci. Aquē. hic col.4.vers.attenderetur. de quo dicetur infra in ampliationibus respicientibus prohibitionem alienationis respectu subditorum. Quæ quidem omnia iudicis discretiones,& arbitrio sunt relinquenda. Ang.in d.l.sed & si susceperit.gl. in c.cum illorum in verbo sanguinis effusionem, & ibi Pan. & Fely.de sent.excom. Præpos.in c.terrulas,12.q 2. Alex. in l.licet Imperator, num.8.de leg. 1. Tiraq.in l. si vnquam.in verb.omnia vel partem.num. 28. de reuoc. donat Menoch. de Arbitr.iud.cas.144.nume.13 & cas.seq num 4.Acquen. hic.colu.4 vers. & quæ dicantur. vnde argum. Neuiz. d.q.2. num. 71. dum simpliciter dicit considerandum plus, & minus respectu cuiusliber prouinciæ donantis, procedit quidem,sed non indistinctè, cum non tantum rei qualitas, sed etiam donantis, & donatarij persona sit attendenda. Magna etiam quantitas considerat respectu nobilitatis rei, vt si tractetur de alienatione regalium, ex illorum enim concessione

sione minuitur regalis dignitas, Cicero.lib.2.rhetoricorum
69 Afflict.in Rub.quæ sint regal.num.72. † propterea censuerunt aliqui concedi non posse, Bal.in titul. de pace Constan. in vers.amplius consueuerunt,& in l.1.in fi. C.de hæred. vel action. vend.Boss.in titu.de reg.num.31. Soc.cons.7.versic. aliquando & 3.vol.3. vbi dicit quod etiam si non agatur de magno præiudicio, alienatio regalium est interdicta. & cõs. 4.super quæstione, colum.4. Campeg. inter consil.Brun. 2. num.43.& consil.11.num.12. Rolan. cons.1.num.97.vol.2. Purpur.cons.18.num.71. & 74. Afflict.in constitut.Sicil.d.q. 24.in fin.Gozad.cons.8.num.45. Rui.cons.91.num.11.vol. 1. Alij hoc in casu impotentiam concedendi ad summa regalia restrinxerunt, Bened.in c.Raynutius,in verbo,& vxorem nomine Adelasiam in 2.decis.num.24.27.& 224.Afflic. in constitu. regni, in titul. quòd nullus prælat. num.6. Natt. cons.608.& 614. num. 8. & 12. Dixerunt aliqui regalia totius status concedi non posse, particularia autem aliquorũ locorum sic Ias.cons.10.num.4.vol.3.in fi.Natt.consi.122. num.19.Cæphal.cons. 155. num. 32. Alii distinguunt in re magni præiuditij uel parui, iuxt. ea quæ sup. tradidimus ex doctri. Bartol. in l.prohibere, §. planè, ff.quod vi aut clam. Camill.Borell.in addition.ad Bellug. & &.Rubr.9. litera B. Natt. consil.122.numer.20. Ad præmissorum autem lucidiorem declarationem in materia alienationis regalium præsupponendum est dupliciter posse considerari regalia, primo prout regalium facultas est pœnes principem, pœnes quem residet ipsa regalia,& hoc modo ius Regium propriè dicuntur. Secundo consideranda ex effectu postquam sunt in esse deducta, quæ consideratio respicit fructus, & emolumenta regalium. Cuman.cons.162. in fin. Marin. Frecc. lib.2.in 13.author.colum.pen.&isto modo regalia diuersam à primis naturam assumunt, & præscriptibilia magis sunt, Bartol.in l.si publicanus,§.id omnibus,de publica.Balb.de præscript.in 2. part.2. part.q.4.nume.2.& ijs concessis remanet nihilominus generalis potestas alia concedendi pœnes principem, pœnes quem etiam remanet maior potestas,

quam

quam sit vassallis concessa. Rip. lib. 2. respons. 4. Natt. cons. 487. nu. 12. Bossi. in titu. de regal. nu. 34. alia etiam distinctio fit regalium: nam alia sunt maxima, alia sunt maiora, alia minora. Maxima sunt suprema iurisdictio, & supremum dominium principis, Didac. pract. quæst. c. 4. col. 2. vers. & præter hæc maiora regalia sunt, quæ ad supremam principis auctoritatem solùm pertinent, ac illam respiciunt, & principi reseruata intelliguntur, & sunt de mero Imperio maximo, prout dicit Bald. in l. Imperium. col. 2. vers. circa tertiam de iurisd. omn. iudic. quem alij sequuntur, hicque adnotandum est, quòd aliud sunt regalia ad supremam auctoritatẽ Principis spectantia, aliud est ipsa suprema authoritas principis Bald. in l. 2. quæst. 18. C. de seru. & aqu. vers. item nota quod si Papa. Plura regalia, & principi reseruata enumerat Luca de pen. in l. contra. C. de re milit. lib. 12. & ponit. 67. casus, aliquos enumerat. Afflic. in tit. quæ sint regal. Rest. au. de Impera. quæst. 110. ponit 33 c. casus quibus addo custodiâ ecclesiarum vacantium. c. generali. de elect. in 6. quarum fructus sicut, & beneficiorum ex consuetudine, vel priuilegio princeps laicus ad manus suas reducere potest, vt dixi in tit. quis sit iudex in caus. Feud. Marc. decis. 90. & multis seq. D. Thesaurus latè decis. Pedem. 131. per totam. Minora regalia sunt, quæ vtilitatem, ac pecuniarium commodum potius Regis, quam auctoritatem concernunt, ac respiciunt: qualia sunt pro maiori parte, quę in titulo, quæ sint regalia enumerantur. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 1. nu. 9. quoties igitur in disceptationem venit', an regalia concedi possint, causa maior, vel minor requiretur prout maiora, vel minora sunt regalia. Rolan. cons. 19. num. 76. vol. 2. Maxima regalia ita ossibus principis inhærent, vt ab eo diuelli non possint Luca de pen. in l. in sacris. col. pen. C. de proxi. sacro. Scrin. lib. 12. Moder. in consuet. Paris. §. 2. glos. 4. num. 19. Didac. pract. q. cap. 4. quod intelligas, vt non possit à Rege auferri suprema auctoritas, ita vt remaneat Rex in cõcessis, vt per Acquen. hic. col. 4. versic. & istud facit, alioquin potest concedi suprema potestas, ex causa tamen ardua, vt supra dixi. Maiora regalia

galia concedi quidem possunt, salua manente maiestate Imperij. c. nos Romanorum. de pac. Constan. c. super quibusdã. §. præterea de verb. sign. glo. hic in c. 1. in verbo dare habetur in tit. de feud. March. & in tit. quis dica. Dux. Monta. lib. 5. c. 7. vers. igitur de Feud. Afflict. in constitu. Sicil. lib. 1. tit. quod nulli prę la. nu. 2. Zas. hic c. 5. nu. 5. vbi dicit regalia etiã principi reseruata in feudum concedi posse. Minora autem regalia concedi posse nemo dubitat, an autem cum causa, vel sine causa ex supradictis colligitur. & not. Afflic. in Rub. quæ sint regal quæst. 5. nu. 61. Ozasc. decis. 139. nu. 21. Soc. cons. 7. nu. 7. vol. 3. vbi inquit, quod tale ius regale per principem supremum alienari potest: per inferiorem autem, secus, sine principis licentia. Alia etiam cadit circa regalium concessionem consideratio, videlicet, quod solita sint concedi, vel non, aut perraro, prout Acquen. cõsiderat hic col. 2. in fin. Cæphal. cons. 155. num. 29. vol 2. in qua etiam consideratione inspiciendæ sunt personæ concedentis, & eius, cui fit concessio, vt ibidem notat Acquens. & Zas. hic nu. 6. Oldr. cons 121. ad primam num. 13. passim autem concedi solẽt iurisdictio, merum, & mixtum Imperium, Piscationes, Venationes, Pascua, viæ publicæ, mænia, mulctæ confiscationes, exactio vectigalium iam impositorum, & ijs similia. Monta. de feud. lib 2. c. 1. ver. quandocunque. Baronibus autem concedi etiam solent aliqua supra specificatis maiora,
70 pura primæ † appellationes, quæ nisi nominatim concessę essent, non ventrent in generali concessione meri mixti Imperij, & omnimodæ iurisdictionis. Ang. in l. 1. §. qui mandatam. de offic. eius cui mand. est iurisd. Iacob. in verbo cum mero. & mixto Imperio. nu. 9. Brun. cons. 102. nu. 3. Boss. de principe nu. 284. Didac. pract. quæst. c. 4. num. 6. dicens illas competere superioribus, & maioribus magistratibus, non autem ordinarijs quicquid aliqui contrarium sentientes dixerint. Natt. cons. 309. & 580. Rolan. cons. 75. nu. 15. vol. 3. vbi de communi attestatur, & respondet contrarijs, & ille parcius concedendæ essent, propter interesse subditorum quibus eo casu difficilior datur additus recurrendi ad

prin-

principem, si contingat eos grauari, vel alias à vassallis opprimi. Aym. cons. 209. num. 8. ijs etiam qui sunt de sanguine plura nonnunquam, & maiora conceduntur. Old. cons. 95. & 159. vt angariarum præstationes. Maiora etiam concedũtur per Imperatorem vicarijs perpetuis Imperialibus videlicet facultas imponendi noua vectigalia, erigendi vniuersitates, cudendi monetam, creandi tabelliones, & similia. Acquen hic col. 2. in fin. authoritas autem indulgendi, & restituendi famæ non solet concedi, nisi quibus conceditur plenitudo potestatis. Rube. cons. 50. nu. 6. quæ pariter consideratio soliti adhibenda erit in interpretanda mente concedentis. l. certi condictio. §. si nummos. ff. si cert. pet. Euer. 71 in loco à solito. † In generali autem concessione regalia nõ comprehenduntur. c. quod translationem. de offic. lega. & ibi Abb. & alij. c. fin. de offic. Vica. in 6. l. 1. de offic. eius cui manda. est iurisd. cum ibidem not. & in l. Imperium de iurisd. omn iud. c. 1. de Capit. qui Cur. vend. c. super quibusdã. §. de verbo. sign. Alberic. in l. fin. in fin. C. de iurisd. omn. iudi vbi plus dicit quòd si rex concedat alicui Castrum cum omni iure, quod ibi habet, non veniunt regalia, ex quo rex in Castro habebat duplex ius, vnum tanquam Dominus particularis illius Castri, alterũ vniuersale, sicut rex in toto regno, quod dicitur ius regium, & ideo particulare tantum ius censetur transtulisse. Boer. decis. 50. nu. 12. Calca. cons 101. col. 1. Imol. cons. 121. in fin. Bald. cons. 243. ius percipiendi. vol. 5. Soc. iun. cons. 98. num. 31. vol. 3. Nat. cons. 435. num. 26. & 580. in fi. Zaf. hic nu. 6. Rip. in l. obligatione. num 1. de pign. moder. in consuet. Paris. §. 1. glo. 5. num. 53. & 60. vbi improbant Ias. contrarium sentientem, in cons. 45. in 2. dubio, & rectè meo quidẽ iudicio. Rub. consil. 50. Afflict. decis. 122. num. 3 Roland. cons. 4 num. 46. vol. 3. Regalia enim in inferiore à principe exorbitant à iure communi, ideò non trahendæ sunt concessiones in consequentiam. Brun. cons. 197. quod est Io. Barthol de Scrampis. nu. 3. Quòd procedit in dubio, secus si ex verbis, aut aliter appareat de mente principis, quod etiam regalia voluerit concedere. c. 1. vers.

nisi

nisi quæ specialiter. Quæ sint regal. Pereg de iur. fis. lib. 1. tit. 2. num. 75. & 97. Cuma. cons. 162. quem sequitur Cephal. cons. 418. in fi. vol. 3. ex cuius dictis plures colliguntur considerationes declaratoriæ mentis principis, inter quas si ad sint clausulæ generales, si in loco cõcesso princeps nil aliud habeat, quam regalia, ne cõcessio sit frustratoria, si onus imponeretur, quod subiri non posset, nisi quis haberet regalia. Soc. iun. cons. 75 num. 1. vol. 4 & cons. 80. vol. 3. Abbas cõs. 62. cum duobus sequentibus. in interpretanda autem mente principis admodum seruiet, soliti consideratio, verisimilitudoque, trutinatis maioribus ac minoribus regalijs, ac personis concedentis, & cui conceditur prout supradictum est. Afflict. in rubrica. quæ sint regal. num. 71. Barba. in d. c. 1 translatione. col. 4. Castren. cons. 63. quod dicti reddit us salis. vol. 1. vbi sex dicit considerandas, naturam concessionis, naturam concessi, personam concedentis, personam cui fit concessio, generalitatem verborum, comparationem specialiter expressorum. Acquen. hic. col. 2. nouem ponit considerationes, seu præsumptiones, ex quibus mens principis colligitur fuisse, quòd regalia concesserit; de quibus tamen certa regula tradi non potest. In concessione etiam regalium si de minoribus agatur, sufficiet quod in genere exprimantur, præsertim si solita sint passim concedi: & regulariter concessis regalibus in genere veniunt ea quæ expressa sunt. in tit. Quæ sint regal. non autem principi reseruata. Luc. de Pen. in l. contra. col. 6. vers. hęc opinio. C. de re milita. lib. 12. Gig. de crim. læsæ maie. li. 1. tit. quis de crim. læs. maie. cogn. pos. Ozasc. decis. 101. nu. 12. Natt. cons. 659. nu. 4 vbi censet, quod reseruatio superioritatis, & alti dominij refertur ad maiora regalia. Et nisi exprimatur eo magis illa reseruatio excludit vassallum à regalium pretensione. Isern. in c. 1. nu. 2. qualit vassal. iurar. deb. dom. fidel. vbi Lauden. Præpos. & Afflict. Brun. cons. 31. num. 14. Boss. de pœn. num. 25. Natt. cons. 580. num. 3. & 12. in maioribus autem, & quę passim concedi non solent, specifica requiritur expressio, neque sufficit generalis expressio regalium. c. 1. de capit. qui

curti vend. cum ibi no Zaſ hic nu. 6. poſt Bal. & alios Rube. d. conſ. 50. num. 5. Ozaſc. deciſ. 29. nu. 5. & d. deciſ. 101. num. 12. Cagnol. in l. imperium. nu. 272. de iuriſd. omn. iud. Franc. deciſ. 275. num. 5. & ſeq. Quod adeo verum eſt, vt non compræhendantur in generali ſermone, etiam ſi actus aliter expediri non poſſet. Panor. in c. prudentiam. §. 6. nu. 4. de offic. deleg. Natt. conſ. 402. num. 13. quamuis ſecus eſſet ſi de minoribus ageretur: quia illa venirent, ſi aliter actus expediri non poſſet, vt dixi poſt Cuma. ideoque ſi conceſſioni regalium addita etiam ſit dictio vniuerſalis, reſeruata non comprehendentur, & quæ ſolita non ſunt concedi. Boſſ. in tit. de regal. num. 29 Fely in c. cum nobis. num. 6. de præſcr. & ibi ſubdit quod illa, ſuper quibus inferior non poteſt ſtatutum condere dicuntur principi reſeruata, & licet requiratur ſpecifica mentio in conceſſione, non tamen exigitur expreſſio in individuo. Barba. in d. c. quod tranſlationem. num. 5. exemplum poni poteſt ſi concedantur ea quæ imperator poteſt, de plenitudine poteſtatis, nam ſatis dicitur expreſſum de maioribus regalibus, Fely. in c. quæ in eccleſiarum. col. 11. num. 33. de conſtitu. item in ijs, quæ habent dignitatem annexam, conceſſo vno, cenſetur conceſſum omne, quod ad eam dignitatem pertinet: vt ſi quis creatus fuerit rex, omnia cenſentur ei conceſſa, quæ ad regiam dignitatem pertinent. Iacob. de S. Georgio. in prin. tract. feud. verſ. dubitatur etiam. vbi ſi quis conſtituatur Dux, omnia quæ ad ducem ſpectant cenſentur conceſſa. Item & quæ ſolita ſunt concedi veniunt in generali conceſſione. Roma. conſ. 59. ad diſcutiendum. num. 3. Caſtren. conſi. 34. ſuper primo dubio. colum. fin. vol. 2. Acquen. hic. col. 1. verſ. quod dupliciter. & è contrario quæ ſolita ſunt reſeruari cenſentur reſeruata. Gigas vbi ſup. tit. quis de crim. Nō tamen regulare eſt, quod Duces, Marchiones, vel Comites habeant omnia regalia, ſed ij tantum, qui ex priuilegio vel vſu longæuo ea obtinuerunt vt ſupra dictum eſt. Natt. conſ. 661. nu. 15. & ita intelligenda ſunt, quæ notant Iſer. in Rubrica quæ ſint regal. nu. 3. & ibidem Aſflict. nu. 17. Paris de Put. in tract. de Sindica.

tit,de excess.Baro.c.1. num.7.Curti. in 2. parte. prin.q.26. colum.3.vers.2.principaliter.Iaſ.in l.nemo potest.num.8.de leg.1. secundum quam declarationem concordari possunt dicta Doctorum. Insuper adnotandum est, quod aliquibus regalibus expressis specificè, quod datur clausula generalis concessionis regalium, illa includit similia expressis, non autem maiora.c.sedes.de reser. Iser. in Rubrica quæ sint regal.nu.3. Roma.cons.271.vis tota.Cuma.d.cons.162.Aym. d.cons.209.nu.8.Moder.Paris.d.§.1.glo.5.nu.60.vbi autem aliqua sunt specificè concessa absque clausula generali, non fit extensio ad alia reseruata, licet sint eiusdem naturæ. Panor.in d.c.quod translationem.num.5. concessis autem regalibus cũ clausula omni iure, veniunt regalia non expressa. Acquen.hic vers.2.limitatur. Moder. in consuet. Paris.titu. 1.glo.5.num.60. Narta.cons.166.nu.17. Quid autem si aliqua sint specificè reseruata numquid alia censeantur cõcessa? quod sic, modo sub generali cõcessione cõtineri possint, & similia sint exceptuatis. Rolan. cons.12. nu.57. vol.4. de quo videndi sunt Deci.& Cagn.in l.1.de reg.iur. Euerard.in
72 loco † ab exceptis. Didac.lib.2.Variar.Resol.c.5. concessis etiam regalibus intelliguntur concessa ea quæ erant in esse tempore concessionis, non autem facultas imponendi vectigalia de nouo, nisi id specificè actum sit, talis enim facultas est de maioribus regalijs, & quæ nullis, aut paucis concedi solet. Imo.cons.121.in 2. dubio Cum.d. cons.162.col.pen. in fi.in concessione, regalium, & dignitatum illud animad-
73 uersione dignum est, † non posse principem æqualem suæ dignitatem concedere, prout enim inferior est conditio accipientis feudum, quam dantis, ita minor quoque dignitas esse debet, & hoc innuit. tex. hic in prin. & dicit Bald.in probe.nu.33, quod impossibile est facere sibi parem, vel superiorem. Curt.cons.64.seriosa.col.4.nu.7. Purpur.in l. Imperium.col.19.vers.& declaretis.de iurisd.omn.iud Restau. de Imperat.q.69.& 106. Claud.de Seijsel.col.1.vers.item et dicendum.& facit, quod Bal. not.in l.fi.de rerũ diuis. Quod absurdum est in eodem regno duos esse Reges. c. in apibus.

7.quæst.1.quod intelligit Bald.in prohemio,num.36. quoad regimen supremum, secus quo ad nomen.Iacob.in princip. tract.ver. quid si Rex,& aliquot annis elapsis Illustrissimus, & Excellentissimus Dux Namurcij Serenissimi Emanuelis Phyliberti,Ducis consanguineus,obtinuit loca sua existentia in Comitatu Gebenesij, erigi in Ducatum ab eodē Serenissimo Ducæ Emanuele Phyliberto,quod potius fuit honoris gratia concessum, quam ratione alicuius æqualitatis, cum admodum limitata fuerit eius potestas, & instar fermè aliorum vassallorum Sabaudiæ, aliquibus tamen maioribus regalibus concessis ratione sanguinis. Item non potest Rex cedere filio suo regnum ita vt duo sint Reges. Bald. in prælud. Feud. num 36. Acquen. hic col. 4. vers. & istud facit ad quæstionem licet quandoque hoc tolleretur in casu discordiæ donec decisa fuerit controuersia. glos.in clem. Romani in verb. Reges de iureiur. Io.De Cirier de primogen. lib.1. quæst. 10. quandoque tamen plures fuerunt eodem tempore Imperatores, simul & eodem tempore. not.21.dist. Restau.quæst.69. Tiraquell.de primogen.q.17.nu.4 opin.num. 22. Quæ magis dē facto quam de iure processerunt. Magnū quoque detrimentum iudicaretur, vbi princeps subijceret principatum seruituti. Old.cons.231.in fi. Cardin. in §.quid ergo circa princ. de inuestit. de re alien. fact. Corset. de potest. reg. quæst.96. Acquen. hic col.4. in fin. & infra notatur dum de interesse subditorum tractatur. Cæterum de regalibus vide quæ doctè more suo differit Bodin. lib. 1. de Repub.cap.fin. Atque hæc de alienatione generaliter dicta hactenus sint. In infeudatione autem procedit argumentum,
74† vt quibus casib.potest princeps donare, & alienare, multò magis possit infeudare.c.cui licet de reg.iur.in 6.l.videamus.§.iurare.de in lit.iuran. Blanc.in sum. in tit. quæ res in feud.dar.poss.col.3.in prin.vbi dicit valere argumentum affirmatiuè de alienatione ad infeudationem,vt concessa alienatione,concedatur infeudatio, nō autem negatiuè,vt alienatione prohibita necessario prohibita sit infeudatio. Bald. hic in vers. Marchio.in fin. Afflict.in c.1.nu.45.per quos fiat

inuest.

inuest. Bero.in c. quæ in ecclesiarum. nu. 196. de constitu. & propriè, ac strictè loquendo non dicitur alienare, qui infeudat glo. in Rub. de alien. feud. pater. in fin. quam Doctores examinant in §. præterea. de Capit. Corad. glo. in l. fi. in verbo, vel hypothecam. C. de reb. alien. non alien. vnde infeudatio non dicitur simplex alienatio. Oldr. cons. 159 circa fi. num. 11. Abbas in c. cum Apostolica, de his, quæ fiunt à præla. sine consensu cap. faciunt, quę infra notantur. nu. 11. 145. & 147. itaque infeudando quis minus dicetur alienare, quâ alienando simpliciter etiam retenta superioritate, & sola generali iurisdictione, cum in feudi concessione, nedum superioritas iurisdictionalis, sed directum etiam dominium retineatur. c. 1. §. fin. in quib. cau. feu. amitt. Afflict. in prohemio constitutio. Sicil. q. 24. col. 2. Acquen. hic §. 2. colum. 25. vers. posset etiam attentari, & infra de infeudatione personarum ecclesiasticarum in prima limit. num. 145. Aym. cons. 894 nu. 4. Quapropter in consideratione maioris, vel minoris quantitatis rei minus dicetur princeps lædere principatum infeudando, etiam maius oppidum quam alienando minus, & vilius, propter retentionum directi dominij, & ob seruitutes, quæ feudo insunt, & apponi solent. Bald. in d. c. intellecto. vbi dicit, quod magni Reges, licet in adeptione Coronæ iurent non alienare, non iurant tamen non infeudare. & idem Bal. in l. 1 in prin. de constitu. prin. dicit, quod princeps infeudando facit ea, quæ sunt de natura sui officij. Rolan. cons. 6. nu. 50. vol. 3. & vbi non læderetur grauiter status principis, posset princeps infeudare res, & bona patrimonialia, seu demanialia. Afflic. in §. præterea ducatus in 3. nota. nu. 72. Aym. cons. 54. nu. 2. Gul. à Peru. cons. 5. nu. 8. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 3 num. 73. & id potissimum vbi bona essent nullius, aut pauci redditus, quæ passim possunt infeudari. arg. Auth perpetua. & Auth. item prædium, & incorpore vnde sumûtur. C. de sacrosan. Eccles. Fel. in c. ad audientiam. colum. 2. in princ. de præscrip. itaque in promissione facta, vel iuramento præstito de non alienando non propterea censebitur is, qui promisit astrictus, vt non pos-

sit infeudare. Fed. de Sen. conſ. 210. quidam Epiſcopus Aſſlict. in prælud. nu. 120. & in c. præterea ducatus. num 27. de prohib. feud. alien. per Fed. & in prohemio. conſtitu. Sicil. q. 24. col. 1. Rip. lib. 1. Reſp. 1. nu. 58. Clar. in § feudum q. 28. & 32. & licet text. videatur contrariari ſupra ſcriptæ proximè concluſioni, & regulæ negatiuæ. in c. 1. §. qui enim. & §. ſed etiam res. per quos fiat inueſtitu. vbi prohibita alienatione cenſetur prohibita infeudatio. Attamen pro ſolutione di-
75 cendum eſt alienationis † verbum largè ſumptum quamcunque alienationem etiam vtilis tantum domin. j comprehendere. l. alienationis de verb. ſign. l. fin C. de reb alie. non alien. c. nulli de reb. Eccleſ. non alien. § alienationis. Auth. de non alienan. & hoc modo ſumptum comprehendet, vel non comprehendet infeudationem ſecundum ſubiectam materiam. Acquen. hic §. 2. col. 10. in fin. verſ. tamen facilis. Cœphal. conſ. 197. num. 26. lib. 2. magis autem propriè ſumptum alienationis verbum omnimodam alienationem directi, & vtilis dominij, ſimul continet. l. 1. & ibi gl. C. de fun. dota. Bald. in capitul. 1. §. aut ſi libellario. in fin. quib. mod. feud. amit. vbi tamen ponit quatuor modis capi poſſe alienationis verbum, proprijſſimè, ptoprie, inproprie, & inproprijſſimè, & aliter capi poteſt in ſpecie, & in genere, ſed duo primi modi ſeruiunt propoſito noſtro. d. cap. nulli. de reb. Eccleſ. non alien. cum ibi not. & ſecundum latam hanc ſignificationem dicetur omnino contineri infeudatio, & id eſt quod ſenſit. gloſ. in d. c. 1. in verbo, de ſuis rebus. verſ. reſponde, &c. cum igitur quæritur, an prohibita alienatione cenſeatur prohibita infeudatio conſideranda erit materia, an latam, vel ſtrictam recipiat interpretationem. ad c. odia de reg. iur. in 6. Fely. in Rub. de fid. inſtru. num. 4. Redoan. de rebus eccleſ. non alien. titul. 1. §. 1. verſ. in pœnalibus. & § ſimiliter, conſequens erit regulariter argumentum negatiuè neceſſario non concludere, ſed extra, & cauſa interpretationi locum eſſe. l. an inutilis. de acceptil. in propoſita autem quæſtione, cum agatur de promiſſione, ac iuramento ſtrictius interpretabimur verba ipſa, vt non quæcunque alienatio

tio comprehendatur, sed omnimoda. l. quicquid astringendæ. de verbor. oblig. è diuerso in c. 1 per quos fiat inuest. cum alienatio sit prohibita fauore minoris, non immerito, prohibetur minor infeudare. Ideoque procedet ampliatio regulariter, quod prohibita alienatione non censeatur prohibita infeudatio, nisi aliqua ratione vel causa contrarium suadente ab ea esset recedendum, vt quando prohibitio conuẽtionalis addit legali, videlicet si quis aliunde prohibitus sit à lege alienare, & id promittat ne verba sint eluſoria, sed aliquid operentur censebitur etiam promisisse non infeudare. Bald. in d §. præterea. de capit. Conra. quem cæteri ibi sequuntur. Iacob. in verbo, & cum pacto de non alienando in princ. Nat. consil. 481. num. 17. quamuis vbi de pœna agitur dubitabilis admodum sit Bal. concluſio. Fely. in c. quę in ecclesiarum. num. 69. vers. 2. declarando. de constit. Amplia
76 præsertim † vt possit princeps infeudare si adsit consuetudo alienandi, & infeudãdi in patria ad nor. in d. §. ex eadem Panor. in d. c. auditis. Fely. in d. c. dilecti. Guid. Papæ decis. 560. Addit. ad decis. Tholos. 485. Rip. lib 1. respon. 25. num. 16. vbi tamen requirit consuetudinem præscriptam. Socin. iun. cons. 94. num. 30. vol. 2. Natta consil. 367. num. 6. & 12. & cons. 589. num. 10. & de consuetudine Ducum Sabaudiæ attestantur Ias. cons. 227. Socin. d. cons. 4. Rub. cons. 96. sed quicquid ij patres dicant contrarium plerunq; fuit obtentum, & dicit Neuiz. d. consil. 12. nu. 118. quod huiusmodi cõsuetudo est irrationabilis in bonis Regiæ coronæ, quod in Francia est, propter legem Salicam, alioquin rationabilis etiam in Francia diceretur cùm sit iuri communi cõformis, Quæ ampliatio multò magis procedet, si specialis sit cõsuetudo in re infeudata, vt solita sit infeudari. Paris. consil. 22. num. 75. & consil. 23. num. 97. vol. 1. Aym. consil. 54. in prin. Afflict. decis. 305. & ista solita infeudari, non dicuntur de demanio principis. Paris de Put. de feud. c. 5. num. 5. & c 7. & quotiescunque deuoluuntur, seu confiscantur potest Princeps pro libito infeudare, prout etiam infeudare potest quęcunque bona, quæ per confiscationem principi obueniunt.

Moder. Paris. §. 30. num. 184. & sup. nu. 33. tactum fuit, dum de demanio, & quomodo probetur tractaui. item procedit ampliatio etiam vbi res solita infeudari, potest deuolutionē fuisset incorporata patrimonio, quia qui potuit incorporare, potest pariter disunire. Rip. lib. 1. respons. num. 54. nam facilius princeps rem aliàs infeudatam, quamuis postea incorporatam, denuò infeudat, quam si nūquam fuisset antea infeudata. Soc. cons. 4. vol. 3. num. 17. Alcia. in l. debitorum. in fi. C. de pact. Ampliatur maximè si alienatio, aut infeudatio fiat in familiam alienantis, & eos, qui sunt de genere. Oldra. cons. 94. Rip d. resp. 25. num. 26. Amplia vt possit infeudare Castra, oppida, ciuitates, & prouincias cum iurisdictionibus, & regalijs. Alex. cons. 1. nu. 20. vol. 5. Acquen hic col. 3. vers. & hæc regula. Natta cons. 640. & dictum est supra de
77 regalibus. Amplia † vt possit princeps supremus alienare, & infeudare ne dum res sibi immediatè, sed etiam mediatè subiectas, quamuis secus sit in inferiore, vt hic not. Bald. num. 2. Curt. iun. in 2. q. prin. 2. par. num. 2. & cons. 1. num. 17. & consil. 157. num. 10. Acquen. in 1. par. in princ. & part. 2. col. 1. Boer. de custod. clau. num. 37. Nat. consil. 636. num. 48. Moheda. decis. 278. titul. de feud. Gomes. decis. 2. & 41. eodem titul. Restau. de Imperat q. 110. in 325. casu, & in fi. quæst. quare poterit princeps infeudare oppidum subiectum alicui ciuitati, vt de oppidis Lombardiæ circūscripta pace Constantię senserunt Bal. Prępos. & alij in c. 1. de natu. feud. Alex. d cons. 1. num. 18. cum sequen. & cons. 16. num. 27. vol. 5. Bald. cons. 233. factum. vol. 3 & c. 1. in princ. quis dic. dux. Ana. cons. 81. vbi de oppidis districtus ciuitatis Ast. & ibi dicit, quòd ciuitas non possidet oppida, sed ipsa possidetur à principe Dec. consil. 194. num. 3. Barto. consil. 196. ciuitati. in fin. Suarez. allega. 7. Natta dicto consilio 626. nu. 49. & consil. 638. num. 11. Aym. consil. 411. num. 20. Berò. cons. 74. col. pen. volum. 1. quæ multò fortius procedunt in Papa, vt possit nedum ecclesiarum bona sibi immediatè subiecta, sed etiam mediatè infeudare, vt hic Bald. num. 2 Prępos. & Acquen. in princ. & Bald. cons. 95. mortuo Gregorio,

col.

col.fin.vol.3.Curt.par.2.quæst.10 Soc.inter Brun. conſ.10. nu.19.& conſ.1.nu.31.Bero.conſ.72.in fin.vol.1.Ioan.Monac.in c.ſi eo tempore.de elect.lib.6. Campeg.in ſubſcript. ad conſ. Brun.1. col.7.in prin. Brun. conſ.129. in fin.lib.2. Borgnin.Caualcan.deciſ.4 num.12.& 22 part.2.quia Papa poteſt,vt ordinarius ordinariorum,ſecundum eos, infeudare, & liuellare omnia bona eccleſiaſtica mundi, & concurrere cum ordinarijs. Duaren. de Feud.cap.6.nu.2. ipſe enim vniuerſitatis Epiſcopus vocatur. Canone, cuncta per mundum,9.q.3 Hamet.iur. Feudal. c.5. quod tamen intelligas, niſi res prius alteri fuiſſet infeudata. Alex.conſ.3.vol.5.quia eandem alteri infeudare non poſſet princeps, neque diſueſtire inueſtitum. Præpoſ.in c.1. col.2. de natu. feud. vt infra
78 in limit. † bene tamen poſſet nouam dignitatem creare ſuper inueſtitum, vt infra etiam dicetur. nu.110. dum de intereſſe ſubditorum tractabitur. Bald.conſ.333. ad intelligentiam.vol.1. vbi dicit, quod ſi Imperator crearet Ducē Mediolani Regem Arelatenſem,quod Comites,& Barones tenerentur ſibi obedire, & quod propterea nihil diminuitur Marchionibus,nec dicuntur inferiores diſueſtiri,ſed eis datur quædam noua forma,& quidam ſtilus iuſtitiæ,& æquitatis, ſub quo ponuntur, & quod poteſt Imperator committere vices ſuas,& ſuper Comites, & Barones conſtituere viſitatores,& facere duces maiorem, medium, & minorem. & vnum deputare,qui alijs præſit.& idem Bald.conſ.326.Rex Romanorum.nu.9.& conſ.328.quæritur & ſi Rex Romanorum.vol.1.quæ conſilia,edita ſunt in gratiam Ducis Medio. vt exiſtimo cōtra Marchionem Montiſferrati,qui erat vicarius imperialis in Comitatu Papiæ. & eadē refert Campeg. inter conſ. Brun.11.num.14.vertic. corroborat Caccialup. in l.Imperium.col.13.quæſt.14.de iuriſd. omn iud. Natta d. conſil.686. in fin. & d.conſ. 640. Purpura conſ 309 vbide Duce Sabaudiæ, qui fuit præpoſitus Comitibus Coconati. Quæ omnia tamen limitanda ſunt niſi ex tali creatione derogaretur prioribus inueſtituris,nam ſicut non poteſt tollere priores inueſtituras dominus directus ita nec mutilare.

Bal.

Bald.d.consi.326.num.4.& consi seq.num.1.& in facto his diebus incidit quæstio in Senatu, Princeps in Castro de quo plures domini erant inuestiti, vnum ex eis erexit in Comitem loci cum primis appellationibus, condomini se opposuerunt dicentes id fieri non potuisse in eorum præiudicium & eo minus admittendam eam erectionem cum esset facta saluo præiudicio cuiuslibet tertij,& præiudicium inferri dicebant potissimum ex concessione primarũ appellationũ ex quibus dabatur facultas condomino præcipiendi suis condominis, item vt qui particeps erat, & par, constitueretur superior. Bru. consi. 16.& ea ratione erga ipsum redderentur subditi timidiores,& magis affecti, vultum prepotentis metuentes, ſfaciliorsque ad eum daretur recursus, etiam in quibus subditi ius non fouerent. adducebatur. c. Romana.de offic.ord.in 6.Marin.Frecia.de autor.Bar.autor.28.& infra dicetur.num.105.& 112. Ex aduerso dicebatur.quod nullum ius condominis competebat in ijs quę concessa fuerant quę principis erant.1591 2.Ianuarij in dicta causa Villefalletorum, Senatus totus censuit priuilegium nõ esse interinandum cum feudum esset indiuisum, & homines indiuisi eo quod ageretur de præiudicio condominorum quod fuit consideratum diuersimode, vbi autem fieret diuisio, ꝙ priuilegio locus esset in subditos tantum Comitis, & ea quidem lege quod in criminalibus liceret subditis appellare Senatum omisso medio. Rettau. de imperato.q.110.in d.
79 casu.325.& 330. Adde quod princeps † potest etiam separare oppidum à ciuitate, vel comitatu, cui erat vnitum. Bar. consi.196.ciuitati.eadem ratione quæ supra dicta est, quòd ciuitas oppidum non possidet, sed princeps ciuitatem. Bru. consi.54.num.4. Alex.d.consi.1.num.20.& consi.16.vol.5. vbi pariter ipse dicit quod iurisdictio est penes principem, non penes ciuitatem, & proprium est principis distinguere, separare, vel vnire prouincias. §. illud autem. vt iudic. sine quoquo suffr l.si eadem.vbi Doct.de offic. assess.l.quod principis.de aqua plun. arc. l.1.§. cum vrbem. de offic.præfect. vrb.l.1.C.de metrop.Berij.lib.10.& ibi Bar.Bal.consi.327.

pridie.

pridie.col.fin.versi.pro domino nostro.volum.1.Alber.in l. quoties.C.de preci.Impera.offer.asserens Papam, vel Imperatorem posse duo regna sibi subdita, vnire, & eisdem vnũ tantum regem præponere refert Laud.de princ.q.10.Ferdinan.Loaz.in d.consi.oppidi de Mula.in 1.argum.pro parte March.Soci.iun.consi.91.volu.2.& quod vnio, & separatio prouinciarum sit in mero principis arbitrio, Aym.cons.963. num.4.Alba.consi.64.num.15.Decia.respo.4.num.2.& 45. vol.2.Bosi.de prin.nu.187.Ossasc.decis.1.nu.29.Separationes tamen oppidorum à ciuitatibus plerunque odiosæ sunt, & strictè interpretandæ. Panor.in c.cum dilectus. de donat. Menoch.consi.75.num.29.& nu.34.dicit in separationibus debere tria concurrere, voluntatem, potestatem,& causam, quæ iusta atque honesta sit, de quibus per Bald.in tracta.de exemptionibus.in prin.& Latius.consi.264. Limita† vt non possit infeudare princeps vbi ex infeudatione nimium læderetur principalis diginitas, prout supradictum est in alienatione retento alio dominio, seu vniuersali iurisdictione. vt hic notant Aluar.num.19.Præpos.col.6.Afflict.num.73. Corset.de potest.reg.q.161.Rolan.consi.1.num.106.vol.2. Neuiz.d.consi.12.num.66.Adde quòd læsio in infeudatione ad modum etiam consideratur respectu alienationis reddituum, directa enim dominia inutilia plerunque redderentur, & contemptibilia absque redditibus, qui nerous sunt principatus,& manutentioni principum dicati, prout supra dictum est, & licet feuda aliquando deuolui possint domino directo,cui etiam aliqua seruitia interim debentur,ea tamen plerunque non sunt huiusmodi, neque spes deuolutionis ea est, vt aliquo modo correspondeant alienationi reddituum, ita vt propterea cohiberi possit alienatio reddituum alioquin prohibita, & quamuis proprium sit principis infeudare, non tamen proprium eius est vires principatus enervare. Ita in terminis notat. Bellamer.consi.73. primo quæritur si castra. colum.3. versi. non enim. Limitatur secundo, vt non possit † alienare seu infeudare oppidum si ita conuentũ sit per principem cum oppido, seu oppidanis:

cum

cum nihil magis principem deceat, quam pacta seruare. c. 1. de proba. & dixi supra quod similia pacta transeunt, & ad successores, & magis in specie dicetur infra dum tractabimus de interesse subditorum distinguendo inter pactum, & priuilegium, addendo etiam quid si subditi consenserint. Li-
82 mitat. 3. vt † non possit infeudare oppida ciuitatis, vel prouinciæ, vbi prius alijs fuissent infeudata, particulariter, vel cum vniuersitate prouinciæ, Præpos. Lauden. in d. cap. 1. de natur. feud. Curt. in 2. q. 2. q princ. part. 2. Iaf. consi. 233. col. pen. vol. 2. Camer. in c. imperialem. char. 73. secundum magnam impress. vbi respondet argumento quod princeps cõcurrat cum inferiore, quod non procedat in feudis, idem dicendum erit, vt Dominus non possit infeudare, si ciuitas aut quilibet alius habeat iurisdictionem, vel ius aliquod in oppido in præiudiciũ eiusdem iuris, aut vbi fuisset alteri prius concessa iurisdictio Roma. consi 436. num. 10. Corn. consi. 135. vol. 4. neque enim teneret infeudatio in præiudicium iuris alteri competentis, sed quoad præiudicium tantummodo infeudantis, aut eius iuris. Bal. d. consi. 233. factum. vol. 13. Neuiz d. consi. 12. num 129. Rui. consi. 39 nu. 37. vol. 1. Aym. consi. 592. nu. 48. & licet Bal. dicat q princeps de potestate obsoluta possit infeudare res ad alios spectãtes derogando iuri tertij intelligendũ id est ex cã publica, vt idem. Bald. dicit in princ. tract. exceptio. Non subsistente autem
83 causa, neque Papa, neque imperator † possunt infeudare bona, seu feuda mediata, aut alteri infeudata etiam per inferiorem. Alex. consi. 3. vol. 5. Marin. Frec. lib. 2. c. 31. fine prę iudicio autem inferioris, videtur quod princeps possit infeudare res contentas sub feudo alteri cõcessio. Rat. Mohed. 258. Gomez. 2. 41 alioquin secus faciunt, quæ dicta sunt in quæst. Laudim. 24 vers Parimodo. & supra in quæst. an princeps possit contrauenire pactis, & regulariter princeps cõcedere censetur ius, quod ipse habet nõ alterius. Aflict. decis. 324. Canonistæ tamen circa feudorum concessionem latiorem potestatem attribuunt papæ, vt est videre in cap. pastoralis de offic. ord. & in. c. si eo tempore. de electio. in

6. in

6. in quibus locis habetur, quod concurrit in iurisdictione, & potestate cum omnibus prælatis. Paris. cons. 16. num. 25. vol. 1. Bero. cons. 72. in fin vol. 1. Peregr. de iur. fis. lib. 1. titu. 3. nu. 85. & dixi supra. nu. 11. & infra. nu. 149. & 161. Limit. 4. vt quibus casibus respectu subditorum, aut iuris alterius tertij contractus principis non tenet id procedat in præiudicium subditorum, aut tertij, ipse tamen princeps ex contra-
84 ctu efficaciter remanet † obligatus, & ad interesse resarcien dum potest conueniri, si alioquin contractus licitus sit, & validus. Iser. in d. §. ex eadem in fin. Præpos. hic col. 6. vers. vel etiam non valeret. Felin. in c. 1. nu. 4 de proba. & ibi Dec. nu. 4. & supra dictum est in alienatione, sine causa facta. Li-
85 mit. 5. vt † non possit alienare, seu infeudare inuasori ciuitatem, vel oppidum violenter occupatum. l. auctoritatem. C. vnde vi. Bal. in l. decernimus. vers. item nota C. de sacrosan. Eccles. vbi dictum hoc applicat contra Florentinos, qui plura loca violenter occupata fecerunt sibi concedi ab Imperatore. & cons. 482. magnifici. num. 12. vol. 1 Alex. cons. 3. nu. 12. vol. 5. Fely. in c. postulasti. col. pen. & fin. de rescrip. Martin. de Laud. de Confeder. prin. q. 18. Aflict. in c. 1. num. 18. per quos fiat inuest. & c. 1. nu. 18. de natu. feud. Neuiz. d. cons. 12. nu. 127. Quod etiam procedit si concessio, seu infeudatio fiat consentientibus subditis, cum eorum consensus vero domino præiudicium afferre non debeat c. placuit. 16. q. 6 declaratur supradicta limitatio, vt fieri non possit concessio in præiudicium spoliati, secus in præiudiciũ concedentis, & inuestientis. sublimita, nisi concessio, seu infeudatio fieret ex aliqua magna causa, ex qua princeps posset tertio auferre eius suum. Præpos. in d. c. 1. de natur. feud. Cur. vbi sup. quæst. 3. in 2. q. prin. part. 2. Quod tamẽ procedit, vbi princeps ex certa scientia, & sciens rem occupatam concedit. secus si ignorans id faceret. l. si qua. & ibi glo. & Angel. C. de fund. salt. rei domini. lib. 11. Curt. d. q. 3. Viso nunquid princeps alienare possit, seu infeudare in præiudicium principatus, & an ipse alienans possit contrauenire, nunc se offert consideratio personę successoris, Nunquid in eius

præiu-

præiudicium alienatio teneat, & an successor in principatu teneatur habere ratum factū sui prædecessoris, in qua quæstione duplex cadit consideratio, prima respiciens tantum successorem, an videlicet prædecessor possit legem imponere successori à qua ei recedere non liceat, Secunda respiciens non tantum successorem, sed etiam tertium cum quo aliquid gestum est, & nunquid ex contractu prædecessoris inito cum tertio, successor ligetur, & obligatus remaneat. & dicit Bal. cons. 326 Rex Romanorum. col. 1. vers. præterea princeps. vol. 1, quod ista est controuersia de qua nunquam fuit facta pax apud intellectiuos. Redeundo ad primam vbi
86 princeps † disponit per viam legis generalis, sicuti ipse posset ab ea recedere, ita non potest successori imponere legē à qua ei recedere non liceat, nec potest eidem successori, qui sibi par est imperare l. nam magistratus. de arbitr. l. ille à quo. §. tempestiuum. ff. ad Trebel. cap. innotuit. de electio. clem. 1. de immun. eccles. nota. in c. 1. de constitu. glo. fin. in l. digna vox. C. de legi Bal. hic in c. 1. in prin. num. 24. & siue per viā legis generalis siue particularis procedat princeps disponendo, vbi dispositio concernit modum, ac normam regendi principatum, illa secundum temporum varietatem recipit legum mutationem, nam natura nouas semper deproperat edere formas. auth. quib. mod. natu. effic. legi. in principio, & de non eligen. 2. nub. Limita vt reuocari non possit dispositio, prohibitiua facta circa ea quæ etiam secundum ius interdicta sunt principibus, cap. imperiali, 25. q. 2. Aflict. in cap. 1. nu. 95 qui succes. teneat. vers. item secundo solue. ius autem intelligo siue commune, siue regium, siue consuetudinarium. Iure autem communi siue regio ligatur princeps lege prohibitiua alienationis. d. c. intellecto. de iureiuran. Acquen. hic. col. 8. vers. item, & quod Papa Bened. in c. Rayn. in verbo, & vxorem nomine Adelasiam. in 2. decis. nu. 472. quapropter interdicendo alienationes etiam à iure prohibitas, & statuendo circa successionem principatus, prout ius disponit, quatenus dispositio est iuri conformis, tenebitur successor illam obseruare, & dispositio robur

addet

addet.iuri.c.post translationem de remun.nam duplex prohibitio fortius ligat.§.sanctissimas.in auth.de alienat.& emphyt.c.1.de tregua.& pace.l.2.C.de vsuca.pro empt.not.in §.dui.de lega.1.& ibi Opizo. nu.141. Ias. cons. 227.col.2. vers.3.Leon.de Pisan.cons.117.num.127 prout in hac specie legis gentalis Castellę adnotat Ferdinan Loaz in d. cõsilio oppi.de Mul.in 7.& 8.argum.pro parte oppidi.Quo fit vt neque alienare poterit successor res principatus nedum à iure communi prohibitas, sed etiam per legem principis antecessoris alienari vetitas; neque præposterare ordinem successionis, & primogeniture dispositione antecessorum & consuetudine inductum. Inno.Archid & alij in c. licet.de vot.& in c.grandi.de supple. negli. præla. in 6. Tiraquel.de primogen.q.21.& supra, & num.42. tactum est. Amplia.1. limitationem procedere etiam si dispositio vel edicta contineant casus à iure non expressos, dummodo dispositio, ac eius substantia in genere sit iuri conformis,& publicam cõcernat vtilitatem c.quæ ad perpetuam.25.q.1.licet specie,& in diuiduo non disponant idem, aut eo modo, quo ius disponit Purpur. cons.18. num.35. exempli gratia disponit ius, leges, ac cætera ardua fieri debere per principes cum consilio procerum, vt validiora ac firmiora sint edicta dant certam formam vt etiam post leges conditas illã approbari debeant per consilium, non potest successor statuere vt valeant absque interinatione, aut edictis derogare, in ijs potissimum quæ sunt secundum ius ordinata,& dum casus sępius incidisset in Senatu respondi ijs, qui se tuebantur dictis derogationibus, quod illæ pariter erant interinandæ: vbi autẽ princeps disponeret contrarium eius quod lex statuit, tunc successor quoque posset contrarium statuere, & hoc modo intelligendum est, quod dicit Acquen.colum.10. vers. sed si aliqua.circa edicta Ducum Sabaudiæ prohibentia alienationem etiam rerum modicarum, quod illis successor in ea parte poterit præiudicare,& derogare, procedet enim in rebus minimis, quarum libera administratio principibus est concessa, de iure cõmuni,& p edicta prohibita, secus vbi edicta

disponunt interpretando ius,& declarando in quibus princeps non possit disponere, & ita procedit quod notat. Aue-
87 quen hic.col.10.vers.demum. Ampliatur 2. † in dispositione per plures antecessores continuata,& confirmata,quę ex confirmationibus maius robur sumit. Aret. cons.15. Reuerendissime Domine.col.pen.vers.cõfirmatur Roman. cons. 327.num.3.Abb.cons.41.videndum.in fi.volum.1.Neuiz.d. cons.12.num.37. Tertio Amplia etiam multo magis decisionem supradictam procedere si dispositio vsu fuerit recepta,& in vim consuetudinis trãsierit, consuetudo enim maior est ipso principe,vt inquit.Bald.in c.1.de natu.feud.& in auth omnes peregrini.nu.7.C.de succes. Curt.in 2. parte.q. 12.in fi.& ideo Rex Franciæ non potest contra legem Salicam alienare patrimonialia. Idem si populi assensu fuerit lex comprobata.c.confidimus.25.q.1.& c.quod vero.25.q. 2. Quarto Amplia multo magis;si lex vel consuetudo sit naturali ratione fulcita. iura enim naturalia non potest princeps tollere §.sed naturalia.instit.de iure natur.l.omnes populi.§.quod vero de iust.& iur.Bart.Cyn.& alij in d.l.digna vox. Bellamer. cons.33. primo quæritur si Castra. colum.6. vers.nec obstat.vbi inquit quod iuri, & naturali rationi cõgruit,quod administrator rem suæ administrationis immobilem,in euidentem læsionem, non alienet. idem ferè sensit Præpos.in d.c.non liceat. 12. quæst.2. num 6. post Archid. dicens natura turpe esse alienare res Ecclesiæ,& conuertere in alium vsum, quam destinatum, & in proposito dicit Alciat.in l.debitorem.C.de pactis quod ius quod in principem translatum,est non est liberè translatum, sed vt rem tanquã publicam regat, quæ commodius, & prouidentius ab vno administratur,& in ipso Imperatore, & Pontifice id videtur expeditum cum dicantur Imperij, & Sanctæ sedis rectores, & administratores perpetui. & Bald. hic in §. notandum. numero secundo inquit, quod potentius est ius naturale, quam principatus. Roch. de consuetu. num. 651. Quinto amplia vt similibus legibus,& edictis per prædecessores cõ-
88 ditis,successor derogare † nõ possit simpliciter,& absolutè,

ex

ex quo teneretur illa obseruare, non est in eius libera facultate eis derogare, & contrauenire, & vbi diceremus principem posse liberè disponere de rebus principatus derogãdo edictis prædecessorum necessariò concedendum esset, ꝙ quod haberet etiam liberam testandi facultatem, contra ea quæ notantur in §. præterea ducatus, de prohib. feud. alien. per Fed. & in c. si transitus 79. distin. vbi Archid. valet enim argumentum à contractu ad testamentum. l. fin. C. de legi. & à lege ad vltimam voluntatem. §. disponat. Authen. de nupt. Euerard. in loco à contractibus ad vltimas voluntates, & ècontra, & in loco à lege ad testamentum, quo etiam, argum. vtitu Neuiz. qui dict. cons. duodecimo. num. sexagesimo quarto, & numero septuagesimo sexto, post Acquens. dicit, quod parlamenta Franciæ non admittunt alienationes etiam si Rex ponat omnes derogationes mundi, & vbi concederetur principem liberè posse disponere, aut quod eius dispositio esset valida, & irreuocabilis, consequenter admittendum esse tenere edicta prædecessorum, ex quo de bonis validà iam disposuerunt, ꝙ si dispositio dicetur inualida, & reuocabilis, eadem rõne, quòd factum prędecessoris nõ liget successorem, poterit successor alienationes factas reuocare. Acquens. hic col. 9. vers. tamen puto. Redo. in tit. de infeuda. rerum eccles. per Papam, ita vt in omnem euentum dicendum sit, edicta tenere, & obseruanda esse, vbi sunt conformia iuri communi, & naturali etiam rationi. Sextò amplia potissimum vbi edicta concernunt fauorem, & interesse populi, & subditorum, prout sunt edicta de non alienando condita rationabili valde de causa, ne diminuto patrimonio cogatur princeps manus extendere ad bona subditorum, vt de edictis Ducum Sabaudiæ inquit Purpur. consil. 18. nume. 35. vt infrà dicetur, sunt que huiusmodi edicta, seu leges imperij, ac status quæ ligant successores cuiusmodi est lex Salica in Regno Franciæ, de quibus Bodinus tractat lib. 1. de republica. titul. 8. de iure maiestatis quibus derogare fas non est, sine rationabili, iusta, ac publica causa, eaque vrgentissima, vt supra diximus. Septimò amplia multò magis si

89 edicta † transierint in vim contractus vt notario stipulante. Oldr. consil. 95. in princ. Iaf. consil. 1. colum. 5. vers. iltis vol. 1. vbi late comprobat, quod quando lex transit in vim contractus, quod fit irreuocabilis prout etiam de dispositione principis statim dicetur, quatenus respicit tertium, nam & alias actus reuocabilis fit irreuocabilis, si fiat notario stipulante pro ijs quorum interest, vt in procuratore quem quis iurauit non reuocare, qui reuocabilis quandocunq; est: si tamen quis promiserit non reuocare, notario stipulante, & agatur de interesse constituti procuratoris, non poterit eo casu reuocari. Iason. in l prima. num. 14. de constitu. princip. & consilio 211. volum. 2. Roman. consil. 351. volum. 4. Barb. consil. 1. col 3. vol. 1. Port. lib. 5. commun. opin. concluf. 18. Gabr. de iur. quæst. non tollen. concluf. 6. & in promissione de non alienando stipulante notario, quod acquiratur ius absenti irreuocabiliter. Aym. consil. 19. num. 10. & seq. Ozas. decis 85. num. 9. & in terminis nostris Natt. consil. 501. num. 36. & 506. num. 16. & generaliter, quod stipulatio notarij in fauorem tertij faciat actum irreuocabilem videtur magis communis opinio. Ozasc. decis. 33. de qua tamen re, & de communi videnda sunt, quæ nouissimè scripsit D. Præses Thesaurus decis. 70. in nou. Pedemon. & in specie edictorũ Ducum Sabaudiæ, Acquen. hic. amplia si vltra promissionẽ, & stipulationem notarij interuenerit iuramentum, quod fa-
90 cit † actum magis irreuocabilem. glo in l. si pecuniam. de condict. ob causam. Guid. Papa consil. 23. nu. 4. Didac. Varia. Resol. lib. 1. cap. 14. nu. 10. D. Tessaur. d. decis. 79. nu. 8. effectus iuramenti transit ad successores. c. veritatis. & ibi not. de iureiur. Ant. de Butr. consil. 59. Marc. Ant. Bauer. in tract. de virtu. iuram. in 45. effect. Soc. consil. 4. col 1. vol. 1. Soc. iun. consil. 77. nu. 133. vol. 1. & consil. 67. nu. 36. vol. 2. Neuiz. d. cõs. 12. Acquen. hic col. 10. in fin. Natt. d. consil. 506. nu. 17. Amplia etiam si iurameatum non interuenerit, sed promissio sub fide principis ea enim iuramento æquipollet. c. ad aures. de his, quæ vi metusve cau. gl. in c. peruenit. in verbo iuramenti. de fideiuss. Fely. in cap. præterea. num. 15. de sponsa.

Scruf.

Scruf. conſ. 37. nu. 11. Miſinger. Singul. obſer. centur. 1. obſer. 17. And. Gail. pract. obſer. lib. 2. obſer. 59. aſſerens ita iu-
91 dicatum in Camera Imperiali. Sunt autem edicta Sereniſſimorum Ducum Sabaudiæ circa prohibitionem alienationum diſponentia plura, primum Ludouici Ducis conditum cum interuentu Cardinalium de iuſſu Amædei patris, qui tunc erat Papa Felix, qui & præſens quoque fuit anno. 1445. 22. Aprilis diſponens notario ſtipulante pro quibuſcunque quorum interierit, quod ipſe, & ſucceſſores quouis titulo liberalitatis, ſeu donationis puræ, vel ob cauſam inter viuos, vel cauſa mortis, vitam donatarij excedentis non largientur, donabunt, aut aliqualiter alienabunt aliquid de ciuitatibus, caſtris, villis homagijs, feudis iuriſdictionibus ſuis cum clauſula irritatiua: & ſtante interuentu Papæ dubitat Acquen. an poſſit derogari legi factæ cum interuentu ſuperioris. idem refert Aym. conſ. 963. Cœphal. conſ. 168. num. 32. ſed non interuenit vti Papa, ſed tanquam pater, & vti Papa nullam habebat iuriſdictionem in temporalibus in Ducatu Sabaudiæ, vt in ſpecie dicit Soc. conſ. 4. num. 26. vol. 3. Secundum fuit Amedei Anno. 1470. 10. Settembris diſponens reintegrationem omnium rerum, & iurium patrimonialium alienatorum inſtar edicti Federici Imperatoris, & curiæ Capuanę, quam defendit Luc. de Pen. in l. qui cunque. C. de omn. agr. deſer. lib. 11. contra morſuras Iſernię, cum commemoratione præcedentium teſtamentorum in fauorem primo genitorum conditorum, & edictorum Ludouici. 1445. & 1452. & id legitur factum cum conſilio vniuerſitatis Taurini, & ad querelam populorum porrecta in congregatione trium ſtatuum. Tertium Caroli. 1. Anno 1484. 23. Nouembris, cum participatione procerum, & triũ ſtatuum congregatorum, inhibens quaſcunque alienationes quocunque titulo etiam venditionis, & permutationis, quarumcunque rerum patrimonialium cum clauſula irritatiua, & ſi fuerint interinatæ, inhibendo ſucceſſoribus quibuſcunque eodem anno, & die legitur per literas patentes promiſſio facta per ipſum cum iuramento de non alie-

nando ad requisitionem trium statuum stipulante notario. Quarrum Blanchę Tutricis Caroli Ioannis Amedei Ducis 1490. 8. Aprilis. cui inest promissio de non alienando quidpiam ex bonis pupilli cum iuramento in præsentia trium statuum, item aliud eiusdem Blanchę 1490. 15. Aprilis, Quintum Philiberti anno 1497. 10. Nouembris, in eo continetur inhibitio facta de alienando quocunque titulo etiam infeudationis quicquam de rebus, & iuribus patrimonialibus cum clausula irritatiua in futurum, etiam quo ad successores notario stipulante, &c. extra genus, per rectam lineam, obligando bona ipsa, huiusmodi legi, ita vt nec etiam possint ad longum tempus concedi, cum iuramento promittendo obseruantiam, est interinatum in consilio, & Camera Sextum Caroli anno 1506. 18. Octobris confirmans precedentia edicta, notario stipulante nomine quorumcunque, & successorum, & subditorum, subijciendo quæcunque bona prohibitionibus, & ea obnoxia reddendo cum iuramento, reuocansq; quæcunque alienata, infeudata, &c. & in futurum prohibens quamcunq; alienationem, infeudationē, &c. cum testimonialibus parati obedire consiliariorū. Sublimitantur modo supradicta, vt princeps successor ex causis iustis, & rationabilibus in legibus, & edictis nō expressis possit contrauenire edictis, & eis derogare, cum enim ad successorem spectet interpretari, & declarare leges prædecessorū. poterit declarare edictum non procedere in casu illo, in quo fit derogatio, quæ potius vim obtinebit declarationis, quam derogationis, tanquam prædecessor de casu illo non cogitauerit. Bellamer. conf. 28. in facto, col. 3. verf. non obstat. & sicut prohibita generaliter de iure communi alienatione principi in casibus de quibus dictum est supra, licet nihilominus ei alienare, ita dicendum est edictis non obstantibus posse principem ex iustis causis alienare, & edictis derogare, non autem passim, & indistinctè, prout plures non mediocris nominis Doctores perperam existimauerunt inter quos Iaf. conf. 227. vol. 2. colum. 10. versic. 12. Soci. conf. 4. num. 4. in 3. qui in eodem casu Summaripæ consuluerunt,

& ni-

& nihilominus contra eorum consilia, vt supradictum extitit, fuit iudicatum, & idem in eadem causa consuluit Rolan. consil. 32. vol. 4. Pancir. cons. 65. num. 15. Ias. couf. 56. vol. 1. in causa Sandiliani in qua etiam succubuerunt infeudati, vt ex euentu deprehenditur. Cephal. consil. 155. num. 14. vol. 2. pro quo etiam consilio non fuit iudicatum, vt accepi, sed & Doctores sentientes derogari posse, alijs etiam nituntur rationibus, & argumentis in suis consilijs, & ex causis per eos expressis, quorum dicta procedere nequeunt, vbi subditis, aut tertio quicunque est ius quæsitum, quod princeps tollere non potest, vt infra numer. 94. insuper valet derogatio
92 † successoris in casibus à iure permissis licet p dicta prædecessorum sint prohibiti alienare, cũ enim prohibitio procedat à mera authoritate prædecessoris, q successorẽ ligare non potuit, pari authoritate poterit tolli, & illi derogari, & ita procedant, quæ supradicta sunt, vers. redeundo. Acquens. hic column. 10. versic. demum prædicta. Adde quod nedum ex causis à iure expressis potest successor edictis contrauenire, & eis derogare, sed nouas etiam causas, & nouum casum posset princeps inducere per viam constitutionis generalis per quos alienationes fierent licitæ, quæ alioquin illicitæ essent. Gl. & Archid. in c. non liceat Papæ. 12. q. 2. Fely. in c. ad audientiam, in prin. de præscript. Redoan. in titul. de infeuda. rerum eccles. per Papam, num. 16. quod eatenus admittendum esset, quatenus lex suspecta non esset dilapidationis, aut edictis prædecessorum expressè, ac directè non contradiceret, c. sunt quidam 25. q. 1. & c. si ea, q. 2. Aquens. hic, colum. 7. vers. 3. restringe, referens omnia ferè dicta per Felyn. & colum. seq. vers. sed pro intelligentia. Ideoque cùm edicta Sabaudiæ Ducum prohibeant alienationem rerum, quæ etiam magnæ non sunt eatenus non poterit eis contrauenire, nec derogare successor quatenus sunt iuri conformia, aut sub generalitate iuris continẽtur, alias secus, vt puta in rebus modicis. c. terrulas. 12. q. 2. & ibi glo. Præpos. & Archid. Redoan. de reb. eccles. non alienan. tit. de rerum exigua, aliena. in cap. in casibus autem in quibus princeps con-

93 trauenire poteſt edictis eorum † requiritur derogatio. Bar. in l. omnes populi. num. 31. de iuſti. & iur. & quidem ſpecialis. Neuiz. d. conſi. 12. num. 120 & ſeq. vbi dicit quod quando plura obſtãt debet vnicuique derogari in ſpecie. gl. pen. in clem. dudum. de ſepult. Bal. in l. 1. C. de furtis Sylua. conſi. 34 verſi. & maxime. Aym. conſi. 241. num. 20. verſ. 2. poſſet & conſi. 126. num. 1. Acquen. hic colum 10 verſi. operabitur tamen. non tamen indiuidua exigeretur, vt per Socin. Iaſ & alios vbi ſupra: & in materia derogationum, præſertim vbi ſunt plura obſtantia, vide Fely. in c. poſtulalti. & in c. nonnulli. col. 3. de reſcr. Caſſad. deciſ. 28. ſub regu. Cancel. Io. de Selua in tract. de benefi. part. 3. q. 14. Aym. conſ. 610. nu. 7. Burſa. conſ. 293. vol. 3. Sublimitant etiam nonnulli ſi edicta non fuerint vſu recepta, aut per cõtrarium vſum ſublata. ad not. in c. 1. vbi Fely. col. 3. verſ. lex noua, per aliquot columnas, de treg. & pac. Rolan. conſi. 32. num. 77. vol. 4. Panciro. cõſ. 63. num. 37. ſed hoc intelligendum eſt, vbi contraria conſuetudo obtinuiſſet, quæ legem faceret, ad quam inducendam neceſſaria eſſent requiſita, in l. de quibus de legi. & per Rochum, de conſuetu. vbi autem non de conſuetudine generali ageretur, ſed de pluribus contrauentionibus principum, non eſſent illæ ſufficientes ad inducendam conſuetudinem in futurum, ſed quo ad pdictas alienationes obſtare poſſet præſcriptio centenaria quidem, & immemorabilis quo ad translationem iuris etiam ſuperioritatis prout ſupradictum eſt, quadragenaria autem quo ad proprietatem, & vtile dominium, ſalua ſuperioritate. l. fin cum Auth. quas actiones. C. de ſacroſan. eccleſ. & ibi Bart. Saly. & Caſtren. Curt. iun. conſi. 174. num. 33. verſi. ſed quid fortius. quæ tamen contra ſucceſſorem currere non incipiet, niſi à morte principis alienantis cum non valenti agere non currat præſcriptio. ad not. in c. 1. & c. auditis. de preſcr. Balb. de preſcr. in 5. part. q. 12. num. 5. & faciunt quæ dicuntur infra de prælato. num. 153. Cum autem dixerimus de generali lege, ſeu diſpoſitione principis quo ad effectum ligandi ſucceſſorem de particulari diſpoſitione ſeu actu, & contractu cum tertio

inito

inito tractandum esset, quæ tamen materia hic propriè non cadit sed eã tractant docto. varijs in locis, & potissimum canonistæ, in c. nouit. de iud. & in c. quæ in ecclesiarum. de cõstitu. & in c. 1. de proba. Gabr. in tit. de iure. quę sit. non tollen. conlus. 5. & seq. Aym. de Antiq. part. 1. q. 1. num. 38. Festa. de collect. part. 4. c. 6. & par. 5. c. 1. Quatenus tamen ma-
94 teria patitur, sequendo communes conclusiones †in contractibus, seu concessionibus habentibus vim contractus pono rregulam quod quotiescunque princeps cum alio cõtrahit sub nomine dignitatis, nedum ipse, sed successores ẽt obligantur ad obseruantiam contractus. l. Cæsar. de public. l. digna vox. & ibi notant omnes. C. de legi. c. Abbate sanè in prin de re iud. in 6. c. priuilegia vers. eadem obseruentur de pac. constan. Bal. & Aflict. in c. 1. de natu. feud. c. iustitiæ. 25. q. 1. & c. si ea. & c. quod vero. eadem cau. q. 2. Iacobi in verbo princeps vers. sed an princeps. Ias. cons. 1. num. 2. vol. 1. Natt. cons. 122. num. 3. & cons. 636. num. 16. Rube. cons. 146. num. 8. Decia. cons. 25 nu. 41. & seq. & cons. 35. num. 6. lib. 2. Gabr. de iur. quęsi. non tollen. d. concluf. 5. num. 2. Rolan. cons. 1. num. 40. & cons. 66. num. 33. & seq. vol. 2. Socin. iun. cons. 60. num. 29. vol. 3. Boer. decis. 204. num 41. euerar. in loco, à plenitudine potestatis. num. 6. vbi plura de contractibus, & plenitudiue potestatis principum. Ferdinan. Loaz. in d. cons. in 5. argum. pro parte oppidi. Bursa. cons. 16. num. 47. Aym. cons. 592. num. 59. Alben. cons. 67. per totum. Ruin. cons. 69. num. 23. lib. 3. & cons. 29. num. 4 lib. 4. Bursat. cons. 16. num. 47. lib. 1. plene Bal. d. cons. 326. col. 4. vers. finaliter concludo. Roderic. Xuares Allegat. 9. num. 4. Dictum est autem quando princeps contrahit sub nomine dignitatis, quia duplicem personam gerere potest princeps, nempè principis vti principis, & priuati, quotiescuque autem priuato nomine contrahit successorem in dignitate nõ obligat, nisi sit hæres Iacob. de Beluis. in aut. vt nulli iudi. §. & hoc vero iubemus. priuato autem seu proprio nomine contrahere dicitur, quoties in rem suam seu ad vtilitatem propriam contrahit vt ex Didaco colligitur. lib. 2. var. resol.

c.15.verſ.5.vſque in finem, & ſicuti contrahendo vti priuatus non obligat ſucceſſorem, itapariter acquirendo ex propria perſona illud non tranſmittit ad ſucceſſorem principatus ſed ad hæredem, & de eo poteſt liberè diſponere. d. cap. Abbate ſane. verſ. pro parte autem. de re iud. in 6. Panorm. conſ.3.col.21.in 26.dub.verſi.1.not.vol.2. Affict.in 5.præterea ducatus.in 3.nota.num.36. Acquen.hic col.5. verſ.2; reſtringe. Rip.lib.1.reſp.1.num.4. & quid de acquiſitis per principem virtute bellica an cenſeatur acquiſiuiſſe vt priuatus, vel vti princeps tractat Reſtau.de Imperat.q.104.circa fi.poſt Bon.de curtil.in tract. de nobil.part.3. num. 81. qui ambo nihil firmare videtur, ſed verior mihi videtur opinio quod ſibi vti priuato princeps acquirat, cũ virtute propria acquirat, nec intereſt quod ex redditibus principatus, quos etiam poſſet pro libito in aliam cauſam conſumere prout ſupra dictum eſt de rege Aragonum. nu. 29. Quando autem ſub nomine dignitatis atque negotium principatus gerens contrahit, obligatur ſucceſſor, qui eadem perſona cenſetur cum prædeceſſore, ex quo dignitas nunquam moritur. Ti-
95 raquel. de primogen. quæſt.35. num. 21. Quomodo autem dignoſcatur, quando contrahit.princeps ſub nomine dignitatis, vel priuato nomine, clarius ponit Bald.conſilio 159. ſuper eod. colum. 2. vol.3. inquiens contractum principis dici realem ideſt ad ſucceſſorem tranſitorium, ex tribus, potiſſimum ex forma, videlicet ex tenore ſcripturæ, ex materia, vt quando id quod in diſpoſitione continetur ſpectat ad dignitatem, & cauſa finali, vt in actu per quem ſucceſſoribus prouidetur, & idem Bald.in l.1.in prin. de conſtitu. inquit, quod ſi princeps faciat ea quæ ſunt de natura, ſeu conſuetudine ſui officij, eius contractus ligat ſucceſſorem. Bald.ſequitur Brun.conſ.1.nu.26. Abb. autem in c. quoniã Abbas de offic.deleg.num.8.dicit, quod ad cognoſcendum vtrum conceſſio facta ſit perſonalis, vel realis, quæ tranſeat ad ſucceſſorem non tantum attenduntur nomina propria, vel appellatiua quantum verba in ipſa diſpoſitione contenta, & ſubiecta materia. & ibi dicit Imo.nu.2. Quod in quali-

bet

bet disposítione ponderanda est finalis intentio disponentis. facit l. iuris gentium. §. pactorum. de pact. vbi dicitur, ꝙ vtrum dispositio sit realis vel personalis, non minus ex verbis, quam ex mente conuenientium estimandum est. Cœphal. d. cons. 352. num. 4. quod etiam sentit Didac. vbi supra. & in c. requisisti. in princ. de testa. Afflict. in constit. Sicil. titu. quod nullum præla. col. 4. vbi post Card. inquit attendi naturam dispositionis, & id quod in dispositione cõtinetur. Cœphal. d. cons. 352. Cagn. in l. 2. nu. 46. C. de pact. int. emp. Tiraq. d. quæst. 35. nu. 22. dictum etiam fuit de cõtractibus, seu concessionibus habentibus vim contractus ad differentiam simplicium priuilegiorum, quæ licet perpetua esse deceat. §. illud. Auth. de digni. attamen etiam sine causa, sed sola principis voluntate regulariter reuocabilia sunt. capitu. veniens de præscrip. glo. fin. in cap. decet. de reg. iur. in 6. c. si is cui. de præben. in 6. Aret. & Dec. nu. 15. in c. nouit. de iudici. Anch. cons. 2. & cons. 366. Gabriel. conclus. 7. de iure quæsit. non tollen. Loaz. in respon ad quintum argum. nu. 2. Natta cons. 512. nu. 23. quod maximé procedit in iurisdictionalibus. Gram. decis. 46. nu. 2. & in d. c. nouit Felyn. nu. 8. post Aret. ibi. Natt. cons. 511. & 512. nu. 1. & cons. 636. nu. 54. Cęphal. cons. 342. num. 120. lib. 3. & in proposito dicit. Natt. d. cons. 511. nu. 1. ꝙ priuilegium æquipollet præcario, & in priuilegio legitimandi, quod sit reuocabile etiam per successorem cum habeat tractum successiuum, Affli. decis. 128. vbi duo etiam dicit, quod donec per successorem sit reuocatum, quod durat. item quod legitimationem factam potest princeps, & eius successor reuocare sine causa. nu. 12. quod vltimum non puto verum, ex quo legitimationis, actus suum habuit effectum, & legitimato ius est acquisitum principis auctoritate. Alber. in l. digna vox. C. de legi. in fi. facit tex. in c. 1. vers. nisi ille. qui succes. feud. dar. ten. & quod ibi notant. Bald. & alij. & in c. ex parte, de fil. præsb. c. si super de offic. deleg. in 6. Ar. Pinel. in Rub C. de rescind. vend. part. 1. c. 2. num. 10. quotiescunque autem priuilegia, seu concessiones transeunt in vim contractus, seu quasi irreuocabilia

96 reuocabilia † sunt,& successores ligant.l. fundi.C.de fund. patr.lib.11.Rom.cons.436,nu.16.Nicel.de Concordan.gl. in Concor.121.& vltima. Barb. cons.1. nu.4.vol.1.Fely.in d. c.nouit. col.7.vers. quod intellige. Paris.cons.2.nu.128. vol.4.Capic.decis.166.Loaz.d.cons.argum.5.pro parte oppidi.nu.27.& in 3.argum.pro parte March. nu.26 Cephal. d.cons.342.nu.47.& 53. vbi de priuilegio, consuetudine,& constitutione, quæ transierunt in vim contractus. & cons. 168.nu 30 Peregr.de iur.fis.lib.1.tit.3.nu.28.Bec. cons.45. nu.26.& seq.Frid. Schench.in Viridar.cons.97. Iuridicar. conclus.30. Decian. cons.11.num.2.lib.3.Andr.ab ex ea.de pact.nu.452.& seq.P.Belluga in Spec.prin.Rubr.1.num.12. Roderic.Suarex.d allegat.9.num.1.& 2. Aym.d. cons.640. nu.19. vbi fortius priuilegium aequisitum tempore immemorabili transire in vim contractus asserit Gabr.d.tit.conclus.6.Foller.de censi.in verbo. & submissiones. nu.5.& 24.
97 Dicuntur autem transire † in vim contractus priuilegia,vbi conceduntur ex aliqua iusta causa,vel ob aliquid factum cõ mẽsuratum p̃teritum,vel futurũ, impletum, vel implendum ex parte eius cui conceditur.Fely.ind.c.nouit.vers. dicitur autem.Menoch cons.2.nu.136.Festas.de collect.part.5.c.1. num. 10. Gabriel d. conclus.6. vers. & dicitur. Bened.in c. Rayn.in verbo,duas habens.num.36. Natt.cons.511. num. 8.Rolan.à.Valle.cons.13.num.32.vol.3.Cephal.cons.451. num.329.Decia. cons.25. num.29. Berre. cons.1. num.16. vbi de priuilegio concesso ex causa remunerationis. Idem obtinet vbi ex priuilegio sequeretur dominij , vel quasi acquisitio.l.prædia.C.de locat. præd. ciuil. lib.11.& ibi Io.de Plat.Bal.in l.qui se patris colum.pen.C.vn.lib.Fely.in d.ca. nouit.col.7.vers.aliquando verò priuilegium.Peregr.vbi supra num.26. eodem etiam iure vtimur vbicunque actus habuit effectum consumatum,& transiuit in ius gentium. Bal. in l. fin.de Senat. Pano. cons.41.in fin.vol.1. Parimodo in promissis , & translatis dicendum est, quod irreuocabilia. sint.Bal.in d.l.qui se patris.col.pen.vers.hoc scias.vbi distinguit concessa,& permissa,à promissis,& translatis.Iacobi.in

verbo,

verbo princeps. vers. sed an. num. 17. vbi etiam dicit dignosci priuilegium à contractu ex appositione stipulationis vel pacti, & siue contractus sit ex causa lucratiua, vel onerosa ir reuocabilis est, & transitorius ad successores. l. pen. C. de dona. int. vir. & vxo. Roma. cons. 352. quæritur circa fin. Natt. cons. 122. nu. 3. Deci. in c. 1. col. 3. in fin. de proba. Rip. lib. 2. respon. 28. num. 8. Aym. cons. 894. num. 27. Hinc infertur
98 † quod si princeps concedat aliquid in executionem eorú, quæ promissa sunt vel concessa habeat vim translationis iuris licet pro maiori parte gratuiti, erit tamen irreuocabilis, neque procedit hic consideratio, an concessio habeat plus gratiæ, quam receptionis pecuniæ vel beneficiorum: quia siue habeat plus gratiæ, siue minus, in proposito nostro, non refert, potissimum in principe Decia. d. cons. 25. nu. 79. sed illud tantum consideratur, an actus seu contractus sit reuocabilis necne, patet id ex argumento desumpto. ex Bald. in prælud. feud. nu. 9. dum quærit an feudum sit gratia, & quâuis plurimum habeat gratiæ, nihilominus illud non existente culpa est irreuocabile, vt idem Bal. not. in tit. de Alod. nu. 25. & cons. 182. col. 2. vol. 1. & in c. 1. de natu. feud. Affli. in tit. quæ sint regalia in verbo potestas. nu. 23. Restaur. de Impera. quæst. 55. Roma. cons. 252. & 161. Mandos. Aym. de Antiqui. par. 1. in prin. num. 17. Gabr. lib. 5. de iur. quæsi. non tollen. d. conclus. 5. num. 33. & conclu. 7. in 2. limita. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 3. nu. 51. & seq. q̃ etiâ nô creditur principi asserenti de culpa vassalli. & licet D Ozas. cons. 27. num. 50. dissentiat, dum dicit dominum posse priuare vassallum restituto precio, & infeudationem tanquam priuilegium, & gratiâ posse reuocari, contrarium tamen quia verius fuit de eisum in casu illo, & fere in omnibus contrarium senserunt consiliares principis eorum quæ in illo consilio scripsit. d. Ozas. alioquin oculatissimus. Secus si stat in meris terminis concessionis: etiam quod concessio fuerit facta præcedentibus meritis, vel mediante pecunia, quæ non æquiualeat concessioni. Soci. cons. 4. num. 6. volum. 2. Natt. cons. 511. num. 8. Festas de colle & part. 5. c. 1. num. 19. Fely. in d. c. no-

uit.

uit.colum.9.verſ.nunc tranſeo.Gramat.deciſ.46.nu.5.Boſſ. in tit.de prin.num.152.Natt.conſ.657. col. pen. & ita procedere poteſt conſilium Caſtren. 317. viſo, & examinato. col.3.verſ.ſed in propoſito.vol.1.Et exijs non videtur tuta opinio tenentiũ conceſſionem principis, etiam quæ tranſiuit in vim cõtractus eſſe reuocabilẽ, in quo audacter nimiũ ſcripſit Loaz.d.conſ.in reſponſ.ad 5.argum.nu.7.Et pariter Natt. d. conſ.511. dicens quod ſi princeps promittat non reuocare,attamen quandocunque reuocare poterit tanquã promiſſio ſit contra naturam actus, ſortitur enim tunc priuilegium naturam contractus. Cęphal.d.conſ.342. Aluar. conſ.208.Aym.d.conſ.640. Adde quod ne dum contrahen-
99 do,ſed etiam delinquendo † princeps obligat ſucceſſorem, vbi delinquit in forma contractus vel figura iuſtitiæ, actum gerendo tanquam princeps.Bald. conſ.271. caſus conſilij. num.5.vol.1.faciunt.not.in c.cum dilectus.de ord.cogn.vbi Innoc.& Abb.num.57.Bar. in l.1. de priua.delict. Alber.in d.l.digna vox.in fi.ſupra dicta tetigi loco aliquot ampliationum deſeruientium propoſito noſtro, neque enim vt initio dixi,intentionis meæ eſt examinare hic materiam. cap.1.de proba. Addam nunc aliquot declarationes loco limitationum: qui plura deſiderabit requiret in locis ſupra allegatis,
100 illudque in primis adnotandum erit, ac declarandũ † cõtractum principis eſſe per ſucceſſores ſeruandum, quando princeps id agit quod ſui eſt officij, ſecus ſi faciat contra officij ſui debitum alienando ſine cauſa res principatus, aut contrahendo in nimium detrimentum principatus, ſeu in caſibus à iure prohibitis.c.1.de ſolu.c.2. de preca. cũ ibidem notat.& late ſupra dictũ fuit. item declaro quod licet princeps, ac eius ſucceſſor teneantur ſtare contractui, poterunt nihilominus ipſi contrauenire vtendo iure communi.d.l.fundi.C.de fund.patrim.lib.11.Iſer.in c.1.colum. 5.de capita.qui cur.vend. Afflict. in conſtitu. regn. lib.1.tit. Quod nullus prælatus.col.2.in fi. Spec.in titu.de cenſi.verſ. quid ſi vniuerſitas.Bald.in d.l.qui ſe patris.col.pen. & conſ. 371.verba.vol.3.ſubdens quod ſi iniuſtitia,& dolus inſit cõ-

tractui

tractui ex parte subditorum non tenetur princeps, nec eius successor contractum seruare. Purpur. cons. 18. num. 48. & supra tactum, fuit, hinc est, quod principum concessiones, seu promissiones sine causa factæ, vel in bello, vel in nouo ingressu principatus reuocari possunt. Loaz. in respons. ad 5. argum. num. 8. Barba. cons. 1, num. 31. vol. 2. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 3. num. 46. vbi etiam infert ad resolutiones contractuum ex contrauentione partis. Neuiz. in Sylu. col. pen. versicul. quandoque, & 4. Grammat. not. 28. numer. 16. vbi de promissionibus, & concessionibus factis per Papam, & principes tempore guerre, & in adeptione dignitatis. Insuper cum duplex consideretur potestas in principe ordinaria, & absoluta, seu vt Bal. inquit communis, & propria in l. eximperfecto. C. de testa Socin. cons. 120. col. antep. vol. 3.
101 Castren. in l. princeps de legi. † ordinaria potestas est, quæ lege aut consuetudine est restricta, absoluta quę nulla lege, aut consuetudine est restricta, & secundum quam potest princeps derogare iuri, aut cõsuetudini, & de potestate absoluta affirmant communiter Docto. principem posse contrauenire suo contractui, atque etiam successores contractibus prædecessorum. Loaz. in respons. ad 5 argumen. nu. 12. & seq. Restaur. de Imperat. quæst. 98. Bursat. consil. 54. num. 14. Hæc conclusio prout communis est, ita veram esse existimo, sed illã intelligo prout princeps ipse, seu Imperator intelligi mandat, in l. digna vox. C. de legi. q̃ possit leges figere, ac re figere supra ac cõtra ius statuere, legitima tamen, iusta, ac rationabili subsistente causa. l. qui in prouincia. §. diuus de rit. nupt. Bald. in c. cum super. num. 1. de caus. poss. & proprie. Doct. in l. rescripta. C. de preci. Imperat. offer. vbi Bal. nu. 7. enumerat multa, q̃ princeps põt cõtra ius: nam cum in actibus hominum, atq; etiam principum duo considerentur, potentia, & congruum, non tantum, quid possit, sed quid deceat in principe attendendum est, nilque magis principi conuenit, quam recta fides. l. inter claras: C. ne sũma Trin. & fid. cathol. & licet solutus sit legibus quo ad vim coactiuam, quia nemo est supra eum, qui illum possit co-

sit cogere, non tamen est solutus quoad vim directiuam legis glo.in extrauagan. rem non nouam de dol.& contum.in verbo non obstantibus.col pen,vers,ad secundum neq; vnquam dicitur absolutus dictamine rationis Bald, in l,1.ff.de pact,Crau,cons.241.num,18.Rolan,cons.69.num.15 lib.4. & ita intelligendum est, quod dicitur principem posse vti potestate absoluta non pro arbitrio, sed ex causa rationabili.Aym,de antiq.in princ.nu.51.ad quod propositum non nulla accumulat Loaz. dicto respon, ad secundum argum. num,22,vbi ex causa recedi posse à promissione, & iuramẽto asserit,idem Aym.part,1.§.non omitto.in prin.Peregr.de iur.fis.lib.1.tit.3.num.66. & lib.5.tit.2. num.49. Ari. Pin.in Rub.C.de rescin. vend.part.1.c.2,nu 5. Thessau. decis.91. atin inferioribus à supremo principe id non est permissum, Bal.in l,2,nu,39,& seq. C.de seru, & aqu. vbi pulchrè dicit, quod nulla auctoritas neque principis, neque Senatus potest facere quin princeps sit animal rationale mortale, neque eum absoluere à lege naturæ, vel à dictamine rectę rationis,Barb.cons.46.col.pen.vol.2 & inquit Bodinus.lib.1. de republica.tit.8.de iure maiestatis, quod lex diuina, item naturalis atque etiam omnium gentium communis omnes tenet, & ab ea princeps solutus nõ est, ipse etenim princeps vti caput iustitiæ eiusdẽ iustitię præcepta seruare tenebitur, ne dicatur iniustus. Idcirco plenitudine potestatis vti non potest,sine causa,Iser.in c.1.nu.29.de capita,q Cur. vend.& in tit.quę sint regalia. in verbo, flumina.nu,7. inquiens iura de potestate principis loquentia intelligi debere, vt semper faciat cum causa, & ea quidem publicam vtilitatem respiciente, alioquin statuere principem de facto procedentem nil aliud est,quam fingere tyrannum, vt Bald. inquit in c. 1. de feud. March.Festas de collect,part.4.c 6 nu 9.& par.5.c. 1,qui etiam ipse de facto posset deponi,& expelli;ad not.in l.ex hoc iure. de iust. & iur. l,2.§. exactis deinde Regibus.de orig iur.c.1.de mil.vassal.vbi Iser.nu.8.& 11. inquit quod si Hyspani, non habent iustitiam à domino, faciunt ei guerram, Tho.de Mari,de feu, ex pact.ant.fol.50.num,77.Abho-

rent

102 rent hæ assentationes à pietate Christiana, dum attribuitur pro arbitrio plenitudo potestatis, quasi quod lubet liceat, vt mirum sit iureconsultos nonnullos, legalis philosophiã sectatores, non animaduertentes, dum aurem principum venantur, quod tirannos effectu ipso illos constituunt, statuisse in principibus quandam absolutam potestatem contra fas, ac ius omne, iniuria non leui eos afficiẽtes, quos etiam multo grauius peccare dicendum est, dum talem dissolutam potestatem in summis etiam pontificibus statuunt, in quib. maior puritas requiritur, vt Sarnen. inquit in regu. de trienna. q. 11. & nihilominus blatantur, quod sufficit pro ratione voluntas glo. in extrauag. sedes in verbo ex ratione. de concess. præben glos. in clem. fin. in verbo, velle. de sent. excom. glos. in l. relegati. in fi. de pœn. & quod nemo est qui ei dicat cur ita facis glo. in c. quanto in verbo vicem de trãslat. Episc. c. quamuis. distin. 3. de pœn. in verbo Deo. Spec in tit. de lega. §. nunc ostendendum. vers. 89 Dec. cons. 198. & 273. & quod potest æquare quadrata rotondis. Host. in cap. cum venissent de iudic. Barb. cons. 23. col. 10. vol 1. sunt q. dem principes soluti legibus, at ipsimet legibus viuere profitentur, vt eleganter etiam declarat Leo Papa in cap. ideo 25. quæst. 1. Ioan. de Sluc. in trac. benefic. part. 2. quæst. 1. nu. 25. & Bald. in c. dilecti. el. 2. col. pen. de appella. dicit, quod Papa quidem omnia potest claue discretionis non errante. allegat glos. in c. quanto in glos. 2 de iureiuran. Iaso. in l. reseripta nu. 4. de preci. Impera. offer. & plenitudo potestatis nõ extenditur ad aliquid iniquum. Curt. cons. 73. in fi. Fulg. cons. 62. Domina Caterina. Bald. in l. 1. de constit. declarans dictum illud quod principi placuit, idest possibile, & honestum vnde nihil iniquum statuere potest princeps, etiam de plenitudine potestatis, & in tit. de pace Constan. in verbo libellariæ, vbi dicit, quod populus Romanus nunquam vsus fuit dicta clausula. P. Rebuff. cons. 146. Neuisa. inter consil. Brun. cons. 12 num. 141. Aym. cons. 241. num. 20. de antiq. temp. parte 1. §. 2. non omitto. nu. 4. Menoch. cons. 75. num. 40. & propterea Bald. in d. l. 1. de constit. dicit, quod maiestas prin-

stas principis conseruatur, dum ipsum dicimus statuere bonum,& equum,& quod principi placet rationabile legis habet vigorem; alioquin iniquum beneplacitum principis lex non est, vnde non immerito clausulam de plenitudine potestatis restringit Alciat. post alios ad potestatem legitimã, cum de alia dicat mentionem non haberi in legib. in l. debitorum. in fin. C. de pact. & cons. 208. in fin. Hincque non in erudite aliqui hunc potestatis absolutæ vsum iniquissimum Vasq. Illustr. controuersia c. 26. nu. 22. & grauiter peccare principem huiusmodi clausula vtentem contra ius. Dec. cons. 600. num. 3. Rolan. cons. 66. num. 33. vol. 2. Gram. vot. 32. num. 9. Andr. Gail. lib. 2. obser. 56. nu. 9. & profecto miserendum est calamitati temporum dum eam quam non audent principes ex professo sibi attribuere potestatem, illam assentatores eis attribuunt sub prętextu, quod sit sacrilegij crimen de potestate principis disputare, quod dictum declarat. Aym. procedere in ijs, quæ sunt mere iuris positiui. de antiq. temp. d. part. 1. num. 38. Didac. lib. 3. Variar. Resol. c. 6. num. 8. vbi plura de ijs, & scite valdè Fernan. Mendoza de pact. lib. 1. c. 5. & seq. & Ari. Pinel. in Rub. C. de rescin. vend. part. 1. c. 2. ferè per totum, potissimum. num 24. & seq. Cephal. cons. 168. num. 29. & seq. Mendoza. lib. 1. dispu. iur. ciuil. c. 5. q. 2. Supradicta conclusio, quod princeps possit ex causa contrauenire suo contractui, & cõtra ius statue-
103 re multò magis procedit, † si princeps per viam legis generalis aliquid statuat ex causa, contra ius priuatorum. Bar. Salyc. & alij in l. omnes. C. si contra ius vel vtil. pub. Foller. d. tract. de cens. versic. & submissiones. num. 29. Thom. de. Marin. de feud. ex pact. & prouid. anti. nu. 62. & eo casu princeps non tenetur resarcire damnum, quod ex lege publica sentiunt particulares, nisi eatenus quatenus commodum percipit princeps ex lege prolata. Bart. in l. Antiochensium. de priuil. cred. Alex. consil. 190 mature digestis. num. 15. & 16. vol. 2. Dec. cons. 520. col. penul. vers. & prædictæ. Goza. cons. 5. num. 21. Roch. de consuetu. num. 448. Festa. de collect. par. 4. c. 6. num. 53. secundum quam conclusionem aliàs

in

In facti contingentia anno 1567. dum princeps locasset emolumenta scripturarum per triennium aucta taxa ad duplum, lege in subhastatione posita, quod qui meliorem conditionem faceret lucraretur certum quid singulis annis, cum que post ob felicem natiuitatem principis dux edicto suo in gratiam totius patriæ edito sanxisset, vt non exigerentur emolumenta vltra solitum, dubitatum fuit, an teneretur cõductori ad omne lucrum, quod ex dicta conductione consequi potuisset, atque ad integram annuam pensionem promissam in subhastatione totius triennij. Camera cẽ fuit principem non teneri vltra tempus quo durauerat locatio à qua Dux discesserat ob bonum publicum statuendo per viam legis: & quod propterea non posset conductor agere ad aliquod interesse lucri cessantis. Aym. consi. 95. secus si princeps ex propria voluntate, & ob eius priuatum commodum à contractu discessisset. facit quod no. Afflict. in constitu. Sicil. d. titu. quod nulli præla. num. 4 lib. 1. & quod notat. Bar. in l si vno. §. cum quidam. ff. loca. Non omitto alium casum,
104 quod in facto contingit an successor teneatur† habere ratam infeudationem factam per prædecessorem de feudo vicentis ad principem re casuro, quod fuit deuolutum tempore successoris, qui est casus c. 1. qui succes. feu. da. ten. c. 1. qui succes. tene. c. moribus. si de feu. defun. & quia in dictis locis latè tractatur, breuibus resoluendo dicitur quod non: nisi prædecessoris sit hæres successor, nam quod de prælato in dictis iuribus dicitur idem censent doctores in principe, quod hęres non sit. Afflict. & alij communiter. ratio assignatur quia paria sunt aliquid fieri tempore inhabili, vel quod conferatur eius effectus in tempus inhabile. l. quod sponsæ. C. de dona. ant. nup. vnde vbi effectus infeudationis reperitur collatus in tempus successoris quo tempore infeudandi ius acquirebatur successori, qui nihil habebat à prædecessore, nimirum si successor facto defuncti stare nõ tenetur Reliquum est vt de tertia consideratione circa personas sermonem habeamus videlicet de interesse subditorũ qui alienantur, seu infeudantur quorum querelæ sæpius audiuntur.

105 Interesse † autem subditorum duplex consideratur à doctoribus primum quia eorum qui alienantur interest non mutare dominum, & hoc personas respicit eorum qui alienantur. Secundum quia dum vires principatus eneruantur cogunturipsi subire munera extraordinaria,& hoc res concernit.Acquen hic.colum. 11.ver.3. principaliter. Quod ad primum attinet doctores confuse loquuntur de vassallo, de subdito,de alienatione,de infeudatione distinguēdo an alienetur cum vniuersitate, vel sine. ego autem considero non tractari hic de personis subditorum alienandis perinde ac de seruis distrahendis,quod fieri nequit.vt Bal.inquit in prohem.ff.colum.4.num.18. vers. item si rex. & in c.1. in fin. de restitu.spol.vbi inquit quod Baro non potest vassallos obligare ita vt acquiratur ius in personis ipsorum. Præpos. in c. 1.§.ex eadem.de leg.Conra.& dicit Castren.cons.20.in causa illorum.vol.1 Quod dominus non potest obligare subditos in specie neque in genere,absque eorum consensu,vnde in personis subditorum iurisdictionalium, seu vassallorum non proprie cadit consideratio alienationis, cum non sint in bonis nostris,nec possideantur eorū personæ.l. qui filios. C.quæ res pigno oblig.poss. Rip. in l. fin.num.2. ff. quorum bono. verum de iure quod dominus habet in vassallos, vel subditos, siue ratione vassallagij siue iurisdictionis tantum, tractandum est,pro vt est intentionis gl.in l.inuitus. de fidei com. libert. quod ius si in concreto cum ipso feudo, seu re feudali considerabimus reale erit, si verò in abstracto erit personale, & hic valde refert an dominus ius quod habet formatum velit in alium alienare, vel an velit ius quoddam nouū creare,ac illud alicui conferre supra vassallos vel subditos:primo casu de vassallis habemus.tex.in c.1.§.ex eadē. de lege Conr.& in c.1.§ præterea ducatus.in fin.& c.2.quo
106 temp.mil. vbi pro regula datur † Quod dominus feudum, seu ius suum directum feudi,sine voluntate vassalli ad alium trāsferre non potest,non magis quam vassallus sine consensu domini.ad paria enim iudicantur dominus,& vassallus.§. fin.de form.fid.l.c.1.§.domino.ex quib.caus.feu amitt.& c.
1.qual.

1.qual.domi.propr.feu.priu.c.1.§.in quibus.de cõsuet.rect. feu.c. de forma. 22.q.5. & est hæc lex feudalis contra regulam, quod rei suæ quilibet sit moderator, & arbiter.l.in re mandata.C.mandati.l.nemo.C.de iude.l.2.in fin.ff.si quis à par.fuer.manu.Oldr.conf.159.ex p̃senti.num.7.inquiens q̃ regulariter de iure communi vnicuique licet alienare iura sua vtilia nisi cõsuetudo obstet. Rip.lib.2.resp.25.in prima concl. Clar. in tit. de feu. q.28. quæ tamen temperatur per peritos vt cum curia,& vniuersitate alienari possit.vbi enim ius vniuersale alienatur, alienari quoque potest ius particulare feudi sub vniersitate contentum,si id actum sit expresse vel tacite. c.1. de capit. qui cur. vend. & d.§. ex eadem. vbi tractatur an si fiat alienatio cum curia, seu vniuetsitate territorij à qua feudum dependet alicui inferiori, teneat alienatio inuito vasallo, in quo Obertus, & Gerardus diuersa responderunt, obtinuit autem frequentiori doctorum calculo opinio,quod etiam in inferiorem cum curia possit alienari:vbi enim de vniuersitate territorij potest dominus libere disponere cum feudum dependeat à principali, quod est curia siue territorium,cuius pars est feudum,consequens est vt transeat cum vniuersitate ipsa,vt ibi per glo.& Iacob.de Beluis.qui pro regula tradit, quod prohibitio legalis in iure reali, non impedit id quod singulariter per se transire non potest, quo minus cum vniuersitate transeat quicquid sit de iure personali,Oldr.conf.252. ad quæstionem. num.8.& ita intelligendus Guid.Pap.in quæst.560. Hęc autem consideratio curię,& feudi à curia dependentis multipliciter exemplificari potest,videlicet si fundus alicuius mansi in feudum datus sit.Item si Castrum depẽdeat à ciuitate,ciuitas à prouincia, vel si prouincia dependeat ab aliquo regno, licet enim mansum,castrum,villa,ciuitas,& prouincia sint nomina vniuersitatem designantia,Oldr.d. conf.252.num.8.tamen quatenus vnum ab altero dependet illud ita consideratum dicitur quid particulare respectu alterius vniuersalis, a quo dependet.glo.in prohem. constitutio. Sicil.col.8.vers. similiter non mireris.Neuiz.d.conf.12.nu.118.Aym.conf.

241.col.11.vers.secundo respondeo, & id particulare cum vniuersitate transit, secundum communes doctorum conclusiones, etiam in quoscunque. Bal. in d. §. eadem. Ias. in l. si non fortem. §. libertus. num. 27. de condict. indeb. Panor. in d. c. auditis, col. 6. num. 21. vers. in secularibus. de præscr. Fely. in d. c. dilecti col. 3. de maior. & obed. Bal. cons. 97. pro ponitur. vol. 3. vbi concesso castro in consequentiam necessariam veniunt vasalli, nec iura Castri debent penes concedentem remanere, sed transeunt in eum, cui fit concessio. Rota nouiss. decis. 39. & seq. par. 1. Imol. Alex. & alij, in l. 2. in fi. principij. ff. solu. matr. Alex. cons. 25. nu. 21. vol. 5. vbi loquitur de vassallo, & subdito indistincte. Rolan. cons. 1. nu. 88. vol. 1. Loaz. in respons. ad quartum argum. in prin. Mod. Paris. §. 1 glo. 3. in fi. Boss. in tit. de prin. num. 228. vbi dicit, quod super hoc in statu Sabaudiæ, & Mediolani nunquam fieri vidit difficultatem. quare exposa quorundam aliorum opinione nihil intererit in casu isto an alien. fiat in inferiorē siue æqualē. Quod ēt obtinet in regula negatiua, vbi fit alienatio particularis iuris feudi, siue enim fiat in æqualem vel maiorem, siue fiat in inferiorem non poterit dominus sine voluntate vassalli ius suum feudale in alium trāsferre; cum enim a pari procedant dominus, & vassallus sicuti vassallus feudum sine domini voluntate non potest alienare etiam in maiorem ipso vassallo, ita nec ediuerso dominus, neque sola est ratio prohibitionis alienandi, quod vassalli interfit habere æqualem siue maiorem dominum, sed plures à Doctoribus considerantur, & inter cæteras ratio parilitatis de qua Menoch cons. 32. num. 17. Quin etiam vbi vassallorum interesse esset causa prohibitionis, posset eorum interesse plerunque non alienari in maiorem, & potentiorem dominum, qui vassallos posset opprimere, & cum eis tyrannice agere prout innuit glo. in d. §. præterea ducatus. & Isern. num. 44. inquiens, quod iure Romano interest non vendi maiori, quia potentioribus pares esse non possumus. item posset vassallorum interesse vbi alienarentur in plures dominos. Brun. cons. 162. in fi. vol. 2. stat igitur firma prima, & principalis

conclu-

cõclusio, quod nec dominus, nec vassallus, sine vicissitudinario consensu respectiuè feudum alienare potest, & hoc quidem præcipuum est, ac singulare ius feudorum, & eo tendit disputatio Azonis pro Duce Britanniæ. Henricus Boic. in distin. fin. tit. de feu. qui dicit ita de iure tenendum, siue alienatio fiat in maiorem, vel inferiorem, quod autem attinet ad ius iurisdictionale, quod dominus habet in alios subditos, & alienationem ciuitatum, vel oppidorum, non est eadem ratio, in ijs enim iure Romano viuitur nisi sit lex vel consuetudo repugnans. vt Ifern. dicit. d. §. præterea. num. 44. vers. sed iure Romano. cessatque propterea legis feuda-
107 lis ratio iuris adæquati, verum & hic † rationes adducuntur propter quas interest subditorum ciuitates, & oppida non alienari, vt propterea dixerint aliqui dispositionem feudalem trahi ad casum iurisdictionalem. Corn. cons. 321. col. 3. vers. & licet. vol. 4. quod tamen indistinctè non procedit, sed plerunque propter identitatem rationum, inter quas ea est communis cum vassallis, quod eorum interest nõ mutare dominum, & illud appellat magnum interesse Pan. cons. 7. nitar. in 10. quæst. vol. 2. & in c. audientiam num. 13. de præscript. cuius rationis ratio est, quod dominus naturalis, & antiquus maiori semper prosequitur beneuolẽtia subditos quam nouus, & propterea ab antiquo sperandã sunt meliora tractamenta. militabit quoque ratio considerata in textu §. ex eadem. quod subditorum interest, si alienentur in personam inferiorem, seu deterioris conditionis cum eorum interest habere dominum potentem §. 1. in fin. Auth. de defen. ciuit. Cast. cons 335. Laudario. num. 2. volum. 1. ẽdiuerso etiam interesse potest subditorum si alienentur in potentiorem dominum, qui possit eos opprimere, vt dictum fuit supra post. glo. in d. §. præterea ducatus, & Ifer. num. 44. præterea licet cesset lex feudalis adæquationis, non videtur tamen cessare alia ratio paritatis: nam cũm subditi nõ possint alteri se subijcere inuito domino, vice versa arguendo à pari ratione dominus non potest subditos inuitos alteri domino subijcere. ita argumentatur Corn. d. cons. 321. col.

2. litera F. vol. 4. & fuit originale dictum Inn. in cap auditis. de præscrip. col. 1. in fin. refert. Luc. de Pen. in l. seruos. C. de agric. & censit. lib. 11. Hipol. in l. 1. § cum quidã nu. 3. de q̃st. sed hæc ratio non propriè cadit in subditis, quibus cum dominis non intercedit par, ac vicissitudinaria obligatio prout est inter vassallos, & dominum. Alia præterea adducitur ratio, & hic cadit secundum interesse subditorum principaliter consideratum respectu eorum etiam qui non alienantur. videlicet exinanitio redituum, & bonorum fiscaliũ, seu patrimonialium status, quibus deficiẽtibus debilitatur manutentio status, & dominus cogitur manus apponere ad bona subditorum iure quandoque, vel iniuria, propterea dicunt periti Siciliæ, quod est auferenda occasio principi, ne extendat manus ad bona subiectorum. Luc. de Pen. in d. l. quicunque. col. 3. in fin. C de omni agr. defer. lib. 11. & hac ratione firmat Iser. in § præterea ducatus. nu. 44. & 47. vers. nec dominus, quod nedum ij, qui alienantur, sed omnes subditi possunt allegare huiusmodi interesse, quæ ratio bonum publicum concernit, & generalis est, respicitque quod non tam alienationem oppidorum, & subditorum quam quãrumcunque rerum demanialium, seu reddituum fiscalium, quæ vsui publico, & publicis necessitatibus sunt deputatæ. l. fin. & ibi Luc. de Pen. C. de priuileg. dom. Aug. lib. 11. qua etiam ratione Lotharius. & Feder. in c. 1. prohib. feu. alien. per Feder. prohibuerunt feudatarijs alienationem, ne feudis suis exuti seruitia principis subterfugerent. neq; minus interest subditorum, ne domini abutantur substantia principatus quam dominorum subditi re sua malè vtantur. Natt. conf. 506. nu. 13. vol. 3. & adeo in vtroque militat par ratio, vt dixerit Inn. in c. quãto. de iureiur. quod negotium Regis reputatur negotium Regni: & subditi etiam iuribus domini seiuuare possunt. c. ad audientiam. de præscrip. Bal. in c. licet. col. 4. in verbo habitatores. de proba. subdit. Inno. quod propterea non potest Rex alienare ciuitatem inuitis ciuibus. Bald. in c. generali. si de feu. defun. Amplius dixit. Zab. conf. 137. ad quædam. col. pen. quod non potest Rex

de bo-

de bonis Regni disponere, sine consensu maioris partis populi, quod ego intelligo pro libito voluntatis existente autem causa legitima, consensus populi non videretur necessarius, cum omnis potestas ei, & in eum fuerit translata. l. 1. de constit. princ. late Ferdinan. Loaz. in consilio oppidi de Mula. in 4. argum. pro part. oppidi, iuncta responsione ad dictum argumentum. Item tunc consensus populi censetur necessarius in actibus principum, quotiescunque ij actus tenderent directe in præiudicium subditorum, & diminutionem eorum patrimonij, ad not. in c. quanto. de iureiuran. vbi de re pbata moneta q̃ valde erat damnosa populis, quib. præiudicium inferre, & ius auferre princeps regulariter nõ potest. ad not. in l. rescripta. & l. quoties. C. de preci. Impera. offer. l. fin. C. si contra ius vel vtili. publi. Fel. & alij in cap. quæ in eccleſiarum. de constit. Gabr. in titu de iur. quæſ. nõ tollen. concluſ. 1. cum sequen & supra dictum fuit. quibus
108 propterea rationibus plures censuerunt † dominum non posse alienare ius suum iurisdictionale Castra, Villas, Ciuitates, aut Prouincias, inuitis subditis, in c. dilecti de maior. & obed. vbi Bald. & Pan. col. 2. in princ. Bal. in c. in generali si de feud. defunct. Spec. tit. de feu. quæſt. 29. Fely. in d. cap. dilecti. col. 1. in fi. & col. seq Ias in §. item seruiana. nu. 103. inſtit. de actio. Guido Pap. quæſtio. 239. Fabia. de Monte in tract. emptio. in 11. quæſt. 3. quæſt prin. Corſe. de poteſt. reg. in prima parte, quæſt. 4. nu. 16. Deci. conſ. 689. in fin. Neuiz. d. conſ. 12. nu. 107. Gabr. in commun. concluſ. titu. de iur. quæſi. non tolle. concluſ. 8. Soc sen conſ. 4. lib. 3. Crau. dicto conſ. 241. Roderic. Xuareſ. allega. 9. P. de Rauen. in §. ſi quis fecerit. quo temp. mil. inueſt. pet. deb. Natt conſ. 367. Burſa. conſ. 106. nu. 1. & 2. Rolan. conſ. 1 nume. 107. & seq. vol. 2. Loaz. in d. 4. argum. parte oppi. Sed contrarium videtur verius, cum tanti faciendum non sit interesse subditorum, vt dominus impediatur liberè disponere de iure suo: cum nulla lex idem disponat, quod in feudis apparet disposition. & hoc de consuetudine seruari dicit Bald. in d. §. ex eadem. nu. 2. asserens, quod quotidie videmus castra, & villas emi. &

vendi, cum mero, & mixto Imperio, ac omnimoda iurisdictione. sequitur Pan. in d.c. auditis. nu. 21. dicens, quod Comitatus, & Marchionatus vendi possunt libere, nō obstante contradictione subditorum. idem de iure dicit procedere Deci. in d.l. debitorum. Cod. de pact. in quam etiam opinionem inclinauit dominus Puteus in suis recollectis decisionibus Rotæ anni 1540 in vna Terraconen. iurisdictionis, dato puncto, an villa vna cum nominibus potuerit, sine illorum consensu illis inuitis in capitulum Terraconense alienari, in qua respondebatur ad §. ex eadem. & §. præterea ducatus. quod procedebant in feudis, & quod de iure communi nulla lex prohibet dominum alienare ius suum, & quod subditi veniunt in alienatione in quandam consequentiam, quod ius etiam princeps tollere potest. Put. lib. 1. Decis. 39. & 40. Rui. cons. 219. num. 13. in fin. vol. 3. & hanc opinionem quod princeps possit alienare inuitis subditis sentit Bened. in c. Rayn. in verbo, duas habens filias. nu. 71. Hyppol. in l. 1. §. cum quidam. num. 5. de quæstio. quæ opinio etiam communi calculo approbatur si subditorum probabiliter non interest mutare dominum aut ex leui excogitatoue interesse mouerentur ad contradicendum Alcia. in d. l. debitorum. vt dicetur in limitation. hus. Neque est par ratio huius casus cum eo quem ponit Hostiensis in c. dilecti. prout ibi dicit Anch. in 2. nota. quādo dominus subijcit, se & ciuitatem alteri, retinendo ipse ius quod habet, eo enim casu deterior fit conditio subditorum, quorum, dominus antiquus efficitur subiectus, & qui mutant superiorem, & loco vnius plures habent dominos, secus hic neque etiam procedit argumentum correspectiuum quod sicuti subditi non possunt se subijcere alteri domino, ita dominus non possit subijcere subditos alteri. non enim est par ratio in vtroque nam subditi subijciendo se alteri priuant de facto dominū iure suo, non sic dominus alienādo ius quod habet. quam responsionem in effectu sensit Natt. d. cons. 366. nu. 21. licet ipse ponat regulam in contrariam, cum aliquibus fallentijs, & cōs. 636. Cum autem dixerimus de alienatione iuris formati do-

mino

109 mino competentis se offert secundus casus † quando dominus vult ius nouum creare supra vassallos, vel subditos per viam infeudationis, seu erectionis nouę dignitatis in aliquem collatæ, & hic vltra rationes allegatas in alienatione iuris formati, consideratur aliud interesse subditorum quorum interest non habere tot dominos. Capic. decis. 162. in princ. Aym consi 644. nu. 19. Brun. consi. 162. circa fin. item duriorem seruitutem patiuntur subditi sub istis dominis subalternis quam sub principe, & durior sit eorum conditio vt late per Luc. de Pen. in l. 1. C. de capita. cui. exi. lib. 11 Neuiz. d. consi. 12. num. 100. potissimum vbi infeudatio fieret cum primis appellationibus nam tunc magis occluditur illis via recurrendi ad dominum cum causa tractatur per diuersa tribunalia quibus præest idem vassallus, cui propterea maior etiam patet aditus fatigandi subditum, & diutius quãdoque in carcere detinendi. Afflict. in d. §. ex eadem. num. 4. de lege Conra. & d. q. 24 in prohem. constitutio. in fin. & id potissimũ in causis criminalibus in quibus collatio iurisdictionis magis est odiosa prout dictum est supra. nume. 79. in causa Villefalletorum. Marin. Frec. lib. 2. c. 13. vers. procede

110 et. vnde videtur † quod non teneat infeudatio inuitis subditis. Grat. consi. 147 num. 5. vol. 2. Afflict. in prohem. cõstitu. Sicil. q. 24. col. 2. Contrarium tamen de iure verius videtur videlicet principem posse infeudare etiam non habito consensu populi: Idque ex regula quod proprium principis est infeudare nedum particulares res, sed oppida, ciuitates, & prouincias, vt supra dictum est num. 74 & seq & habetur hoc eodem titulo, & in titu. de feud. Marchiæ aliàs frustra tractarentur de infeudatione, quę vt plurimum sit de castris, & villis cum hominibus. & dicit Bal. in l. humanum. C. de legi. quod hodie est expeditum, quod ciuitates, prouinciæ, Ducatus, & Marchionatus, &c. possunt dari in feudum, neque alicubi iura disponentia de infeudatione requirunt consensum populorum, aut eorum quibus magistratus perpetuus præficitur, cum non tractetur hic de alienatione, sed de infeudatione. Pute. decis. 39. lib. 1. & seq. & vbi alienationi

possent

possent se opponere subditi, non tamen infeudationi, cum infeudando princeps retineat supremum dominium, & tam oppidani, quam feudatarij principis subsunt imperio. c. ad Apostolicæ. §. præter hoc. ibi cuius sunt homines principaliter, & vassalli. de re iud. in 6. & princeps licet infeudet oppidum, tamen in omnes retinet vniuersalem iurisdictionem. c. dudum. §. nos igitur. de præben. in 6. Aflict. in c. 1. §. item si quis. in 3. nota. quib. mod. feud. amitta. Roland cons. 1. num. 134. vol. 2. Resta. de Imperato q. 110. in 330. casu Gramma. cons 6. num. 23 & vot. 28. nu. 3 Colleg. Patau. inter respons. Menoch. 5. num 3 post tracta. recuperan. possess. Natt. cons. 487. num. 29. & 580. num. 4. & sicuti potest princeps subditis deputare officiales, ita potest infeudare alicui iurisdictionē, quam is administrabit nomine principis. Bru. cons. 103. nu. 4. Itaque diuersa ratio est in infeudatione, quam in alienatione: cum infeudatio non sit simplex alienatio. Oldt. cons. 159. num. 11. neque de alienatione ad infeudationem valet argumentum negatiuē, in quibus lata non venit faciendā interpretatio, prout supra dictum fuit num. 74. & infra num. 145. & 147. & est expressa decisio Aflict. in §. præterea ducatus. in 3. nota. num. 72. quam dicit cordi tenendam tanquam verissimam, & distinxit propterea Nat. in d. cons. 636. nu. 52. lib. 3. inter alienationē, & infeudationem. Propterea sæpius cōsuluit Bald quod Rex Romanorum potuit Ducem Mediolani creare et ducem super multas ciuitates Lombardiæ, quæ tenerentur sibi odedire, & ei iurare fidelitatē. Bald. cons. 326. Rex Romanorum. in princ. & cons. 328. colum 1. quæritur si Rex. vol 1. supra allegatis, in quibus firmat Regē Romanorum potuisse creare ducem, supra vicarium imperij subalterando, prout & Papa potest creare Archiepiscopum supra episcopū, & quod eo casu quilibet gradus stat in suo ordine, neque ista dicitur seruitus, sed modus, & ordo, & in potestate Imperatoris est creare vnum magistratum, qui sit maior alijs, quæ in subditis iurisdictionalibus omnino procedunt, vt supra dictum fuit num 77. & seq. in vassallis autem maiorem res dubitationem recipit, per ea quę notat idem

tat idem Bal. d. cons. 326. num. 4 Quod non debet feudi natura immutari, nec grauiori subijci seruituti, cum grauior sit seruitus, quæ debetur pluribus, quam vni soli: sed loquitur Bal. in feudo ligio, cuius natura fert, vt non teneatur vassallus iurare fidelitatem alteri quam supremo domino, qui non potest immutare naturam feudi. At in cæteris vassallis regulariter sentit posse principem supra eos constituere nouum magistratum, qui sit superior, præsertim si id faciat ex causa cum Bal. sentit Natt. d. cons. 686. col. fin. qui dicit ita tandem Baldum concludere, licèt Bal. contrariam opinionem sensisse dicat Capic. decis. 166. Item cum Baldo etiam sentit Purpu. consil. 69. dicens Imperatorem potuisse constituere Ducem Sabaudiæ supra Comites Coconati, nisi aliud obstet, aut vassallorum alioquin deterior fieret conditio, prout de conuassallo præposito cæteris censuit Senatus. Quod ad vassallos attinet, vbi dici possit inuitos non posse alteri subijci, & subalternari, cum vniuersitate tamen subijci possent, prout de alienatione supra dictum est. Supposita autem regula negatiua, quæ communis videtur. Quod dominus non possit alienare, neque infeudare oppida inuitis vassallis, & subditis, quam etiam pro communi regula supponit Gabrieli. in titu. de iure quæsi. non tollen. concluf. 8.

11 1 subdo aliquot ampliationes, & primo quod † quibus in casibus plures rationes impeditiuæ concurrunt difficilius permittitur alienatio, seu infeudatio. c. 1. de tregua, & pac. l. 2. C. de vsucap. pro empt. & facit vulgare dictum, quæ non prosunt singula, multa iuuant. c. cum causam. de prob. l. instrumenta. C. eodem titul. plura congerit Gabriel. concluf. 1. de proba. secundo quod vbi nō est permissa alienatio, seu infeudatio sine consensu subditorum quilibet de populo potest contradicere, & agere pro interesse publico. Præpos. in c. non liceat num 8 12. quæst. 2. Fely. in c. dilecti vers. quilibet de clero. de maior. & obed. Affli. d. post Iser. in §. præterea ducatus. in tertio nota. num 64. & notatur infra in limit. 1. Tertio facta alienatione in casu prohibito poterunt subditi resilire, & nouum dominum non admittere, &

quam-

quamuis ex parte principis, qui contraxit vbi ipse resisteret adesset inutilitas in resistendo, respectu tamen subditorum contrauentio dicetur habere iustitiam: cùm possint ipsi resistere. Cyn. in l. digna vox. in fine. C. de legib. Gabr. dicta con-
112. clus. 8. in quarta ampliatione. Amplia secundo, † vt etiam in casibus in quibus permissa est alienatio iuris feudalis directi, vt puta cum vniuersitate curiæ, non tamen teneat alienatio, vbi vassalli grauiorem seruitutem paterētur, aut alias efficerentur deterioris conditionis: additio ad decis. Tholos. 485. Bald. in d. §. præterea ducatus. num. 9. facit text. in l. si vsufructus. ibi, (quia etiam hoc incommodum sentit.) de nouat. Idem de quibuscunque subditis, vt non possint alienari in duriorem dominum. in l. debitorum. C. de pact. vbi Bald. & in ijs terminis intelligendi sunt Fabia. de Monte in tract. de empt. & vend. in 3. part. princ. quæst. 11. & alij Doct tenentes, quod quando dominus alienat feudum cum curia, seu vniuersitate, quod teneat quidem allenatio, sed admittatur hominum contradictio in casu videlicet vbi probabiliter eorum interest. Rim. in d. l. debitorum. Amplia ter-
113 tio, vt quodcunque ius in personis, siue hominibus † consistens, siue vassallagij, siue libertinitatis, siue filiationis, alienari non possit inuito vassallo, filio, seu liberto, qui non cogitur fieri alterius. l. is qui. & l. inuitus, de fideicom. libert. l. si non sortem. §. si libertus. vers. sed & si de legibus de condit. indeb. & ibi Ias. nu. 16. rationem adducit, quia ius personæ cohærens inuito debitore delegari non potest, & dicit Bald. vbi in vltimo nota. quod non propriè cadit delegatio in ijs quæ cohærent personæ, Bart. in l. si ijs qui. §. fi. de pig. Cyn. post Petr. in l. 1. in fin. C. de noua. Bal. in l. 2. C. de dona. vnde etiam subditi principaliter alienari non possunt. Bald. in l. si pluges. nu. 5. C. de conditio. inser. inquiens, quod diuisio vassallorum debet fieri cū gleba, & quod sine gleba vassalli inuiti alienari non possunt. Bened in c. Rayn. in verbo duas habens. nu. 71. bene tamen teneret alienatio censuum debitorum per subditos, etiam si fieret principaliter. Zas. de
[illegible] 7. part. circa fin. Moder. Paris. in consuet. §. 1. gl. 3. in
[illegible] fin.

114 fin. Hanneto. de feu. lib. 6. c. 6. verſ. operarũ. Amplia 4 † vt ſi alienatio ex aliqua cauſa puta neceſſitatis permiſſa ſit, poſſint nihilominus ſubditi, ſi velint ſe redimere, audiendíque ſint in tali ſua requiſitio ne. Ioan. Faber. in §. dominus inſtit. de noxal. actio. Rip. lib. 1. reſp. 1. nu. 54. Vaſqu. de ſuc-
115 ceſſ. creatio. par. 1. §. 16. nu. 49. Amplia. 5. † vbi permittitur alienatio, quod dominus debet potius alienare alicui grato ſubditis pari pretio, quam alij non grato. Afflict. in c. præte-
116 rea. nu. 39. de capit. Conrad. † Amplia ſexto regulam negatiuam maximè procedere, quando ex alienatione, vel infeudatione ſequi poſſet ſcandalum, aut ſeditio in populo recuſante. Neuiz. dict. conſ. 12. num. 183. Amplia ſeptimo, & ſi adſint clauſulæ ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis. Alciat. in d. l. debitorum in fin. & ſeruiunt, quæ ſupra dicta ſunt de huiuſmodi clauſulis quicquid aliqui in contrarium ſenſerint extendentes huiuſmodi clauſulas pluſquam par ſit. Amplia octauo præterea, vt non poſſit alienare, neque infeudare oppidum ſi ita conuentum ſit per principem
117 cum oppido, ſeu oppidanis † eſt enim huiuſmodi pactum irreuocabile, & ad ſucceſſores tranſitorium non minus quã cęteræ conuentiones principum, de quibus in c. 1. de prob. & ſupradictum eſt. notatur. in c. 1. de natu. feu. & ibi. Afflict. nu. 5. Rip. lib. 2. reſpon. 28. nu. 7. Ozaſc. deciſ. 85. nu. 9. Cęph. conſ. 155. nu. 1. & 168. nu. 29. vol. 2. vbi nec etiam ex cauſa remunerationis vbi agitur de præiudicio tertij. nu. 38. Nat. in terminis priuilegij in vim pacti conceſſi. conſ. 501. nu. 3. & conſ. 506 nu. 16. Curt. iun. conſ. 174. col. 4. verſ. 2. principaliter. Ruy. conſ. 39 col. pen. nu. 17. vol. 1. Soc. iun. conſ. 73. vol. 1. D. Ant. Sola in commenta. ad conſtitu. Sabau. titul. de pact. inter emp. par. 1 gl. vnica num. 67. & in terminis Ozaſcus. conſ. 27. vbi plura adducit. num. 1. & ſeq. & 18. Capic. deciſ. 166. nu. 1. vbi etiam pulchra conſideratione id firmat, eo, quod Rex ita paciſcendo non donat, ſed retinet. & licèt contrarium ibi determinauerit curia, id fuit propter clauſulas de plenitudine poteſtatis, & alias, & forte non bene. vide P. Rebuf. conſ. 146. per totum dicens ita per curiam iudicatum.

iudicatum. Boer. in tract. decustod. clau. col 8. dicens non valere consuetudinem in contrarium. Vasq. Illustr. controuers. lib. 1. c. 5. num. 5. & facit, quod notatur. in §. diui. quod fortior est prohibitio alienationis, quæ fit fauore hæredis, & prohibiti alienari, quam alterius, & hic concurrit vtilitas promittentis, eius successoris, & cui promittitur. idē si conuentum sit cum ciuitate cui subiacent oppida, ne oppida ab ea separentur, cum eius interfit oppida ab ea non dismembrari. c. scitote. 5 q. 3. Deci. cons. 287. Aym. cons. 592. num. 54. & cons. 963. nu. 14. facit quod Bald. notat. in c. 1. de natu. feu. dicens, quod Federicus Imperator, qui fecit communem Papiæ comitem in certis castris, non potest concessionem
118 reuocare, sine culpa communitatis. Amplia etiam vt †stante pacto impediatur translatio dominij, si facta fuerit in aliū alienatio pacto non obstante. Oldra. cons. 159. ex præsenti, nu. 8. Rub. cons. 146 nu. 9. Rip. lib. 2. resp. 25. num. 11. vbi id potissimum dicit procedere si adsit clausula annullatiua, seu resolutiua. Soc. iun. cons. 78. vol. 1. Aym. cons. 241. col. pen. vbi etiam alijs rationibus comprobat hanc ampliationem, & dicit fuisse iudicatum secūdum suum consilium, Vincent. Franc. in nouiss. decis. Neapol. decis. 1. num. 4. Contrarium tamen plures censuerunt ex regula, quod pactum de nō alienando non impedit dominij translationem, ad not. in l. ea lege. C. de cond. ob causam. & in l. si quis §. ea lege. de verb. oblig. Gabr. de iureiur. conclus. 1. num. 15. vbi etiam si actus sit iuratus. Acquen. in Spec. col. 5. in fi. Bursat. cons. 160. nu. 30. Ferdin. Loaz. in d. cons. in respons. ad secundum, & sextum argum. nu. 140. qui tamen in § Diui nu. 453. tenet impediri translationem dominij, ex quo pactum à principe appositum habet vim legis, quicquid dixerit Crot. Ampliatio tamen videtur sine dubio procedere vbi pactum esset iuratum, & iuramentum ei præstitum cui ius acquiritur, ad not. in c. veritatis. de iureiur. glo. fin. in cap. licet mulieres. de iureiur. in 6. estque primus actus iuratus licitus magis quam secundus alienationis ēt, vbi vterq; esset iuratus. ad Bal. in c. veniens in fi. de iureiur. Alex. cons. 16. n. 6. vol. 3. in §. Diui.

Rip.

Rip.nu.93.Imo.& alij.in c.intellecto.de iureiur.Bened.in c. Ray in verbo duas habens filias.de testa. nu.790. potissimũ si vltra iurm adsit hypotheca.Crot. in §. Diui. nu.101. item procedet ampliatio, vbi duplex concurreret prohibitio legis,& hominis.Curt.iun.d.cons.174.nu.18.in §. Diui. Loaz. n.433.verum quicquid Doctores disceptent de translatione
119 dominij,hoc certum est,† quod oppidani pro iuribus eorũ quatenus alienatio respicit eorum interesse possunt se opponere,& vbi reperiantur in possessione libertatis respectu noui domini, defendi debent vt non teneantur recognoscere nouum dominum & id videtur sensisse Fabia. de Monte. in tract de emptio.11.q.3.q.prin.dum dicit quod alienatio tenet,sed admittitur hominũ contradictio.& expressius Aym. d.cons.241. col.pen.vers.præterea.Afflic.in §.præterea ducatus.nu.20.vers.2.pro ista parte. & facit, quod dicitur de duabus inuestituris,& donationibus principis, quod prima præualet etiam si secunda facta sit cum translatione possessionis.Bal & Iser.in c.1.§.inuestitura.de noua for.fidel.Zas. in tract.feud.part.5.Rom.cons.298.Didac.lib.2.Varia.Resol c.19.nu.3.& de anno 1567 26.Nouembris,in causa Carij,cum princeps infeudasset oppidum,quod antea Dux Ludouicus promiserat non alienare,sed illud tenere immediate subiectum,censuit Camera infeudationem dicti loci non tenere in præiudicium hominum se opponentium, non obstantibus clausulis derogatorijs, & alijs prægnãtibus in infeudatione appositis,cum præsertim mentio specifica facta non esset de dicta promissione Ducis Ludouici.idem dixerunt aliqui si mentio facta fuisset ex defectu potestatis,idem sensit Camera in infeudatione loci Bargiarum facta Illustrissimo Domino Raconigij. Infeudatio autem loci Villefranche,alia ratione suum sortita est effectum,ex quo etiam homines acquieuerunt. Circumscripta autem promissione dicebant plures,principem potuisse infeudare inuitis hominibus tam de iure communi, quam ex priuilegio vicariatus Imperialis,nisi obstarent edicta prohibitoria alienationum de quibus tunc non fuit aliquid dictum. Ampliationem su-

pradictam

prædictam declara vbi concessio, seu promissio esset facta oppidanis in vim contractus, secus si haberet vim simplicis priuilegij: quia illud posset reuocari, prout consulue.unt. Iaſ.in facto Sandiliani conſ.56.col.2.verſi.2.vol.1. & conſ. 227.Rub.conſ.96. circa fi.ſeruiunt quæ ſupradicta ſunt quãdo princeps priuilegium poſſit reuocare. Amplia etiam no-
120 not vt non poſſit princeps ſubijcere ſe aut principatum alicui alteri inuitis hominibus: cum eorum interſit non habere tot dominos, adeò vt ipſorum admittatur contradictio in c.dilecti.de maior.& obed.Hoſtien.Io.And. & alij, & ibi Anchar.in ſecundo nota.declarat quod quæſtio tractata per Hoſtien.relata per alios, procedit vbi dominus non vult ius ſuum in alterum transferre, ſed ſe & terram ſuã alteri ſubijcere. Quod ne fiat interest ſubditorum, quibus expedit, vt dominus eorum liber ſit, & vt ipſi tot dominis non pareant, vt ſupra dictum eſt. Oldr.conſ.231. vt eius de quo quæritur. in fin.Bald.in c.ſi quis.num.5.quo temp. mil. qui & dicit eo caſu admitti contradictionem hominum. Iacobi. in verbo, dux, verſ.vlterius quæro. Guid. Pap. deciſ.560. deciſ. Tholoſ.485.Deci.conſ.564.num.9.Acquen.hic.col 4.verſ.attẽderetur.& quod non poſſit princeps ſubijcere principatum alicui ſeruituti.Præpoſ.in c.1.§.quid ergo.in prin.de inueſt. de re.alie.fact.& ſcribit Præpoſ.quod id procedit in principe ſupremo propter publicam vtilitatem: in eo autem qui ſuperiorem recognoſcit, & habet, is poteſt in ſui præiudicium, ſe alteri ſubmittere, & rem etiam feudalem ſeruituti ſubijcere, ſine tamen ſuperioris domini præiudicio, per dictum §.quid ergo.& ibi not.Doctor.Io.Andr. in c. recolentes in verbo, homagia.de ſtat.Monach.ita determinat Bald. conſi.369.quæritur primo.vol.1. & faciunt not. per Bald.& alios in l.debitorum.C.de pact.quod ſubditi poſſunt facere pacta & confederationes in eorum præiudicium, abſque tamen ſuperioris domini detrimento.Paris.de Put.de feud.re integr.c.41.& iuxta verſi.quæro. Et licet Menoch.conſi.32. num. 27.ſentiat id procedere ſolummodo quo ad adhærentiam, non autem quo ad ſubiectionem, quam dicit fieri non

poſſe

posse pro eadem re alteri domino, attamen vbi fiat re vera sine præiuditio prioris domini, verius est etiam subiectionem tenere in submittentis præiudicium. ad not. ind. §. quid ergo. & propterea tam ex eo, quam quòd Marchia alienabilis esset tenuit submissio Marchionis Montisferrati de oppidis citra padum, & vltra Tanagrum cum adhærentia totius Marchiæ facta cum Duce Sabaudiæ Amedeo, & eius filio Ludouico, & infeudatio facta per eundem Ducem primogenito Marchionis, cui etiam consenserũt subditi recognoscendo Ducem in superiorem, & ei fidelitatem iurando, de qua plura vt alias dixi extant scripta in vtranque partẽ ad q̃ me remitto cũ adhuc sub iudice lis sit, tã rõne vniuersalis petionis totius Marchiæ, sup qua fuit iudicatũ, & reuisioni ad huc locus est, q̃ rõne particularis petitionis dictorũ oppidorum, in qua nihil hactenus fuit iudicatum in petitorio. & de subiectione absq; superioris præiudicio, dixi post Cur. in tit. de aliena. feu. versi. seruitutẽ imponere. & supra de ad hęrentibus tactum fuit, & facit quod dicit Archid. in c. conquæstus. 9. q. 3. quod vniuersitas non potest dare iurisdictionem in præiudicium principis, sed bene in præiudicium ipsorũ, in quos venit iurisdictio exercenda. sequitur Bal. in l. si quis ex consensu colum. pen. vers. est & alia. C. de episcop. audiẽ. vbi dicit, quod vna ciuitas potest se submittere alteri absq; præiudicio superioris, & in l. si quis, à filio. §. fi. de leg. 1. Nat. 121 conf. 636. num. 62. Amplia. 10. & subditi alienati non cõgantur iurare fidelitatem nouo domino. Curt. & Iaſ. in d. l. debitorum. num. 7 Gabr. d. concluſ. 8. in 5. Amplia. quod tamen intelligendum, ac, restringendũ venit in casibus in quibus alienatio efficax nõ est subditis inuitis; alioquin in casu licito ac permisso facta alienatione subditi tenentur iurare fidelitatem. glo. in l. omnes. §. fin. in verbo, in rem. ff. vsufruct. quemadm. caue. quod in alienatione facta cum curia censet Bald. in l. 1. num. 9. C. comm. de leg. vbi post Iacob, de Are. dicit, quod si dominus vendat vaſſallitium, subditi non tenẽtur iurare fidelitatem emptori, secus si vendat omnia bona feudalia. Idem Bal. in l. 2. in fine principij. vbi Alex. Areti. &

alij Boss. de princip. num. 228. Limita nunc conclusionem
122 suprascriptã ampliatam, † nisi oppidani consenserint alie nationi, & nouum dominum admiserint. Corn. consi. 421. in hac consultatione. colum. 3. vol. 4 Soc. conf. 29. num. 6. vol. 3. Soci. iun. conf. 94. in fin. vol. 2. Bursa. conf. 160. nu. 1. quod procedit siue sit expressus, siue tacitus consensus, vt quia per diuturnum tempus domino obediuerint. Guido Pap. decis. 560. vers. præterea. Barba. conf. 11. colum. 3. vol. 2. Socin. iun. conf. 94. in fin. vol. 2. Loaz. in d. conf. in respons. ad quartum argum. num 4. Aym. conf. 54. num. 3. Bursa. d. conf. 160. num. 46. & seq. qui consensus etiam nocebit posteris. Nat. d. conf. 589 nu. 15. vol. 3. Sublimita vt non sufficiat consensus maioris partis, si aliqui contradixerint. ad not. per Ioan. Andr. in c. accedentibus in fi. de priuileg. Ias. in l. iurisgentiũ, §. sed hodie. in 5, 11, & 13, limitationibus ad regulam quod maior pars vniuersitatis præualeat minori. de pact. Neuiz. d. conf. 12. numero 116. Sublimita etiam vbi talis consensus esset meticulosus. Castren. consilio 70. quia frustra. co-
123 lum. 3. vol. 1. vbi plus subdit, † quod consensus præstitus mandato principis præsumitur meticulosus. Grat. consilio 147. num. 8. volum. 2. Neuiz. d. consilio 12. numero 115. & 121. Gabr. d. concluf. 8 in prima. ampl. de iur. quæs. non tollen. Alc. in d. l. debitorum. Loaz. in respons. ad quartum argum. versic. & si dicatur. vbi plura accumulat qui tamen dicit in vers. quibus omnibus non simpliciter, & indistinctè procedere, sed ita demum, vbi princeps soleret seuire cõtra non parentes suis præceptis. Idem vbi aliquis alius actus cõcurreret vltra simplex mandatum, vt puta executio contra non parentes, geminatum præceptum, & præcisa iussio pœnalis ad not. per Bar. in l. de pupillo. §. si quis ipsi prætori. q. 5. de oper. nou. nunc. Panor. in c. cum inter R. nu. 8. de elect. & not. in c. insinuante. vbi glo. in verbo metu regio. qui cler. vel vouen. & in l. ad inuidiam. C. quod met. caus. Alex. consi. 16. num. 10. vol. 2. Natt. d. consi. 589 num. 11. Rolan. consi. 83. num. 25. vol. 2. & adeò procedit sublimitatio, vt durante causa metus per longam patientiam non inducatur ratifi-

catio,

catio.c,1.de ijs quę vi metusuè.cauſ.& ibi Inn.& alij.Barto. & alij,in l.2.ff.& C. quod met.cauſ. Aret.conſi.14.col.11.in quarto dub. Boer. deciſ.100.nu.13. Socin.iun.conſi.77.nu. 52.& 62. vol. 1. Imo nec etiam ex geminato actu, purgatio metus induceretur eadem cauſa metus durante Bart.in l. ſi ob turpẽ.ff.de condictione ob turp.cau.& in l.2.vbi Ale.nu. 6.& 8.C.quod met.cau.Dec.conſi.219.num.4.& 5. Io. Bap. Vincemala inter conſ. feud. varior. conſ.1.num.161. Parif. conſ.10.num.60.lib.1. Natt.conſ.451.num. 19.& 20. Euerard.conſ.19.pag.5.in prin.Burſat.conſ.72.nu.27. Maſcat. de proba.concluſ.1055.num.34.& 35. Quæ tamen declarãda ſunt, vbi metus cauſatur ex præcepto, ſeu facto iniuſto principis, non autem, ſi iuſtitia mediante procedat. ad glo. in d.c.inſinuante. in verbo,metu regio.qui cleri.vel vouen. vbi Pano,& alij.Loaz,vbi ſupra verſ.quibus omnibus.Sublimita etiam vbi in conuentione ad eſſet.decretum irritatiuum, ſeu annullatiuum actus contrarij conſenſus non operaretur.ad glo.in c.diſpendia. in verbo, proceſſus. vbi doct. de reſcript.in 6.c.dilecto cum ibi not.de præben.præſertim tacitus Gomeſ.in c.1.nu.59.de reſcrip.in 6. Rui.conſi. 158. vol.4.latè Gabriel.in tit.de clauſulis. concluſ.3. in ſecundo effectu. Quod dicit maximè procedere vbi clauſula appoſita eſſet etiam fauore publico, & publicam reſpiceret vtilitatem.c. ſi diligenti. de for. compe.& ibi pulchrè Henri. Boic. Item limitatus conſenſus aut contemplatione alicuius præſtitus non extenditur ad alias perſonas, vel vltra caſus limitatos. Alci.vbi ſupra Rip.d.reſpon.25.Limita etiam ſecũdo
124 principalem concluſionem † vbi ex cauſa neceſſaria fieret alienatio,tunc enim,& vaſſalli poterunt alienari,& ſubditi cum curia.Curt.in ſexta parte.q.2.de vaſſallis. Io. Andr. in add.ad Specul.titu.de feud.§.quoniam.verſicu.30. Imol. Alex,& alij poſt Iaco.de Aret.in l.2.in prin.ff.ſolu. matri.de ſubditis Rubr.d.conſ.96.Alex.& alij.in d.l.2.in fi.prin.ff.ſolu. matri.exornat. Parpal.ibi & ampliat etiam ſi incommodum ſit,vel noceat ſubdito ſubijci alteri domino. Soc.conſ. 39.vol.3.col. pen. propterea in caſu Ducis Burgundiæ. for-

tè non erat adeo necessaria causa, vt alioquin pax obtineri non posset. & Igneus qui in l. donationes quas diuus. C. de donat. inter vir. & vxor. tenet non valere alienationem factam ẽt ex causa pacis cũ hoc moderamine intelligendus est, nisi necessitas vrgeat, aliàs non esset vera eius opinio, Barb. cons. 11. vol. 2. & generaliter non habetur ratio interesse subditorum, siue alienentur superioritate retenta, siue non, vel etiam infeudentur quotiescunque princeps alienat ex causa necessaria, vel concernente vtilitatem publicam. Illa enim præfertur interesse priuato subditorum, Iacob. de Bel. in d. §. ex eadẽ. Panor. in d. c. auditis, col. 6. Saly. in l. 1. C. de nouat. causa autẽ necessitatis tũc legitima dicetur si aliũ dè prouideri nõ poterit, Capic. decis. 162. nu. 3. & decis. 51. in fin. & ibi addit. Aym. cons. 241. colum. pen. in fin. & licet de causa non stetur dicto principis asserentis, vt supradictũ est post Ias. in l. testamentum, C. de testam. Fely. in c. quæ in ecclesiarum, nu. 62. de constit. non ideo tamen ad subditos spectat cognoscere de causis necessitatis, quorum est parere non supra dominum cognoscere, Bald. in prohemio Digestorum, colum. 5. vers. quicquid sit. Natt. cons. 367. num. 15. Quod vtique intelligendum est iuxta ea, quæ supra dicta sunt de probatione causæ alienationis, videlicet in ijs, in quibus dominus habet præsumptionem pro se, Aymo. d. consil. 241. col. 11. in fi. & colum. seq. vel etiam cognoscet tribunal. principis, iuxta ea quæ dicta sunt in tit. quis sit iud. in caus. feud. circa princ. vers. limitantur supradicta, & sicuti potest princeps ex causa ommino necessaria alienare subditos, ci-
125 uitates, & opida, ita ẽt † ex causa necessitatis subditi poterunt impunè recognoscere alium dominum, & ei se submittere, glo. in extrauag. ad reprimendum, in verbo occultè Fely. in c. cum non ab homine. col. pen. vers. 8. de præscrip. & in c. cum contingat, col. 3. de for. compet. Imo. cons. 34. in fi. Calca. cons. 80. col. 1. in fin. Dec. cons. 690. nu. 14. Brun. cõs. 86. & Neuiz. d. cons. 12. nu. 124. fortius dicit Leonar. de Pisan. inter consil. Bru. 117. nu. 156. quod subdita ciuitas potest se alteri submittere, sine licentia superioris, quando re-

quisi-

quisitus superior necessarium non præstat auxilium, ex eo tamen actu non auferetur ius domino competens in ciuitate, vel oppido. Spec. In titu. de iurisd. omn. iud. §. 1. vers. illud. Corset. de potest. reg. quæst. 97. Bald. cons. 135. inter Castrum. circa fin. vol. 5. Guido Papa quæst. 305. in fin. sicuti, nec recognitio feudi alteri facta. Mod. Paris. §. 35. q. 4. & generaliter in quocunque casu necessitatis, quod subditi possint impunè alteri se subijcere, Soc. cõs. 39. col. pe. volum. 3. Aym. cons. 868. nu. 2. vbi plura de ijs. Loaz. in d. cons. in respon. ad tertium. argum, caueant tamen subditi, ne pro causa sumant occasionem, quia tunc proditionis, & rebellionis propterea notam, ac crimen non euitabunt. Tertio limit. vt ex, causa diuisionis alienatio fieri possit etiam inuitis subditis. Alex. cons. 25. nu. 21. vol. 5. Quarto limit. vt subditi non possint contradicere ex quocunque leui interesse, sed ita demum si probabiliter eorum interest, vt pote si alienentur in tirannum, vel duriorem dominum. Bald. in l. 1. nume. 19. C. de seru. fugt. Alciat. in d. l. debitorum. qui non approbat solam causam, quod muteturnaturalis; & antiquus dominus. Quinto limit. nisi consuetudo alienandi, vel infeudandi esset in contrarium, siue vniuersalis, siue particularis. in eisdem tamen terminis Roman. cons. 26. pro decisione.
126 in fin. † & de alienatione inuitis subditis, si adsit consuetudo, quod valeat, Fely. in d. c. dilecti. col. 2. vers. considera. de maior. & obed. de infeudatione Rip. lib. 2. resp. 25. in 2. q. vbi etiam aliqua ponit requisita in huiusmodi consuetudine. Aym. d. cons. 241. col. 2. vers. 3. videtur esse princeps. & col. 10. vers. ad tertium. Soc. iun. cons. 94. nu. 30. vol. 2. Natta cons. 589. nu. 10. Rolan. cons. 1. nu. 81. vol. 1. Paris. cons. 22. num. 75. & cons. 23. num. 97. vol. 1. & licet Neuiz. d. cons. 12. nu. 118. & Aym. vbi supra dicant hanc consuetudinem esse irrationabilem, & odiosam, & eandē non valere dicit Boer. in tract de custod. clau. colum. 8. tamen cum habeat concomitantiam iuris, quod est, vt quilibet de re sua possit liberè disponere verius est consuetudinem subsistere, & odiosam non esse. Pan. in c. auditis. nu. 21. vers. in secularibus. de

præscrip. Guido Pap. quæst. 560. vers. præterea de consuetudine. Gabr. d. concluſ. 8. in 3. limit. de iure quæſ. non tol. de facili namque res reddit ad ſuam naturam, qua ratione etiam dixit Alciat. in d. l. debitorum. quod feudum caduoum ex facto anteceſſorum poteſt per principem ſucceſſoribus reſtitui inuitis ſubditis, de quo aliquid dictum fuit ſupra de infeudatione principis. Hactenus de principibus. Nunc de inferioribus à principe dicendum eſt habentibus liberam diſponendi facultatẽ, an illi infeudare libere poſſint, & pri-
127 mo de laicis circa quos pro conſtanti ponitur, † quod hodie omnes, ẽt ruſtici infeudare poſſunt. vt hic per Bald. in §. Marchio. col. fin. Tiraquell. de nobilita. c. 7. nu. 15. & ſubdit Bald. quod olim certis tantum perſonis quibus nobilitas, aut conſuetudo tribuebat, permittebatur feudum dare, hodie vero quibuſcunque permiſſum eſt feuda ſimplicia concedere, ſed non dignitatum. Inn. Cardin. & alij, in c. verum. de foro compet. Curt. in 2. part. in 4. quæſt. 2. quæſt. prin. & ibi poſt Aluar. dicit, quod etiam ruſticus poteſt emere feuda, dignitates, vel iuriſdictiones, quæ ſunt de proprio Patrimonio venditoris. de quo eſt text. in c. 1. §. ex eadem. in fin. de lege Conra. & ibi notant Præpoſ. & alij. Afflic. in Rubrica huius tit. in fin. cuius contrarium tamen ſeruatur de conſuetudine in patria Sabaudiæ, in qua ruſtici non ſunt capaces feudorum niſi habilitentur à principe. & quamuis Iſer. in c. 1. circa fin. de cler. qui inueſti. fec. videatur ſentire, quod qui non eſt in dignitate non poſſit infeudare. & idem Duaren. c 6. num. 9. dicit tamen Curt. quod ſua opinio videtur ſuſtentabilior, pro qua ſtat text. in d. c. 1. de cler. qui inueſt. fec. dum indiſtinctè dicit, quod clericus inueſtituram validè facit de ſuis bonis particularibus. Iacobi. in verbo, in feudum. in
128 octaua diuiſ. † Et feudum huiuſmodi à ruſticis, & minimis valuaſoribus conceſſum dicitur feudum ruſticum, & ignobile, quod verè, & propriè feudum non eſt, minusq; poſſeſſorem nobilitat, cum etiam non detur ab eo qui poteſtatem habeat nobilitatem conferendi. Zaſ. in 5. part. num. 49. Duarenus. c. 4. in 4. diuiſ. quinimo pro tali feudo contri-

buunt

bu unt posſeſſores in collectis, & generalibus ſubuentionibus. Paris de Put. de feud. reinteg. c. 4. nu. 5. poſt Luc. de Pen. in l. 1. C. de impon. lucrat. deſcrip. li. 10 Pet. Rebuf in arbo. feud. & Hanneto. hic. lib. 1. c. 5 ponit quatuor genera feudorum atque vaſſallorum, & totidem dicit eſſe gradus prout à diuerſis perſonis conceduntur, & primo feudum à principe ſupremo conceſſum. Secundo vbi conceſſum eſt à ducibus, vel Marchionibus ſuperiorē recognoſcentibus. Tertio vbi eſt conceſſum à Baronibus, ſeu maioribus valuaſoribus. Quarto vbi conceſſum eſt à minoribus valuaſoribus prout in tit. quis dicat. Dux. Item feudum aliud nobile verè, & abſolutè, vt Ducatus, Marchionatus, aliud nobile quidem ſed non perfectè, vt feudum Baronum, & valuaſorum maiorum. aliud eſt ſimplicium iuriſdictionum, & territoriorum abſque dignitate, & dicitur iſtud mediocriter nobile, aliud eſt prædiorum ruſticorum abſque iuriſdictione, & dicitur ruſticum. & in Camera Soleo feudatarios de huiuſmodi feudis ſine iuriſdictione inueſtire per traditionem calami. alios autem per traditionem enſis, quo fit, vt in conſideratione nobilitatis feudi duo attendantur perſona conferens, & res, quæ in feudum datur: & prout quiſque de maiori, vel minori feudo eſt inueſtitus, ita dicitur dignior, & nobilior: quanto enim quique maioribus præeſt tanto ipſe dignior eſt. §. nos igitur. Auth. de defenſ. ciu. D. Sola in prohemio ad decre. Duca. glo. 3. num. 24. Tiraquell. de nobilit. c. 7. num. 11. & plus minusue ſecundum feudi qualitatem Hanneton. vbi ſupra. Feudum autem, quod à minoris gradus vaſſallis conceditur pro non feudo habetur. in §. notandum infra
129 hoc titulo. † Fœmina etiam poteſt feudum dare, vt in hoc eodem titulo de Abbatiſſa, & de quacunque fœmina in tit. per quos fiat inueſtitu. §. fœmina. vbi poſt Iſer. notat. Præpoſ. quod fœmina poteſt eſſe domina feudi, licèt regulariter non poſſit eſſe vaſſalla. Interdictum tamen putat fœminis pauperibus habentibus filios, vel non habentibus, ſi iuuenes ſint, feudum dare. Petr. à Bellapert. titu. 3. num. 13. Nunquid autem feudum conceſſum iure antiqui feudi ab

ijs qui feudum dare possunt sortiatur naturam antiqui licet re vera sit nouum, supra in titulo de diuisione feu. in Rubrica de feu. nouo & antiquo, tetigi hanc quęstionē, in qua cō-
130 siderandum est, † quod feudi antiquitas plures parit effectus, & duos ponit And. Gail. pract. obser. lib. 2. obserua. 50. Nobilitat enim suum possessorem Bald. in prælud. in 10. diuis. Io. Ray. in 7. diuis. Hanneton. hic vers. colligitur. Cassan. in Cathalog. glo. mun. char. 84. num. 112. Dec. cons. 53. nu. 2. ea tamen nobilitate, quam feudi qualitas fert. Tiraquel. de nobilit. c. 19. num. 6. & sumitur aliquando antiquum pro nobili. Thom. de Marin. tit. 2. de feu. ex. pact. & prouid. anti. num. 7. Item quod non possit alienari, aut præposterari in præiudicium vocatorum. Rui. cons. 9. in fi. vol. 1. & cons. 45. nu. 18. eo. vol. de quo tñ videndus est Clar. q. 8. & Nat. cons. 504. nu. 11. itē eximit à collectis. Luc. de Pen. in l. 1. col. 9. in fi. vers. in feudis aūt nobilib. C. de indict. li. 10. & ibi Rebuf. in fi. Guid. Pap. dec. 384. & trib. seqq. Iser. in c. 1. q̄ sint regal. in verbo, & plaustrorū. nu. 17. Cassan. cōs. 64. nu. 3. Tiraq. de nobilit. c. 20. n. 164. Marin. Freci in tit. de differ. feu. quater. in 16 differ. Operat ēt vt a probandū inuestiturā admittātur testes extranei non pares curiæ. c. 1. qui testes sint necess. Hinnet. lib. 1. c. 3 vers. perinde. Io. Blanc. in Epito. feudor. li. 1. c. 1. nu. 11. in feudo antiquo nō exigit inuestitura sed successione acquiritur quamuis renouatio necessaria sit. Bal. in l. 1. nu. 4 de rer. diuis. vnde de feudo nouo intelligendum est, ꝙ scribitur feudum sine inuestitura nullo modo esse posse. Itē declarat antiquitas bona esse consueta infeudari. Alex. cons. 10. col. 2. vers. quo etiam vol. 3. Barba cons. 66. col. 14. vers. item pōt dici vol. 4 causat insuper ius accrescēndi. inter inuestitos simul de beneficio, qui & eorum descendētes inuicem succedēt propter huiusmodi clausulam. Oldr. cons. 178. cum alioquin non essent inuicem successuri, vt dixi. in quæst. Laud. 12. vers. subditque. & ita procedit. cons. Alex. 30 num. 7. volum. 1. Brun. cons. 180. in ꝓtin. vol. 2. Item in feudo antiquo succedunt agnati quicunque transuersales, sed illud non tantum procedit ex eo quod feudum sit antiquum,

quum, quam ex eo quod omnes procedunt ab eodem stipite, & in prima inuesti. comprehensi, ita vt descendentia ea sit, quæ talem parit effectum, non antiquitas, id quod aperte demonstratur, quia in feudo quantumuis antiquo non succedunt qui non descendunt à primo stipite. Castren. cons. 11. super primo quæsito. num. 2. vol. 2. Ozasc. decis. 61. nu. 7. vbi notabiliter dicit, quod quo ad successionem idem iudicandum est de feudo antiquo quod de nouo, si referamus antiquum feudum ad tempus primæ concessionis. Bald. in c. 1. §. hoc quoque. num. 2. de succes. feu. quod etiam dixerunt Moder. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 5. num. 80 asserentes quod subtiliter intuendo in effectu non differunt quo ad successionem feudum nouum, & antiquum: quia semper solid descendentes à primo inuestito succedunt. quotiescunque igitur feudum conceditur iure antiqui feudi, si de prioribus effectibus quæramus, conueniunt doctores, quod ea verba operentur illos effectus. difficultas versatur in vltimo effectu videlicet quo ad successionem, in quo potestas, & voluntas attendenda est, quæ in omni actu requiritur. Bald. cons. 453 vol. 1. Barba. inter Alex. cons. 123. in prin. vol 4. Deci. cons. 225. & quo ad potestatem, qui potest liberè disponere, sicuti potest feudum concedere, ita etiam concessum alterare. c. cui licet. de regul. iur in 6. qui autem non potest liberè disponere non potest pariter feudi naturam eo modo alterare. Bolog. cons. 1. col. 13. vers. supra non obstat, & infra de prælatis dicitur: prout etiam non poterit dominus feudi naturam alterare, & de veteri nouũ facere in præiudicium vocatorũ in primis inuestituris. c. 1 de alien feu. pater. Bald. in l. qui se patris. col. penul. vers. & adde. C. qui admit Dec. cons. 445. nu. 7. & 448. num. 17. Præpos. in c. de vassal. decre. cta. Bertran. cons. 1. num. 98. vol. 1. Alcia. lib. 3. præsump. 28 in fi. Tiraq. de retract. lignag. § 3. nu. 41. Clar. §. feudum. q 8. & dixi in quæst. Laudimia q. 10. Decian cons. 90. num. 5 lib. 3. Æmilian. cons. 111. nu. 17. Redeundo nunc
131 ad quæstionem voluntatis † an verba iure antiqui feudi operentur vt transuersales non descendentes à primo inue-

stito

stito succedant, variæ sunt doctorum opiniones. Oldra. dict. cons. 178. circa fin. sentit, quod verba tanquam antiquum & paternum, rei veritatem non immutant: Oldradum plures sequuntur quos refert Curt. in 1. par. q. 8. vers. sed hic cadit Gabriel. in tit. de feud. conclus. 1. Bolog cons. 1. col. 13. vers. & primo non obstat. & Iaso. cons. 57. col. 5. versic. scio. vol. 1. & cons. 152. col. 1. & cons. 180. col. 6. vol. 2. dixit opinionem Oldr. esse communem, & quod huiusmodi verba nihil operantur quo ad effectum successionis, quinimo apponi solêt magis ex stylo notariorum, quam ex deliberata mẽte principis. Curt. Sen. cons. 49 num. 18. versic. fortius. Item dicta verba videntur apposita qualificatiuè, & accessoriè ad ipsum feudum, & bona concessa. Riminal. sen. cons. 96. nu. 31. vol. 1. quæ opinio mihi semper visa fuit verior in puncto iuris per rationem supra adductam, & eam sequitur. Hannero. lib. 1. c. 3. in fi. inquiens, quod antiquitas necessario non importat successionẽ transuersalium, sed possunt dicta verba recipere varios intellectus. Curt. cons. 49. col. 10. versic. 5 & dicit Bru. cons. 79. num. 4. post Alexan. quod ista verba sunt conseruatiua antiquarum inuestiturarum non renouatiua, & in renouatione inuestiturę, vbi fuerũt alterata priora pacta, quod illa clausula non operetur. Bald. consil. 249. verba inuestiturę vol. 2. & licet Bald. ibi loquatur in prælato, tamen consulebat in feudo solito concedi, & facit consilium Bal. 337. in primis videndum vol. 1. vbi in concessione facta in feudum rectum, & gentile non succedunt transuersales, quamuis ea verba videantur æquipolere verbis in feudum antiquum. ad Dec. cons. 53. vers. 4. Rolan. cons. 41. num. 9. & 27. volum. 2. Natt. cons. 577. num. 6. in quo tamen non facio vim propter ea, quæ scribit Grat. cons. 4. volum. 1. Hoc idem videtur sensisse Ardizo. in summa. in 2. parte secundæ partis versic. sed quęritur, vbi tractat de additamento facto antiquo feudo iure antiqui, concludens idem censeri de accessorio quod de principali ex natura accessorij, quod sequitur naturam principalis, frustraque dubitaret de iuribus accessorij, si concessione facta iure antiqui antiquum censere-

tur, in

tur, in qua ratione non se fundat, sed in regula accessorij. Cõtraria nihilominus sententia crebriori calculo obtinuit à qua propterea in iudicando non videretur recedẽdum. Cur. & Gabr. in tit. de feu. concl. 1. supra proximè citati. Clar. in §. feudum. q. 8. Neuiz. cons. 10. num. 3. Rolan. cons. 60. num. 14. vol. 1. Zas. par. 8. num. 36. Natta cons. 468. Aym. consil. 639. 926. & de antiquit. tẽp. par. 5. nu. 16. Anto. Sola, in gl. 1. prohem. decret. num. 19. & in glo 4. super decre. Io. Lant tit. de feud. parte 2. num. 14. Bero. cons. 79. vol. 4. Ioachim. Mysinger. singular. obserua. centur. 4. obser 84. Andr. Gail. practicar. obser. lib. 2. obser. 50. qui tunc demum duobus concurrentibus hanc regulam procedere vult, primo si concessio fiat ab eo qui plenam habet concedendi potestatem, secũdo si in inuestitura sint expressè verba illa apposita, quod iure antiqui feudi illum inuestiat, quod & ante eum sensit Ias. cons. 136. lib. 4. & dicam infra. Supradicta communis opinio maximè procedit, vbi essent plures simul inuestiti quo ad eos propter eum quem dixi effectum iuris accrescendi, & ita determinauit Camera anno 1574. 13. Ianuarij in causa procuratoris patrimonialis, & Cerrutorum, in qua dũ ageretur de feudo acquisito à duobus fratribus, & in inuestitura esset apposita clausula, Iure antiqui feudi, deficiente linea vnius ex acquisitoribus, fuit dictum, quod eius portio non deuolueretur domino, sed succederent collaterales descendentes ab altero ex fratribus. Amplia secundo vbi per alia verba enixius constaret de voluntate inuestientis, vt si additum esset, in omnibus, & per omnia. Soc. cons. 67. num. 21. vol. 1. & cons. 165. col. 6. vers. 6. & cons. 272. col. 3. vers. 2. vol. 1. Rip. in l. 1. num. 5. de leg. 1. Amplia tertio etiam si dicta clausula apposita esset in renouationibus inuestiturarũ quando cõstaret quod ex certa scientia essent apposita verba intentione alterandi feudum. Moder. in consuetu. Paris. §. 5. num. 84. Quarto ampliatur dicta communis opinio, vbi non constaret de prima inuestitura: quia dicta verba eo casu probant feudum esse antiquum. Oldr. cons. 121. num. 12. Castren. cons. 17. in causa decimandi, & cons. 283. colum. fin.

fin.vol.2. Alex conſ.26.colum.3.vol.5. Boer.deciſ.247.nu. 2.Grammat.deciſ.59.num.17. Menoch.conſ.1.num.90.Iacobi.in verbo,nobiles agaſi.in fi. Moder.Pariſ.d.§.5.nu.79. Quinto amplia maximè in acceſſione, ſeu augumento feudi.Ardiz.in ſumma. c.43. quid ſit nouum feudum. Brun. de augm.concluſ.5.col.3.& concluſ.9.in prin.& concluſ.17.in fin.& conſ.130.col.1.& conſ.143.col.2.Alex.conſ.30.num. 7.vol.1. Burſa.conſ.50.num.35. & conſ.89.num.39. Limi-
132 tatur modo dicta communis opinio † primo, vt procedat tantum reſpectu eorum,qui in inueſtitura ſunt comprehenſi, & pro quibus reperitur ſtipulatum; & recepta inueſtitura. Alex.conſ.10.num.8.vol.3. & conſ.26.num.6.vol.5. Socin. conſ.10.num.17.inter conſil.Bru.Curt.iun.conſ.1.num.11. & 14.Rub.conſ.10.num.6. Barba.conſ.66. colum.14.verſ. facit etiam. vol. 4.in quibus habetur,quod ſi inueſtitura fuerit recepta pro ſe, & hæredibus niſi adſit qualitas hæreditaria in volentibus ſuccedere virtute clauſulę iure antiqui feudi,non poterunt obtinere.Purpur.conſ.85.num.10. vbi etiã quando agnatus non poſſet eſſe hæres cum non ſit conpræhenſus nec deſcendat à primo, idem ſi facta ſit inueſtitura pro ſe,& filijs,& deſcendẽtibus,nam non operatur, niſi reſpectu filiorum,& deſcendentium, cum limitata cauſa limitatum producat effectum. Alex.d.conſil.10.num.8.vol.3. Iaſ.conſ.180.num.4. & conſ.152.col.4. volum.2. quicquid variando dixerit. conſ.1.col.pen.vol.3. Panzirol.conſ.104. num.20.Soc.iun.conſ.103.num.33.vol.2. Rub.conſ.10.nu. 6.Aym.de antiqui. parte vlt.num.20. & conſ.501.col.2.licet ipſe diuerſum ſentiat conſ.664.num.12. & 965. num.5. Rui.conſ.5.num.3.& conſ.45.num.13.vol.1. Cæphal.conſ. 302.num.50.vol.3.conſ.133. num.19. vbi dicit, quod licet feudum dicatur antiquum id dicitur in caſibus in quibus eſſe poteſt, non autem quo adhunc effectum, vt dicatur deſcendens ab acquiſitore, & conſ.12. & Menoch. conſ.400. num.59.vol.3. Thom.de Marin.in tit.de feud.ex pact.& prouid.num.56. Ozaſc.conſ.7.nu.12. improbans Nattam ſentientem contrarium, conſ.467.num.23. qui omiſit allegare

docto-

doctores affirmantes limitationem. Et secundum hanc limitationem in causa domini Masini, & eius patrui Gubernatoris Vercellarum commissa DD. Cancellario Ozasco, Præsidi Ruffiæ, & mihi anno 1578. 15. Martij, censuimus omnes, quod inuestitura non comprehenderet transuersales, qui non habebant qualitates in prima inuestitura requisitas, & multò minus si dictum esset suis descendentibus, nõ obstante clausula in feudum antiquum, &c. & quod dictio suis respiciebat personam inuestiti, & veri acquisitoris. verũ vbi dictum esset suis hæredibus, & successoribus Camera sæpius inclinauit in eam opinionem, quod nihilominus admitterentur transuersales, ex quo verba verificari poterant in hæredibus, & successoribus feudi. Isern. in c. 1. §. quid ergo. in fin. de inuesti. de re alie. fact. Guliel. à Perno. consil. 6. nu. 26. & in constitutio. Sicil. in cap. Regis Caroli secundi considerantes. Mari. Frec. lib. 3. differ. 16. & id sensit Natt. cons. 467. col. pen. Aym. cons. 965. nu. 21. Bero. cõs. 79 lib. 1. quamuis multi ex supra allegatis contrarium sentiant, sed opinio Cameræ quatenus inuestitura loquitur de hæredibus, & successoribus omnimodo posset procedere quando agnatus haberet voluntatem defuncti primi, vel vltimi, vt quia ab aliquo ex eis in testamento, vel aliter esset post in-
133 uestituram specificè vocatus ad feudi successionem. † Limit. etiam secundo, vbi verba essent apposita in clausulis executiuis tunc enim nedum dispositionem, sed nec etiam probationem inducerent. Moder. in d. § 5. nu. 84. Alcia. in 3. regu. præsup. 28. Dec. cons. 193. col. pen. in fin. idem tamen Dec. cons. 185. nu. 7. sentit, quod huiusmodi verba apposita in promissione, & iuramento inuestiti operantur suum effectum, eo quod dicantur dispositiuè apposita. sequitur Rolan. cons. 16. n. 29. vol. 3. verum non admodum tuta videtur eius opinio: nam contractus feudi duas habet partes principales vnã concessionis feudi, seu inuestituræ, quam facit dominus, alterã iuramenti, quod præstat vassallus. c. 1. quid præced. debe. vnde ad dominum spectat legem dare contractui, qui cum disposuerit super natura feudi, eius dispo-

sitio

sitio attendi debet non autem iuramentū vassalli, cui tamen argumento respondet Aym. d. cons. 639. eo quod correspectiui sint actus, quibus consensit dominus. Brun. consil. 73. nu. 7. vbi etiam si verba sint apposita tantum in supplicatione. Limit. insuper tertio, vbi verba simpliciter essent apposita in renouationibus, quia attenderetur prima inuestitura, c. 1. de vassal. decr. æta. Bald. in c. 1. quand. vassal. iura. debet fidel. Curt. in 2. par. q. 70. nisi essent apposita ex certa scientia. Dec. cons. 139. nume. 4. & supra dixi post Moder d. nu 8. Limit. Quarto, quod licet verba operentur quo ad successionem, succedent nihilominus solum descendentes ab attauo à quo incipit antiquitas non autem descendentes ab anterioribus, nisi dictum fuisset, quod concederetur iure antiquissimi feudi, Modern. § 5. num. 83. de quo dicendum est, prout in tit. de diuis. feud. tractatum est. Limitatur quinto in concessione feudi proprij secus in feudo improprio. secundum Bursat. cons. 4. nu. 24. quod tamen mihi non probatur, quando feudum improprium, sine ista qualitate facilius transit in successores hæredes Limit. 6. quando in inuestitura essent verba repugnantia qualitati verborum antiqui auiti, &c. quia tunc illa clausula nō haberetur in consideratione, Alex. d. cons. 10. vol. 3. Limit. 7. vbi ex inuestitura appareret Principem habuisse aliam mentem, Curt. cons 49. col. 44. vers. ad quintum. Limitatur 8. vbi clausulæ esset adiecta dictio improprietatem denotans, videlicet tanquam, vel similis. Colleg. Bonon. inter Curtij cons. 50. nu 7. Vbi autem qui infeudare volunt liberam non habent disponendi facultatem, aut id procedit ratione rei, aut ratione personæ: vbi prohibitio procedit ratione rei, vtpotè quia sit interdicta eius omnimoda alienatio, tunc neque infeudari potest. ca. 1. §. sed etiam res. per quos fiat inuestit. & supra dictum est aliquid, vers. in infeudatione, & latius dicetur in titu. quæ res in feudum dari possunt, post Io. Blan. & Ardiz. ratione personæ, aut in ea est omnimoda inhabilitas disponendi, vt est seruus, nisi domino iubente, monachus, prodigus, cui bonis est interdictum, damnatus de publico crimine hæresis, vel

læsæ

læsæ maiestatis, infans, filius familias, & ij nullo modo feudum dare possunt, vt hic per Blanch aut non interuenit omnimoda inhabilitas, sed limitata facultas disponendi, vt in pupillis, puberibus, & minoribus, & hic valde refert, an tractetur de noua feudi concessione, vel renouatione, quod
154 ad nouam concessionem attinet † non magis permittitur pupillo, & minori infeudatio quam bonorum suorum distractio cap. 1. per quos fiat inuest Thom. de Marin. de feud. ex pacto antiq. num. 25. & de feud. ex pact. nouo. Q apropter nisi adhibitis solennitatibus in alienatione requisitis, non poterit pupillus, aut minor etiam cum tutore, vel curatore nouum feudum concedere, d. cap. 1. & ibi Afflict. Zas. in quinta par. num. 23. si vero de feudi renouatione agatur, tũc pupillus quidem maior infante tutorem habens, sine auctoritate tutoris non poterit inuestituram validè facere, non magis quam hæreditatem adire cum ex tali actu reciproca inducatur oblig. l. more, de acquir. hære. cum authoritate aũt tutoris inuestituram facere poterit. Ardiz. in summ. in titu. quando minor potest inuestire. idem si tutorem non habeat Blanc. hic vers. pupillus. Idem si commodè tutor haberi non possit, ijs enim casibus ipse solus inuestire potest, vt sentit Ardizo cum obligatione se liberet, quod in simplici renouatione procedit, d. c. 1. per quos fiat inuestit. vide Seisell. hic vers. hæc regula. Sed eo etiam casu vicisitudinaria inducitur oblig. & sensus imbecillitas existit, propterea subsisto, & nisi doctorum auctoritas vrgeret, in contrariam inclinarem
155 sententiam. Minor autem pubes sine † solennitatibus, & curatore poterit inuestire de veteri beneficio, d. capit. 1. per quos fiat inuest, vbi Præpos. Aluar. & alij asserentes dari ex hoc restitutionem in integrum minori, vbi reperitur læsus, nam ex contractu suo adultus obligatur, saluo læsis benef. restitutionis, præterquam in alienatione rei immobilis. l. puberes, de verbor. oblig. & l. si curatorem, C. de in integ restit. sed ibi inquiunt Mart. de Laud. & Præpos. col. 2. quod princeps minor potest etiam nouum feudum concedere ob eius dignitatem, cuius opinio posset procedere in feudo veteri

solito

solito concedi, quod fuisset domino deuolutum. omnem enim renouationem minor facere potest, eo quod non alienet, etiam si in alienam personam transferat, sed quod alienatum inuenit confirmet, & potius maiorum suorum factū comprobet, quam de nouo quid piam faciat. Bald. in d.c.1. allegat glo. ibi, quæ licet id expresse non dicat tamen elicitur ex sua ratione. Curt. in 2.par. primæ partis. nu.9. In feudo autem quod de nouo concederetur secus dicendum esset, cum dignitas principis eum non liberet à iuris regulis.
136 l. digna vox. C. de legi. † & quamuis expedire possit ea quę sunt simplicis, & nudæ iurisdictionis, nō tamen ea quæ sunt administrationis: nam illa non potest princeps minor sine curatore expedire Bar. in l. quidam consulebat, nu.13. de re iud Panor. in c. cum vicessimum. nu.3. de offic. deleg Corse. de potesta. reg. quæst.17. num.5. Brun. cons.200. circa fi. & magis in terminis idem sensit Afflict. in c.1. de prohibi. feu. aliena. per Fed. quæst.43. in casu tamen deuolutionis si minor non habeat curatorem, vel is absens sit, poterit de feudo deuoluto inuestire. Quod si curatorem habeat non tenet inuestitura sine curatoris auctoritate prout nec pupilli sine tutoris auctoritate, cum æquiparetur pupillo minor curatorem habens. l. ti curatorem. C. de in integrū restit. min. Zas. in 5.par num 21. Sonsbech par.6. Acquen. hic in 3. quæst. prin. colum. ant epen. & seq. versi. hæc regula. Hanneto. hic. vers. quinimo. ego tamen existimo æquiparationem procedere. vbi agitur de alienatione rei, prout in d.l. agitur, qualis non dicitur renouatio feudi deuoluti. Cum autem dixerimus minorem de nouo feudo inuestire non posse, sed de veteri, non impertinenter summatim repetemus, quod dictum fuit in tit. de inuestitura. & in quæstio. Laudim. q. 10. & 12.
137 videlicet † quæ sit vetus, & quæ noua inuestitura vetus itaque inuestitura est, quam dominus facit ex necessitate cōprehensis virtualiter in prima inuestitura, qui sicuti pluribus in casibus tenentur renouationem petere, ita etiam tenetur dominus eos inuestire. glo. fin. in d.tit. per quos fiat inuest. & ibi dicit. Bal. quod similes inuestituræ non tribuunt

vassallo

vassallo ius si non habet, & huiusmodi renouationes non dicuntur propriæ inuestituræ, sed abusiuę. Præp. in c. sciendum in fi. de feu. cogn. Afflict. in c. 1. si de feud. fuer. controu. inter dom. & vassall. Menoch conf. 66. num. 40. vol. 1. noua autem inuestitura nouum feudum facit. verum enim vero nouum feudum, seu noua inuestitura, tripliciter hic considerari potest, primo quando nunquam alias feudum fuit concessum, habetur. in c. 1. qui test. sint necessar. & hoc modo, & quidem proprie capitur dum dicitur minorem non posse de nouo feudo inuestire, secundo si concessum aliàs sit feudum non tamen ijs, qui nunc inuestiantur, neque alijs à quibus nunc inuestiti causam habent. Tho. de Mari. de feud. ex pact. nou. num. 4. & tales inuestituræ procedunt aut ex domini voluntate, cum feudo effecto caduco liberum sit domino illud reinfeudare, vel sibi retinere ac vni potius, quam alteri concedere. c. 1. §. denique quæ fuit prima caus. benef amit. cap. 1. si vassal. feu. priue. aut ex necessitate in casibus, in quibus vassallo permissa est alienatio, & ex consequenti tenetur dominus nouum vassallum inuestire, & ijs casibus procedit, quod dictum est minorem posse infeudare, si nullum habeat curatorem, habens autem curatorem cum eius consensu secundum doctores præfatos. Et licet hoc casu senserit D. Sola in gl. 4. decre. Violát. feudum censeri antiquum, & eisdem modis concessum quibus prædecessores habebant, oppositum nihilominus verius est, & videlicet nouum esse propter nouam vassalli personam, facit. §. præterea. quib. mo. feu. amitt. vbi emptore decedente sine filijs feudum ad dominum reuertitur. & c. 1. in fi. de eo qui fin. fec. agn. tertio dicitur nouus feudum vbi inuestiuntur alias inuestiti, seu ab inuestitis causam habentes cum alteratione tamen priorum inuestiturarum circa substantialia, & iste casus æquiparatur primo adeo vt sicut minor de nouo infeudare non potest, ita neque feudum antiquum alterare in sui præiudicium; prout dicetur in tutore, & prælato: vbi autem mutatio, seu alteratio non esset minori præiudicialis, vt quia de antiquo effectum fuisset nouum feudum idem ius esset, quod in secundo casu.

Idem quoque dicendum esset vbi magis acquirere diceretur minor, quam alienare, etiam si de nouo infeudaret, vt puta si aliquis recognosceret in feudum rem liberam, vel
138 eam remitteret vt infeudaretur.† Tutor autem nouas infeudationes facere nõ poterit, nisi seruatis seruandis in alienationibus rerum minoris. Zas. in 5. par. num. 23. Quod de rebus magnis intelligitur, minimas autem potest ex causa infeudare prout etiam donare l. cum plures. §. fina. & ibi doct. de admin. tut. Roma. cons. 50. Cuma. cons. 101. Ducissa. Renouationes, autẽ seu cõfirmationes antiquarum inuestiturarum facere poterit ipse solus si pupillus infans sit, vel absens, cum administrationem habeat cum libera. Bald. ind. cap. 1. per quos fi. inuesti. Nat. cons. 631. num. 28. vol. 3. vel cum pupillo maiore infante si p̃sens, sit pupillo quidem faciente inuestituram, ipso autem tutore autorante. Blanc. in sum. huius titu. vers. si vero tutor. & Ardizo. in tit. quando minor potest inuestire. simile habetur in restitutione fideicommissi, in l. restituta §. pupillus. ff. ad Trebel. vbi Castren. dicit quod in alijs contractibus solus tutor obligare potest
139 pupillum maiorem infante. vtrum aũt possit † infeudare solita deuoluta directo domino, & cum vtile dominium sit acquisitum pupillo ex consolidatione, videtur quod non possit denuo tutor infeudare, & ius pupillo competens alienare. argum. l. magis. §. fundum. de reb. eorum. vbi sine prætoris decreto fundus legatus repudiari non potest. verum alia ratione huiusmodi inuestituram facere poterit non ex quo administrationem habet cũ libera. l. inter bonorum de admin. tut. glo. in l. mãdato generali. de procur. põt ea facere quę solita, & consueta erant fieri per defunctũ, & quæ defunctus ipse verisimiliter fecisset. l. cũ plures. §. cum tutor. & ibi Bar. de admi. tut. prout etiam de præla. dr̃ in c. cæterũ. de donа c. 2. de feud. & infra dicetur. valet autẽ regulariter argumentũ à prælato ad tutorem, & ẽcontra. gl. in l. non est ignotum. C. de admi. tut. Paui. in tract. de visita. q. 4. par. 2. nu. 22. Euerar. in loco à pupillo ad Eccles. Iodoch. in Enchirid. Parium. vers. tutoribus. neque obstat. §. fundum. quia ibi repudiatione

pudiatione omne abdicabatur commodum, hic autem retinetur directum dominium, ex quo non tantam patitur iactu ram pupillus. Item infeudando tutor facit quod solitum est fieri: quo casu proprie non dicitur donare. Bart. in l. contra. §. si filius. de pact. multò fortius autem poterit tutor caducitatem remittere. d. cap. 2. vers. adhuc. Moder. Paris. §. 13. gl. 1. nu. 2. existimant tamen Aequen. hic, & Zas. d. part. 5. nu. 22. non posse tutores huiusmodi infeudationes facere consanguineis suis. per text. in Auth. quibuscunque. C. de sacrosan. Eccles. de quo infra dicetur, dum tractabimus de prælato, sed an possit tutor antiquas inuestituras alterare, cum dixerimus hunc casum equiparari alienationi, exemplo etiã prælati tenendum est tutorem non posse alterare, remittere enim de iuribus pupilli est donare, quod tutor facere nequit, bonus text. in l. pactum curatoris. C. de pact. & sicut ibi curator partem debiti remitere non potest, quinimo nec tempus solutionis prorogare. vt ibi Doct. notant, ita neque hic tutor partem iuris ex inuestitura pupilli competentis remittere poterit. Purpur. cons. 18. nu. 24. & cum prælatus non possit alterare, multò minus id poterit tutor, qui non tam liberam habet administrationem prout prælatus habet in aliquibus. gloss. in c. fin. 5. quæst. 3. in fin. vbi Barba. de præ.
140 Card. in 3. q. primæ part. nu. 28. Subsequenter quæritur † de procuratore generali, seu locum tenente generali, qui habet mandatum cum libera, & renouationem quidem inuestiture facere poterit. Præpos. in d. c. 1. §. sed vtrum. circa fin. Acquen. hic. in 3. regu. Bald. cons. 294. dicta particula. col. 1. vers. quod autem possint. vol. 5. nouam autem iuxta primũ, & tertium modum nequaquam facere poterit. Bart. consil. 196. ciuitati Camerini, in primo dub. Sonsbech. part. 6. in fi. est enim ea species alienationis gratuitæ quam habens mandatum cum libera facere non potest. l. procuratore cui generaliter. de procurator vbi Barto. post glo. 1. de offic. proeur. Cæsa. propterea infert doctissimus aduocatus, & nunc Senator integerrimus Antonius Sola in commenta. ad constitu. Sabaud. in glo. 1. prohe. num. 19. vera consuluisse Oldrad.

drad.conſ.178.dum per illa verba in antiquum feudum cen ſuit non fuiſſe immutatam naturam feudi ex quo inueſtitura erat facta per locumtenentem generalem: quod ſemper intelligas, quando alteratio, ſeu noua inueſtitura cederet in domini detrimentum alias ſecus, prout dixi de minori, ad Bru.conſ.73.n.6.Secundo aũt modo in ſolitis infeudari vbi generalis procurator, vel locum tenens habet mandatum cum libera,poterit denuo feudi denoluti inueſtituram facere.Bald.conſ.138.pactum.vol.5.qui examinat verba procuratoris, an ſint omnino generalia cum libera, vel aliquo modo reſtricta. Monta.hoc eod.titu.circa fin.verſ.procuratorem etiam. vbi in hoc parificat procuratorem generalẽ cum libera habenti ſpeciale mandatum. Duare.hoc eo. tit. num.12.verſ.quæritur.Burſat.conſ.44.nu.4.& multò magis poterit conſentire alienanti. Iſer. & alij. in c.1. de prohib. feu.alie.per Fed. Magiſtratus etiam Cameræ rationalis mandatum pariter habet cum libera. D. Ant. Sola in comment. ad decre.titu.de feu part.2.glo.2.num.14.Iaſ.conſ.108.nu. 2. vol.1. vbi parificat Cameram Prælato. Deci. conſ.404. num.4.& 407.col.3.in princ.Natt.conſ.428. num.7.& 9.& notandum eſt in patria noſtra Cameram computorum præeſſe nedum ratiocinijs, ſed vniuerſo patrimonio principis, licet in Gallia duæ ſint Cameræ, rationalis, & patrimonialis.Rebuf.in conſtit.reg.tit.de mercato.art.1.glo.6.Tomo 2.Guido Papa.quæſt.454.inueſt. Itaq; Camera ſub nomine
141 principis † nouas tamen inueſtituras ſecundum primum, & tertium modum facere nequit, prout nec locumtenens generalis. Secundo autem modo etiam voluntariam inueſtituram facere poſſet, & feudi caducitatem remittere cum non minorem autoritatem habeat, quam procurator generalis cum libera, prout ſupra dictum eſt. verum huiuſmodi facultate non vteretur Camera, vbi princeps de facili conſuli poteſt, cum principis nutu fiant huiuſmodi largitiones, non ex autoritate Cameræ, ideoque quod fieri ſolet ſeruandum eſſet,prout ita ſemper obſeruatum fuit.& cum Camera æquiparetur procuratori Cæſaris, Capic. deciſ.197. num.3.

dicetur

dicetur habere mandatum cum libera vt possit vtilia facere, non autem in vtilia aut principi præiudicare. ad Bald. in l. 1. ff. de proc. Cæs. in fin. An autem Camera inuestituram facere possit in feudum antiquum, eo casu quo nouam inuestituram facere potest, etsi faciat an dicta clausula operetur effectum suum. D. Sola tetigit in suis commentarijs ad constitu. Sabaud. in gloss. prima probe. num. 20. & concludit posse operari effectum, & in titu. de feud. part. 2. glo. 4. num. 14. ego ex iure Cameræ attributo, non video hanc facultatem eidem concessam, eique de stricto iure non competere existimo, & propterea in inuestituris, quæ fiunt emptoribus postquam assumptus fui in Præsidem Cameræ addi feci, in feudum nouum, neque me mouet, quod apud auctores feudum esset antiquum, neque enim valet consequentia, ergo idem erit apud nouissimos cum in eis mutetur qualitas feudi, & de veteri nouum fiat, sed magis procederet ratio per D. Antonium allegata, quod ex quo apud autores feudum erat antiquum, & ita solitum concedi, potuit Camera in nouo successore id agere quod fieri solitum erat, prout de procuratore dicitur, qui solita aggredi potest, & non est mutata substantia eius quod erat antiquitus. Ex consuetudine etiam sustineretur huiusmodi inuestituræ prout in causis per dominum Solam allegatis fuit conclusum per Senatores Camerarios, me Præside, ne decipiantur subditi sub fide Cameræ, quæ dictam clausulam solebat apponere. Quod dictum est de procuratore generali cum libera seu locumtenenti, Idem censeri debet de legato de latere, vt res romanæ ecclesiæ immediatè subiectas in feudari solitas possit infeudare, alias non. Bald. in c. cum veniffet. de iud. Corse. de potest. reg. part. 1. num. 17. Fely. in c. ad audientiam colum. 2. versi. & nota. de præscrip. Cur. part. 2. quæst. 13. Acquen. hic in 2. reg. colum 1. vers. & ex hoc infertur, qui censent quod ea quæ potest prælatus in sua diœcesi vel circa administrationem sui beneficij, possit pariter legatus circa huiusmodi infeudationes ex quo plenam habet administrationem in iis quibus immediatè præest. Redoan. in

titu.de infeuda.eccles.per præla.num.20. Atque hæc de laycorum personis dicta sint. Reliquum est, vt generaliter de personis ecclesiasticis titulatis dicamus, de quibus hic late
142 tractarunt. Curt. & Acquen. † & quidem si agatur de bonis proprijs idem ius est quod in laycis cum de eis libere disponere possint.c.clerici. cum seqq. 12.q.1.c.1.de cler. qui inuest fec.vbi notatur,& in c.moribus. si de feu.defuncti.Ardiz in titu.de inuest.præla.parte prima. In rebus vero ecclesiæ distinguitur an agatur de renouatione inuestiturę secundum formam antiquarum,vel de noua concessione, & tunc aut de re quæ non sit solita in feudum concedi, vel de re in feudum solita concedi ad ecclesiam reuersa, primo casu videlicet in renouatione nemo dubitat quin prælatus, vel rector ecclesiæ possit inuestire.not.in d.cap.1. de cler. qui inuest.fec. Silua.de feu. recog. quæst.98. Secundo casu regula ponitur negatiua neque magis hodie potest prælatus infeudare,quam alienare sine debitis solennitatibus. c.2. de feu. c.nulli.& c.ad nostram de reb.eccl.non alienan.c.1. eodem tit.in 6.c.1. Episcopũ.vel Abb. Ardiz.in d.tit.de iuuest.prę la.Bertach.in tract.de episcopo.Pet. Papæ in cons. polt tracta. Guid.Papę.in prin.Curt.in secunda par.q.16.solennitates autem in alienatione requisitas ponunt Hostien.in summa.& glo.in c.sine.12.q.2. Rebuf.in compendio alienatio. rerum eccles. num. 9. & septem enumerat Redoan. in titu. de solennita. quæ interu. Amplia primo vt infeudationem factam possit ipsemet qui infeudauit infringere. glos. fin. in c.si quis presbyterorum.de reb.eccles.non alien l.iubemus, & auth.sequen.C.de sacrosan.eccles.& ibi Bar.Castren.cõs. 189.colum.2.versi.his tamen non obstantibus.vol.2. Deci. vbi supra. Hanneton.hic versi.quicunque. Zas.hic num.34. par.5.& adeo procedit ista ampliatio, vt etiam possit infeudans contrauenire, licèt iurauerit obseruare promissa. c.2. de alien.rerum eccles.in 6.Redoan.in tit.an contractus male factæ alienationis sit nullus. & re ita se habente. vbi dat plures instantias, in quibus nulliter alienata possunt pe alienantem reuocari.& in §. poterit. Acquen.hic colum. 21. in

tertia

tertia amplia. faciunt quæ supra notata sunt. num. 44. Quod tamen declarandũ venit nisi infeudatio facta sit ad vitam concedentis, neque enim tunc reuocare poterit is, qui infeudauit. c. 1. & ibi gl. fin. de cõtroue. inter vassal. & episcop. glos. in c. veniens in verbo inter alios. vbi Card. de tran-
143 sact. Moheda. decis. 7 & 250. Amplia secundo † vt solennitates requisitæ in alienatione interuenire quoque debeant in infeudatione. d. c. 2. extra de feud. Bald. cons. 221. primo quærit. volum. 1. Curt. d. q. 8. exigitur itaque tam in alienatione, quam in infeudatione iustitia, & forma, siue causa, & solennitas. glo. in c. 1. de restitu. in integr. c. 2. de reb. eccle. non alienan. in 6. Fely. in c. quæ in ecclesiarum. in prin. de constitu. Mascar. de proba. conclu. 75. & maior est defectus solennitatis, quam causæ. glo. in d. c. sine in verbo, profuturũ. in fin. 12. q. 2. Laur. de Rodulf. in repet. d. capituli & quamuis regulariter iustitia causæ ideſt necessitas, vel vtilitas nõ præsumatur. c. 1. de reb. eccl. non alienan. in 6. Guid. Papæ. q. 151. attamen seruata solennitate iustitia causæ præsumitur in dubio. Bal. hic. nu. 7. Acquen. col. 23. vers. sed qñ Fely. vbi supra. Deci. cons. 142. col. 2. nu. 4. Didac. lib. 2. Var. resolu. cap. 17. nu. 2. circa fi. Redoan. in Rub. de causa vtilitatis. nu. 72. & ijs interuenientibus videlicet solennitate, & causa alienatio quidem tenet ipso iure, sed si lædatur Ecclesia cõpetit illi restitutio in integrum. ad not. in cap. ad nostram. de reb. Eccles. non alie. vbi Henric. Boic. & alij. Amplia tertio,
144 † vt prælato prohibitum sit, ne dum nouam inuestituram facere, sed neque etiam solitam alterare, vel naturam antiqui feudi immutare in præiudicium Ecclesiæ. c. super his. de maior. & obed. Dec. post Bart. in Auth. qui rem. nume. 22. C. de sacrosan. Eccles. Curt. d. quæst. 8. num. 12. & part. 2. q. 6. Brun. cons. 1. col. fin. cons. 40. & cons. 57. col 2. quod est Aluar. Præpos. hic col. 5. vers. si tamen. vbi subdit, quod idem iudicatur, de alteratione, quod de noua cõcessione, & eadem solennitas requiritur. Aymo de antiquita. in 5. & vlt. par. nu. 17. Clar. in §. feudum, q. 13. vers. scias, vbi sentit eatenus. corruere inuestituram, quatenus à prima differt. & q. 28.

verſ. aut vero. Item neque poterit in feudo ſolito concedi duriorem cauſam Eccleſiæ conſtituere infeudando potentiorem, vel manum mortuam. c. 1. § inde poteſt. de alien. feu. Card. conſ. 34 circa primum. verſ. ſed ex defectu. Alex. conſ. 9. num. 4. vol. 3. Moder. in conſuet. Pariſ. §. 41. num. 58. Curt. part. 2. quæſt. 9. faciunt not. in 13. q. Laudim. in fin. & generaliter prælatus non poteſt facere conditionē Eccleſiæ. deteriorem. c. cum apoſtolica. de his quæ fiunt à præla. l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccleſ. Aluarot. inter Brun. cōſ. 121. nu. 4. & ſeq. Iacob. de Beluiſ. hic quem alij ſequuntur vnde feudum maſculinum non poterit ad fœminas extendere. Fulg. conſ. 10. Zaſ. in 5 part. num. 49. & in ſi. tract. Natt. conſ 393. & 414. Duarenus cap. 2. num. 3. Purpur. conſ. 369. Ruy. conſ. 35. nu. 7. vol. 1. Capici. in verbo feudum dant. verſ. 15. cōcl. nec poterit cenſum, aut ſeruitia diminuere, neq; etiam rem ſolitam infeudari ſub cenſu annuo poteſt infeudare cū pacto, vt res non cadat in commiſſum propter canonem non ſolutum, ſecundum Redoanum. de reb. Eccleſ. non alienan. titu. 1. §. dicitur etiam. num. 40. verſ. 17. quæro cum propter non ſolutionem canonis dicatur res cadere in commiſſum. tex. in c. ad Appoſtolica. de iud. in 6. & in c. 1. §. ſed nec alia. quæ fuit prim. cauſ. benef. amitt. Curt. in 4. part. in 39. cauſ. vbi tamen plures allegat contrarium tenentes. prout, & negatiuam tenet Iacob. de S. Geor. in verbo, & cū pacto, quod ipſi vaſſalli. & hanc communem dicit Clar. in §. feudum. q. 51. Iaſ. in vſib. feud. diſtinguit, aut conceſſio magis participat de natura emphyteuſis, quam feudi, & procedit prima opinio, aut è contra magis participat de natura feudi quam emphyteuſis, & procedit ſecunda opinio, quæ diſtinctio mihi non admodum diſplicet, niſi in ſecundo caſu feudatarius eſſet verè contumax in ſoluendo, & ijs dubia redditur deciſio Calder. conſ. 11. dum cenſet rem alias conceſſam pro ſe & hæredibus ſuis, ſi reuertatur ad Eccleſiam, poſſe concedi denuo per prælatum pro ſe, & omnibus hæredibus, eò quod non mutetur ſubſtantia, ſed qualitas. Item nec feuda, q̄ pluribus ſolebant concedi vni concedere poterit Acquen. hic.

§. 2.

§.2.col.13.& 17.nu.8.& 7. limit. quod tamen dicendum est procedere vbi Ecclesiæ magis interesset plures habere obligatos, quam vnum tantum. & procedit Ampliatio etiam si alteratio fiat ex causa legitima puta meritorum, quia sine solennitatibus fieri non poterit, vt in suprascriptis locis Doctores notant, quicquid aliqui in contrarium senserint. Redoan. in titu. casus in quibus præla. reci. non infeud. num. 5. vbi post. Bald. Alex. & alios attestatur de communi: nam cũ dixerim requiri iustitiam, & formam, vbi meritorum causa tanta esse posset, vt suppleret requisitum iustitiæ non supplet requisitum formæ. Capici. in sua inuest. §. feudum dant. vers. 22. conclu. & cum dicatur. non posse alterationem fieri in detrimentum Ecclesiæ, è diuerso in vtilitatẽ Ecclesiæ fieri poterit, vt si inuestitura quæ erat pro masculis, & fœminis concedatur pro masculis tantum. Card. in c. 1. in princ. Episco. vel Abb. Acquen. in d. 8 limit. col. 16. vers. & prædicta. Adde, quod licet non valeat concessio facta per prælatum quatenus alterantur primæ concessiones in præiudiciũ Ecclesiæ, eatenus tamen sustinetur quatenus conformis est anterioribus. in Auth. qui rem. C. de sacrosan. Eccles. Ias. nu. 21. & Deci. nu. 22. Tiraq. de retract. conuentio. §. fin. nume. 144. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 6. & de feud. d. q. 13. Paris de Put. de feu. c. locatio vltra tempus. Amplia quarto, vt in præiudicium aguatorum non possit alterari per prælatum inuestitura etiam ex causa meritorum. Nat. cons. 414. & dicetur in tit. de inuestitura. Amplia quinto, vt non possit infeudare, ne dum res proprias Ecclesiæ, sed neque etiam eas quas Ecclesia tenet ab alia in feudum. Præpos. hic colum. 2. versi. nota quod personæ, & colum. ante pen. versi. 5. fallit. de quo vide Acquen. hic §. 2. col. 21. vers. 2. Ampliatur, & quæ dixi in vers. sub infeudare. in tit. de alienatione feudi. Curt. par. 2. q. 20. Amplia. 6. vt multò minus possit prælatus infeudare res ad aliquem vsum particularem relictas. l. legatum. de vsufru. lega. l. ciuitatibus. de leg. 1. l. 1. de admin. rerum ad ciuit. pertin. Bal. consi. 171. vol. 3. & cons. 190. & consi. 277. & 287. vol. 3. & in l. si quis ad declinandam. nu. 9. C. de episc. & cler.

145 & cler. Limitatur nunc conclusio. 1. † vt quibus casibus res ecclesiastica alienari potest, ijsdem & multò magis possit infeudari, cum minus dicatur prælatus lædere ecclesiam infeudando, quam alienando, vt supra dictũ est. nu. 74. vers. in infeudatione. Præpos. hic col. 8 circa med. Blanc. in summa titu. Quæ res in feudum dari possunt. col. 2. vers. possunt vbi post plurium enumerationem casuum inquit omnes casus recenseri non posse, plures enumerantur. in c. sine exceptione 12. q. 2. & in auth. hoc ius porrectum. C. de sacrosan. eccles. latè de ijs tractat Redoan. de reb. eccles. nõ alie. Rubrica de caus. propt. quas fiunt alienat. Capic. in sua inuesti. §. feudum dant. vers. 15 concl. & seq. Cum autem plures causæ particulares existant, ob quas alienatio rerum ecclesiæ permittitur, omnes tamen ad quatuor principales reducuntur videlicet necessitatis, vtilitatis, pietatis, & incommoditatis. gl. inc summa. 12. q. 2. notatur in c. tua de his quæ fiunt à præla. Roderic. Suarez. allega. 21. & eisdem etiã causis multò facilius poterit prælatus antiquam inuestituram alterare in præiudicium ecclesiæ, cum minus damnum dicatur inferre alteratio inuestituræ, quam noua concessio feudi. Ideoque leuior causa sufficiet, & inter alias enumeratur causa meritorum, vt hoc eodem tit. Iacob. de Beluis. & Aluar. num. 7. Iacob in verbo, in feudum. col. fi. vers. quid autem si ecclesia. Curt. in 2. par. q. 6. facit quod notatur. in cap. quicunque. & c Abbatibus. 12. q. 2. c. per tuas. de dona. Iaso. in l. ex hoc iure. nu. 62. de iustit. & iur. Hostien. in summa tit. de feu. §. quod possit, vbi facit differentiam inter episcopum & alios inferiores prælatos. Gemin. cons. 14. addit. ad Fely. in c. nouit. col. 8. in verbo. donatio remuneratoria. de iudic. vbi ponit 18. effectus remunerationis, inter quos octauum, & nonum vbi ex causa remunerationis prælatus potest de nouo infeudare, & veterem inuestituram ampliare. Ruin. cons. 18. num. 11. vol. 1. Item subsistente causa, vbi potest de nouo infeudare poterit dare nouam formam inuestituræ, & eam extendere ad transuersales, vel ad fœminas. Castren. cons. 417. super 1. vol. 2. Loaz. d. cons. in 3. argum. pro parte.

March.

146 March.nu.14.Limit.† etiam secundo si res ecclesiæ reperiat occupata, & difficulter recuperari possit, poterit enim tunc infeudari sine solennitatibus,& pro causa erit difficultas recuperandi. c.2. de feud. Bald. cons.9. factum tale col. pen.vers postremus.vol.1. Anchar.cons.156.col.1.vers.dixi incip. propter tria, facilius namque remittitur actio quam res.Blanch.in sum.§.si vero de rebus,& Ardiz.in titul.de inuestit.prælat.§.si vero de rebus.Acquens.hic §.2. colum.24. vers.& si dicatur dubitat tamen. Acquen.col.22.in 3.limit. & propterea consuluit, quod obtineatur licentia Papæ, aut seruentur solennitates. Iacob.etiam in verbo,in feudum.nu. 12.post Ioan. Andr. inquit quod hoc modo esset aperta via fraudibus, & re vera. c. secundum disponit in re alias infeudata,vt ibi per Imol. in vlt. quæst. & licet difficultas sit loco causæ,cum tamen exigatur vltra causam solennitas, illi non supplet difficultas recuperationis.Cur.par.2.q.19 & in d.c. 2.Cardi.quæst.11.Imol.in fin Zas.in 3.par.num.16. declara etiam suprascriptam limitationem, vt procedat sine prælatus infeudet alicui, qui recuperet ab occupante, siue occupanti met,non tamen in præiudicium tertij valebit. Limita.

147 tertio si consuetudo ecclesiæ sit infeudandi † de nouo sine solennitatibus tex.hic,& Acquen. col.22. in 2.limit. quamuis enim in simplici alienatione rerum ecclesiæ omnes solennitates requisitæ consuetudine remitti non possint. c. 1. de consuet. Rebuff.in compen.alienatio.rerum eccles.num. 20.Roch.de consuetu.q.5.num.25.secus est in infeudatione vel datione in emphyteusim.Docto.post glos.in c.cum causam de re iud. & in c.nulli.de reb. Eccles.non alienan.Laurent.de Rodulf in d.c.sine quæst.4 & 16 Didac.d.c.17.num. 4.Cur.par.2.q.4.nu.7. Clar. de emphy.q.28. vers. & si dicas post Specul.in tit.loca.§. nunc aliqua vers.6. quæritur.idem obtinebit in alteratione feudi, si consuetudo sit alterandi. Ias.cons.116.col.2.vers.nec ad hoc.vol 2.vbi si longo tempore fuerit alterata prima inuestitura poterit prælatus secundum formam alteratam inuestire. Cum. cons.99.col.2.vers. ad secundum. vbi si per plures prælatos spacio 40. annorum

inuesti-

inuestitura sit ampliata pro fœminis iterato posse ampliari censet. Soc. iun. cons. 11. in fi. vol. 3. Acquens. hic in secunda declaratione, at quantum tẽporis exigatur in consuetudine huiusmodi inducenda dicetur infra post. glos. hic in verbo antiquitas. item si consuetum sit dari feudum iure antiq, eodẽ modo si ad ecclesiam reuersum fuerit dari poterit. Dec. consil. 53 & faciunt, quæ supra dicta sunt post Do. Solam in commenta ad decret. tit. de feu. part. 2 glo. 4. nu. 14. pro quo facit, quia si prælatus feudum caducum reinfeudare potest ex quo solitum erat infeudari, quod maius est, fortius poterit iure antiqui concedere, quod minus est, cum ita solitum
148 esset concedi. Limit. quarto † vt infeudatio non teneat in præiudicium infeudati, secus si Ecclesia eligat infeudationem tenere, vt pote, quia sit in euidentem vtilitatem Ecclesiæ, licet nulla sit. l. cum hi. § eam. & ibi glo. de transac. Ang. in § si vero quem Auth. de non alienan. reb. Eccles. per illum text. gl. in Instit. can de reb. Eccles. alie. § ex ijs. in verbo ratam Bal. in l. contra. in fin. prin. de pact. Rebuf. in compend alienat. rerũ Eccl. nu. 15. Redoa. in Rub. de caus. vtilitati. n. 178. & in Rub. de causa incommoditatis. nu. 49. Gabr. de rerum alie. concl. 1. & id operatur fauor Ecclesiæ, prout etiam minoris in simili. Præpos. & Acquen. hic §. 2. col. 24. vers. 5. limitatur. Borgn Caluaca. de tuto. num. 170. Decia. resp. 121. nu. 55. vol. 3. plura in hanc sentẽtiam allegat eruditissimus. Vinc. de Franch. in decis. 35. vbi post Inn. & alios in c. 1. de his, quæ fiunt à prælato declarat si prælatus paratus sit adhibe ri facere solennitates, & effectu ipso adhiberi faciat eas, seu Papæ consensum obtineat, ne emphyteuta perpetuò stet
149 in suspenso. Limit quinto † nisi infeudatio facta per prælatum sit confirmata ex certa scientia à summo Pontifice c. veniens in verbo, confirmatum de transact Paris. cons. 3. vol. 4. Ruy. cons. 35. num 31. vol. 1. in quo casu etiam consulnit Dec. cons. 341. Burlat. cons. 29. nu. 21. & 49. & cons. 30. nu. 8. & 19 vbi de confirmatione pœnitentiariæ idem sentit. Redoan. de reb. Eccles. non alienan. in rub. de caus. incommoditatis. num. 71. allegat Rotam decis. 229. & seq. in nou.

& 59. vbi habetur quod defectus solemnitatis suppletur per confirmationem Papæ ex certa scientia, non autem defectus causæ. & idem Redoan. in titul. de his, qui consentiunt. §. & si sit facta, & prout potest summus Pontifex res Ecclesiæ infeudare sine solennitatibus, vt supra in principio dixi. nu. 21. & 83. ita etiam infeudatas per inferiores confirmare. Brun. cons. 129. in fin. vol. 2. Dec. cons. 262. in fin. & consil. 341. nu. 4. & 7. Peregr. de iur. fis. lib. 1. tit. 3. nu. 88. idem vt valeat alienatio, & infeudatio etiam sine solennitatibus facta per commissarium Papæ seruata tamen forma suæ commissionis cuius est executor. Pan. cons. 41. nu. 3. lib. 1. Capic. decis. 16. limit. 6. vt verba iure antiqui feudi probent in dubio si non constet de prima inuestitura, seu quod ea quæ fit sit prima cum etiam sine ijs verbis feudum in dubio præsumatur antiquum. c. vnic. §. fi. de grad. succes. Curt. d. q. 8. nu. 16. Brun. cons. 40. col. 2. in prin. Zas. in 2. part. nu. 15. Hanneto. li. 1. c. 3. vers. si tamen. Idem in feudo solito concedi. Dec. d. cons. 53. num. 3. & multò fortius præsumetur antiquum, si interuenerit iuramentum, vt per Bald. hic cuius dictum licet impugnent Lauden. & alij, & Las. in prælud. num. 92. tamen eius dictum sustinetur in dubio vbi non constat de prima inuestitura, & vbi præsumptio aliqua intercederet antiquitatis feudi, vt si inuestitura enuncians esset antiqua, tunc enim staretur assertioni propter præsumptionem. Aymo. de antiquit. part. 5. nu. 17. secus si constaret, quod ea quæ fit esset prima inuestitura, vel etiam essemus in dubio, nec p̃sumptio aliqua esset pro antiquitate, sed potius contra. Iacob. in verbo in feudum. nu. 11. Thom. de Mari. de feu. ex pact. anti. fol. 49 num. 72. Capic. in sua inuestit. in verbo feudum dant, vers. 14. conclus. & eo casu procederet opinio Las. & aliorũ quamuis enim in laico, vt supra dictum est nu. 94. in 4. amplia. ex quo enuncians habet potestatem disponendi, stetur eius assertioni: attamen in quibus casibus non potest prælatus libere disponere non statur simpliciter eius confessioni, sed aliter probandum est solitum, per illum qui in eo se fundat, prout etiam q̃ partes non possunt expresse renunciar-

solennitati, ad eam probandam nõ sufficit partium assertio. Card. in d.c. ex par. q. 11. vbi autem feudum antiquũ esset ad ecclesiam reuersum, posset prælatus infeudare iure antiqui vt supra dictum est. Limita. 7. vt prælatus non possit alterare primam inuestituram, nisi alteratio reduceret rẽ ad terminos iuris, vel consuetudinis patriæ. Soc. iun. consil. 11. nu. 12. vol. 2. limit. 8. vt non possit prælatus alterare inuestituram circa substantialia secus circa accidentalia. Calder. consil. 11. de feud. vbi tractat, quæ dicantur substantialia, & quę accidentalia, de quo latè satis dictum in Rub. de natu. feu. in titu. de requisitis ad feudum, & aliquid tactũ fuit in q. 10. Laud. sed illud consilium ita temperandum est dummodo alteratio circa accidentalia non sit præiudicialis ecclesiæ per ea, quæ supra dicta sunt. Se offert nunc alius casus de rebus solitis. Infeudari ecclesiæ deuolutis, & apertis, circa quem multa scripsit Curt. par. 2. in eo autem ponitur regula affirmatiua,
1507 quòd prælatus potest sine solennitatibus infeudare res solitas infeudari, ꝙ est de intentione feré oĩum scribentium, ex tex. in c. 2. de feud. glo. in clem. 1. in verbo, ad mensam. de excess. prælat. Præpos. Lauden & alij hic, & in c. 1 episco. vel abba. Bar. in auth. qui rem, C. de sacrosan. eccles. circa fi. Feder. de Sen. consil. 174. Anto. de Butr. cons. 22. Alex. cons. 79 vol. 1. & cons. 14. col. fi. & consi. 189. col. 6. vol. 2. Rom. cons. 70. Zas. hic nu. 24. Curt. par. 2. q. 1. & q. 2. nu. 4. Bursa. cons. 29 nũ. 38. Ferd. Loaz. d. cons. in 2. argu. pro parte March. nu. 24. Gomes. in regu. de trienna q. 14. vers non obstat. Didac. lib. 1. var. resol c. 17. Cla. q. 13. vbi in decimis infeudatis ante cõcilium Lateranense ad ecclesiam reuersis, de quibus tũ maior est controuersia, & vĩ initio actũ, vt liceat iterato infeudare, attenditurque natura rei ad vsum infeudationis destinatę. Inn. Pan. Anch. & alij, in d.c. 2. & talis non dicitur noua inuestitura, neq; infeudatio. Calder. cons. 11. c. episcopus, de feud. Curt. d. par. 2. q. 1. dicitur tamẽ nouũ feudũ, vt supra dixi, & in q. Laudim. 12. & licet tex. in d.c. 2. dicat si videris expedire, illud intelligitur respectu personarum, & conditionum. non autem simpliciter si vtilis sit infeudatio ecclesiæ

alioquin

alioquin destrueretur decisio, quę habet verbum liberè, atq; sequens ampliatio: & cum relinquatur facultas infeudandi vel non in libero prælati arbitrio, quicquid per eum gestum erit id ratum haberi debet, vt Doctores sentiũt in d.c.2. Redoan.in tit.de cas.in quib fit alien.rerum eccl.sin sol.§.item alio casu nu. 17. & huic interpretationi nõ aduersari bullas Pauli secundi, & Pauli 4.pariter dicit nu.8.& in tit.de infeu. eccles.per prę.in fi dicit quod nedum potest, sed debet, nisi causa vrgens contrarium suadeat infeudare solita consanguineis, de quo per Bar.in l.1.§ permittitur, de aqua quot.& æstiu. Gabr.de iur.emphyt.conclus.1. Clar.de emphyt.q.43.

151 quando autem dicatur res solita † infeudari restringendo materiam quatenus deseruit propolito nostro, præmitto, ꝙ licet consuetudo requirat plures actus, attamen ꝙ solitum verificari potest in vnico actu l.mela. §. sed si alimenta, de alimen.legat.& ibi Bar.Dec.cons.222.nu.10. Ruin cons.41 col.16.vol.1.Cagnol.in l.diem functo, nu.100.de offic.assess. Aym.cons.394.nu.6.& in terminis nostris Castren.d.consil. 189.viso instrumento, col.2. vers.nec dicat quis, vol.2.& licet contrariari videatur Alex.consi.9.col.2.in fi vol.3.prout refert Curt.de consuetud.in 5 q.nu.45. Clar.de feud.q.13 vers.nunc pro intelligentia, qui censent requiri binam saltem concessionem, nihilominus concordantur dicta Alex. & aliorum secundum varietatem casuum distinguendo, primo vbi infeudatio à principio fuit ritè, & rectè facta: & tunc procedit dictum Castren ꝙ sufficit vnus actus, qui sortitus fuerit effectum quantumuis modico tempore. Ant.de Butr. consil.23. Præpos.hic col.9 in fi.Curt.par.2.q.4.& ita determinauit Rota Romana in vna Bononiensi causa nullitatis emphyteusis coram de Mohedano anno 1540. 20. Febr. de qua meminit Redoan. de reb. eccles. non alienan in titu. de casib.in quib.fit alien.rerum sine solenn.§.item alio casu n. 6.& item Redoan.d.tract. in tit.quæ requir.vt res dica.solita infeuda. Gomes in reg.de trienn.q.14. vers.nec obstat, quod res. Aut constat, quòd non ritè, & rectè fuit concessio à principio facta, & tunc solitum non attenditur, quod non parit

iuris

iuris effectum, & ita procedat dictum Alex. sed exigũtur plures actus, & immemorabilis cursus tẽporis, gl. in prin. huius tit. in verbo antiquitus, quamuis loquatur de consuetudine, & Bald. num. 8. quod dictum licet suggillent aliqui, eo quod non valeat consuetudo Ecclesiæ damnosa, attamen illud comprobat Præpos. colum. 9. ex quo non agitur de graui præiudicio ecclesiæ, quæ retinet directum dominium. gl. in rub. de alien. feud. pater. in fi. Felyn. in d. cap. cum causa in 3. fallent. de sent. Roch. in cap. fin. de consuet. num. 464. Gabr. de præscript. conclu. 1. in 3. Amplia. faciunt ea, quæ supradicta sunt, num. 145. & 147. quod facilius permittitur infeudatio, quam simplex alienatio, & quod sustinetur consuetudo infeudandi sine solennitatibus licet secus sit in alienatione. Animaduertendum censeo, quòd licet Doctores aliqui cõfusè loquantur, quod sunt diuersa inter se, quod res sit soli-
152 ta † infeudari, vel quod sit in ecclesia consuetudo infeudandi, primum caput respicit rem particularem, secundum respicit genericam consuetudinem prælatorum, in quibuscunque rebus, vt illas possit prælatus infeudare, etiam sine solennitatibus, & de hac videtur loqui text. hic in verbo si antiquitus consuetudo eorum fuerit dare, & in cap. 1. Episc. vel Abba. vers. quæ antiquitus non sit solita in feudum dari, & talis consuetudo requiritur immemorabilis secundum quos exponit, glos. in verbo antiquitus, Innoc. in cap. veniens, de verbor. signif. Aym. de antiquit. in prin. nu. 4. Menoc. in tract. de arbitr. iud. centu. 1. casu tertio, & cum isto casu agatur de generica consuetudine inducenda, longius tempus, ac plura requiruntur, quam in solito rei particularis, & ita procedere possunt, quæ notat Iacob. de Beluis. hic. & Imo. in d. c. 2. de feud. Iacobin. in d. verbo, in feudum, col. antepen. vers. aduertite, Acquens. hic §. 2. col. 4. qui tamen confusè loquitur referendo plurium dicta, vbi autem de particulari solito agitur, quãuis à principio fuisset res nulliter alienata cõcurrentibus nihilominus pluribus actibus, & tempore immemorabili, posset prælatus denuo infeudare, & sustinerentur priores infeudationes, & concessiones. ex quo tps immemorabi-

le est

le est vice tituli. Et q̃uis primus titulus, de quo apparet peccet in forma, seu cã, non propterea infringitur ius tpe immemorabili acquisitum, cum post titulum inualidũ super quo possidens non se feudat, potuerit superuenisse alius validus,
153 † quod præsumitur ex tanto tpe. Moder. Paris. in consuetud. tit. 1. §. 7. nu. 14. in fin. Senat. Mantu. inter consilia. Montisferra. cons. 5. nu. 107. Aym. de anti. part. 3. in prin. nu. 31. & §. vidimus. nu. 28. & vr̃ esse de intentione Didac. in c. possessor. part. 2. §. 8. nu. 4. vers. ex quibus. quãdo tempus immemorabile non in vim præscriptionis, sed ad tituli probationem allegatur. Vasq. controuers. Illustr. c. 65. nu. 16. & seq. lib. 2. Menoch. cons. 73. nu. 14. vbi de transactione insolemni. Et in terminis infeudationis non ritè factæ id voluit Pet. Papæ, in allega. post tracta. Guido. Papæ. in 6. dub. vers. sed an iure. vbi tñ detrahenda censet esse tempora vitæ prælati, qui malè alienauit, hostilitatis, & vacationis Ecclesiæ. de q̃bus. in c. si sacerdotes. 16. q. 3. & in c. de quarta. de præscrip. Guido Papa. q. 150. Soc. valde in terminis. cons. 29. col. pen. nu. 26. vol. 1. ex tanto etiam tpe præsumitur bona fides. quæ vincit malam fidem præsumptam: & ita intelligitur, q̃ Doc. tradunt post Bart. Malam fidem non nocere in præscriptione tpis immemorabilis, quia illa tollitur per præsumptionẽ bonæ fidei resultantem ex antiquitate t pis. quod expressius dixit Bar. in l. fi. in fi. C. vnde vbi. Dec. cons. 558. in fi. Aym. in 4 part. §. materia. nu. 16. cum seq. Gabr. in titu. de præscrip. conclus. 1. in 3. effect. facit q̃ notant Io. Andr. Butr. & alij in c. 1. de treug. & pac. q̃ consuetudo contra legem præceptiuam, seu prohibitiuã, valet licet contrauenientes à principio peccent, nam successores eorum contrauenientes nõ peccant, cum potuerint existimare ex rationabili aliqua cã legem in desuetudinem abijsse. & dicit ibi Fely. col. 4. vers. videmus etiam q̃ merum, & mixtũ Imperiũ præscribi potest licet habuerit vitiosum initiũ. & col. 8. in 6. decla. & hic obiter notandum est, quod q̃uis non appareat de solennitatibus requisitis, non ex eo necessario sequitur constare de inualiditate, seu defectu tituli, potuissent, enim extra actũ in-

 teruenisse.

terueniſſe. Deci. conſ. 343. nu. 13. & ideo præſumerentur ex tpe Capic. deciſ. 16. & infra dicetur, ſecus ſi appareret de vi tio ex ſcriptura. Aym. de antquit. par. 3. in prin. nu. 27. & 31. & §. vidimus. nu. 24. ſeu titulo inualido, & illegitimo. Ruy. conſ. 75. & conſ. 61. & 156. nu. 15. vol. 1. Si vero dubium ſit, an rectè, vel ritè ſit infeudatio facta, vt quia non apparet de ſolennitatibus, & cauſæ iuſtitia, vel de prima inueſtitura,
154 tunc † vt ſolitum operetur duo requiruntur, actuum frequentia, & curſus tpis. Iaſ. conſ. 155. col. 3. in prin. vol. 2. Redoan. vbi ſupra. requiritur aũt vt binus actus ſaltem interce dat, ſecundũ Iac. de Beluiſ. hic, Ardiz. in ſum. ad gl. in l. 3. C. de epiſc. audiẽ. §. pen. in auth de defenſor. ciuita. tit. de loca. concluſ. 1. Capic. in ſua inueſtitu. §. feudũ. dant. verſ. 2. concluſio. & verſ. 16. concluſio. Item requiritur curſus tpis 40. annorum, ſecundũ cõem opinionem, vt hic per Præpoſ. col. 9. Acquen. par. 2. col. 3. ad c. de quarta. cũ ibi not. de præſcr. Guid. Pap. q. 161. Iacobi. in verbo, in feudũ nu. 37. Brun. cõſ. 113. in fin. Redoan. d. tit. de reb. eccleſ. nõ alien. in Rubr. de ſignifi. verbi Alienatio. §. Item ſub vocabulo. Quamuis nonnulli exigant tm̃ tempus 10. annorum. Moheda. deciſ. 249. poſt notata per Acquen. hic. Alij tempus 30. annorum vt hic per Iſer. & Affictũ. nu. 28. & in c. 1. epiſco. vel Abba. & deci. 305. nu. 10. & in conſtitu. lib. 3. tub 5. nu. 67. Dec. conſ. 341. nu. 13. vbi etiam ſi ſolennitates non ſint enunciatæ in inſtrumento conceſſionis: quia ſeparatim potuerunt interueniſſe, cenſet q̃ tale tempus ſufficit ad præſumẽdum omnia fuiſſe ſolenniter, & recte geſta. poſſunt tm̃ hæ opiniones concordari, vt ſi non conſtet de ſolennitatibus, nec cauſæ veritate ad omnia præſumendum requiratur tempus 40. annorum, nam & ipſa negotij, ſeu rei ſubſtantia difficilius præſumitur, quã qualitas. ſeu ſolennitas. Aym. de antiquit. par. 2. nu. 62. in fin. ſinautem conſtet de cauſæ iuſtitia, non autem de ſolennitatibus, illæ præſumuntur ſpacio 30. annorum, & hoc videtur ſenſiſſe Rota ſupra allegata deciſ. Putei Bononien. ſequẽdo Caſtren. Card. & Bal. hic, & Hanneto. in fi. nam illę regulariter præſumuntur ſpacio 30. annorum, & quandoque etiam

breuiori

breuiori tpe si enunciatę sint 10. videlicet annorum: ad not. in l. si filius. C. de petito. hęr. l. qui in aliena. in prin de acqui. hæred. l. sciendum. de verbo. oblig. Fely in c. sicut. col. 14. in 3. limit. de re iud. Loaz in d. cons. in respons. ad 4. argu. nu. 28. & 45. vbi quo magis sumus in antiqs, eo magis insurgit præsumptio interuentus solennitatum. Aym. de antiqui. par. 3. in prin & nu. 4. & §. vidimus. nu. 25. vbi dicit solennitatem extrinsecam præsumi ob antiquitatē tpis in alienatione rei ecclesiasticæ. ad c. ea nascitur. de his quæ fiunt sine consen. cap. & c. peruenit. & ibi gl. de empt. & vend. Capic. decis. 16. in prin. Rota. in decis. d. Putei. in causa vicē casalium, anno. 1546. 16. April. de qua meminit. d. Put lib. 2. deci. 365. dicēs ꝙ data obseruantia contractus sufficiunt 30. anni. & nu. 29. dicit Aym. omnino præsumi scientiam, & consensum Papæ per tps immemorabile. Gabr. de præsumptio. concluf. 1. & de præscrip. concluf. 1. in 4. effectu. & idē sensit Rota in vna Portugalensi præceptoriæ anno 1542. dicens ex tpis diuturnitate præsumi solennitates, & autoritatem Papæ Ruin. cons. 35. n. 21. & seq. vol. 1. vbi ex diuturnitate tpis dicit p̄sumi Papæ etiam confirmationem. & licèt plures ex doctoribus supra allegatis loquantur in emphyteusi, tñ in proposito nostro idē censent Doctores in feudo, ꝙ in emphyteusi, & de vno ad alterum valet argm̄ Præpos. hic. col. 10. in prin. Acquen. §. 2. col. 9. vers. quæ etiam solutio. Euerar. in loco à feudo ad emphyteusim, & ècontra. Itaq; cum res ecclesiæ spacio 40. annorum præscribi possint, multò fortius in non omnimoda alienatione præsumentur solennitates breuiori etiam tpe: facit ꝙ dicit Aret. allegatus in decis. 115. nu. 18. domini Putei. lib. 1. quod si ecclesiæ concedatur priuilegiū ꝙ nulla contra eum currat præscriptio, ꝙ intelligitur de 40. annis nō de centum. quasi illa sit longissima in rebus ecclesiæ præscriptio quæ tñ omnia procedunt data bona fide acquirentis, saltem præsumptiua, cum malæ fidei possessor, vllo vnquam tempore non præscribat. c. possessor. de regu. iur. in 6. Aym. cons. 146. nu. 2. & de antiqui. par. 4 §. materia. nu. 19. Zas. de feud. in 5. par. nu. 33. Osasc. deci. 101. nu. 30. Soci.

iun.conſ.63.vol.2.Didac.in c.poſſeſſor.§.8.n.3.Rot.Verall.304.par.3.vnde præſcriptio cum titulo nõ procedit vltra limites tituli pp malam fidem eius,qui ſe fundat in titulo limitato.Io.Andr.Gemin.& alij in c. cum perſonæ.de priuile. in 6.Soci.ſen.d.conſ.29.col.pen.in prin.& Soci.iun.cõſ.56. nu.5.vol.2.Alba.conſ.34.nn.14.Burſa.conſ.23.nu.1.Pereg. de iur. fiſ.lib.6.tit.8.nu.11. ꝙ vtique procedit ſi continuata ſit mala fides,alioquin ſi ſuperuenerit bona fides,non impeditur preſcriptio.l.ſi fur.in prin.de vſucap.l.ſi id quod.ff.pro derel.Bal.conſ.299.dicunt Pet.in ſi. vol.1. Pariſ. conſ.114. nu.23.vol.4.& ſupra dictum eſt præcedenti num. quæ tñ ita declaranda ſunt, vbi ex actibus ſubſecutis potuerit cauſari bona fides, & tituli ſeu cauſæ poſſeſſionis mutatio, vt in ſimili dicit Bar.in l.ſequitur.§. fructus.col.1. verſ. eſt ne vera. de vſuca.Alba. conſ. 396.nu.9. cũ ſola voluntate non poſſit quis ſibi eauſam poſſeſſionis mutare.l.cum nemo.C.de acq. poſſ.vnde ſi actus ſubſecuti ſe compatiantur cũ præcedenti titulo,nec aliquid interuenerit propter quod neceſſario dici poſſit cauſa mutata,vel poſſeſſio interuerſa cenſebitur poſſeſſio continuata ex præcedenti titulo præſumptione iuris etiam in hærede.quamuis nihil præſtitum ſit eius ꝙ præſtari debuerat.l. cum notiſſimi.§.fi.C. de præſcrip.30. annorum. Bald. in l. Pomponius. per illum text.ff. quib. mod. vſusfru. amitta.Socin.conſ.106. libenti. num.3. volum.3.Iaſ.in l.2. num.157.C.de iur.emphyt.moder.Pariſ.d.§.7.nu.13.Oſaſc. d.deciſ.101.nu.37.& facit text.in l.in rebus.§.fin.ff. de precar.Aym.in d.§.materia. num.100. cum ſeq.Bal. & alij in l. malè agitur.C.de præſcrip.30 ann.l.neq;. C. de vſufr. & ibi notant Bald.& Caſt.contra feudatarios,& emphyteutas, ac hæredes eorum quod etiam mille annis non præſcribunt.ex ijs vel nõ tuta eſt deciſ.Guido.Pap.316. quatenus dicit filiũ talliabilis ẽt cũ mala fide præſcribere,vel illa procedit ſpeciali fauore libertatis perſonę,ad l.2.C.de p̃ſcrip. long.tẽp. quæ pro libert.ac vbi vaſſalligium debetur rõne rei,q̃ vaſſallus tenet.Caſſan.conſ.66.nu.23. dicit, ꝙ tenendo rem vaſſallus non poteſt non eſſe eius conditionis, cuius res eſt,pro

qua

qua debetur seruitiũ personale. sed & Guido Papæ in casu suo p̃supponit q̃ filius eius, qui recognouerat se subditum, & talliabilẽ fuerat in possessione, seu quasi libertatis p 40. annos, & q̃ per id tempus se gesserat pro libero homine, & franco, & cõsequenter dici poterat interuersa possessio dñi directi, à quo tpe incipit p̃scriptio cõtra eũ l. ius emphyteutici. & l fi. & ibi Rebuf Didac. d. c. possessor. par. 2. §. 9. n. 3 q̃diu. n. dñs ciuiliter possidet cõtra eum non currit p̃scriptio. Aym. d. par. 4. §. absolutis. n. 27. in fi. & seq. & §. materia. n. 28. & 125. & §. circa. n. 38. & in ꝓpositio facit q̃ Balb. in 4. par. 4. par. q. 8. dicit, aut possessor est in mala fide, & nõ p̃scribit, aut alius à tertio ius habens possidet, & eũ titulo, & is p̃scribit. de quo per D. Præsidem Thesaurum decis. 179. põt etiã q̃s pierunq; ex persona propria spreta auctoris, præscriptionẽ inchoare potissimum si titulo autoris se nõ iucet. l. apud Iulianum. §. de autoris. de except. dol. l. an vitium. §. fi. de diuer. & temporal. p̃scrip Paris cons. 23. nu. 112. vol. 1. Balb. in 2. par. 2 par. q. 12. Didac. in d. c. possessor. part. 2. §. 9. vers. 4. & vers. seq. nu. 6. Gabr. de præscrip. conclus. 5. in 1. limit. Ad constituendũ aũt possessionẽ, seu quasi soliti, sufficient duæ concessiones, sine cõtinuatione longissimi tpis, vt per Iser. hic nu. 4. Menoch. de arbitr. Centur. 1. Casu 81. Regula autẽ supra scripta, q̃ prælatus possit, sine solemnitatibus infeuda
155 re solita, Ampliatur primo ꝓtẽ si cessaret cã ob q̃ res primo in feudũ data fuit, puta sterilitatis, vel alia ex quo effectus infeudationis fuit consumatus. ad not. in l. fi. ff. vnd. lib. Tiraquel. in tract. cessante cã. limit. 4. 12. & 14. Pan. aũt in c. 2. de feud: contrariũ censet, quẽ refert Curt. in 2. par. q. 1. circa fi. vers hinc videmus verum opinionem Pan. cõis pratica nõ recipit teste Præpos. in c. 1. in fi. prin. Episcop. vel Abba. Rolan. cons. 96. nu. 22 vol. 1. Rot. Bon. decis. 13. nu. 8. Redoan. in tit. de casibus in quib. fit aliena, sine solennita. §. Item alio casu. nu. 16. & in tit. casus in quib. prælat. reuer. non infeud. nu. 4. opinionẽ tñ Abb dicit Afflic. posse procedere vbi prima concessio non fuisset solenniter facta, vel non duraset longo tpe. lib. 3. constitutionẽ diuæ memorię. nu. 67. rubr. 5.

Amplia secundo, vt in rebus infeudatis multo magis possit p̃latus caducitatẽ remittere, vt hic Bal.col.2.Præpos.col.fi. in fi.Acquen.§.2.col.8.ver.4.Amplia.Curt.part.2.q.26.Ale. cons.60.vol.3.Bursat.cons.26.nu.2.Amplia tertio, vt prela-
156 tus ẽt sine consensu capituli possit† infeudare solita. Fed. de Sen.cons.1.de his quæ fiunt à præla. Soc.cõs.120.nu.23. vol.4. Clar.in §.feudum.q.13.vers.item quæro afferens de hoc modicã esse controuersiã inter Doctores. verũ ab aliq-bus prædicta ampliatio in dubiũ reuocatur,& propterea distinctionis fẽdere res componenda est, aut.n. agitur de bonis dependentibus à mensa prælati, & ea põt p̃latus infeudare, sine consensu capituli.c.1.§.in clericorum si de inuest. int.vassal.& domi.lis oriatur. Cald.cõs.fi.de consuetu. Præpos.hic col.4.vers. & per hoc.aut agitur de bonis capituli distinctis à mensa p̃lati, & in q̃bus capitulũ habet administrationẽ,& ea põt infeudare capitulum sine consensu Episcopi intelligendo semp de solitis.aut agitur de bonis,quæ depẽdent tã à prælato, q̃ à capitulo, & ad vtrunq; spectat ius inuestiendi.Acquen.in 2.par.col.2.in fi.vbi idẽ censent in remissione caducitatis.Bal.& Card.hic Redoan.in titu.de infeuda.Eccles.per p̃la.nu.3.cũ seq.& facit dictũ Spec.in titu. de actore circa finẽ.vers.sequitur videre.Sed an capitulũ,va-
157 cante † Ecclesia p̃lato poterit in feudare solita depẽdẽtia à mensa prælati, & vĩ qđ inuestiturã necessariã facere possit, cũ ex ea successori nullũ p̃iudiciũ paretur voluntariã aũt nequaq̃,prout nec beneficiũ,qđ in titulũ datur põt conferre.c.illa.ne sed.vacan.c.fi.de supl.neglig.p̃la.in 6.c.1.de institu.in 6.c.vn.ne sede vacan.in 6. Acquen.in 2. part. col.2. vers.ex p̃missis.Alba.cõs.61.nu.9.& facit,qđ notat.Henric. Boic.in c.ad abolendam. dist.1. de hæret. vbi distinguendo casus,in quibus capitulũ succedat vacante Ecclesia Episcopo,firmat,q̃ potestas iurisdictionalis in ijs quæ sunt de gratia, & in quibus præiudicari potest Episcopo successuro nõ transit in capitulum,prout nec collatio beneficorum ecclesiasticorum.Paui.in trac.de offic.& potesta.cap.sede vacan. in 1.q.2.par.Abb.& Fely.in c. cum olim de maior. & obed.

Rebuf.

Rebuf.titu.de deuolu.in praxi.benefi.nu. 58. & consequenter non transit potestas infeudãdi bona deuoluta: quicquid senserit Hanneto.hic cuius dictum posset procedere in casibus exceptuatis.in d. c.vn.ne sede vacã.in 6.& videlicet vbi administratio iurisdictionis esset communis prælato, & capitulo,vel vbi esset in ecclesia consuetudo talia infeudandi vacante ecclesia prælato,prout in ecclesia Astensi vidi fuisse quandoque obseruatum in collatione beneficiorum. & ea quidem procedunt tam in capitulo Ecclesiæ Cathedralis, quam in alijs inferioribus,in quibus maior potestas plerunque attribuitur capitulo,vt per Acquen.hic, post. Fely.in c. edoceri.de rescr.vers.vacante sede.in 5.fallen. Amplia quarto quòd successor poterit rem deuolutam tempore sui prædecessoris infeudare c.1. de cler.qui inuestitu.fec.& ibi not. Bal.& alij.Hanneto.hic vers.adde faciunt ad hanc quæstionem quæ scribit Francisc.Sarmient.Selectar.interpretatio-
158 num.lib.3.c.15.nu.3. Quinto amplia vt etiam consanguineis feudum deuolutum prælatus dare possit. glo. in c. 1. in verbo clericorum si de inuest. int. domi.& vas. lis oria. vbi Iser.& alij.Bal.in c.cæterum.nu.12.de iud. Curt. par.2.q.7. Hanneto.hic vers.Censerem. Acquen.par.2 col.8.versic.5. amplia,dicit communem, sequitur Zas.par.5.num.32.Clar. d.q. 13. Ias.autem cons. 227. col.4.vers.in primis.vol.2.dicit id potius de consuetudine procedere, quam de iure. declara,vt possit infeudare etiam consanguineis secũdum formam præcedentium inuestiturarum.Bald.& alij in auth.quibuscunque.C.de sacrosan.eccles. cessat enim omnis siniſtra suspicio quando infeudatio fit iuxta solitum, quinimo ex ordinata charitate potius affinibus donandum est quam cæteris.c.est probanda.86.dist.Curt.par.2.q.7.Mich.Graff lib.2. commun.opin.q.5.Iohachim.Mising.singular. obseruat.cẽtur. 5. obser. 47. quod autem dicitur in auth. quibuscuque. C.de sacrosan.eccles.& in glos.in verbo archiepiscopus.qui successo. teneat. vt cognatis feudum, vel emphyteusis concedi non debeat,id procedit in noua feudi, vel emphyteusis concessione, ob suspitionem fraudis, & indebitæ alie-

nationis ex consanguinitate resultantē. Euer. in loco à feu. ad emphy. ver. 17. quæ præsumptio cessaret, vbi alienatio facta esset seruatis solennitatibus de iure seruādis, vt Bar. notat. in d. Authen. Alcia. regul. 1. præsump. 29. cessat autē cōsideratio huiusmodi in renouatione, seu concessione antiqui feudi deuoluti, in qua prælato latius conceditur arbitrium. Duaren. c. 7. nu. 5. Redoan. late in titu. an prælat. poss. res. Eccles. consanguin. in feu. nu. 11. quamuis illa cōclusio, vt non detur feudum nouum cognatis, limitetur etiam pluribus modis de quibus. in d. glos. qui succ. tenantur. & ibi Aff. nu. 119. & cum hac distinctione intelligenda est Accurs. opinio in tit. qui succes. feu. dā. ten. in verbo Archiepiscopus. dum se fundat. in d. Auth. quibuscunque. quam communem dicit Vigell. iur feud. c. 4. q. 1. exept. 15. duplicat. 10.

159 Amplia sexto, † vt possit. infeudare solita etiam si prælatus iurauerit non alienare, tanquam iuramentum solita non cōprenhendat. d. cap. 2. & ibi Pan. Barb. in primo not. & alij de feud. Pan. in c. vt super. col. pen. vers. refertur de reb. Eccles. non alienan. Fed. de Sen. cons. 210. quidam Episcopus. Clar. in §. feudum. q. 13. Redoan. in d. titu. de infeuda. Eccles. per prælatos. nu. 8. vbi post alios dicit differre, an prælatus simpliciter iurauerit non alienare, vel non alienare sine licentia Papæ Shruf. inter Bruni. cons. 135. nu. 7. Acquen. part. 2. col. 7. vers. 2. ampliatur. & col. 12. vers. tamen pro declaratione. vbi ampliat etiam si interuenerit duplex prohibitio alienandi, legis, & hominis Conclusionem supra ampliatam

160 primo limitat, † vt non possit infeudari res solita, si post deuolutionem fuerit incorporata Ecclesiæ, de cuius titulo, & dominio postquam est effecta, infeudari non potest, sine solenitatibus. d. c. 2. de feud. cum ibi not. & in c. vn. de cler. qui inuestit. facit Hanneto hic, vers. nisi forte. quando autē dicantur Ecclesiæ incorporata poterit deprehendi ex supra notatis dum de bonis demanio principis incorporatis diximus, distinguendo directam, ab indirecta probatione. Hic autem obiter animaduertendum est, quod eo ipso, quod prælatus reperitur in possessione feudi non tamen præsumetur

feudum

feudum esse incorporatum. Aluar. hic nu. 11. & in c. 1. Episc. vel Abb. Laud. Præpos. Roma. cons. 70. num. 1. Curt. part. 2. q. 5. nu. 3. Quinimo breuis possessio rei deuolutæ non alterat naturã rei solitæ infeudari. Bal. in c. 1. de cler. qui inuest. fec. & licet gl. pen. in c. vt super de reb. Eccles. non alienan. dicat, quod ex possessione prælati res præsumuntur de mensa, id intelligitur de rebus de quorum proprietate agitur, & ignoratur, an sint propria prælati, vel Ecclesię: nam Ecclesiæ præsumuntur regulariter. Aflict. in d. c. 1. de cler. qui inuest. fec. nu. 7. secus in ijs in quibus constat, quod Ecclesia habebat directum dominium, & alius vtile, licèt postea deuoluta sint, & tractatur, an prælatus illas possideat tanquam incorporatas, vel non, cum enim incorporatio, sit facti illa. non præsumitur, etiam si per annum fuerit possessa per prælatum, qui in possessione existens decesserit, & ita in effectu declarant. Inn. & alij. in d. c. vt super. Acquen. §. 2. col. 2. in fi. & col seq. & latius. col. 18. vers. 4. principaliter. Sciẽdum tamen est facilius præsumi incorporationem in rebus Ecclesiæ, quam in profanis. vt habetur in d. c. vt super. Si in dubio, an ex possessione præsumatur incorporatio, licèt Pontifex non decidat consuluit tamen vt non alienentur, & ibi id comprobat Barba. dicens in rebus ad Ecclesiam reuersis non requiri tam exactam solennitatem ad præsumendam incorporationem. Alex. cons. fin. col. 4. vol 4. quod Curt. par. 2. q. 5. putat. esse Barbatiæ propterea censuit Archid. in c. de gradibus. 35. q. 8. quod non licet prælato infeudare feudum, quod per annum iam reuersum est ad Ecclesiã, & tanto tẽpore per prælatum processum Archid. sequitur Card. consil. 34. circa primum. Guido Papa. q. 154. Capici. in sua inuestitura. §. feudum dant. vers. 6. conclus. vbi tres ponit opiniones. dictum tamen Archid. declarat. Barba. in cap. vt super post Petr. de Anch. cons. 156. propter tria. col. fin. ver. nec est probabilis. intelligi debere, vt non possint res deuolutæ infeudari, quando fuerunt per annum possessę tanquã de mẽsa prælati, & sic quando vltra annalem possessionem concurrunt aliæ præsumptiones, vt puta descriptio rerum in libris

bris

bris bonorum mensæ, vel fructuum ratio posita indistinctè inter rationes fructuum mensualium. Card. in d.c.2.q.12.de feud. Curt.part.2.q.5.in fi. Clar.in §. feudum quæst.13.vers. sed nunquid quod si simpliciter bona deuoluta possessa fuerint pro prælatum, vt censeantur incorporata, maius requiritur tempus 30.annorum videlicet, licet alij requirant spacium 40. annorum. Barba. autem censet sufficere tempus decem annorum in dict.cap.2.de feud. quod videretur posse procedere, vbi ageretur de declaranda tantummodo mente prælati. Card. autem d.cap.2.quæst.12. dicit esse arbitrarium quantum temporis exigatur ad inducendam præsumptionem incorporationis pensata qualitate facti: quod sequi videtur Acquen.colum.20. versic. hac coniectura. Duaren.cap.5. num.6. Zas. in 5. par. num.31. coniecturis etiam contrarijs existentibus recedimus à præsumptione incorporationis, videlicet impedimento prælati, vel intentione reperiendi bonum vassallum, seu emphyteutam, aut alijs. Menoch.consil.79. num.17. Limita. secundo vt non possit prælatus alterare inuestituram rei solitæ infeudari, vt supra dictum est in ampliatione. Bald.cons. 249. verba inuestiture.vol.2.Bolog.cons.1.colum.6.versic.nec dicatur. Limita.
161 tertio vt † non possit infeudare solita quando solitum initium habuisset à violentia. Io.And.in cap. fin. de reb.eccles. non alienan.& hic post Iacob.de Beluis.& Bald.notatur per Acquen. secundum tamen qualitatem antiquam poterit inuestire, vt supra dictum est post Dec. cons. 53. vbi infeudatio feudi deuoluti poterit fieri in feudum antiquum licet illa sit noua inuestitura. Limit quarto vt etiam solita ad ecclesiam deuoluta prælatus infeudare non possit quando ecclesia eis egeret vt esset ad inopiã deducta, & id innuit.text. in d.c.2.de feu.ibi, si videris expedire.& hic Iacob.de Belui. Lauden. Præpos.& Acquen. colum.12.versic.6. fallit. Curt. part.2.quæst.1.in fin.& quæst.2.in fin. eo tamen casu si infeudaret infeudatio teneret, nam tex.id relinquit prælati iudicio Limit. quinto in prælato, qui habet beneficium in titulum, secus in eo qui habet beneficium manuale,& ad nutum amouibi-

amouibile, ad not. per Bald. Lauden. & alios in c. 1. episcop. vel Abba. dum exponunt tex. ibi & tituli vocantur, exponitur autem, tituli, ideſt præcipua dominij ecclesiæ bona vt ibi in textu dicitur. Limit. ſexto in prælato immediato ſecus in mediato puta Archiepiſcopo, vt habetur in d. c. 1. episcop. vel Abba. & hic notant Bal. Lauden. & alij adducentes glo. in authen. de alienati. & emphyt. in prin. in verbo licentiam. Curt. part. 2. quæſt. 10. & 13. Hanneto. hic verſ. ſuperior faciunt notata in c. Romana. §. 1. de appel. in 6. vbi ad immediatum dicitur eſſe appellandum, quod intelligendum eſt excepto Papa, qui cum omnibus cõcurrit, vt ſupra de infeudationibus principum dictum fuit, verſ. quæ multò fortius. num. 11. Corn. conſ. 90. num. 9. volum. 4. Brun. conſil. 129. vol. 2. Pariſ. conſ. 16. nu. 25. vol. 1. Put. in deciſ. Rotæ Caſtri Polente. 1548. vbi etiam habetur quando Papa cumulatiuè, vbi priuatiuè inueſtiat. Curt. par. 2. quæſt. 11. & quæſtio. 12. vbi id reſtringit, niſi infeudatio fuiſſet facta prius per inferiorem. Alex. conſ. 3. vol. 5. Item reſtringenda eſt limitatio dum prælatus eccleſiæ præeſt, vacante autem eccleſia prælato, poteſt ſuperior infeudare ſolita, & iuxta ſolitum. Bald. hic num. 5. Acquen. §. 2 col. 2. verſ. 2. Limit. ſeruit in propoſito glo. ſupra allegata in verbo licentiam. Capitulum autem vacante eccleſia prælato nequaquam infeudare poteſt res deuolutas, vt ſupra in tertia ampliatione dictum fuit.

162 Limita. ſeptimo in feudo † decimarum, quod intelligit. Card. in dict. cap. 2. quæſt. 10. vbi decimæ fuiſſent infeudatæ poſt Concilium Lateranenſe. ſecus ſi ante Concilium, nam infeudationes, ante concilium, licitæ cẽſentur, & ex quo per laicos licitè poſſidebantur decimæ denuo poterunt infeudari ſtante prima infeudatione valida. Iaſo. conſ. 155. in fin. vol. 1. Curt. par. 2. q. 8. Clar. in §. feudum quæſt. 13. Capic. d. §. feudum dant. verſ. 5. concluſ. Nat. conſ. 561. communem affirmat Didac. lib. 1. Var. reſol. c 17. verſ. & dubio procul. in fin. Anto. Auguſt. lib. 3. deciſ. 798. quamuis an deuolutum huiuſmodi feudum decimarum poſſit iterum infeudare prælatus, dubia ſatis ſit quæſt. pro qua vide Curt. in 2. par. tract.

feudo.

feudor. quæst. 8. Panorm. & Io. Andr. in cap. prohibemus. de decim. Zal. in 4. par. sui tracta. num. 26. Duaren. c. 5. num. 8. Clar. in §. feudum. quæst. 13. in princ. Vigell iur. feudal. cap. 4. except. 15. Addit. ad Bellug. in Spec. princip. Rub. 13. §. 1. litera R. Bursa. latè cons. 50. lib. 1. Et quod dicitur de decimis extenditur in cap. 1. episco. vel Abb. ad bona, seu res ecclesiæ quæ tituli vocantur, idest ecclesiæ patrimonium, infeudata post Concilium Vrbani, prohibens similes infeudationes. In omnibus autem ijs vbi non constat de initio infeudationis, illa præsumitur facta ante concilium. in d. cap. cum Apostolica. de his quæ fiunt à præla. Card. & alij. Ego & si constaret post concilium infeudationē esse factam censerem sustineri posse infeudationem decimarum ex tempore immemorabili, id enim tempus habetur vice priuilegij. d. c. super quibusdam. de verb. signifi. cum alijs supra notatis: at priuilegio summi Pontificis decimæ in feudum concedi possunt. Barba. cons. 35. col. 2. vol. 2. Didac. lib. 1. Varia. resol. c 17. num. 6. vbi latè de his P. Belluga. in Spec princ. Rub. 13. §. Tractemus. nu. 36. Iohachim. Mysinger. cons. 30. num. 24. consequenter ex præsumpto priuilegio licitè retineri poterunt Limit 8. Curt. d. quæst 1. post Pan. in d. cap. 2. si cesset causa ob quam prima concessio facta fuit, vt si res data fuisset ad meliorandum, quæ erat sterilis. per text. in d. cap. 2. vbi dicitur si videris expedire, sed si vtilitas ecclesiæ attenderetur destrueretur prædicta conclusio, quod solita possunt infeudari per prælatum, cum sterilia tãtum, vel magne, & egregia pensione grauata infeudari possent, quod est contra mentem omnium scribentium, & ea quæ dicta sunt in prima Ampliatione huius conclusionis, & hanc limitationem reprobat sum. Angel. in verbo, emphyteusis §. 21. dicēs id esse contra rex. in c. fi. loca. & contra consuetudinē. quod tamen restringit, quando fit renouatio ei, qui cecidit in commissum, seu eius hæredibus, quod si prælatus vellet alij dare. quod non posset: quia præferenda esset ecclesia. ego autem indistinctè teneo prælatum posse reinfeudare caduca siue eos qui ceciderunt, siue alios inuestiendo. & quo ad eos

qui

qui ceciderunt, ratio est, quia ecclesia mitis esse debet, & nō inhiare pœnis. Quo ad alios autem post quam tex. prælatorum id relinquit arbitrio, non est quod restringamus facultatem eis datam. ex congruo tamen dicerem, quod si ecclesia egeret illam esse præferendam, vt supra dictum fuit in 4. limit. & id est quod tex. dicit, si videris expedire. vbi tamen prælatus infeudatiooem feciſſet non esset, in dubium reuocanda inuestitura ex eo, quod diceretur præferendam fuisse ecclesiam, cum id in libero sit positum prælati arbitrio. ad not per Cur. d. par. 2. quæst. 2. nu. 5. vbi ex verbo liberè, quod importat sine alicuius contradictione, & requisitione consensus, infert, quod solus prelatus sine consensu capituli poterit infeudare, de quo dixi supra, & importat etiam verbum liberè, sine distinctione personarum. Signo. cons. 10. num. 8. Afflict. in c. 1. de feu. non hab. prop. nat. feu. & idem est libere quod pro libito voluntatis. Nat. cons. 130 nu. 8. Nono, & vlt. limitata conclusio fuit per fel. recor. Pium Papam V. vt non habeat locum in ciuitatibus, & oppidis sedi Apostolicæ mediatè, & immediatè subiectis, quæ limitatio per Innocentiū nouum ampliata fuit seu verius declarata, vt procedat tam in deuolutis, quam in deuoluendis ob controuersiam quæ fuit Ducatus Ferrariæ tempore Gregorij XIIII. Et cum loquatur bulla de subiectis sedi Apostolicæ non videtur comprehendere loca episcopis, seu alijs Prælatis mediatè vel immediatè suppositа. Et ex ijs ad laudem Dei sit expeditus iste titul. cætera quæ huc pertinere videntur sub congruentibus titulis posita sunt. Interim his paucis lector beneuole fruere.

FINIS.

IO. BAPTISTÆ SVRDI IVRISC.

In Ampliſsimo Senatu Pedemontano Senatoris, imperante

CAROLO EMAMVELE DVCE SABAVDIÆ SERENISS.

Commentarij

Ad capitulum primum an agnatus, vel filius defuncti poſſit retinere feudum repudiata hæreditate: Et ad §. Titius ſi de feudo defuncti, &c.

Summarijs ad vnumquenque Commentarium luculenter appoſitis.

SVMMARIVM.

1 *Feudorum diuerſe, & ad libitum citra regulam ſpec[illegible].*
2 *Feudum hæreditarium quale.*
3 *Hæreditarium feudum conceſſum pro ſe, & hæredibus.*
4 *Feudum dicitur hæreditarium ſi ſit conceſſum pro ſe, & ſuis.*
5 *Feudum ex pacto, & prouidentia quale.*

6 Ca-

6 *Castrum concessum simpliciter in feudum cuius natura.*
7 *In qua specie feudorum intelligendum sit præsens capitulum.*
8 *Casus capituli.*
9 *Agnati, nisi hæredes feudum defuncti assequi non possunt.*
10 *Agnato an sufficiat, vt hæres primi inuestiti sit, adhoc vt feudum consequatur.*
11 *Agnatus succedens in feudo non obligatur satisfacere defuncti creditoribus.*
12 *Feudum quid separatum ab hæreditate debitum filijs iure successorio.*
13 *Filius non potest feudum paternum a paterna hæreditate separare.*
14 *Filius feudum hæreditarium à patre alienatum an reuocet.*
15 *Filius an reuocet feudum hæreditarium præscriptum.*
16 *Filius feudum absolute hæreditarium ab hæreditate patris non separat.*
17 *Substitutione vulgari filijs non datur facultas separandi feudum ab hæreditate.*
18 *Agnatis consentientibus dominus potest filium defuncti, qui fuit exclusus à feudo de nouo inuestire.*
19 *Filius an feudum ex prouidentia capere possit repudiata patris hæreditate.*
20 *Filius licet hæres facto inuentario feudum conseruata debitis innoxium.*
21 *Inuentario conseruatur feudum à creditoribus.*
22 *Inuentarium an prosit pro seruatione feudi hæreditarij.*
23 *Filius adepta paterna hæreditate potest feudum repudiare.*
24 *Filius qui nequit patris hæres esse potest sine hæreditate feudum acceptare.*
25 *Filij inequaliter hæredes instituti æqualiter feudum diuidunt.*
26 *Filius exheredatus an feudum consequatur.*
27 *Filius auo vel auo patre renunciauit illius hæreditati potest eo mortuo sine hæreditate feudum consequi.*
28 *Nepos repudiata patris hæreditate feudum auitum consequitur.*
29 *Agnatus repudiata hæreditate agnati defuncti eius feudum assequi potest.*

30 Pa-

ANTONII FABRI
I. C. SEBVSIANI

In Supremo Sabaudiæ Senatu Præsidis Primarij.

DE LAVDIMIIS
Decades Quatuor

Ex chiliade De erroribus pragmaticorum eiusdem Excellentiss. Præsidis nunc primum absoluta:

Opus illustre, nouum, singulare, mira eruditione, & subtilitate vndequaque refertum: In quo germana tractationis Laudimialis claustra reserantur, & genuino candori restituuntur.

IN confesso est apud omnes qui de laudimijs, & de iure emphyteutico scripserũt, Ex contractu nullo nulla deberi posse laudimia, generalius vt interpretes nostri loqui solẽt, nullã esse soluendam gabellam. Sic enim ex communi omnium sententia Iul. Clar. in §. feudum quæst. 31. in princi. Ex l. 2. C. de eunuch. l. ea quidem 5. C. si mãcip. ita fuer, alien. Post Bart. in l. vlt. §. sed quia nostra circ. fin. &

§.vlt. C.commun.de legat.& alios quàm plures quos refert, & sequitur Amed.à Ponte in quæstionibus laudimialibus quæst.39. Et ratio euidens est,quoniam laudimia non debẽtur directo domino, vt illi quidem existimant, nisi propter alienationem vtilis dominij rei feudalis, vel emphyteuticæ, & vt alii loquuntur propter nouam inuestituram per quam dominus directus approbat alienationem, ita vt noua illa inuestitura sit vice subscriptionis,pro qua voluit Iustinianus solui laudimia in l.vlt.vbi omnes ita notãt,C.de iur.emphyt. Amed.à Pont.quæst.1.post Iul.Clar.in §.emphyteusis quæst. 23. Nam quod quidam putarunt deberi laudimia domino propter laborem, inquiunt, quem capit dominus immittendo nouum emphyteutam in possessionem ridiculum est, & benè ab alijs confutatum, siue quòd Iustiniani constitutio supradicta deberi ea velit pro subscriptione, in qua non magnus est domini labor, cùm actus ille momẽto ferè temporis expediri possit, siue quod non sit necessarium factum domini directi ad hoc vt nouus emphyteuta possessionẽ occupare possit,quam ingredi,& apprehendere potest propria authoritate,dũmodo directus dominus aut per subscriptionem suam aut quo alio modo consenserit. Debentur ergo ex causa siue occasione alienationis dominij vtilis rei feudalis, vel emphyteuticæ vt diximus. Nam nec nouus emphyteuta dici potest nisi is in quem translatum est ius omne quod fuerat veteris,& prioris emphyteutæ, Ne alioqui duos eiusdem rei in solidum emphyteutas inducamus, quod non magis fieri iure potest quam vt eiusdem rei duo sint domini in solidũ,siue directi,siue vtiles vulg.l.si vt certo 5.§.si duobus vehiculum D.commodat.l.de hæreditate 19 §.pater D. de castr. pecul. Siquidẽ emphyteuta si nostris interpretibus credimus dominus vtilis est,& quidem in solidũ, licèt solus dominus nõ sit. Nam & directus dominus æquè dominus est adeòq; in solidũ, cùm alius directus dominus nullus sit. Sed non se mutuo impediũt hæc dominia, quoniam sunt diuersi generis. Quod.n.dicimus, Nõ posse duos eiusdẽ rei dominos esse in solidũ deijs intelligi debet qui idẽ dominium eiusdẽ

generis

generis sibi adserant, & vindicent, non de ijs qui singuli se dicãt dominos in solidũ quidẽ, sed diuersis respectib. Quẽ admodũ, & iã olim eueniebat passim vt eiusdẽ rei dominus quis esset iure Quiritiũ, qui & Quiritiarius dicebatur. Alius verò rẽ haberet in bonis, qui & bonitarius appellabatur, vt Vlpianus in fragmentis docet Tit. 19. De acquisit. rer. l. si finita 15. §. idem Iulianus D de damn. infect. l. 3. D. si vsusfr. petet. l. 2. §. vlt. D. si ex noxal. caus. agat. Etsi verò nos istam duplicis dominij distinctionẽ non agnoscimus, quę pulribus à nobis confutata est lib. 20. Cõiect. c. 11. cogimur tamen in his quæstionib. quæ de feudis emphyteusibus, & laudimijs occurrũt, ac in quibus interpretũ errores refellimus, vti verbis interpretũ, vt rationes nostras equioribus, & oculis, & auribus accipiãt. Cũ ergo nouus emphyteuta ille sit qui nouus est dominus vtilis, nec possit quisquã talis esse nisi qui eiusmodi dominiũ acquisierit ab alio iã antè domino vtili, Cõsequẽs omnino videtur, vt fateamur nõ alia ex causa ꝓficisci obligationẽ laudimiorũ quàm ex illa dominij translatione, quæ fiat à priore, & vetere emphyteuta in nouũ, & ab alienãte in accipientẽ, & acquirentem. Atqui ex contractu nullo licẽt possessio quæ corporalis est, & plus facti quam iuris habet transferatur l. 1. § si vir vxori D. de acq. posse. dominiũ tamẽ trãsferri nõ posse certũ est, qua iuris ratio q̃ cõtractum infirmat alienationẽ quoq; impedit, & dominij translationẽ ex qua potissimũ alienatio vera æstimatur l. 1. C. de fund. dotal. l. alienationis 28. D. de verb. sign. Quod enim nullũ est de iure, nullũ quoq; iuris effectũ habere potest vt habet regula iuris pontificij l. non dubium 5. C. de legib. l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. Est autem hic vnus ex iuris effectib. vt dominia per traditionẽ transferãtur l. traditionibus 20. C. de pact. l. traditio 20. D. de acquir. rer. domin. Cum & traditio sit vnus ex modis sex acquirẽdi dominij quos Vlpianus supradicto loco recenset: Porrò non quęlibet traditio transfert dominiũ, vt sæpius docuimus, sed ea tantũ quæ nõ sit nuda, idest quę iustam aliquam causam habeat iure ciuili cognitã, & approbatam, aut quod effectu ipso idẽ est titulũ

aliquem iuris authoritate munitum; Quales sunt tituli venditionis, donationis, permutationis, & si qui sunt similes. l. nunquam nuda 31. eod. tit. Sed ita demùm si valeat venditio, donatio, permutatio, & aliud quodlibet eiusmodi genus contractus: Alioquidominium transferri nullomodo potest, si authoritas legis, aut Senatusconsulti, aut alterius iuris viam alienationi obstruxerit, quomodo loquuntur Imperatores, in l. si quidem 11. C. de præd. minor. puta si minor annis viginti quinque fundum, aut quid aliud alienari prohibitum contra Senatusconsultum vendiderit, l. 2. l. prædia 8. & pass. eod. tit. aut pupillus sine tutoris authoritate cõtraxerit, l. contra 28. D. de pact. aut res furtiua etiam per bonæ fidei possessorem vendita sit, & tradita bonæ fidei emptori contra legem Atiliam, aut res immobilis vi possessa contra legem Iuliam Plautiam, §. furtiuæ quoque res Instit. de vsucap. l. quam rem 38. D. eod. Consentaneum igitur est, vt ex contractu nullo quemadmodum transferri dominium non potest, ita neque laudimia vlla debeantur. Quod quia nullam apud interpretes nostros dubitationem recipit, hinc nimirum plerique omnes pragmaticorum inferũt. Ex nullis igitur subhastationibus, idest, quæ nulliter, vt loquunt factæ sint, & cõtra formam á statuto præscriptam, nulla laudimia deberi posse. Quid enim aliud subhastatio est, quam venditio sed publica, & facta sub hasta, ob idque tantò potentior quam priuata? Quid? nisi titulus ex quo res sic vendita non tantùm licitè sed etiam iustè possideri queat l. si quos 29. C. rescind. vend. iunct. l. iustè possidet 11. D. de acqu. poss. Titulus inquam tantæ potestatis, vt quod ex pragmaticis pauci obseruant, nulla indigeat traditione ad transferendum in emptorem dominium, quomodo priuata venditio indigeret dict. l. traditionibus l. ex empto 11. §. primo. & pass. D. de actio. emptio. Ita enim esse ex eo apparet, quod à die additionis, seu vt statutum loquitur, expeditionis fructus fundi sub hasta venditi pertinent ad emptorem nulla expectata vel traditione, vel missione in possessionem, quæ traditionis vice esse possit. Quamuis verum sit nullam emptori possessionem

sionem acquiri priusquam ex subhastationis titulo missus sit in possessionem. Illa namq; calami traditio, quæ vulgari Castellanorum, & Apparitorum stylo fieri solet, non eā vim habere potest vt possessionem vllam transferat nè quidem ciuilem, aut fictitiam, licèt imperiti pleriq; ita sentiant, quos nec alij pragmatici peritiores ferre possunt. Inter quos Guid. Pap. Ob idq; nec audiretur is qui petere se retineri in possessione bonorum quæ sub hasta emisset, aut experiretur interdicto retinendæ possessionis ante petitam, & impetratam missionem in possessionem: quorum tamen neutrum esset ei denegandum si per calami traditionem possessor factus intelligeretur. Nec tamen negari potest quin sit dominus ex die vt dixi addictionis, & expeditionis: Alioqui quo iure fructus bonorum venditorum sibi exinde acquireret? adeòque irreuocabiliter, Fructus siquidem non seminis aut industriæ sed dominij, & soli iure acquiruntur. l. qui scit. 25. §. 1. D. de vsur. ideòque nec ad alium vnquā pertinēt quàm ad eū qui vel sit dominus, vel ex domini voluntate eos percipiat l. & ex diuersa 35. §. 1. D. de rei vind. l. si seruus 61. §. locaui D. de furt. Solum bonæ fidei possessorē excipio, qui quāuis nec dominus sit, nec ex domini voluntate fructus rei alienæ percipiat, suos tamē eos facit, sed interim, vt loquit̄ Paulus in l. bonæ fidei 40. De acq. rer. domin. id est quousq; fundus euincat̄ si eo tēpore, neq; consūmpti, neq; vsucapti reperiantur quē admodū plerisque operū nostrorū locis interpretati sumus. Interim autem ob hoc ipsum quòd bonæ fidei possessor quantū ad fructus percipiendos attinet penè dominij loco est dominique iure tēnet vt ibidē Paulus addit, quia ex iuris regula tantundem præstat possidenti bona fides quantum veritas vbi lex impedimēto nō est l. bona fides 136. De reg. iur. Fructuū igit̄ acquisitio, quæ ex ipsis statuti nostri verbis in persona eius qui subhasta emit locum habet, prius etiam quam ei possessio tradita sit, certissimum argumentum est præcedentis acquisitionis dominij. Neq; id mirum videri debet, vt dominium hoc casu sine possessione acquirat̄, Idē. n. accidit, quoties legis aut alterius iuris potē-

ſtate quod legis vim habeat dominium acquiritur, vt in hæreditatibus, & legatis l. 2. D. de Publicia. in rem act. l. legatũ 80 de lega. 2. l. à Titio 64. D. de furt. Quando quidem etiam lex vnus eſt ex modis ſex acquirendi dominij, non minùs, quàm traditio. Cuius legis tantò maiorem in dominio transferendo poteſtatem eſſe oportet, quòd & alij omnes modi transferendi iure Quiritium dominij adeò pendent à lege vt non aliam vim, & poteſtatem habeant, quàm quæ ipſis à lege tribuatur. Quid enim poſſet vſucapio, quid mancipatio, quid ceſſio in iure, quid adiudicatio, quid ipſa etiam, vt docuimus, traditio, ſi non legis auxilio, & authoritate adiuuarentur? Atqui, quod à Principe ſtatutum eſt, qui legis condendæ poteſtatem habet nemo dubitat vim legis habere vulg. l. 1. D. de conſtitutio. Princip. Mirum itaque non eſt, per ſtatutum, quod de rebus ſub haſta venditis factum fuit, acquiri dominium emptori ſtatim, & ipſo iure ab inſtanti expeditionis, quamuis non prorſus irreuocabiliter, quia ius redimendi ſupereſt miſero debitori, quòd ei humanitatis gratia indulgetur intra ſex menſes proximos ab eo die expeditionis ſi ſtatutum inſpicimus. Sin ius nouum ex Stylo Senatus noſtri comprobatum, ex die miſſionis in poſſeſſionem numerandos: Sed ita tamen vt quamuis redimantur bona vendita, & quidem eo tempore quo ad huc extent fructus ex ijs percepti, nihilominùs fructuum omniũ commodum remaneat penes emptorẽ, ne dubitare poſſis, quàm verè dominium fuerit ei acquiſitum. Igitur ſubhaſtatio titulus eſt, & quidem potentiſſimus propter admixtam ſtatuti authoritatem ad dominium etiam ſine poſſeſſione transferendum. Enimuerò de ſubhaſtatione valida intelligi hoc debet, id eſt quæ ſecundum ſtatuti formam facta ſit, in qua ſi quid vel minimum peccatum fuerit totam ſubhaſtationem inualidam eſſe, & corruere certum eſt: vt euenire ſolet in cæteris omnibus, quę certam formam habent à lege aut à ſtatuto præſcriptam. Vt ad vnguem obſeruari eam neceſſe ſit, alioqui totus actus infirmetur, l. cum hi 8. §. ſi Prætor aditus D. de tranſact. Et ſanè, cùm ſtatuti authoritas illa ſit,

per

per quam fiat vt ex solo titulo subhastationis transferatur dominium, quid absurdius dici potest, quàm dari eam potestatem subhastationi, quæ contra ipsius statuti formam facta sit? Cur enim faueat statutum ei qui statuti præceptum contempserit? arg. l. auxilium 37. in fin. D. de minor.

ERROR SECVNDVS.

Vera ratio præstandorum laudimiorum, & de effectu subhastationum nulliter factarum, vt ex ijs laudimia debeantur, etiam citra interpositionem decreti.

QVOD si hoc admittimus, quod necessariò admittendum est, vt ex subhastatione nulla non transferatur dominium. Illud quoque prorsus consequens videtur, vt ex eiusmodi subhastatione laudimia nulla debeantur. Atq; ita pragmatici plerique sentiunt. Ego contrà puto. Primùm quia nec illis in totum assentior, qui existimant ex sola dominij vtilis translatione obligationem præstandorũ laudimiorum proficisci. Quin potiùs ex domini subscriptione, & approbatione suscipientis nouum emphyteutam in possessionem, vt loquitur Iustinianus in d. l. vlt. C. de iur. emphyt. Quibus verbis non obscure significat possessionis habendam hac parte rationem magis, quàm dominij, & proprietatis, dummodò possessor is sit in quem totum ius emphyteuticum transferè prior emphyteuta voluerit, & quantum in eo fuit transtulerit. Hoc dico, Sufficere vt titulus sit per se habilis ad alienandum, & transferendum ius omne quod fuerit penes eum qui alienandi voluntatem habuit, licèt aliquod interueniat impedimentum per quod eiusmodi alienatio, & translatio inhibeatur. Quid enim domini interest, an contractus teneat, necne? aut quid ei possis imputare si modò acquisitorem venientem in possessionem admiserit, petitamque subscriptionem concesserit? Imputet sibi emptor

statè quod legis vim habeat dominium acquiritur, vt in hæreditatibus, & legatis l. 2. D. de Publicia. in rem act. l. legatũ 80 de lega. 2. l. à Titio 64. D. de furt. Quando quidem etiam lex vnus est ex modis sex acquirendi dominij, non minùs, quàm traditio. Cuius legis tantò maiorem in dominio transferendo potestatem esse oportet, quòd & alij omnes modi transferendi iure Quiritium dominij adeò pendent à lege vt non aliam vim, & potestatem habeant, quàm quæ ipsis à lege tribuatur. Quid enim posset vsucapio, quid mancipatio, quid cessio in iure, quid adiudicatio, quid ipsa etiam, vt docuimus, traditio, si non legis auxilio, & authoritate adiuuarentur? Atqui, quod à Principe statutum est, qui legis condendæ potestatem habet nemo dubitat vim legis habere vulg. l. 1. D. de constitutio. Princip. Mirum itaque non est, per statutum, quod de rebus sub hasta venditis factum fuit, acquiri dominium emptori statim, & ipso iure ab instanti expeditionis, quamuis non prorsus irreuocabiliter, quia ius redimendi supereſt misero debitori, quòd ei humanitatis gratia indulgetur intra sex menses proximos ab eo die expeditionis si statutum inspicimus. Sin ius nouum ex Stylo Senatus nostri comprobatum, ex die missionis in possessionem numerandos: Sed ita tamen vt quamuis redimantur bona vendita, & quidem eo tempore quo ad huc extent fructus ex ijs percepti, nihilominùs fructuum omniũ commodum remaneat penes emptorẽ, ne dubitare possis, quàm verè dominium fuerit ei acquisitum. Igitur subhastatio titulus est, & quidem potentissimus propter admixtam statuti authoritatem ad dominium etiam sine possessione transferendum. Enimuerò de subhastatione valida intelligi hoc debet, id est quæ secundum statuti formam facta sit, in qua si quid vel minimum peccatum fuerit totam subhastationem inualidam esse, & corruere certum est: vt euenire solet in cæteris omnibus, quę certam formam habent à lege aut à statuto præscriptam. Vt ad vnguem obseruari eam necesse sit, alioqui totus actus infirmetur, l. cum hi 8. §. si Prætor aditus D. de transact. Et sanè, cùm statuti authoritas illa sit,

per

per quam fiat vt ex solo titulo subhastationis transferatur dominium, quid absurdius dici potest, quàm dari eam potestatem subhastationi, quæ contra ipsius statuti formam facta sit? Cur enim faueat statutum ei qui statuti præceptum contempserit? arg. l. auxilium 37. in fin. D. de minor.

ERROR SECVNDVS.

Vera ratio præstandorum laudimiorum, & de effectu subhastationum nulliter factarum, vt ex ijs laudimia debeantur, etiam citra interpositionem decreti.

QVOD si hoc admittimus, quod necessariò admittendum est, vt ex subhastatione nulla non transferatur dominium. Illud quoque prorsus consequens videtur, vt ex eiusmodi subhastatione laudimia nulla debeantur. Atq; ita pragmatici plerique sentiunt. Ego contrà puto. Primùm quia nec illis in totum assentior, qui existimant ex sola dominij vtilis translatione obligationem præstandorũ laudimiorum proficisci. Quin potiùs ex domini subscriptione, & approbatione suscipientis nouum emphyteutam in possessionem, vt loquitur Iustinianus in d. l. vlt. C. de iur. emphyt. Quibus verbis non obscure significat possessionis habendam hac parte rationem magis, quàm dominij, & proprietatis, dummodò possessor is sit in quem totum ius emphyteuticum transferè prior emphyteuta voluerit, & quantum in eo fuit transtulerit. Hoc dico, Sufficere vt titulus sit per se habilis ad alienandum, & transferendum ius omne quod fuerit penes eum qui alienandi voluntatem habuit, licèt aliquod interueniat impedimentum per quod eiusmodi alienatio, & translatio inhibeatur. Quid enim domini interest, an contractus teneat, necne? aut quid ei possis imputare si modò acquisitorem venientem in possessionem admiserit, petiamque subscriptionem concesserit? Imputet sibi emptor

potiùs, qui malè comparauit, nec eo minùs tamen domini directi subscriptionem, & approbationem petijt, ac impetrauit. Præsertim cùm multa possint accidere, & accidant quotidie quæ faciant, vt venditio aut alia species quælibet alienationis etiam nulla, interim tamen teneat, adeoq; interdum conualescat, nemine existente qui possit aut velit euincere, vt in specie l. habere licere 57. D. de euict. Aut saltem opposita doli vel longissimi temporis, vel qua alia exceptione defendatur, vt in l. si fundus 13. §. 1. D. de reb. eor. qui sub tut. l. vtere 14. C. de præd. minor. Constat namque inter omnes iuris nostri interpretes, Etiam ius allegandæ nullitatis, vt cætera iura omnia perimi per longissimi temporis præscriptionem ex l. sicut 3. & seq. C. de præscr. 30. vel 40. annor. Sufficit autem vel vno casu posse subhastationem tenere vt omnino laudimium ex ea debeatur. Et id denum verè nullum dicendum est quod nullum vtilem casum habet l. Stichus 39. in fin. D. de manumiss. l. hæres 21. § pen. D. de fideiuss. Cùm itaque non facilè vlla venditio sit tàm nulla quæ non hodie possit aliquo casu vel tempore conualescere (aliud enim erat iure vetere ex regula l. quod initio 29. D. de reg. iur.) Cur iniuriam illam inferamus domino directo, per quem non steterit quominùs emptor aliusvè acquisitor in possessione retineretur, vt propter cõtractus nullitatem ius suum exequi, & laudimia vel non soluta petere, vel soluta retinere possit? Hoc enim posterius addendum est, vt erroris communis iniquitatem maiorem detegamus, quæ non tantùm petitionem laudimiorum non solutorum ex contractu nullo denegat domino directo, sed etiam solutorum retentionem. Vt ex omnium sententia concludit Amed. à Ponte quæst. laudim. 39. Vbi addit idem esse non solùm si contractus ab initio nullus sit, sed etiam si ex postfacto irritum, & ad non causam reducatur. Vt puta si ex causa minoris ætatis rescindatur, vel ex causa læsionis, vel aliter. Dummodò ea causa sit necessaria, & ab initio contractus existens ex qua subinde contractus resoluatur. Ex Ioanne Paponio lib. 13. Syntagm. tit. 2. num. 28. Steph. Bertr.

cons.

conſ. 114. vol. 7. Marco deciſ. 606. & alijs ibi citatis. De quo tamen poſteà latiùs tractandum nobis erit. Eſt enim hoc multò abſurdius vt oſtendemus. Ne autem de alijs contractibus nunc agamus res apertior eſt in ſubhaſtationibus de quibus nunc contendimus, vt quamuis nulliter factæ ſint, & contra formam ſtatuti, laudimia tamen ex ijs debeantur, quia ſcilicet non eo minùs tenent, & effectum ſuum ſortiuntur, ſiue quòd nolit aut neſciat debitor excipere de nullitate, & defectu ſolennitatum, ſiue quòd non offerat debitum pro quo ſubhaſtationes factæ propoſuntur. Ita enim ſtylo Senatus noſtri diſertè conſtitutum eſt, vt de ſubhaſtationum nullitate non poſſit obijcere debitor ſi non anteà debitum ſolidum offerat cum legitimis acceſſionibus, & recuſante emptore obſignet. Neque à iuris communis ratione ea res abhorret: Vt conſtat, & probare ſoleo ex l. ſi nō fortem 26. §. ſi centum D. de condict. indeb. vbi Vlpian. ſcribit, Si centum debens quaſi ducenta deberem fundum, ducentorum ſoluerim, dationem quidem in ſolutum non valere, & ideò condictionē integræ rei manere, & obligationem incorruptam, ſed tamen agrum retineri poſſe donec pecunia debita ſoluatur. Quidni enim retentio detur pro ea pecunia quæ non tantùm naturaliter, quòd ſufficeret, ſed etiam ciuiliter debeatur? l. naturaliter 10. D. de obli. & act. l. 1. D. de pign. Non tantùm autem tenet ſubhaſtatio interim, id eſt quoadusq; ſit ſolutū creditori, aut aliter eo nomine ſatisfactum, ſed ita vt quantumlibet ab initio nulliter facta ſit & contra formam ſtatuti, poſſit tamen euadere in titulum, & & in ſubhaſtationem perinde validam atq; ſi nullum vicium interueniſſet. Nam ſiue nolit debitor offerre pecuniam quæ debetur, quòd ex varijs cauſis poteſt contingere, aut quia non habet eam in numerato, aut quia putet ſibi eſſe commodius in fundo quàm in pecunia ſoluere, ſiue per ſuam aut imperitiam, aut contumaciam patiatur confirmari decreto iudicis ſubhaſtationes, & vt pragmatici loquuntur, decretū ſi per ijs interponi: adeò confirmantur ſubhaſtationes, vt de earū nullitate amplius diſputari nō poſſit, nec cōſequenter

dubitari quin dominium ex ijs translatum fuerit cum res iudicata hac in re vt, & in alijs omnibus pro veritate habeatur. Idq; est quod pragmatici iactitant, Interpositionem decreti titulum esse emptoris, Non malè si sic intelligant vt is demum titulus sit absolutus, & indubitatus, & irreuocabilis, quia post id tempus nullum ius redimendi supereſt, quod in eum vsque diem superfuerat si subhastationes vicio aliquo laborant. At minus rectè minusque propriè si subhastationes ipsas non habent pro vero iustoque titulo ante decreti interpositionem. Si enim ponas ritè factas eas esse, tutus est emptor ex die addictionis, & expeditionis quod pertinet ad acquisitionem dominij, & lucrum fructuum nec in eam rem vlla indiget decreti interpositione, quamuis in hoc quoque imperitiores plerique pragmatici labantur: Vt verò dominium illud quod à die addictionis emptori acquisitum est, fiat irreuocabile, sicut & ipsa fructuum exinde perceptorum acquisitio irreuocabilis est, non alio indiget adminiculo quam vt lapsum sit semestre intra quod potuerunt redimi bona vendita. Non item vt lapso semestri decretum vllum interpositum sit, Cuius nec alia vtilitas vlla est, quam vti ne post interpositionem disputari possit de nullitate, & defectu subhastationum, de qua nullitate disputari alioquin posset ad triginta vsq; annos. In quo certè nihil interest emptoris qui sibi adprimè conscius sit nullo prorsus vicio subhastationes laborare: Ob eamq; causam pleriq; emptorum negligentiores sunt in petenda decreti interpositione metu nimirum aut litis quæ quantulacunque sit, magna semper trahit secum incommoda, Aut eius tributi quod vulgo nostri emolumentum vocant, quod pro iudicato pendi solet, & ad ratam vt aiunt iudicati. Quamquam auaritiæ consilium illud est nec laudabile satis, nec tutum. Si quidem subhastationum validitas numquam tanta tamq; certa esse potest ante interpositionem decreti, quã postea. Nec paruũ commodum est interpositionis quæ facit vt nulla in posterum de viribus subhastationum quæstio, nullus litis metus supereſſe possit. Quod si in subhastationum forma peccatũ

aliquid

aliquid sit, tum verò necessaria quidem est interpositio decreti vt ex ijs subhastationibus dominium tutò, & irreuocabiliter sibi acquisitum possit dicere, sed tamen non ideò fiet vt si ab eo quæras quem titulum habeat sui dominij, & suæ possessionis, possit ille dicere interpositionem decreti sed ipsas potius subhastationes dummodò addat, quod addendum necessariò est decreto iudicis confirmatas. Semper igitur, & omni casu titulus ab ipsis subhastationibus petendus est, numquam ab interpositione decreti. Et idcirco in hoc quoque casu quo subhastationes nulliter ac perperam factæ sint, nemo dixerit fructus bonorum venditorum non nisi ex die interpositi decreti ad emptorem pertinere. Pertinent enim ex die additionis, & expeditionis, Haud aliter quam si ab initio valuissent, quia confirmatæ quandocumque subhastationes iam inde ab ipso principio valuisse intelliguntur, & in omnibus eodem penitus iure censentur. Ex quo illud etiam sit, quod ad hunc nostrum De laudimijs tractatum propius accedit, vt si expeditionis tempore alius fuerat directus dominus aut à domino directo ius habens, quam qui sit eo tempore quo decretum interponitur, non posteriori debeantur laudimia sed anteriori, Vt ex ijs quæ in sequentibus dicemus apparebit. Quod vtique falsum esset si ex decreti interpositione potius quam ex addictione ipsa ius emptoris in proposito casu æstimari oporteret.

Idem igitur admittendum est tum quoque cum nulla decreti interpositio secuta proponitur, tametsi non careant vicio subhastationes. Sufficit enim ad inducendum ruendumque ius domini directi vt aliquo casu possit valere ac tenere subhastatio licèt posteà nec valeat, nec valere vnquâ possit, Exemplo eius quod non valde dissimiliter licèt in diuerso prorsus tractatu scribit Tryphon. in l. quod vulgo 19. D de bonor. poss. contr. tab. Vt bonorum possessio contra tabulas dari possit. Sufficere tales esse tabulas ex quibus vel hæreditas adiri vel bonorum possessio peti aliquo casu potuerit, licèt neutrum eorum posteà secutum sit, neq; sequi potuerit. Alioqui erit in potestate emptoris etiam

in subhastationib. vt ab eo rẽpore perfectę, & absolutę dici possint. Nã quæ subsequi necessariò debet missio in possessionẽ, subhastationũ pars nõ est, sed tale quid quod in subhastationũ consequentiã venire necesse est. Sicut in priuatis vẽditionib. traditio ad quã tenetur vẽditor nõ ad vẽditionis substatiã pertinet vt eius partẽ aliquã cõstituat siue essentialẽ siue integralẽ, sed ad præstationes tantum quæ veniunt ex natura contractus l. 11. exempto 11. & pass. D. de action. empt. Contractus enim ipse emptionis solo consensu perficitur, etiã citra traditionẽ §. cum autem Institut. de empt. & vend. l. 1. §. vltim. l. 2. §. 1. & pass. D. de contr. empt. Nec quicquam vetat viciosam esse missionem in possessionem ex aliqua causa, nec ipsas tamẽ subhastationes vicio vllo laborare. Indeq; nimirũ est, quod quãuis subhastationes fiãt postulante creditore, cui proinde potest imputari si quid in earũ forma peccatũ sit, cum ad eius curã maximè pertinere debuerit, ne quid malè ac contra statuti solenitatẽ fieret, nulla tamen eo nomine actio emptori cõtra creditorẽ cõpetit. Cõdictio autẽ solutæ pecuniæ multò minus non solum quia repetitio nulla sit ab eo qui suũ recepit, licèt alius soluerit, quã qui debuit l. repetitio 44. D. de condict. indeb. Sed etiã q̃ imputare sibi debet emptor, qui ex subhastationibus quas nullas esse sciuit, aut scire debuit, emere maluit quam non emere, Quasi à seipso potiùs, quam ab alio deceptus videatur, vt Paulus loqitur in l. nam si actor. 26. D. de rei vindic. Illud namque præstare duntaxat debet creditor quo postulante subhastationes factæ sunt se verum esse creditorem, non etiam potiorem. Id enim tum obtinet cum vendit ipse iure creditoris, vt in l. 1. & tot. tit. C. credit. euict. pignor. non deber. Non autem cum eo postulante pignus venditur vt passim hodie fit, non modò cum pignus in iudicati executione capitur, & distrahitur. Ex tit. si in caus. iudic. pign. c. sit. Sed etiã cum ex instrumento guarentigiato vt loquuntur q̃ sentẽtiæ ac iudicati vim obtinet executio fit, vt in l. si ob eã 13. C. de euict. vbi dicitur. Euicto pignore quod ita distractũ fuerit actionem de euictione dandã esse emptori non contra

creditorem,

creditorem, qui suum recepit, sed aduersus debitorem cui solutio profuit, cum p eam fuerit à creditore suo liberatus. Hoc enim casu venditio non tam à creditore facta videri potest, qui ipse in vicem extranei emptoris si nullus sit debet emere, quàm à debitore ipso cuius factum, & voluntas per factum, & voluntatem iudicis suppletur, ac representatur. Sed tamen quoniam fit inuito debitore, vt & alia quælibet iudicati executio fieri solet, nihil est, quod imputemus ei si quid in subhastationum forma peccatum sit. Et ideo permittendum ille est, vt venditionem sub hasta factam licet ipsius nomine, impugnet, ac nullitates si quæ interuenerunt, obijciat. Dummodo quod debet offerat: Ne possit ei obijci dolus quandiu debitor manet. Cum magis imputandum ei sit cur debitum non soluerit, qui si soluisset, non iam de subhastationum nullitate quærendum esset, quia nec subhastationes vllæ factæ fuissent. Cæterùm soluenti debitori succurrimus, vt subhastationum nullitatem obiicere possit, hactenus ne dominij sui iacturam sentiat, néue fructuum quos sanè lucro emptoris hoc casu cedere æquum non esset, si modò accessiones pretij cum pretio simul offerantur: quandiu scilicet neque decreti interpositio secuta est, neque tempus elapsum intra quod de nullitate quæri potest. Solius itaque debitoris fauore ita ius comparatum est, vt subhastationes quę contra statuti formam factæ sunt, nullius sint roboris, & momenti. Non item fauore emptoris, cui proinde non debet ea res prodesse, quominus laudimia domino directo præstare teneatur, acsi subhastationes valuissent. Nam & incumbit ei vt eas ritè, rectèque factas esse probet, quantum facere potest, vt rem quam euenit sibi retinere possit iure dominij, eamque si fortè possessione eeciderit, vindicare. Qua igitur fronte possit ille contra dominum directū se tueri nullitate subhastationum, ne qua ex ijs laudimia soluere condemnetur cum ad eius commodum, & solicitudinem illud maximè pertineat, vti ne earum fides, & validitas allegatione vlla conuellatur. In illo planè non minus emptori quã debitori benè consultum est, quod antequam redimendi

tempus

tempus præterierit, nulla ex subhastationibus quantumlibet ritè factis Laudimia debeantur, ita vt dominij translatio, quæ per addictionem, & expeditionem facta est, licèt commodum, & emolumentum fructuum acquirat emptori, laudimiorum tamen damnum, & incommodum neque emptori adferat, neque debitori. Non emptori, cui inuito eripitur dominium, quod ei ex subhastationibus ritè factis quæsitum fuerat, & quidem ipso iure, ac sine vlla retrotraditione, at ne quidem retrouenditione: Vt quemadmodum sola potestate statuti dominium rei sub hasta venditæ transit à debitore in emptorem, ita eiusdem statuti authoritate recurrat ab emptore ad debitorem non quasi nunquam factum emptoris, cui alioquin eodem modo lucrum omne fructuum quos percepisset auferendum esset, sed quasi restitutum. Non debitori, cui humanitatis intuitu semestre indulgetur ad soluẽdum. Non alia de causa quàm vt si intra id temporis satisfaciat, immunis sit ab onere præstandorum laudimiorum, nec nisi fructuum iactura, & amissione mora eius coerceatur. Ita fit, vt de laudimiorum restitutione vix vlla possit nasci quæstio inter emptorem, & debitorem? Nisi si quo casu contingat, vt post elapsum illud semestre bona vendita, pleno iure ad emptorem pertinere videbantur, redeant ad debitorem. Quod etsi perrarò, euenit tamen aliquando, non solùm si quid desit formæ, ac solennitati subhastationũ, & tamen secuta sit missio in possessionem. Quo casu laudimia vtique post sex menses à die missionis debentur, nec eo minus tamen saluum debitori ius est excipiendi de nullitate subhastationum, quandiu decretum interpositum nullum est ex eaque causa impediendi ne interponatur, sed etiam, si oĩa ritè, ac solenniter peracta sint, nec tamen deficiat æquitas, quæ suadeat, vt laxiora tempora debitori ad redimendum, quod ipsum ex varijs causis potest contingere, vt dicemus in sequentibus. His casibus debentur omnimodo laudimia domino directo, licet in irritum subhastationes recidãt. Sed ea multò æquius est pertinere ad onus debitoris cui saltem hoc imputari potest, quod non soluerit citiùs ne laudimia

vlla

vlla deberentur, & cur faciendis subhastationibus petendisque laudimijs causam dederit, quàm ad onus emptoris, cui nihil est quod imputare possit debitor, & cui dominium aufertur, quod ex subhastationibus quæsitum ipsi fuerat.

ERROR TERTIVS.

De Laudimijs ex simplici alienationis contractu etiam valido petitis.

AVENDVM tamen est ne quem decipiat, quod proximè diximus: Ex subhastationibus etiam nulliter factis laudimia deberi. Erunt enim fortasse qui statim ex hoc inferant, in ea nos esse sententia, vt putemus contractum quemlibet ẽt inualidum sufficere ad inducendam laudimiorum obligationem. Quod tantum abest, vt probare possimus, vt nec illud admittamus quod cæteris omnibus patere video: Ex simplici contractu, siue venditionis, siue alio, qui sit habilis ad alienandum deberi laudimia priusquam ventum sit in possessionem. Quam conclusionem velut ex communi Doctorum sententia verissimam asserit, & pluribus authoritatibus confirmat Amed. à Ponte quæst. laudim. 38. Ego falsissimam esse arbitror. Semper enim illud exigo, vt emptor, aut alius cuiuscunque tituli sit nouus acquisitor, possessionem rei emphyteuticæ acceperit, aut per traditionem, quæ ab alienatore facta sit, aut quo alio ex ijs modis per quos transferri possessionem placuit, vt putà per clausulam constituti, aut retentionem vsusfructus. Non ꝙ ex sola possessionis translatione laudimia deberi possint, sed quia translatio possessionis conditio quædam est sine qua non possunt deberi laudimia: tametsi contractus talis sit, qui per se idoneus sit, & habilis ad transferendum secuta traditione dominium. Idq; supradictæ constitutionis Iustinianeæ verba tàm apertè sonãt, vt nihil potuerit scribi apertius, in l. vlt. C. de iur. emphy.

Primùm

Primùm in illo loco vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad soluendum emphyteuticum canonẽ transponere emphyteuta maluerit, nõ contradicere sed nouũ emphyteutam in possessionem suscipere. Et rursum paullò post non amplius eis liceat pro subscriptione sua vel depositione quã quinquagesimam partem vel æstimationis loci qui ad aliam personam transfertur accipere. Quibus verbis an non apertissimè Iustinianus exprimit, non priùs laudimia deberi domino directo quã is nouũ emphyteutã in possessionẽ susceperit, suamque voluntatem propria subscriptione vel depositione testatus sit? Consequens igitur est vt antequam emptor aut alius acquisitor de apprehendenda possessione cogitauerit adeòque ad ipsum actũ apprehendendæ possessionis deuenerit, nihil ab eo petere dominus directus laudimiorũ iure possit, Imò nec antequã subscripserit aut suã voluntatẽ aliter deposuerit. Si enim pro subscriptione aut depositione illa debẽtur laudimia, vt apertissimè habet cõstitutio, illud vtique necessarium est vt subscriptio illa vel depositio præcedat. Nec sanè, iudicio meo, negari põt, quin supradicta Iustiniani verba merũ factũ respiciant, cum & nouũ emphyteutã in possessionẽ suscipere, & alienationi subscribere facti sit non iuris. Factũ igitur reuera interuenire necesse est, vt laudimia debeant. Neque ad rem facit si quis ad tuendum errorem interpretum obijciat, Pro facto habẽdum id esse quod per dominum directũ non stet quominus fiat, Ex regula iuris quæ in ipsis etiam cõdicionibus maximè locum habet quamuis facti sint l. iure ciuili 24. De condic. & demonstr. l. in iure ciuili 161. De regul. iur. Et cõsequenter sufficere domino directo ad habendum ius petendi laudimij, vt per eum non stet quominus inducat nouum emphyteutam in possessionem, & alienationi subscribat. Nam, & hoc modo nostri ratiocinantur, Addentes ex Aret. cons. 41. Consensum domini ante inductionẽ noui emphyteutæ in possessionem exigi inter alia vt dominus directus facilius laudimium consequatur: Debere igitur & laudimium solui antequam inducatur nouus emphyteuta in

possessionem, Vel eo saltem tempore quo paratus est dominus ipsum effectualiter inducere, Ne alioqui sit in potestate noui emphyteutæ numquam apprehendendo possessionem, neque petendo subscriptionem, & approbationem, domini directi ius tollere, cui quæsitum ius sit ex eo die quo contractus perfectus est, qui plerunque, vt emptio, consensu solo perficitur. Respondeo enim, prius esse, vt nouus emphyteuta velit possessionē apprehendere. quàm vt eum in pssessionem suscipere dominus debeat, vt velit. Suscipiendi namque verbum præsupponit acceptionem possessionis ex parte noui emphyteutæ, qui si nolit eam accipere, neque vt accipiat cogendus est, neque inuitus possessor fieri potest sola domini directi voluntate, Cum possessio nulla possit acquiri sine animo, nec quemadmodum corpore ita, & animo alieno possit quis incipere possidere l. quemadmodum 8. & pass. D. de acquir. poss. Dominium quidem acquiritur aliquando ignoranti vt ex causa legati l. cum pater 77 §. surdo de leg. 2. adeòq; interdum etiam inuitò, puta per seruum quem in potestate habeamus l. etiam inuitis 32. D. de acquir. rer. domin. itemq; suis, & necessarijs heredibus, aut necessarijs tantum l. in suis 11. D. de liber. & post. l. necessarijs 57. D. de acquir. hered. sed possessio nūquam nisi volenti l. eiqui 12. eod. l. 1. §. vlt. D. de separat. l. facta 63. D. ad SC. Trebel adeò vt etiam acquisita possessio amittatur solo animo statim atq; possessor cōstituit nolle possidere quod in domino diuersū est si non sit habita res pro derelicto l. si quis vi 17. §. differentia D. de acqu. poss. Ergo quāuis contractus emptionis solo consensu perficiat, cum tamē neq; dominus neq; possessor fiat is qui emit antequā sit secuta traditio aut quid aliud quod æquipolleat traditioni, Nō pōt bona esse cōsecutio vt ob eā causā quasi iā dominus, & possessor factus laudimia præstare teneat: Satisque domino directo esse debet, quod laudimij petēdi ius habiturus sit statim atq; emptor in possessionem induci volet, quòdq; certus sit emptorē nūquam sine onere soluendi laudimij possessorem fore. Planè si venditor irrequisito domino directo emptorē suum in possessionem induxerit non ēt illud

exigemus

exigemus ad inducendam laudimij prestandi obligationem, vt secuta sit subscriptio aut depositio domini directi. Quid enim si eam nolit petere emptor iam possessor factus? Quid si emptionis instrumentū cui subscribendum esset, proferre nolit? Quis dicat laudimiū eo minus deberi domino directo per quem nō stet, vt subscribat? Placet mihi hac parte ratiocinatio interpretum, vt pro domini directi subscriptione, si per emptorē ipsum stet, sufficiat voluntas subscribendi: quia sc. subsctiptionis non minus petendę quam concedendę necessitas imminet ex quo instanti apprehensa possessio est per nouum emphyteutam. Quinimò si contra vtrumque emphyteutam summo iure ageretur, dicēdum esset ex eadem Iustiniani constitutione cadere rem vēditam in cōmissum, Cum etiam à venditore exigat constitutio, vt requirat an dominus directus nouū emphyteutam suscipere velit, necne, Vt si nolit, & requisitus hoc facere intra duos menses supersederit, possit venditor etiā non consuetudine dominos, ad alios quoslibet suum ius, vel emphyteumata transferre. Sequitur namque in fine Constitutionis sin autem aliter fuerit versatus quā nostra cōstitutio disposuit iure emphyteutico cadat. Verum ab hoc summo iure paulatim recessum est per cōsuetudinem cōtrariam vbique fere gentium, & locorum introductam, vt non tam exactè, & accuratè requirendus sit dns directus, sed possit eo irrequisito, & vendi res emphyteutica & emptor in possessionem induci, dum ne qua, vel præstando laudimio, vel si quod aliud ius ipsius est, morā ei fiat. Et cum ex ratione iuris scripti, & à Iustiniano constituti in dict. l. vltim. duplex consensus domini necessarius sit. Primus vt possit emphyteuta rem emphyteuticam alij vendere, aut ius suum in alium transferre, si non malit ea dominus pro iure suo retinere, quod nos vulgò ius prælationis appellamus: Alter vt postquam licitè, ac domino permittente alij facta venditio est, possit emptor nancisci, & ingredi possessionem, vt his ita peractis nulla supersit causa dubitandi, quin & nouus emphyteuta in possessione sua tuendus sit, & laudimium domino debeatur. Nos vtrumque consensum illum

negligimus, & ius domini hactenus tuemur, vt facta venditione aut alia qualibet alienatione laudimium ei præstari oporteat, aut si qua in eo, vel fraus, vel contumacia emptoris alteriusve acquisitoris interuenerit, committo locus aperiatur, & res ad dominum reuertatur: quam pragmatici vocant consolidationem dominij vtilis cum directo. Idque mirum est quod iactari solet, Non tantum emphyteuses de quibus solis nunc agimus, sed etiam feuda redacta esse ad instar patrimoniorū, vt de ijs possit emphyteuta disponere pro arbitrio perinde ac de alijs quibuslibet bonis proprijs, & vt vocant, allodialibus. Quod ius consuetudinarium ex magna, & duplici æquitate, & vtilitate inductum fuit, quarum altera est, quod ita postulare videtur vsus, ad necessitas commerciorum, vt & facilius domini directi emphyteutas inuenirent, & emphyteutæ reperirent, emptores tantò citiùs, quantò liberiùs rem emptam alijs possent vendere: Altera quòd iuri communi derogatum fuerit primum per dominos directos qui non contenti quinquagesima parte precij quam Iustinianus præscripserat, longè maiorem portionem præstari sibi voluerunt, & vt plurimum sextam partem, apud alios quintam, aut quartam, apud nonnullos etiam tertiam imò, & dimidiam: Adhibitis scilicet priuatis in eam rē pactionibus, quę iuri scripto derogarent. Nam, & ipsa Iustiniani constitutio excipit conuentiones, quę in contrarium factæ sint in contractu ipso emphyteutico, quarum causam semper vult esse potiorem, vt euenit in cæteris quoque contractibus, sed in hoc maximè, cuius natura non alia esse creditur, quam quæ per conuentiones in scriptis habitas inducatur l. 1. C. eod. tit. Quemadmodum itaque iuri communi derogatum est in fauorem domini directi, vt longè maiora ei laudimia debeantur quàm Iustinianus præscripserit, Ita & in fauorem possessoris, & emphyteutæ eidem iuri cōmuni derogari oportuit, vt non adeò esset obstrictus in requirendo duplici cōsensu domini, Trāsitque tandē ius hoc conuēntionale in consuetudinariū, Vt aliàs solent quæ frequenter adijciūtur in cōtractibus, etiamsi expressa nō sint haberi pro

expressis

expressis, aut ex constitutione aliqua, aut ex consuetudine, in quâ frequentia conuentionum degenerauerit, vt in l. vlt. C. quæ res pign. obl. poss. l. vlt. C. de fideiuss. l. quòd si nolit 3 r. §. quia assidua D. de ædil. edict. Vnde etiam rationem petere soleo, Cur vix vllus hodie sit vsus iuris prælationis quod dominis directis Iustinianus concesserat, nisi apud quos, vel ex longa consuetudine retentum fuit, quod de plerisque Galliarum populis, & prouincijs pragmatici Galli testantur, aut ex edicto Principis, vt apud nos ab aliquot duntaxat annis restituti. Nempè quia non est hodie in arbitrio dñi directi, vt alienationi per emphyteutã faciẽdæ factæue consentiat, sed omnimodo consentire cogitur, nec nisi vel laudimij, vel si per fraudem laudimium denegetur, commissi petendi ius habet, Prælationẽ enim dederat Iustinianus eo tpe, quo nondum venditio facta esset non post perfectam venditionem. Sed, & quibus in locis hodie ius hoc prælationis saluum est domino directo, non prohibetur tamen possessor emphyteuta vendere irrequisito domino. Nec si ita fecerit, viam commisso aperit, sed post factam irrequisito domino venditionẽ perinde saluum domino ius est rei pro eodem pretio habendæ, & retinendæ, dum intra tres menses, aut aliud præscriptum tempus voluntatem suam declaret, ac si nulla dum vẽditio, nec traditio facta esset. Nullus igitur hodie domini consensus exigitur non solum, vt emphyteuta possit rẽ vendere, sed neque vt emptorem possit in rei venditæ possessionem inducere: Vnumq; hoc ius domino superest, vt vel rem sibi pro eodem pretio retineat si prælationis iure vti possit, & velit, Vel laudimium soluat quale quantumque, vel pactione aliqua conuentum, vel longa, & recepta consuetudine definitum est. Quo admisso, defendi certè multominus potest hodie, quod nostri volunt, ut statim, atq; perfecta vẽditio est, ius sit acquisitum domino petendi laudimij, etiam prius, quàm emptor inductus sit in possessionem. Nam si ad Iustiniani constitutionem respicimus; Dat illa ius commissi, & caducitatis non laudimij domino directo, si eo irrequisito alterutrum factũ sit, aut uenditio, aut trãslatio possessionis.

sionis. Nemo autem dixerit posse laudimium deberi quamdiu in eo res est vt commisso, & caducitati locus fieri queat, siue ad consuetudinem quam diximus obtinere, antiquata ex maiori parte Iustiniani constitutione, non plus iuris habet dominus directus cum irrequisito eo nouus emphyteuta in possessionem missus est, quam si consensum suum ante missionem accommodasset, ac vtroq; casu sola laudimij petitio competit, non etiam commissi vt anteà. Cæterum sicut ex Iustiniani lege tùm quoque cum duplex ille dominij cõsensus exquisitus est, nõ ideò tamen laudimium deberi omnimodo incipit sed ex quo tantum die induxerit dominus nouum emphyteutam in possessionem, aut saltem ipsius possessioni consenserit, Adeò vt si per duos menses hoc facere supersederit liceat emphyteutæ ius suum in quemcunq; voluerit transferre, neglecto domino, id est absq; metu vllo vel commissi vel præstandi laudimij, Ita & ex consuetudine qua vtimur dicendum est, nullum posse deberi laudimium prius quam nouus emphyteuta possessor factus sit, cum multa incidere possint per quæ fiat vt possessionem ille numquam accipiat, Aut quia rebus omnibus integris malint contrahentes à contractu discedere, Aut quod ab alio ea res euincatur si non dominij saltem pignoris iure, Aut ne singulos casus alios conquiramus, quod dominus directus venditionem laudare, & approbare nolit, Quo saltem casu non est qui negare possit permittendũ emptori vt ab emptione recedat impunè, si modò venditor quoque cõsentiat. Cur ergo possessionem habeamus pro apprehensa per nouum emphyteutam ob hoc solum quod paratus sit dominus consentire vt emphyteuta eam apprehendat? Nam nec vtilis dominij, vt vocant, vtilitas vlla est sine possessione, quam ideò à proprietate seiunxit hominum cæca cupiditas, vt Seneca conquerebatur. Ergo quod superiore capite diximus, & probauimus, Ex subhastationibus etiam nulliter factis deberi laudimium, non ita intelligi volumus vt omnimodo debeatur, etiam priùs quam emptor in possessionem inductus sit, aut quod esset absurdius, etiamsi possessionem apprehendere

numquam

numquam velit, sed vt debeatur si secuta sit missio in possessionem, & semestre illud intra quod redimi bona debuerunt, effluxerit. Neque enim prius deberetur etiamsi subhastationes valuissent. Et id quidem indubitatè procedit eo iure quo vtimur, vt non prius semestre illud incipiat currere quam authoritate iudicis missus fuerit emptor in possessionem: Nam cum non antè incipiat deberi laudimium, quam semestre præterierit, necessarium antecedens est vt missio in possessionem præcesserit. Sed inspecto iure vetere quod ex Statuto nostro obtinebat, vt sex illi menses inciperent currere à die expeditionis non expectata missione in possessionem difficilius videtur, vt dicamus obligationē prestandi laudimij, nasci hoc casu potuisse ex apprehensione possessionis. Enimuerò dicendum potius est, ita obtinuisse propterea quod cum statuti potestate dominium in emptorem transeat citrà vllam traditionem, parùm interesse videretur an missus esset emptor in possessionem, necne, dummodo esset eius dominij vtilis irreuocabiliter quæsitum, vt exinde saltem laudimium debere incipere. Neque rursus existimandū est missionem in possessionem vsque adeò necessariam esse vt emptor non priùs possessor fieri possit, quam authoritate iudicis in possessionem inductus sit. Nam traditio calami, de qua in præcedentibus aliquid diximus, licèt non, sit modus transferendæ possessionis, Emptori tamen facit potestatem apprehendendi possessionem propria authoritate, vt etiam fructus ex re vendita possit percipere, in quibus præcipuum possessionis commodum, & emolumentum cōsistit. Neque esset necessaria missio in possessionem quæ ex iudicis authoritate per apparitorem fieri solet, si non congruentius, & conuenientius videretur, vt quemadmodum subhastationes omnes, sunt ex mandato iudicis, ita per iudicem ex post facto confirmentur: quod fit primùm sed summariè, & causa non cognita, per missionem in possessionem. Deinde adhibita causæ cognitione plenissima, per decreti interpositionem Hodie autem ad hoc vtilis, & necessaria est missio in possessionem, non vt emptor magis possessor, fiat si

rei venditæ fructus iam perceperit, sed vt iustius, & authore Prætore, ei imque q̃ præcipuũ est, vt semestre currat q̃ alioqui currere nunquã inciperet: Vnde fieret vt neq; laudimia vnquã deberentur: Quæ licet non ita facilé tam citò deberi æquũ est ne hoc incõmodo miser debitor oneretur, si q̃que bona vendita volet redimere cũ iam debito soluẽdo impar sit. Attamen aliqñ tandem deberi necesse est, ne dũ consulere debitori volumus, dñi ius extinguamus, Eo nimirũ pe quo emptori dñium irreuocabiliter acquisitũ fuerit, aut acquiri potuerit, q̃ contingit post elapsum semestre, siue subhastationes valuerint, siue nõ valuerint, & siue decreti interpositio aliqua probetur secuta, siue nulla secundum ea quæ diximus in præcedentib. At in priuatis venditionibus, quia dominiũ sine traditione non transfertur necessaria semper est, aut inductio aliqua in possessionẽ, aut saltem apprehẽsio alia possessionis, vt laudimiũ deberi incipiat, & peti possit.

ERROR QVARTVS.

Si venditor ex cuius contractu laudimium petitur, nolit rem tradere.

APPAREBIT euidentius quàm grauis sit error ille interpretũ quem refellimus existimantium: Ex contractu simplici dum ntẽ inualido, & nullo laudimia deberi, si rõnes quibus mouentur, & limitationes quas adferunt, subtilius expendamus. Mouẽtur autem maximè ex eo, q̃ putant, & supponunt pro vero, q̃d & nos aliqñ credebamus; Venditorem eius rei cuius traditæ potestatem habeat, teneri præcisè emptori, vt eã tradat, nec liberari pstatione eius, q̃ interest. Quæ cõis nostrorum sniã est post Bart. & alios ad l. 1. D. de actio. empt. Inde nãq; inferunt, ẽt prius quàm rei venditæ traditio vlla secuta sit, habendã tñ eam pro tradita, & consequenter, eodẽ iure cẽsendum emptorem dñm q̃d directum, quo esset vterq; si res tradita proponeretur. Quo fecuro dubitandi cã nulla esset quin ab emptore laudimia dño deberentur. Nam, & hîc fõlet, Eum qui actionẽ habet in rem aliquã, rem ipsam habere

vide-

videri; l. is qui actionē 11. de reg. iur. q̄ eo saltem casu indubitatè p̄cedit, quo quis hēt actionem in rem aliquā, ad eam rem præcisè consequendā. Itaq; si q̄ contingat vt vēditor non sit præcisè obligatus ad tradendū, sed liberari possit p̄stando id q̄d interest emptoris. Vt puta inquiunt si feudum, vel emphyteusim vendiderit sine consensu dñi, fatētur nulla eo casu laudimia deberi, Quasi cessante rōne, quæ facere posset, vt deberent, Ex Bald. in §. si facta tit. si de feud fuer. contr. intr. dom. & agnā. in vsib. feudor. Nihil n. dñi videtur interesse cū facta venditio est, quā non debeat subsequi absoluta necessitas traditionis, Cū sola mutatio emphyteutæ illa sit, quæ efficit, vt dñi interesse videat. Sed tota rō hæc, si propius inspicias neq; vera est, neq; accōmōdata. Non vera, q̄m falsum est q̄ illi pro vero habent, Venditorē teneri præcisè ad hoc, vt emptori rē tradat, quoties eius tradēdæ facultatem hēt. Vt nos iā sæpius, & pluribus probauimus in p̄cedētibus, tā ex d. l. 1. de act. empt. quæ gñaliter ait, si res vēdita non tradatur agendū esse ad id q̄ interest, non adhibita distinctione illa quam interpretes de suo ingenio cōminiscuntur, An facultatem habeat rei tradendæ, an non. Quam ex l. si traditio 4. C. eod. tit. vbi tractant Imperatores de venditore qui per procaciam suam nolit rem tradere, id est qui dolo malo recuset traditionē quā facere posset si vellet, Alioqui nulla esset procacia venditoris qui rem tradere tametsi maximè vellet, non posset, q̄ eius rei tradendæ potestatem non haberet. Et in eo quoque casu rescribūt, Nō q̄ voluntinterpretes, cōdemnandū esse præcisè venditorē ad tradēdū, sed q̄d nos defendimus, Quanti interesse compleri emptionem arbitratus fuerit Præses prouinciæ tantū in cōdemnationis taxationem deducere illum debere. Nec dissimiliter ijdem Imperatores in l. cum venditorem 10. eod. tit. rescripserunt, Vēditorē qui fide conuentionis rupta carnem quam vendiderat placitorpe nō exhibuit, proposita actione ex empto quanti emptoris interest si tunc præstita fuisset, cōueniendum eū esse. In quo duo sunt obseruanda, Primū illud q̄d lex ait fide cōuentionis rupta. Nec. n. de rupta cōuentionis fide

argui

argui potest venditor, qui rem venditam ideò non tradit, quòd eius tradendæ potestatem non habeat, sed is demum, qui cum tradere possit si velit, non vult tamen. Alterum quod non de condemnatione, aut condemnationis taxatione loquuntur Imperatores, vt in d.l.si traditio, sed de actione ipsa cùm aiunt conuẽiendum esse venditorem hoc casu ad id quod interest emptoris. Vt significent nullam competere actionem ad rem præcisè tradendam, sed ad pecuniam duntaxat, & ad id quod interest quod semper in quantitate consistit. Vt rei traditio sit in præstatione potiùs, quàm in obligatione. Rem enim ipsam tradere quidem venditor debet ex natura contractus, vt fidem suam liberet, nec de ea rupta argui possit, quomodo accipi debet, quod scriptum est in leg. exempto 11.§. 1. D. eodem titul. Sed si non tradat, conueniendus est eo nomine ad tradendum quidem, vt in l.si pater 10. in fin. Cod. eod. at non præcisè sed disiunctiuè, & alternatiuè, vel ad tradendum, vel ad præstandum id quod interest, quod disertis verbis Iustinianus exprimit in l. contractus 17. versic. adeo vt nec in huiusmodi venditionibus. Cod. de fid. instrum. Esset que ineptus libellus emptoris, qui venditorem vrgeret præcisè ad rem tradendam. Quoniam qualis libellus est talis quoque sententia esse debet, l. vt fundus 19. D. commun. diuidundo. vbi ratio redditur, quia vltra id quod in iudicium deductum est, excedere potestas iudicis non potest. Et stultus dicitur Iudex qui speciem aliquam petenti adiudicat æstimationem, l. vltim. C. de fideicommis. libert. Atqui non posset in condemnationem deduci vt cogeretur præcisè venditor rem tradere. Cũ traditio sit facti l. consilio 7. §. vltim. D. de curat. furios. nemo autem præcisè cogendus sit ad factum, quod citra vim, & impressionem fieri non posset: Ideoque nimirum in omnibus faciendi obligationibus necesse est in vicem facti succedere obligationem, & præstationem eius, quod interest, l. si quis ab alio 13. in fin. D. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur 72. l. quoties quis alium 81. l cùm stipulatus 113. §. vltim. D. de verbor. obligat. Neque remedium aliud superesset


image
not
available

l. in omnibus rebus 55 de obl. & action. l. si ego 18. & seq. D. de reb. cred. Manus autem militaris, quæ in inuitum exerceatur, nunquam faciet, vt concurrat animus transferendi dominij in persona illius, qui vim patitur, cuius non tantum voluntatē, & consensum interuenire oportet, vt transferat dominiū, sed ēt factum aliquod, non nudam patientiam. Est enim duntaxat in iuribus receptum, vt in ijs patientia sit loco traditionis, quæ tradi verè ac propriè non possunt l. 3. in prin. de vsufr. l. vlt. D. de seruit. non etiam in rebus corporalibus, quę tradi commodè possunt l. 1. §. vlt. D. de rer. diuis. & de quibus in l. traditionib. 2 e. C. de pact. l. traditio 20 iunct. l. nunquam 31 D. de acqu. rer. dom. In ijs enim quæ ex animo & voluntate cuiusque pendent, nullum præcisè imperium est. Vnde illud Imperatoris, neque amorem, neque religionem imperari posse. Itemq; quod Vlp. in l. qui in aliena 6. §. vlt. alias l. eum qui D. de acquir. hæred. Eum qui metu verberum (sic enim legendum esse constat, non vt vulgo verborum) vel aliquo timore coactus hæreditatem adierit, fallens, id est fingens se habere animum adeundi quem non habeat, neque hæredem ipsum fieri, si liber sit, neq; hæredem facere dominum si sit seruus, quoniam ad acquirendam hæreditatem animo acquirendi opus est, qui ex voluntate, & imperio solius domini non pendet. Hoc verò si ita est, vt venditor etiam eo admisso, vt cogi possit ad tradendum, nō idcirco tamen cogi possit, vt inuitus dominium rei venditæ transferat in emptorem. Planè dici non potest cur ob hoc solum ab emptore laudimium debeatur, quod obligatum habeat ille venditorem suum ad traditionem præcisè faciendam. Cùm præcisa illa necessitas tradendi non possit inducere præcisam necessitatem transferendi dominij, ne quidem secuta traditione. Siquidem nec aliud intuendum volunt interpretes, nisi an dominij, & personæ mutatio aliqua facta sit: qua cessante nec nouus emphyteuta vllus est, nec noua inuestitura, nec proinde causa vlla præstandi laudimij. Amplius dico, etiamsi laudimium ex hac causa deberetur, q emptor venditorem obligatum haberet præcisè ad rem tradendam,

dendam, adeoque licet solutum proponeretur. Nihilomagis tamen fore illum dominum rei venditæ, quæ nec à venditore ipso, nec ab eius hærede tradita vnquam fuisset. Idque probo ex l. si pater tuus 8. C. de actio. empt. cuius verba hæc sunt si pater tuus venundedit portionem suam, nec induxit emptorem in vacuam possessionem prædij, ius omne penes se eum retinuisse certum est, neq; enim velut traditionis factæ vectigal exsolutum si simulatũ factũ interceſſit, veritatẽ immutare potuit. Quid enim scribi potuit apertiùs ad nostram confirmandam? Nisi fortasse quòd velles etiã laudimij factã mentionem. At quid aliud sibi volunt verba illa traditionis factæ vectigal An non.n. laudimiũ vectigal quoddam est, & tributũ traditionis factæ. Rectè verò traditionis non venditionis, vt intelligamus nihil causæ esse cur propter vẽditionẽ aliquod vectigal pendatur, si nõ secuta sit traditio in qua totus effectus, & complementũ venditionis consistit. Hoc enim est, quod sequitur in eadem lege. Quapropter aditus Præses prouinciæ si animaduerterit in vacuã possessionẽ neq; patrem tuum, neq; successores eius emptorẽ, vel hæredes ipsius quocunq; loco factos induxisse, non dubitabit nihil esse translatum pronunciare: Quòd si nihil transfertur in emptorem ne quidem soluto ex venditione laudimio nisi traditio interuenerit: Quis ferat deberi laudimium ex sola venditione, nulla translatione facta dominij vtilis, nec mutato emphyteuta? Aut cur inducamus præstandi laudimij obligationem quandiu in eo res est, vt venditio quamuis consensu perfecta possit tamen nullum habere vnquam effectum, nec vllam siue dominij, siue possessionis translationem inducere? Quo casu an non ex post facto apparebit nullam fuisse causam, vel promittendi, vel soluendi laudimij? Aut si causa illa sufficit quomodo putant interpretes, quod non stet per dominum quominus traditio sequatur. Dicamus igitur eadem ratione, aut potiùs eodem errore, Deberi laudimium etiam ex venditione, quæ nunquam facta fuerit, quia non magis stat per dominum directum quominùs venditio aliqua fiat.

Ac ne

Ac ne fortè respondeas, Laudimium hoc casu idcircò deberi non posse quòd nulla venditione facta nesciri possit qs emptor futurus sit à quo laudimium petatur. Finge pactum, & promissionem de vendendo inter Titium, & Sempronium interuenisse, neque tamen vllam venditionem secutam esse. Quidni dicas perinde hoc casu debitum iri laudimia, cum p dominum non steterit quominus venditio secuta sit, sed per solos contrahentes. Quid si per Sempronium solum, qui promiserat se empturum? An fortè veremur adhuc, ne maior fiat iniuria emptori si laudimium præstare teneatur ex vẽditione quam faceré, vt promiserat, sine causa recusauerit, quàm si perfecta venditione, & ante adeptam ex contumacia venditoris possessionem obligemus eum ad laudimij præstationem? Imò longè maior iniquitas est in persona eius emptoris cui nihil imputari potest si cum propter venditoris pfidiam habere rem non possit, oneretur tamen laudimij præstatione, quàm in persona illius cui potest imputari, cur venditionem quam promiserat, non fecerit. Et tamen certum est, & interpretes pragmaticiq; omnes in eo consentiunt, Ex promissione de vendendo, vel alienando nullo casu deberi laudimia, vt post alios tractat Andr. Tiraq. de retract. conuent. §. fin. num. 44. Non solum quoniam aliud est venditio, aliud pactum de vendendo, vt pluribus docet Bart. ad l. vlt. num. 8. de condit. caus. dat. Bald. ad l. 1. C. de pact. pignor. & alij quos refert Amed. à Pont. quæst. 35. Sed etiam quia ex so la promissione de vendendo, neque dominium vtile transferri potest, neq; possessio, nec proinde nouus vllus fieri emphyteuta, quia laudimia debere possit. Quæ posterior ratio non minùs conuenit venditioni iam factę quàm promissioni de vendendo, Cum non magis ex nuda licet perfecta venditione quàm ex pacto de vendendo, aut dominium, aut possessio transferri possit. Benè igitur Guid. Pap. quæst. 101. scripsit laudimium non deberi antequam emptor inductus sit in possessionem rei venditæ, sed malè cum ratione addit. Propterea quod debeatur pro labore inuestituræ, & inductionis in possessionem. Debuerat enim dicere pro susceptione in

possess-

possessionem, & pro approbatione nō tam noui contractus, quàm noui possessoris, in quo non tam labor, quàm beneficium, & beneuolentia versatur. Et quamuis recentiores pragmatici negent hoc ius hodie seruari in Gallia, quomodo tēporibus Guidonis Papej seruabatur, apud nos tamen semper obtinuit, nec vnquam Senatus noster pronunciauit deberi laudimia ex vllo contractu quamuis iusto, & valido, nisi secuta & probata noua aliqua possessionis apprehētione. Quæ fuit veterum ferè omnium opinio quibus solenne erat dicere, Laudimium non deberi, nec peti posse, nisi facta fuerit inuestitura, vt apud Stephan. Bertrandi cons. 3. num. 33. vol 3. Nec enim aliud est inuestire emptorem quàm suscipere eum in possessionem, quæ susceptio præsupponit, & includit in se possessionis adeptionem. Neque possum audire propitijs auribus recentiorum interpretationem, qui subintelligunt aliam exceptionem, vel nisi per dominum nō steterit. Fateor si per dominum steterit laudimia non deberi. Sed non ideò bona consecutio est, vt ad inducendam laudimiorum obligationem sufficiat per dominum non stare, si nō etiam illud concurrat, vt contractus non solum perfectus sit, sed etiam completus, suumq; effectum habuerit, quod sine acquisitione possessionis esse nunquam potest.

ERROR QVINTVS.

De differentia commissi, & laudimij ex simplici venditione.

 LLI ipsi interpretes, & pragmatici, q defendūt, Ex simplici venditione deberi laudimium ab emptore priùs etiam quàm rei venditæ possessionem apprehenderit. Fatentur tamen, Per solum contractum absque domini consensu initum non secuta rei traditione, aut dominij translatione, non cadere rem in commissum. Ita ex communi omnium opinione Andr. Tiraq. de retrac. gentilit. §. 1. glo. 1. nu. 42. & post eum Amed. à Pont.

à Pont. qui plures refert quæst. laudim. 38. Ex cap. imperialem, § callidis, vbi Iser. Bald. & alij notant de prohib. feud. alien. per Frider. vbi scriptum est in hæc verba callidis insuper machinationibus quorundam obuiantes, qui pretio accepto quasi sub colore inuestituræ quam sibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt, ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem eius nostræ constitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus, Pœna authoritate nostra imminente, vt venditor, & emptor qui tam illicitas pactiones reperti fuerint contraxisse, feudum amittant, & ad dominum liberè reuertatur. Ponderant nimirum verba illa feudum vendunt, & in alios transferunt, & ex ijs inferunt nõ aliter illi constitutioni, quæ pœnalis est locum esse posse, quã si vtrumque concurrat, vt & venditio facta sit, & rei translatio ab vno in alium. Atqui certum est, ex contractu simplici nullam fieri translationem, nisi secuta demùm traditione. Traditionem igitur secutam esse necessarium est, vt commisso, quod in pœnam indictum est, locus aperiatur. Rationem verò diuersitatis hac parte inter Commissum, & Laudimium illam adferunt, quod cum de Commisso tractamus agitur de pœna euitanda. Et quia conditio domini deterior non sit traditione non secuta: Quæ vnica ratio est, inquiunt, propter quam res cadere debeat in commissum. At respectu laudimij non debet auferri ius domino acquisitum ex contractu quẽ dominus potest approbare etiam ante traditionem ex qua approbatione deberur domino laudimium. In eamque rem citare solent l. in insulam 42. § vltim. D. solut. matr. l. vltim. D. de pact. Verba sunt Amed. à Pont. dict. quæst. 38. Quod aiunt Commissum esse quid pœnale, & consequenter odiosum, sanè verissimum est, vt non facilè extendenda sit pœnalis cõstitutio extra suos limites, sed restringẽda potiùs quãtum fieri potest vt cætera solent omnia quæ sunt eius generis, id est pœnalia, & odiosa, Ex reg. l. penultim. D. de pœn. & l. cum quidam. 10. De liber. & posthum. Laudimium verò æquè certum est non in pœnam possessoris deberi, sed in præmium, & remunerationẽ beneficij à domino directo collati,

in

in nouo possessore ac emphyteutâ suscipiendo. Ideòque fauorabiliorem esse laudimij, quam commissi adiudicationē. Sed non possis ex eo inferre quod illi inferunt, Deberi ergo laudimium ex simplici contractu venditionis etiam traditione non secuta, Commissum non deberi. Nec enim solus laudimij fauor facere potest, vt debeatur, si non etiam causa concurrat propter quam debeatur. Causa verò non alia est quàm beneficium illud domini directi, vt diximus suscipientis nouum emphyteutam in possessionem. Possessionem igitur, aut apprehendi, aut saltem peti necesse est, vt beneficio locus esse possit. Nam nec beneficium inuito datur, vt habet regula iuris. Et quamuis Seneca quodam loco scribat: Imò verò duplex beneficium dare illum, qui dat inuito, & inuitum cogit accipere: Non tameu de tali beneficio loquitur quale est de quo tractamus, domini directi in emphyteutam nouum, quod non fit, nisi spe præmij, & remunerationis laudimiorum. Quin potiùs diceret Seneca, quod alio loco eleganter, Dignum esse decipi eum, qui beneficium ideò dat, vt recipiat, si beneficium hoc esset ex eorum genere, quæ nullum, nisi officij, & gratitudinis onus adnexum habent. Importunum ergo est, & intempestiuum, vt dominus directus beneficium illud emptori offerat, antequàm fit ille ab emptore requisitus, ob hoc dumtaxat, vt laudimium consequatur in præmium beneficij, quod nec dum dederit, nec de eo dando adhuc rogatus sit.. Sed, & quod admittimus laudimium esse fauorabile non ita accipiendum est quasi sit adeò fauorabile, vt procliues esse debeamus ad inducendam laudimij obligationem: Sed sic potius, vt non sit tam odiosum, quàm est commissum. Cæterum negari non potest quin odiosum sit, quia onus est, & proniores semper esse debemus ad liberandum, quàm ad obligandum, vulg. l. Arrianus 41. D. de obligatio. & action. Quod verò addunt interpretes, vt rationem diuersitatis quam adferunt magis illustrent, quòd conditio domini deterior non fiat traditione non sequuta, verum quidem est, itemque quod ex eo inferunt: Non posse in

commissum cadere rem, quæ vendita tantùm sit, & non tradita. Sed tam efficax ea ratio est, vt probet laudimium non deberi, quàm vt ostendat. Commisso locum nō esse. Cur enim debeatur domino, cuius nihil interfit? Interest sanè cū in nouum emphyteutam, & possessorem suscipit alium, quam eum, cui emphyteusim concesserat. Ita enim fit, vt inuitus quodammodo rem suam in alium transferri patiatur. Non quidem inuitus absolutè si respicias rationem iuris communis ex quo habet ille ius prælationis. Sed tamen secundum quid, cùm si nolit rem retinere cogatur pati, vt emphyteuta eam rem etiam inuito ipso vendat alteri Et ob eam causam æquum est, vt pro hoc incommodo lucrum, & commodum laudimiorum sentiat. Sed priusquam emptor possessor factus sit, aut fieri velit, nihil prorsus interest domini directi quamuis venditio iam contracta sit, quoniam idem emphyteuta, & possessor manet, qui priùs: nec proinde causa vlla est præstandi laudimij, siue ex dominij translatione causam illam æstimes cum interpretibus, siue vt nos volumus, ex mutatione possessionis facta per speciem alienationis habilem per se ad dominium vtile transferendum. Ergo si vera illa ratio est, quæ ab interpretibus affertur propter quam nō secuta traditione non possit res vendita in commissum cadere, quia nihil interest domini directi. Erit pariter vera, & bona propter quam debeamus concludere, nec laudimia deberi domino ante traditionē cùm nihil eius interfit. Imò si verum amamus, multò maior vrgeret ratio, vt domino cuius nihil penitus interesset commissum adiudicaretur, quàm laudimium, vel ob hoc ipsum quo mouentur in contrarium interpretes, quod commissum adiudicetur in pœnam. Est enim id commune pœnis omnibus quatenus pœnæ sunt, vt locum habeant etiamsi nihil interfit actoris, siue conuentionales sint, quia licèt obligationes omnes ad hoc comparatæ sint, vt vnusquisque acquirat quod sua interest. Cùm tamen pœna in stipulationem deducta est non quærimus an aut quatenus interfit stipulatoris, sed tantùm quænam sit quantitas, & conditio stipulationis, l. stipulatio ista 38. §. alteri

teri de verb obligat. Siue legales, quia cum lex pœnam aliquam constituit, non tam id agit, vt alicui consulat, quàm vt factum eius puniat cui pœna irrogatur. Idque Prætor etiam in Edicto secutus est, cum actiones pœnales proposuit in vtilitatem eorum etiam quorum nihil interesset, adeoq; qui essent calumniatores, vt in edicto. Ne quis eum qui in ius vocat. vi eximat l. si per alium 5. §. 1. D. illo titul. Et in l. vnic. §. vlt. si quis ius dicent. non obtemp. meram pœnam continere dicitur edictum illud quia non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur, id est ad æstimationem rei petitæ, licèt nihil actoris interfit, puta quòd sit calumniator. Plures quidem sunt actiones Prætoriæ, quæ dicuntur pœnales, quia puniunt factum eius, qui cõtra edictum fecerit. Sed non sunt istæ merè, & absolutè pœnales, sed tantum ex parte rei cum non alij deutur, quam cuius interest, & ex parte actoris rei non pœnæ persecutionem contineant, l. nouissimè 7. § quod ait. l. huius 9. §. 1. D quod falsi. tut. auth. l. 2. §. vlt, D. qui satisd. cogan. l. 4 §. in eum D. de damn. infect. l. 1. § hæc verba D ne vis fiat ei l. 3. §. pen. D. de tabul. exhib. l 3. §. vlt. D. vti poss. de quo plura, & fusissimè scripsimus in præcedentibus, cum tractauimus de actionibus tam ciuilibus, quã prætorijs, quæ ex delicto nascuntur, hæredique, & in hæredem aut dantur, aut nõ dantur. Quod ad propositum nostrũ attinet, satis est probasse, pœnam in libris nostris opponi passim vtilitati, & ei quod interest. Ne dubitari possit quin pœnæ petitio competat etiam ei cuius nihil interfit, Non est igitur rario accomodata, quam adferunt interpretes, vt cùm de pœna commissi agitur necesse sit secutam esse traditionem, quod alioqui nihil interfit domini directi. Et in hac ipsa quæstione de commissi pœna, non deest exemplum in quo detur actio ad commissum etiam illi, qui probare nullomodo possit sua interesse. Ex edicto nimirum Sereniss. Ducis Emanuelis Philiberti quo constitutum est ad obuiandum fraudibus, quas emphyteutæ aduersus dominos quotidie comminiscuntur, vt quisquis rem aliquam emerit, aut alio titulo ad transferendum dominium habili acquisierit,

fuerit rescribere intra menses duos titulũ acquisitionis suæ teneat, in ea Castellania in qua situs est fundus acquisitus. Nec tm̃ si fundus sit emphyteuticus, vel feudalis, sed & si sit liber ab omni canone, & onere, ac vt nostri loquuntur, allodialis. Addita etiam pœna commissi aduersus acquisitorem si contra fecerit. Et quidem in fauorem, & commodum domini directi si fundus sit feudalis, vel emphyteuticarius, quia eo casu solius eius interest, qui dominus directus inuenitur, si verò fundus sit allodialis, in vtilitatem, & commodum illius, qui iurisdictionem habet in eo territorio vbi fundus est, Ne scilicet qui contra edictum fecerit causari possit, habuisse se fundum pro allodiali. Et tamen quid obsecro eius interest, qui dominus tantùm est iurisdictionis, quòd non sit inscriptus titulus acquisitionis? Illa namque inscribendi necessitas non aliam causam habet, quàm vt sciat dominus directus an, & quando, & cui, & quo precio fundus feudalis, emphyteuticarius venditus sit, vt ex eo possit dignoscere, an ius aliquod nactus sit, aut commissi aut laudimij petendi, ab eo, quem videt nouum possessorem factum. Idque ita constitui iustissimum sanè, ac æquissimum fuit, postquam bonis feudalib. & emphyteuticarijs iam redactis ad instar patrimoniorum desierat in vsu esse ius commune, vt emphyteuta ante venditionem consensum domini per denunciationem ei faciendam exquirere cogeretur, Vt de iure suo certior fieri dominus directus posset. Verùm quid hoc ad dominum solius iurisdictionis, qui nullum ius feudi, vel directi dominij habeat in fundo vendito: Quid videri potest ipsius interesse, vtrum facta sit contractus inscriptio, necne? Nihil penitus. Nec tamen eo minùs commissi pœnam petere potest si fortè res allodialis vendita sit, nec emptor edicto satisfecerit. Quoniã ita lex scripta est, & idcirco seruanda quantũuis dura, vt in l. prospexit 12. D. qui, & à quib. manum. Quãquam nec valdè dura si duritiem, & contumaciam æstimes eius qui fraudem directo domino facere velit, & qui fraudis suæ prætextum illum semper obtenderet, quòd fundum allodialẽ credidisset, nisi prætextũ hũc rigor edicti sustuliset.

Nihil

Nihil ergo cómune habet pęna cómissi cũ eo, quod interest, nec proinde bona ratio illa est interpretũ, vt ex venditione, quam traditio nulla subsecuta est idcirco difficilius cómissum peti possit, quam laudimiũ, quòd nihil interfit domini. Iam verò, quod ex Friderici constitutione adferunt in d. §. callidis, nihil minùs, quàm pro ijs facit. Nam si fateri cogũtur, quod verissimum est, in specie dictæ constitutionis ideò non fieri, Commissio locum ex simplici vẽditione, quod eius legis verba non tantùm exigant, vt feudi venditio facta sit, sed etiam vt feudum in quem alium translatum sit, quæ trãslatio non fit sine traditione. Quidni etiam de laudimio idem admittunt cùm ijsdem propemodũ verbis lex Iustiniani concepta sit. An non enim de transferendo iure emphyteutę Iustinianus loquitur sæpius in d. l. vlt. C. de iur. emphy. Primum cum ait, non licere emphyteutæ sine consensu domini melioriationes suas vendere, velius emphyteuticum transferre. Quæ verba licèt disiunctiuè apposita esse videantur, Nemo tamen non videt sic accipienda, esse vt de ea venditione Iustinianus intelligat, quę iuris emphyteutici contineat translationem, aut de ea iuris emphyteutici translatione, quæ fiat alio titulo, quàm venditionis. Nam & interpretum brocardicum illud est, propositionis alternatiuæ partem vnam esse interpretandam ex altera, per l. 1. D. de condic. insitit. Quod igitur de venditione lex ait non de alia debet accipi, quàm quæ ius emphyteutæ in alium transferat, & consequenter q̃ traditio aliqua, aut saltem alia possessionis acquisitio sequatur. Nam & sequitur in eadẽ lege, vel si ius emphyteutic ũ ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad soluẽdum emphyteuticum canonẽ transponere emphyteuta maluerit. Quid. n. aliud est transponere, q̃ transferre, vt & paulo ante finem legis licere emphyteutæ etiam non consentientibus dominis ad alios suũ ius, vel emphyteumata transferre. Quomodo autẽ sola conuentione trãsferri ius emphyteuticũ potest? At omnium apertissima sunt verba illa sed nouum emphyteutam in possessionẽ iuscipere, quæ ostendunt nõ tã propter cõtractũ ab emphyteuta inutũ deberi laudimia, quã

propter factum ipsius domini ob id, quòd nouum emphyteu-
tam in possessorem admiserit. Atq; vt intelligas nõ esse pro-
babilẽ explicationem, quam adijciunt interpretes, aut nisi
per dominũ non steterit quominùs nouum emphyteutã ad-
mitteret exigit eadẽ lex factũ personale domini, & vt nouũ
emphyteutam suscipiat, non per conductorẽ, vel per procu-
ratorẽ, sed per se vel per literas suas, vel deniq; si hoc nõ po-
tuerit, aut noluerit per depositionẽ suã præsentibus tabula-
rijs vel apud magistrũ censuum in alma ciuitate, vel in pro-
uincijs apud Præsides prouinciarum celebrandam. Quo nõ
facto, lex nulla domino laudimia vult deberi: Cùm tamen
negari non possit quin multò minùs stet per dominũ quomi-
nùs nouum emphyteutam suscipiat, cùm ab eo requisitus
vult per conductorem, aut procuratorem suum aut apud aliũ
magistratum, quàm magistrũ censuum, vel præsidem prouin-
ciæ aut denique coram tabellionibus alijs quàm tabularijs, illum
suscipere. Quàm cùm facta duntaxat per emphyteutam ven-
ditio est, nec vlla possessio adhuc per nouum emphyteutam
vel apprehensa vel petita. Nihil igitur prodesse directo do-
mino potest quod per eum nõ stet si nihil fecerit, adeoq; nec
feciſſe iuuat si non ritè, ac solenniter fecerit seruata ad vi-
guem forma Iustinianeæ constitutionis. Planè si non requi-
sito consensu domini directi nouus emphyteuta possessionẽ
acceperit, quomodo accipere hodie potest citra pœnam cõ-
missi, fateor sufficere domino ad laudimium consequendũ,
vt per eum non stet, quominùs noui emphyteutę possessionẽ
laudet, & approbet, nec illud etiam exigi, vt à nouo emphy-
teuta fuerit requisitus: quia licèt feuda, & bona omnia em-
phyteutica redacta sint ad instar patrimoniorum. Id tamen
non eum sensum habet, quasi nulla domini directi ratio ha-
benda sit, sed vt sit ille habendus pro requisito, adeoq; pro
consentiente missioni in possessionem, aut apprehensioni
possessionis, quam nec si velit, impedire hodie possit. Atquin
si requisitus fuisset, & consensisset, non posset dubitari quin
laudimium ei deberetur. Ergo & debebitur nullo etiam ve-
ro consensu intercedente si modò non stet per eum. Sed si

nulla

Nulla possessio accepta sit, quamuis emphyteuta ad perfectũ venditionis actum deuenerit, non sufficiet tamen ad inducendam laudimij obligationẽ, vt non stet per dominũ directũ quominùs emphyteuta nouus possessionẽ accipiat, si nõ saltem illud ẽt concurrat, vt nouus emphyteuta denunciauerit domino, & consensum eius requisierit ad possessionem occupandam: Quod quamuis rarò fiat, cùm tamen fit, non est permittendum emptori vt ab interpellatione, & denunciatione illa resiliat, ad fraudandum dominũ per quem non stet quominùs consensum suũ accõmodet solemniter, & ex scripto. Iam enim desijt esse res integra domino interpellato, nec contradicente, sed quandiu tacet emptor nec possessionẽ, & inuestiturã, aut petit, aut apprehendit, dico non esse permittendũ domino, vt consensum vltrò suũ offerat inducendi laudimij causã, cũ nihil sit ex quo appareat, aut requisitũ eũ fuisse, aut habendũ pro requisito, siue Iustiniani legẽ, siue ius quo vtimur inspiciamus. Quod si constitutione Iustiniani hodie vteremur, esset multo probabilius dicere. Ex sola, & simplici venditione cõmissum deberi laudimium. Quia laudimio præstando locum facit sola domini approbatio, q̃ supponit præcedentem, aut venditoris, aut emptoris interpellationem. At commissi petitionem inducit sola venditoris culpa qui negligens fuit in duplici illo consensu domini exigendo, vno qui vẽditionẽ præcedere debuerit, altero qui possessionis apprehensionẽ. Cùmq; alterutrum neglectũ esse sufficiat ne incidat venditor in pœnam quam præscripsit Iustinianus vltimis illis verbis legis sin autẽ aliter fuerit versatus, quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat. Nõ poterit nõ esse cõmisso locus si probet vẽditor nõ exquisito domini consensu ad venditionẽ prosilijsse quãuis steterit in finibus conuentionis, nec trar sierit ad translationem vllam siue dominij, siue possessionis. Verum igitur est, quod volumus, esse facilius, vt commissum peti possit, quàm vt laudimium debeatur, inspecta scilicet lege Iustiniani. Nam eo iure quo vtimur, contra obtinet. Quandoquidem vix vnquam adiudicatur commissum, & culpa vlla nisi

si dolus etiã, & fraudis cõsilium interueniſſe probetur. Quo tamen caſu illud etiam interuenire oportet, vt laudimij ſolutionem nouus emphyteuta recuſet quæ quoties offertur etiam poſt litem ſuper commiſſo conteſtatam, numquam Senatus noſter commiſſi pœnam irrogat. Sed laudimij potiùs duplicis præſtationem, dum ne oblatio laudimij in tempus vſque rei iudicandę differatur: Qua in ſola ſpecie vidi aliquando commiſſum à Senatu noſtro ex tempore adiudicari. Sępius autem ad laudimij ſolutionem condemnari poſſeſſorem qui de commiſſo vrgebatur.

ERROR SEXTVS.

De laudimijs petitis ex ſimplici venditione à qua contrahentes re integra receſſerint.

HIC alius caſus eſt à nobis allatus in præcedentibus in quo euidentius apparet, quam iniquum ſit quod volunt interpretes, Ex ſimplici contractu vẽditionis laudimia deberi nulla etiam traditione ſecuta. Nam ſi vera eſſet ea propoſitio, ſequeretur vt poſt contractam vtiliter venditionem non licere contrahentibus ab ea recedere nuda conuentione, quin laudimij præſtandi obligatio quæ directo domino quæſita ſemel fuiſſet, in ipſius commodum, & vtilitatẽ ſalua remaneret. Bonã enim eſſe conſecutionem probat illa ipſa iuris regula, quam interpretes adferunt, pro tuenda ſua ſententia, quod ius domino quæſitum auferri ei ſine facto eius non poſſit vulg. l. id quod noſtrum 11. De reg. iur. Itemque leges omnes quarum authoritate in hanc partem moueri ſolent. Inter quas eſt l. vl. D de pact. vbi Furius Anthianus ſcribit ſi reus poſtquam pactus eſt à ſe non peti pecuniam, ideòque cœpit pactum fideiuſſori quoque prodeſſe, pactus ſit vt à ſe peti liceat, ſemel acquiſitam fideiuſſori exceptionẽ pacti vlterius ei inuito extorqueri non poſſe. Itemque l. in inſulã 42. §. vltim. D. ſolut. matrim.

matrim. vbi Papinianus ait, Si post diuortium vxor ad virũ reuersa sit, iudicium acceptum exstipulatione quam extraneus interposuerit qui dotem dederat, non dissolui, nec officio iudicis absolutionem contineri. Nempe quia ius repetendæ dotis extraneo quæsitum per diuortium, ob secutam posteà redintegrationem matrimonij aufferri ei non debet. Nec desunt sexcẽta alia huius generis exempla quibus simile quid probari possit. Sed frustra pluribus immoremur in probando eo, in quo nobiscum interpretes consentiunt. Atqui perabsurdum est dicere, Laudimium deberi ex simplici venditione à qua contrahentes vltrò, & rebus omnibus integris recedere maluerint. Ergo, & absurdũ illud est ex quo hoc sequitur, vt dicamus, Ex simplici venditione qualibet ante secutam traditionem laudimia deberi. Tota vis huius ratiocinationis in minore propositione probanda consistit. Nam quod nos perabsurdum dicimus, Interpretes contrà iustum, & æquum esse defendunt. Videamus autem quibus illi rationibus aut textibus opinionem suã confirment. Nam si nulla ratione nulloq; textu assequi id possint, minus necesse habebimus nostrã probare, aut erit saltẽ id nobis facilius. Rationẽ non aliam adferunt, quã quæ iam satis superq; à nobis confutata est, quod venditio consensu solo perficiatur, nec rei traditionem exigat §. cum autem Inst. de empt. & vend. Quod sanè ad rẽ omnino non pertinet. Ostendimus n. non tam ex contractu nasci obligationem præstandi laudimij, quam ex possessionis apprehensione quę contractũ subsecuta sit. Non est igitur bona illa collectio, Contractus vẽditionis consensu solo perficitur. Ergo ex die cõsensus præstiti laudimiũ domino debetur. Probandũ n. esset quod enthymema supponit, Deberi laudimiũ propter contractũ potiùs quam propter iuris translationem quæ ex cõtractu fiat, quod sicuti falsum est, ita nullo iuris loco probari vnquam poterit. Est n. laudimium vectigal velut quoddam non venditionis sed traditionis factæ, vt suprà loquebamur ex l. si pater tuus 8. C de act. empt. Sunt etiam qui addant, Teneri vẽditorẽ præcisè ad rẽ tradẽdã, vt inferant nihil ergo interesse

an traditio secuta sit necne, Quasi pro facto contrate habendū sit, quicquid vt facias cogi possis: Sed hoc quoq; nos suprà refutauimus, & probauimus. Imò verò non posse cogi venditorem præcisè ad tradendum, adeòque nec conuenirī aut cōdemnari, sed officio iudicis contineri vt eum absoluat si paratus sit præstare quanti interest emptoris ex l. 1. D. de act. empt. l. si traditio 4. l. cum venditorem 10 C. eo. Hæc. n. natura est actionis ex empto, inquit Iabolenus in l. si in venditione 60. D. de evict. Quamquam etsi admitteremus posse cogi venditorem præcisè ad tradendum, parūm id esset, si non etiam illud à nobis extorquere quis vellet vt admitteremus cogi posse emptorē quoq; vt venditorē cogat præcisè ad tradendum. Quis verò emptorem coget ita agere si putet cōmodius sibi esse vt quanti sua interest cōsequatur. Proindè si vēditor, & emptor consentiant vt pro re vēdita quæ tradi præcisè deberet, id q̄ emptoris interest, præstetur, quis negauerit morem eis gerendum esse, vt Paulus loquitur in l. quod si possessor 71. D. de rei vendic. Quid porrò in hac specie interest domini, vt laudimiū cōsequi debeat ex ea venditione ex qua nec secuta traditio sit; nec sequi eam contrahentes voluerint. Excipereitaq; debuerunt interpretes, saltē casum illum quo nolit emptor cogere venditorem præcisè ad traditionem, sed malit agere in id quod interest. Verūm nō hic casus est de quo nunc tractamus, quia cum venditor, & emptor in eo consentiunt vt pro re vendita id quod interest præstetur, non ideò discedunt à contractu, sed vim potiùs, & naturam contractus exequuntur. Nos eum casum tractamus, quo contrahentes rebus omnibus integris à perfecto contractu emptionis, & venditionis recedant. Pro quo casu solent interpretes adferre textum. c. 1. quid iur. si post allen. feud. vasall. id recuper. in vsib feudor. lib. 2. tit. 44. vbi scriptum est, si vasallus hodie feudum illicitè alienauerit, licèt postea illud recuperauerit, penes eum tamen non remanere, Vt potè domino, ad quemcunque peruenerit, apertum. Sed nemo non statim videt ad rem nostram hoc non pertinere. Est enim locus ille de feudo nō solū vendito sed etiā tradito

vt ex

vt ex eo apparet quod ponit esse postea recuperatum. Nec enim recuperari posset, quod translatum numquam fuisset, quòdq; à bonis vasalli prioris numquam abscessisset. Nos quærimus de venditione simplici, per quam nihil translatum fuerit ob non secutā traditionē. Deinde si textus ille ad propositum nostrum faceret, illud tamen probari ex eo tantum posset. Ex simplici ergo venditione rei emphyteuticæ si quā illicitè ac contra Iustiniani legem facta esset, id est irrequisito domino, aut eo quidem requisito, & inuito, sed in minus idoneam ac prohibitam personam [hæc.n. supradicta Iustiniani cōstitutione nominatim excipiūtur] locum fore commisso, & caducitati. Quod.n. est in feudis Apertura feudi de quā in d. tit. id in emphyteusi est caducitas, & cōmissum. Sed quid inde ad quæstionem nostram de laudimio, an debeatur? Inferte potius debeas, Verum esse quod proximo capite probauimus, Esse multò facilius vt ex simplici venditione res cadat in cōmissum, quā vt laudimium debeatur. Ac sanè ita est, quoniam caducitati locum facit sola negligentia emphyteutæ, & culpa quæ in omittendo contracta sit, id est nō factum quod domini consensum non requisierit. At laudimio præstando locum facit factum domini directi in laudando, & approbando nouo possessore in quem vetus emphyteuta ius suum transtulerit. Iam verò nos eas rationes quæ pro sententia nostra faciant adferamus: Legibus enim agi non potest in eo tractatu qui ex vnica illa Iustiniani constitutione ferè totus pendeat, nec tam ad ius scriptum pertineat, quam ad consuetudinarium. Prima ratio quæ occurrit illa est, quod ea sit natura contractuum omnium qui nudō consensu perficiuntur vt contrario consensu ipso iure resoluantur, id est ita vt perinde sit acsi numquam initi fuissent, neque ex prioris contractus vestigijs quicquam supersit l. 1. & 2. Cod. quand. lic. ab empt. disced. l. prout 80. de solut. iunct. l. nihil tamen naturale 35. de reg. iur. l. iuris gentium 7. §. adeò autem, & l. ab emptione 58. D. de pact. Idque adeò verum est vt si inter emptorem, & venditorem conuenerit priusquā aliquid ex alterutra parte solueretur, vt ab emptione

discéda-

discedatur fideiussor eo nomine acceptus soluto contractu liberetur l. Stichum aut Panphilum 95. §. vlt. D. de solut. Nec. n. res eo minus integra est quod aut venditor fideiussorem de euictione dederit, aut emptor de pretio soluendo, vt optimè responsum illud Papiniani probat, Sed tum demum desinit esse res integra cùm, aut traditio rei venditæ facta est ex parte venditoris, aut solutio pretij, vel in totum, vel pro parte ex latere emptoris. Quod cùm accidit, fatentur omnes, non aliter à priore contractu discedi posse quam si actus quoque priori similis retroagens vēditionem intercesserit, vt loquitur Gordianus in d.l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. Et hoc casu sanè procedit quod volunt interpretes non posse contrahentes à contractu discedere in præiudicium domini directi si ei acquisitum est ius petendi laudimij ex adeptione possessionis. Hoc enim semper addo vt ostendam non valde referre an res desierit esse integra ex parte emptoris ob solutum ab eo pretium, dummodo sit integra ex parte venditoris nulla dum facta per eum traditione ac iurium suorum translatione, vt dicemus latius capite sequenti. Cæterum si à contractu recessum est rebus omnibus integris, omnes consentiunt contractum ipso iure resolui, quod ipsum nihil aliud est quam haberi eum pro non facto: Imò verò venditionem infectam fieri, vt loquitur Pomp. in l. 2. De rescind. vendit. Quid ergo fieri potest, vt ex eiusmodi contractu resoluto, & infecto laudimia debeantur? Potestas scilicet resolutionis tollit vim, & intellectum prioris conuentionis, quemadmodum de potestate euictionis scribit Papinianus in l. si patroni 55 §. vlt. D. ad SC. Treb. tollere iam intellectum restitutionis, Implicatq; contradictionē, vt nullus, & infectus contractus sit, id est numquam factus, nedum habendus p numquā facto, Et vt ex eo laudimia debeantur. Neq; est quod cum interpretibus respōdeas. Haberi quidem pro non facto cōtractū, quantū ad eos pertinet qui contraxerunt: at non quantum ad ius domini directi qui ex ea resolutione lædereretur. Sic enim illi post Paul. Castr. ad d.l. 1. nu. 8. C. quand. lic. ab empt. disced. Nam hæc respon-

respondet præsupponit quod iã toties negani, acquiri domino ius petendi laudimij ex simplici contracto. Hoc verò probandum esset, nec tamẽ vnquam probabitur. Et abutuntur valde interpretes supradicta Pauli Castrensis traditione cũ eã in partes suas trahunt. Non enim de laudimio Castrensis eo loco tractat, sed de gabella, vt vocat, quæ sit debita ex Statuto, & ille ponit ita conceptũ esse, vt ex quolibet contractu gabella soluatur. Et ait ex simplici cõtractu gabellã istã deberi licet contraria voluntate contrahẽtium, & rebus omnibus integris resoluta venditio proponatur. Et rectè quia non potest ea resolutio tollere ius quod fisco quæsitum fuit ex die initæ perfectæque venditionis. Sed quæro, Vbinam gentiũ lex illa est quæ de laudimio idem statuat, id est quæ velit ex quocunque cõtractu laudimium deberi? Proferatur lex aliqua, vel consuetudo quæ hoc ius induxerit, Et statim consentiam non tam cum Paulo Castrensi cuius sentẽtiam hac in re probo, quam cum interpretibus cæteris omnibus. Statutum de quo Castrensis loquitur de gabella ex quocũq; contractu soluenda fisco, nullum fisci factum requirit, sed eorum duntaxat, qui contraxerunt, & vt contractus aliquis quandoque interuenerit. At constitutio Iustiniani in d. l. vlt. C. de iur. emphyt non aliter laudimium deberi vult, quàm si factum aliquod domini directi concurrat in approbando, & suscipiendo nouo possessore, nec solo contrahentium facto contenta est, vt laudimium debeatur quamuis solo eorundem non facto contenta sit vt commisso locus aperiatur Idque, & ipsa laudimij dictio, & etymologia demonstrat. Nã cum à laudando dictum sit id est ab approbando, & ea approbatio non à contrahentibus fieri debeat, sed à domino directo, & quidem vel requisito, vel habendo saltem pro requisito, vt ostendimus in præcedentibus, consequens omnino est, vt quoties nullus contractus est qui laudari possit, nulla quoque laudimia debeãtur. Porrò nullus cõtractus est nullus possessor nouus, quẽ laudare, & approbare possit dominus directus, cum is contractus qui aliquando fuit, inuenit iam resolutus, & ad non cõtractũ reductus. Nullũ ergo

ius

à Pont. qui plures refert quæst. laudim. 38. Ex cap. imperialem. § callidis, vbi Iſern. Bald. & alij notant de prohib. feud. alien. per Frider. vbi ſcriptum eſt in hæc verba callidis inſuper machinationibus quorundam obuiantes, qui pretio accepto quaſi ſub colore inuellituræ quam ſibi licere dicunt, feudum vendunt, & in alios transferunt, ne tale figmentum, vel aliud vlterius in fraudem eius noſtræ conſtitutionis excogitetur, modis omnibus prohibemus, Pœna authoritate noſtra imminente, vt venditor, & emptor qui tam illicitas pactiones reperti fuerint contraxiſſe, feudum amittant, & ad dominum liberè reuertatur. Ponderant nimirum verba illa feudum vendunt, & in alios transferunt, & ex ijs inferunt nõ aliter illi conſtitutioni, quæ pœnalis eſt locum eſſe poſſe, quã ſi vtrumque concurrat, vt & venditio facta ſit, & rei translatio ab vno in alium. Atqui certum eſt, ex contractu ſimplici nullam fieri translationem, niſi ſecuta demùm traditione. Traditionem igitur ſecutam eſſe neceſſarium eſt, vt commiſſo, quod in pœnam indictum eſt, locus aperiatur. Rationem verò diuerſitatis hac parte inter Commiſſum, & Laudimium illam adferunt, quod cum de Commiſſo tractamus agitur de pœna euitanda. Et quia conditio domini deterior non ſit traditione non ſecuta: Quæ vnica ratio eſt, inquiunt, propter quam res cadere debeat in commiſſum. At reſpectu laudimij non debet auferri ius domino acquiſitum ex contractu quẽ dominus poteſt approbare etiam ante traditionem ex qua approbatione debetur domino laudimium. In eamque rem citare ſolent l. in inſulam 42. § vltim. D. ſolut. matr. l. vltim. D. de pact. Verba ſunt Amed. à Pont. dict. quæſt. 38. Quod aiunt Commiſſum eſſe quid pœnale, & conſequenter odioſum, ſanè veriſſimum eſt, vt non facilè extendenda ſit pœnalis cõſtitutio extra ſuos limites, ſed reſtringẽda potiùs quãtum fieri poteſt vt cætera ſolent omnia quæ ſunt eius generis, id eſt pœnalia, & odioſa. Ex reg. l. penultim. D. de pœn. & l. cum quidam. 19. De liber. & poſthum. Laudimium verò æquè certum eſt non in pœnam poſſeſſoris deberi, ſed in præmium, & remunerationẽ beneficij à domino directo collati;

in

in nouo possessore ac emphyteutâ suscipiendo. Ideòque fauorabiliorem esse laudimij, quam commissi adiudicationē. Sed non possis ex eo inferre quod illi inferunt, Deberi ergo laudimium ex simplici contractu venditionis etiam traditione non secuta, Commissum non deberi. Nec enim solus laudimij fauor facere potest, vt debeatur, si non etiam causa concurrat propter quam debeatur. Causa verò non alia est quàm beneficium illud domini directi, vt diximus suscipientis nouum emphyteutam in possessionem. Possessionem igitur, aut apprehendi, aut saltem peti necesse est, vt beneficio locus esse possit Nam nec beneficium inuito datur, vt habet regula iuris. Et quamuis Seneca quodam loco scribat: Imò verò duplex beneficium dare illum, qui dat inuito, & inuitum cogit accipere: Non tameu de tali beneficio loquitur quale est de quo tractamus, domini directi in emphyteutam nouum, quod non fit, nisi spe præmij, & remunerationis laudimiorum. Quin potiùs diceret Seneca, quod alio loco eleganter, Dignum esse decipi eum, qui beneficium ideò dat, vt recipiat, si beneficium hoc esset ex eorum genere, quæ nullum, nisi officij, & gratitudinis onus adnexum habent. Importunum ergo est, & intempestiuum, vt dominus directus beneficium illud emptori offerat, antequàm fit ille ab emptore requisitus, ob hoc dumtaxat, vt laudimium consequatur in præmium beneficij, quod nec dum dederit, nec de eo dando adhuc rogatus sit.. Sed, & quod admittimus laudimium esse fauorabile non ita accipiendum est quasi sit adeò fauorabile, vt procliues esse debeamus ad inducendam laudimij obligationem: Sed sic potius, vt non sit tam odiosum, quàm est commissum. Cæterum negari non potest quin odiosum sit, quia onus est, & proniores semper esse debemus ad liberandum, quàm ad obligandum, vulg. l. Arrianus 41. D. de obligatio. & action. Quod verò addunt interpretes, vt rationem diuersitatis quam adferunt magis illustrent, quòd conditio domini deterior non fiat traditione non sequuta, verum quidem est, itemque quod ex eo inferunt: Non posse in

commissum cadere rem, quæ vendita tantùm sit, & non tradita. Sed tam efficax ea ratio est, vt probet laudimium non deberi, quàm vt ostendat. Commisso locum nō esse. Cur enim debeatur domino, cuius nihil interest? Interest sanè cū in nouum emphyteutam, & possessorem suscipit alium, quam eum, cui emphyteusim concesserat. Ita enim fit, vt inuitus quodammodo rem suam in alium transferri patiatur. Non quidem inuitus absolutè si respicias rationem iuris communis ex quo habet ille ius prælationis. Sed tamen secundum quid, cùm si nolit rem retinere cogatur pati, vt emphyteuta eam rem etiam inuito ipso vendat alteri Et ob eam causam æquum est, vt pro hoc incommodo lucrum, & commodum laudimiorum sentiat. Sed priusquam emptor possessor factus sit, aut fieri velit, nihil prorsus interest domini directi quamuis venditio iam contracta sit, quoniam idem emphyteuta, & possessor manet, qui priùs: nec proinde causa vlla est præstandi laudimij, siue ex dominij translatione causam illam æstimes cum interpretibus, siue vt nos volumus, ex mutatione possessionis facta per speciem alienationis habilem per se ad dominium vtile transferendum. Ergo si vera illa ratio est, quæ ab interpretibus affertur propter quam nō secuta traditione non possit res vendita in commissum cadere, quia nihil interest domini directi. Erit pariter vera, & bona propter quam debeamus concludere, nec laudimia deberi domino antę traditionē cùm nihil eius interfit. Imò si verum amamus, multò maior vrgeret ratio, vt domino cuius nihil penitus interesset commissum adiudicaretur, quàm laudimium, vel ob hoc ipsum quo mouentur in contrarium interpretes, quod commissum adiudicetur in pœnam. Est enim id commune pœnis omnibus quatenus pœnæ sunt, vt locum habeant etiamsi nihil interfit actoris, siue conuentionales sint, quia licēt obligationes omnes ad hoc comparatæ sint, vt vnusquisque acquirat quod sua interest. Cùm tamen pœna in stipulationem deducta est non quærimus an aut quatenus interfit stipulatoris, sed tantùm quænam sit quantitas, & conditio stipulationis, l. stipulatio ista 38. §. alteri

teri de verb obligat. Siue legales, quia cum lex pœnam aliquam constituit, non tam id agit, vt alicui consulat, quàm vt factum eius puniat cui pœna irrogatur. Idque Prætor etiam in Edicto secutus est, cum actiones pœnales proposuit in vtilitatem eorum etiam quorum nihil interesset, adeoq; qui essent calumniatores, vt in edicto. Ne quis eum qui in ius vocat. vi eximat l. si per alium 5. §. 1. D. illo titul. Et in l. vnic. §. vlt. si quis ius dicent. non obtemp. meram pœnam continere dicitur edictum illud quia non ad id quod interest, sed quanti ea res est, concluditur, id est ad æstimationem rei petitæ, licèt nihil actoris interfit, puta quòd sit calumniator. Plures quidem sunt actiones Prætoriæ, quæ dicuntur pœnales, quia puniunt factum eius, qui cõtra edictum fecerit. Sed non sunt istæ merè, & absolutè pœnales, sed tantum ex parte rei cum non alij deutur, quam cuius interest, & ex parte actoris rei non pœnæ persecutionem contineant, l. nouissimè 7. § quod ait. l. huius 9. §. 1. D quod falsi tut. auth. l. 2. §. vlt. D. qui satisd. cogan. l. 4. §. in eum D. de damn. infect. l. 1. § hæc verba D ne vis fiat ei l. 3. §. pen. D. de tabul. exhib. l 3. §. vlt. D. vti poss. de quo plura, & fusissimè scripsimus in præcedentibus, cum tractauimus de actionibus tam ciuilibus, quã prætorijs, quæ ex delicto nascuntur, hæredique, & in hæredem aut dantur, aut nõ dantur. Quod ad propositum nostrũ attinet, satis est probasse, pœnam in libris nostris opponi passim vtilitati, & ei quod interest. Ne dubitari possit quin pœnæ petitio competat etiam ei cuius nihil interfit, Non est igitur rario accomodata, quam adferunt interpretes, vt cùm de pœna commissi agitur necesse sit secutam esse traditionem, quod alioqui nihil interfit domini directi. Et in hac ipsa quæstione de commissi pœna, non deest exemplum in quo detur actio ad commissum etiam illi, qui probare nullomodo possit sua interesse. Ex edicto nimirum Sereniss. Ducis Emanuelis Philiberti quo constitutum est ad obuiandum fraudibus, quas emphyteutæ aduersus dominos quotidie comminiscuntur, vt quisquis rem aliquam emerit, aut alio titulo ad transferendum dominium habili acquisierit,

fuerit reſcribere intra menſes duos titulũ acquiſitionis ſuæ teneat, in ea Caſtellania in qua ſitus eſt fundus acquiſitus. Nec tm̃ ſi fundus ſit emphyteuticus, vel feudalis, ſed & ſi ſit liber ab omni canone, & onere, ac vt noſtri loquuntur, allodialis. Addita etiam pœna commiſſi aduerſus acquiſitorem ſi contra fecerit. Et quidem in fauorem, & commodum domini directi ſi fundus ſit feudalis, vel emphyteuticarius, quia eo caſu ſolius eius intereſt, qui dominus directus inuenitur, ſi verò fundus ſit allodialis, in vtilitatem, & commodum illius, qui iuriſdictionem habet in eo territorio vbi fundus eſt, Ne ſcilicet qui contra edictum fecerit cauſari poſſit, habuiſſe ſe fundum pro allodiali. Et tamen quid obſecro eius intereſt, qui dominus tantùm eſt iuriſdictionis, quòd non ſit inſcriptus titulus acquiſitionis? Illa namque inſcribendi neceſſitas non aliam cauſam habet, quàm vt ſciat dominus directus an, & quando, & cui, & quo precio fundus feudalis, emphyteuticarius venditus ſit, vt ex eo poſſit dignoſcere, an ius aliquod nactus ſit, aut commiſſi aut laudimij petendi, ab eo, quem videt nouum poſſeſſorem factum. Idque ita conſtitui iuſtiſſimum ſanè, ac æquiſſimum fuit, poſtquam bonis feudalib. & emphyteuticarijs iam redactis ad inſtar patrimoniorum deſierat in vſu eſſe ius commune, vt emphyteuta ante venditionem conſenſum domini per denunciationem ei faciendam exquirere cogeretur, Vt de iure ſuo certior fieri dominus directus poſſet. Verùm quid hoc ad dominum ſolius iuriſdictionis, qui nullum ius feudi, vel directi dominij habeat in fundo vendito: Quid videri poteſt ipſius intereſſe, vtrum facta ſit contractus inſcriptio, necne? Nihil penitus. Nec tamen eo minùs commiſſi pœnam petere poteſt ſi fortè res allodialis vendita ſit, nec emptor edicto ſatisfecerit. Quoniã ita lex ſcripta eſt, & idcirco ſeruanda quantũuis dura, vt in l. proſpexit 12. D. qui, & à quib. manum. Quãquam nec valdè dura ſi duritiem, & contumaciam æſtimes eius qui fraudem directo domino facere velit, & qui fraudis ſuæ prætextum illum ſemper obtenderet, quòd fundum allodialẽ credidiſſet, niſi prætextũ hũc rigor edicti ſuſtuliſſet.

Nihil

Nihil ergo cõmune habet pœna cõmissi cũ eo, quod interest, nec proinde bona ratio illa est interpretũ, vt ex venditione, quam traditio nulla subsecuta est idcirco difficilius cõmissum peti possit, quam laudimiũ, quòd nihil interest domini. Iam verò, quod ex Friderici constitutione adferunt in d. §. callidis, nihil minùs, quàm pro ijs facit. Nam si fateri cogũtur, quod verissimum est, in specie dictæ constitutionis ideò non fieri, Commisso locum ex simplici vẽditione, quod eius legis verba non tantùm exigant, vt feudi venditio facta sit, sed etiam vt feudum in quem alium translatum sit, quæ trãslatio non fit sine traditione. Quidni etiam de laudimio idem admittunt cùm ijsdem propemodũ verbis lex Iustiniani concepta sit. An non enim de transferendo iure emphyteutę Iustinianus loquitur sæpius in d. l. vlt. C. de iur emphy. Primum cum ait, non licere emphyteutæ sine consensu domini melliorationes suas vendere, vel ius emphyteuticum transferre. Quæ verba licèt disiunctiuè apposita esse videantur, Nemo tamen non videt sic accipienda, esse vt de ea venditione Iustinianus intelligat, quę iuris emphyteutici contineat translationem, aut de ea iuris emphyteutici translatione, quæ fiat alio titulo, quàm venditionis. Nam & interpretum brocardicum illud est, propositionis alternatiuæ partem vnam esse interpretandam ex altera, per l. 1. D. de condic. instit. Quod igitur de venditione lex ait non de alia debet accipi, quàm quæ ius emphyteutæ in alium transferat, & consequenter q̃ traditio aliqua, aut saltem alia possessionis acquisitio sequatur. Nam & sequitur in eadẽ lege, vel si ius emphyteuticũ ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad soluẽdum emphyteuticum canonẽ transponere emphyteuta maluerit. Quid. n. aliud est transponere, q̃ transferre, vt & paulo ante finem legis licere emphyteutæ etiam non consentientibus dominis ad alios suũ ius, vel emphyteumata transferre. Quomodo autẽ sola conuentione trãsferri ius emphyteuticũ potest? At omnium apertissima sunt verba illa sed nouum emphyteutam in possessionẽ suscipere, quæ ostendunt nõ tã propter cõtractũ ab emphyteuta initũ deberi laudimia, quã

propter factum ipsius domini ob id, quòd nouum emphyteu-
tam in possessorem admiserit. Atq; vt intelligas nõ esse pro-
babilẽ explicationem, quam adijciunt interpretes, aut nisi
per dominũ non steterit quominùs nouum emphyteutã ad-
mitteret exigit eadẽ lex factũ personale domini, & vt nouũ
emphyteutam suscipiat, non per conductorẽ, vel per procu-
ratorẽ, sed per se vel per literas suas, vel deniq; si hoc nõ po-
tuerit, aut noluerit per depositionẽ suã præsentibus tabula-
rijs vel apud magistrũ censuum in alma ciuitate, vel in pro-
uincijs apud Præsides prouinciarum celebrandam. Quo nõ
facto, lex nulla domino laudimia vult deberi: Cùm tamen
negari non possit quin multò minùs stet per dominũ quomi-
nùs nouum emphyteutam suscipiat, cùm ab eo requisitus
vult per conductorem, aut procuratorem suum, aut apud aliũ
magistratum, quàm magistrũ censuum, vel præsidem prouin-
ciæ aut denique coram testibus alijs quàm tabularijs, illum
suscipere. Quàm cùm facta duntaxat per emphyteutam ven
ditio est, nec vlla possessio adhuc per nouum emphyteutam
vel apprehensa vel petita. Nihil igitur prodesse directo do-
mino potest quod per eum nõ stet si nihil fecerit, adeoq; nec
fecisse iuuat si non ritè, ac solenniter fecerit seruata ad vi-
guem forma Iustinianeæ constitutionis. Planè si non requi-
sito consensu domini directi nouus emphyteuta possessionẽ
acceperit, quomodo accipere hodie potest citra pœnam cõ-
missi, fateor sufficere domino ad laudimium consequendũ,
vt per eum non stet, quominùs noui emphyteutę possessionẽ
laudet, & approbet, nec illud etiam exigi, vt à nouo emphy-
teuta fuerit requisitus: quia licèt feuda, & bona omnia em-
phyteutica redacta sint ad instar patrimoniorum. Id tamen
non eum sensum habet, quasi nulla domini directi ratio ha-
benda sit, sed vt sit ille habendus pro requisito, adeoq; pro
consentiente missioni in possessionem, aut apprehensioni
possessionis, quam nec si velit, impedire hodie possit. Atquin
si requisitus fuisset, & consensisset, non posset dubitari quin
laudimium ei deberetur. Ergo & debebitur nullo etiam ve-
ro consensu intercueniente si modò non stet per eum. Sed si

nulla

Nulla possessio accepta sit, quamuis emphyteuta ad perfectū venditionis actum deuenerit, non sufficiet tamen ad inducendam laudimij obligationē, vt non stet per dominū directū quominùs emphyteuta nouus possessionē accipiat, si nō saltem illud ēt concurrat, vt nouus emphyteuta denunciauerit domino, & consensum eius requisierit ad possessionem occupandam: Quod quamuis rarò fiat, cùm tamen fit, non est permittendum emptori vt ab interpellatione, & denunciatione illa resiliat, ad fraudandum dominū per quem non stet quominùs consensum suū accōmodet solemniter, & ex scripto. Iam enim desijt esse res integra domino interpellato, nec contradicente, sed quandiu tacet emptor nec possessionē, & inuestiturā, aut petit, aut apprehendit, dico non esse permittendū domino, vt consensum vltrò suū offerat inducendi laudimij causā, cū nihil sit ex quo appareat, aut requisitū eū fuisse, aut habendū pro requisito, siue Iustiniani legē, siue ius quo vtimur inspiciamus. Quod si constitutione Iustiniani hodie vteremur, esset multo probabilius dicere. Ex sola, & simplici venditione cōmissum deberi laudimium. Quia laudimio præstando locum facit sola domini approbatio, q̄ supponit præcedentem, aut venditoris, aut emptoris interpellationem. At commissi petitionem inducit sola venditoris culpa qui negligens fuit in duplici illo consensu domini exigendo, vno qui vēditionē præcedere debuerit, altero qui possessionis apprehensionē. Cùmq; alterutrum neglectū esse sufficiat ne incidat venditor in pœnam quam præscripsit Iustinianus vltimis illis verbis legis si h autē aliter fuerit verſatus, quàm nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat. Nō poterit nō esse cōmisso locus si probet vēditor nō exquisito domini consensu ad venditionē prosilijsse quāuis steterit in finibus conuentionis, nec transierit ad translationem vllam siue dominij, siue possessionis. Verum igitur est, quod volumus, esse facilius, vt commissum peti possit, quàm vt laudimium debeatur, inspecta scilicet lege Iustiniani. Nam eo iure quo vtimur, contra obtinet. Quandoquidem vix vnquam adiudicatur commissum, & culpa vlla nisi

si dolus etiã,& fraudis cõsilium interueniſſe probetur. Quo tamen caſu illud etiam interuenire oportet, vt laudimij ſolutionem nouus emphyteuta recuſet quæ quoties offertur etiam poſt litem ſuper commiſſo conteſtatam, numquam Senatus noſter commiſſi pœnam irrogat. Sed laudimij potiùs duplicis præſtationem, dum ne oblatio laudimij in tempus vſque rei iudicandę differatur: Qua in ſola ſpecie vidi aliquando commiſſum à Senatu noſtro ex tempore adiudicari. Sępius autem ad laudimij ſolutionem condemnari poſſeſſorem qui de commiſſo vrgebatur.

ERROR SEXTVS.

De laudimijs petitis ex ſimplici venditione à qua contrahentes re integra receſſerint.

[I]C alius caſus eſt à nobis allatus in præcedentibus in quo euidentius apparet, quam iniquum ſit quod volunt interpretes, Ex ſimplici contractu vẽditionis laudimia deberi nulla etiam traditione ſecuta. Nam ſi vera eſſet ea propoſitio, ſequeretur vt poſt contractam vtiliter venditionem non licere contrahentibus ab ea recedere nuda conuentione, quin laudimij præſtandi obligatio quæ directo domino quæſita ſemel fuiſſet, in ipſius commodum,& vtilitatẽ ſalua remaneret. Bonã enim eſſe conſecutionem probat illa ipſa iuris regula, quam interpretes adferunt, pro tuenda ſua ſententia, quod ius domino quæſitum auferri ei ſine facto eius non poſſit vulg. l. id quod noſtrum 11. De reg. iur. Itemque leges omnes quarum authoritate in hanc partem moueri ſolent. Inter quas eſt l. vl. D de pact. vbi Furius Anthianus ſcribit ſi reus poſtquam pactus eſt à ſe non peti pecuniam, ideòque cœpit pactum fideiuſſori quoque pdeſſe, pactus ſit vt à ſe peti liceat, ſemel acquiſitam fideiuſſori exceptionẽ pacti vlterius ei inuito extorqueri non poſſe. Itẽmque l. in inſulã 42. §. vltim. D. ſolut. matrim.

matrim. vbi Papinianus ait, Si post diuortium vxor ad virũ reuersa sit, iudicium acceptum ex stipulatione quam extraneus interposuerit qui dotem dederat, non dissolui, nec officio iudicis absolutionem contineri. Nempe quia ius repetendæ dotis extraneo quæsitum per diuortium, ob secutam postea redintegrationem matrimonij auferri ei non debet. Nec desunt sexcẽta alia huius generis exempla quibus simile quid probari possit. Sed frustra pluribus immoremur in probando eo, in quo nobiscum interpretes consentiunt. Atqui perabsurdum est dicere, Laudimium deberi ex simplici venditione à qua contrahentes vltrò, & rebus omnibus integris recedere maluerint. Ergo, & absurdũ illud est ex quo hoc sequitur, vt dicamus, Ex simplici venditione qualibet ante secutam traditionem laudimia deberi. Tota vis huius ratiocinationis in minore propositione probanda consistit. Nam quod nos perabsurdum dicimus, Interpretes contrà iustum, & æquum esse defendunt. Videamus autem quibus illi rationibus aut textibus opinionem suã confirment. Nam si nulla ratione nulloq; textu assequi id possint, minus necesse habebimus nostrã probare, aut erit saltẽ id nobis facilius. Rationẽ non aliam adferunt, quã quæ iam satis superq; à nobis confutata est, quod venditio consensu solo perficiatur, nec rei traditionem exigat §. cum autem Inst. de empt. & vend. Quod sanè ad rẽ omnino non pertinet. Ostendimus n. non tam ex contractu nasci obligationem præstandi laudimij, quam ex possessionis apprehensione quę contractũ subsecuta sit. Non est igitur bona ista collectio, Contractus vẽditionis consensu solo perficitur. Ergo ex die cõsensus præstiti laudimiũ domino debetur. Probandũ n. esset quod enthymema supponit, Deberi laudimiũ propter contractũ potiùs quam propter iuris translationem quæ ex cõtractu fiat, quod sicuti falsum est, ita nullo iuris loco probari vnquam potest. Est. n. laudimium vectigal vel ut quoddam non venditionis sed traditionis factæ, vt suprà loquebamur ex l. si pater tibi 8. C. de act. empt. Sunt etiam qui addant, Teneri vẽditorẽ præcisè ad rẽ tradẽdã, vt inferant nihil ergo interesse

an traditio secuta sit necne, Quasi pro facto contra te habendũ sit, quicquid vt facias cogi possis: Sed hoc quoq; nos suprà refutauimus, & probauimus. Imò verò non posse cogi venditorem præcisè ad tradendum, adeòque nec conuenirí aut cõdemnãri, sed officio iudicis contineri vt eum absoluat si paratus sit præstare quanti interest emptoris ex l. 1. D. de act. empt l. si traditio 4. l. cum venditorem 10 C. eo. Hæc. n. natura est actionis ex empto, inquit Iabolenus in l. si in venditione 60. D. de euict. Quamquam etsi admitteremus posse cogi venditorem præcisè ad tradendum, parũ id esset, si non etiam illud à nobis extorquere quis vellet vt admitteremus cogi posse emptorẽ quoq; vt venditorẽ cogat præcisè ad tradendum. Quis verò emptorem coget ita agere si putet cõmodiùs sibi esse vt quanti sua interest cõsequatur. Proinde si vẽditor, & emptor consentiant vt pro re vẽdita quæ trãdi præcisè deberet, id q̃ emptoris interest, præstetur, quis negauerit morem eis gerendum esse, vt Paulus loquitur in l. quod si possessor 71. D. de rei vendic. Quid porrò in hac specie interest domini, vt laudimiũ cõsequi debeat ex ea venditione ex qua nec secuta traditio sit, nec sequi eam contrahentes voluerint. Excipere itaq; debuerunt interpretes, saltẽ casum illum quo nolit emptor cogere venditorem præcisè ad traditionem, sed malit agere in id quod interest. Verũm nõ hic casus est de quo nunc tractamus, quia cum venditor, & emptor in eo consentiunt vt pro re vendita id quod interest præstetur, non ideò discedunt à contractu, sed vim potiùs, & naturam contractus exequuntur. Nos eum casum tractamus, quo contrahentes rebus omnibus integris à perfecto contractu emptionis, & venditionis recedant. Pro quo casu solent interpretes adferre textum. c. 1. quid iur. si post alien. feud. vasall. id recuper. in vsib feudor. lib. 2. tit. 44. vbi scriptum est, si vasallus hodie feudum illicitè alienauerit, licèt postea illud recuperauerit, penes eum tamen non remanere, Vt potè domino, ad quemcunque peruenerit, apertum. Sed nemo non statim videt ad rem nostram hoc non pertinere. Est enim locus ille de feudo nõ solũ vendito sed etiã tradito

vt ex

Vt ex eo apparet quod ponit esse postea recuperatum. Nec enim recuperari posset, quod translatum numquam fuisset, quòdq; à bonis vasalli prioris numquam abscessisset. Nos quærimus de venditione simplici, per quam nihil translatum fuerit ob non secutā traditionē. Deinde si textus ille ad propositum nostrum faceret, illud tamen probari ex eo tantum posset. Ex simplici ergo venditione rei emphyteuticæ si qua illicitè ac contra Iustiniani legem facta esset, id est irrequisito domino, aut eo quidem requisito, & inuito, sed in minus idoneam ac prohibitam personam [hæc.n. supradicta Iustiniani cōstitutione nominatim excipiūtur] locum fore commisso, & caducitati. Quod.n. est in feudis Apertura feudi de quā in d.tit. id in emphyteusi est caducitas, & cōmissum. Sed quid inde ad quæstionem nostram de laudimio, an debeatur? Inferte potiùs debeas, Verum esse quod proximo capite probauimus, Esse multò facilius vt ex simplici venditione res cadat in cōmissum, quā vt laudimium debeatur. Ac sanè ita est, quoniam caducitati locum facit sola negligentia emphyteutæ, & culpa quæ in omittendo contracta sit, id est nō factum quod domini consensum non requisierit. At laudimio præstando locum facit factum domini directi in laudando, & approbando nouo possessore in quem vetus emphyteuta ius suum transtulerit. Iam verò nos eas rationes quæ pro sententia nostra faciant adferamus: Legibus enim agi non potest in eo tractatu qui ex vnica illa Iustiniani constitutione ferè totus pendeat, nec tam ad ius scriptum pertineat, quam ad consuetudinarium. Prima ratio quæ occurrit illa est, quod ea sit natura contractuum omnium qui nudō consensu perficiuntur vt contrario consensu ipso iure resoluantur, id est ita vt perinde sit ac si numquam initi fuissent, neque ex prioris contractus vestigijs quicquam supersit l. 1. & 2. Cod. quand. lic. ab empt. disced. l. prout 80. de solut. iunct. l. nihil tamen naturale 35. de reg. iur. l. iuris gentium 7. §. adeò autem, & l. ab emptione 58. D. de pact. Idque adeò verum est vt si inter emptorem, & venditorem conuenerit priusquā aliquid ex alterutra parte solueretur, vt ab emptione

discéda-

responsio præsupponit quod iã toties negani, acquiri dominio ius petendi laudimij ex simplici contracta. Hoc verò probandum esset, nec tamẽ vnquam probabitur. Et abutuntur valde interpretes supradicta Pauli Castrensis traditione cũ eã in partes suas trahunt. Non enim de laudimio Castrensis eo loco tractat, sed de gabella, vt vocat, quæ sit debita ex Statuto, q̃ ille ponit ita conceptũ esse, vt ex quolibet contractu gabella soluatur. Et ait ex simplici cõtractu gabellã istã deberi licet contraria voluntate contrahẽtium, & rebus omnibus integris resoluta venditio proponatur. Et recte q̃a non potest ea resolutio tollere ius quod fisco quæsitum fuit ex die initæ perfectæque venditionis. Sed quæro, Vbinam gentiũ lex illa est quæ de laudimio idem statuat, id est quæ velit ex quocunque cõtractu laudimium deberi? Proferatur lex aliqua, vel consuetudo quæ hoc ius induxerit, Et statim consentiam non tam cum Paulo Castrensi cuius sentẽtiam hac in re probo, quam cum interpretibus cæteris omnibus. Statutum de quo Castrensis loquitur de gabella ex quocũq; contractu soluenda fisco, nullum fisci factum requirit, sed eorum duntaxat, qui contraxerunt, & vt contractus aliquis quandoque interuenerit. At constitutio Iustiniani in d.l. vlt. C. de iur. emphyt non aliter laudimium deberi vult, quàm si factum aliquod domini directi concurrat in approbando, & suscipiendo nouo possessore, nec solo contrahentium facto contenta est, vt laudimium debeatur quamuis solo eorundem non facto contenta sit vt commisso locus aperiatur Idque, & ipsa laudimij dictio, & etymologia demonstrat. Nã cum à laudando dictum sit id est ab approbando, & ea approbatio non à contrahentibus fieri debeat, sed à domino directo, & quidem vel requisito, vel habendo saltem pro requisito, vt ostendimus in præcedentibus, consequens omnino est, vt quoties nullus contractus est qui laudari possit, nulla quoque laudimia debeãtur. Porrò nullus cõtractus est nullus possessor nouus, quẽ laudare, & approbare possit dominus directus, cum is contractus qui aliquando fuit, inuenit iam resolutus, & ad non cõtractũ reductus. Nullũ ergo

ius

jus domino quæsitum adhuc videri potest petendi laudimij, at ne materia quidē vlla, cui formam iuris superaddere possis. Prius enim est non solum vt contractus aliquis sit qui hodie nullus est, sed etiam vt possessor nouus aliquis se offerat quem dominus laudare, & approbare possit, quam de laudimio quæri vtrū debeatur necne, & disputari oporteat. Nisi fortè tam stultus quis sit vt putet, Posse dominum, & debere approbare contractum, qui aliquādo fuerit licèt hodie non sit, quod certè ridiculum est. Approbari enim debet contractus qui est approbationis tēpore, non qui fuit, & esse desijt ante approbationem. In eòq; casus hic de quo tractamus longè minorem dubitationem habet quàm is de quo superiore capite dicebamus. Nam cum simplex venditio facta est licèt ad traditionis, aut apprehēsæ possessionis actum processum non fuerit, quamdiu tamen venditio subsistit, nescio quis color æquitatis pro domino facere videtur, vt ex ea venditione possit laudimia petere, quòd per eum non stet quominus cōtractum qui adhuc nō subsistit laudet, & approbet sed per contrahentes solos qui eam approbationem petere possent si vellent. At cùm venditio resoluta inuenitur eo tempore quo de laudimijs quæritur, cùm approbationis materia ipsa deficiat, frustra est quærere, an stet per dominum necne, vt cōtractus vel possessor nouus qui nullus est approbet cū per ipsā rerū naturam stet ne id fieri possit, nec si cōtrahētes velint vt in l. fluminum 24. in prin. vers. quis. n. dubitat D. de dān. infect. Nisi rursū hoc ipsū eis imputare volumus cur nō iterū cōtrahāt, & nouā ineant vēditionē eāmq; impleant secuta traditione ex vna parte, & numeratione prij ex altera: denique omnia illa faciant, quæ laudimij præstandi obligationem, & necessitatem inducere queant: Quod tamen sanæ mentis nemo vtique dixerit, Nemo enim sibi prodesse prohibetur, dum ne alij noceat, nec quisquam eo nomine alij teneri potest. l. 1. §. iidem aiunt. D. de aqua, & aquæ pluu. arcend. Nocere autem intelligitur non qui occasionem lucri aufert, sed qui damnum adfert, d. l. 1. §. sicut autem in fi. & l. 2. §. item Varus eod. tit. Porrò neque damnum, neque iniuriam

juriam infert is, qui iure suo, & cõmuni vtitur. l si duorũ 42. D. de action. empt. Id enim est, quod dici solet executionem iuris non habere iniuriam. l. iniuriarum 13. §. 1. D. de iniur. Cur ergo prohibeantur contrahentes si eos venditionis factæ pœniteat à venditione omnibus integris rebus discedere? Aut quis æquum putet inuitos eos retineri in obligatione, ob hoc solum ne domino directo speratum laudimij lucrum eripiatur? Sed & cum laudimium sit quinquagesima pars pretij ex l vltim. C. de iur. emphyt. aut pro varia locorũ consuetudine alia, atque alia pars quota pretij quis possit dicere quale quantumque laudimium debeatur, si pretium nullum sit? Atqui pretium nullum est cum nulla est venditio, cuius scilicet substantia ex pretio consistit. l. pacta conuenta 72. D. de contr. empt. Et quemadmodum sine pretio nulla venditio est, Ita nec pretium esse potest sine venditione. Fuisse autem aliquando pretium aliquod nihil est si non sit eo tempore quo de laudimio disputatur. Argumẽto est quod ijdem interpretes fatentur, Si vẽditio facta sit certo pretio, & subinde rebus omnibus integris conueniat inter eosdem contrahẽtes de alio siue maiore, siue minore pretio, nõ duas esse venditiones, sed vnicam. Transfusa scilicet ac transformata priore venditione in posteriorem ideòque non nisi vnicum laudimium deberi, Sed cuius quantitas æstimanda sit non ex priore sed ex posteriore sed pretij conuentione, Vt concludit Amed. à Pont. d. quæst. 38. post Bar. & Alex ad l. iuris gentium 7 §. adeò autem D. de pact. & ad d. l. pacta cõuenta. Quod igitur aucto posteà, vel diminuto pretio admittunt interpretes vt eius pretij quod aliquando fuit ratio non habeatur, nec magis quod ad dominum directum attinet quam quod ad contrahentes, sed eius tãtum quod nunc sit, quidni etiam idem admittamus cùm à toto pretio contrahentes mutuo consensu recesserunt, discedentes à tota venditione? Similis enim licet aliter concepta ratiocinatio est apud Vlp. in d. §. adeò autem vers. si igitur in totum potest, cur non, & pars eius pactione mutari potest? & paullò post nam si potest tota res tolli, cur non, & reformari? Nã & vulgare

gare noſtrorũ dictũ eſt, Valere argumẽtũ à toto ad partẽ, & à parte ad totũ l. quę de tota 76. D. de rei vindic. l. ſi ex toto 8. in princ. de leg 1. l. 1. §. 1. D ſi pars hęred. pet. legitur ſicuti prioris vẽditionis ratio nulla habetur ne quidem in vtilitatem domini directi, ſi prior transfuſa ſit in poſteriorem quãuis imminuto pretio, Cur maior habebitur ſi ab emptione in totum recedere contrahentes voluerint. Nam ſi bona & vera eſſet ratio illa perpetua interpretum, quod non ſit permittendum contrahentibus pœnitere poſt contractum ex quo dominus laudimium, & emolumentum conſecuturus erat per approbationem, Cur ergo eis permittimus, vt poſt conuentionem factam de maiore pretio conueniant de minore, cum perinde hoc caſu fiat, vt minus emolumenti conſequatur dominus, quàm percepturus fuerat ſi de pretio cõuento nihil fuiſſet imminutum? Aut cur non potius duplex laudimium quaſi ex duplici venditione deberi dicimus? An forte veremur ne iniuriam faciamus emptori cui poteſt imputari cur de pretio conuenerit, ac non potius, aut in priore conuentione perſtiterit, aut à poſteriore inceperit? Aut denique cur non diſtinguimus an cõuentione poſteriore prius pretium actum ſit, an imminutum, Vt ſi auctum ſit vnicum dumtaxat laudimium debeatur ex poſteriore emptione æſtimandum, quia ſine diſpendio, & incommodo directi domini hoc dici poſſit, ſi verò imminutum fuerit, vel duplex laudimium debeatur, vel ſaltem prioris pretij ratio habenda ſit, non poſterioris, Ne fuerit in poteſtate contrahentiũ deteriorem facere conditionem domini, & quantitatem minuere laudimij quod ex ſimplici venditione perfecta deberi cepiſſet minuendo pretium. Si enim perfectæ venditionis intellectum retinemus quod ad dominum directum ne in laudimio præiudicium ei fiat, Vt ſcilicet quamuis ea venditio pro facta habeatur quantum ad contrahentes ex quo inſtanti mutuo eorum conſenſu reſoluta eſt remaneat tamẽ pro facta ratione laudimij. Cur non æquè facilè retinemus veſtigium primæ conuentionis maioris pretij, cùm ſubinde ac rebus omnibus integris de minore pretio conuenit, vt

quamuis

quamuis ex contahẽtium voluntate transfusa sit prima conuentio in secunda m, nec nisi secundæ ratio habenda sit, qđ ad contrahentes ipsos pertinet, prima tamẽ remaneat, quod ad dominum directum, vt tantò maius ei laudimium debeatur. Facilius siquidem est, vt effectus aliquis superfit eius venditionis, quæ non prorsus sublata, sed in aliam transfusa sit, quàm eius, quæ omnino sublata sit, & extincta. Non enim penitus absumptum, & extinctum videri potest, quod aliquo saltem modò licet diuerso retinetur, l. idem seruandum 72. de legat. 2. l. obligationum ferè 44. §. vlt. de oblig. & action. l. 1 de pẽn. legat. Atqui fatentur interpretes nullum domino deberi laudimium ex simplici venditione, quæ in aliá transfusa sit, etiamsi per posteriorem pretium imminutum proponatur. Ergo fateantur necesse est nullum deberi ex venditione, quæ mutuo partium consensu non in aliam transfusa, sed omnino extincta sit. Et hoc fatentur vtique si resolutio venditionis facta sit incontinenti, idest antequam partes diuerterint ad extraneos actus, Sed non si postea, & ex interuallo. Quæ tamen distinctio, quia cum iuris ratione pugnat etiam à nobis confutanda est.

ERROR SEPTIMVS.

De venditionis resolutione facta rebus integris ex interuallo, aut in continenti cum de laudimio disputatur.

DISTINGVERE quidem prudentes nostri solent, An pactum quod post initam, & perfectam venditionem à contrahentibus adhibitum est etiam rebus omnibus integris, adiectum sit incontinenti an verò postea, & ex interuallo. Sed ea distinctione vtuntur maximè, cum tractant, Vtrum insit pactum illud contractui, & formet actionem necne, & an ex parte rei tantum, an verò etiam ex parte actoris, id est an ad producendam duntaxat exceptionem, an ad dandá quoque

actionem. Quæ quæstio eleganter tractatur ab Vlpiano in l. iuris gentium 7. §. quinimò D. de pact. Sed generalius de omnibus bonæ fidei iudicijs. Ait enim primum, nudam pactionem interdum formare ipsam actionem vt in iudicijs bonæ fidei. Solemus enim dicere, inquit, pacta conuenta inesse bonæ fidei iudicijs: Sed hoc deinde monet sic accipiendum esse, vt siquidem ex continenti pacta subsecuta sint, etiam ex parte actoris insint, Ex interuallo autem nō insint, nec valeant ad agendum, ne ex pacto actio nascatur. Exemplum adfert circa actionem de dote quæ fuit semper bonæ fidei §. fuerat Inst. de action. si non cōstitutæ dotis tempore, sed post diuortium atque ita ex interuallo conuenerit, ne tempore dilationis statuto id est annua bina trina die dos reddatur sed vel longiore vel breuiore, Itemque circa actionem tutelæ, si post finitam tutelā conuenerit vt maiores quā quæ statutæ sunt vsuræ præstentur. Non valebunt, inquit, hæc pacta scilicet ad agendum, Ne ex pacto nascatur actio. In quo est obseruandum, quod nos in nostris ad eum locum Rationalibus non satis apertè expositimus, Consensisse quidem omnes prudentes in eo vt pacta ex interuallo apposita numquam prosint ad agendum sed tantum ad excipiendum siue bonæ fidei contractus fuerit siue stricti iuris, sed quod ad pacta pertinet quæ incontinenti facta sint dissensisse Paulum ab Vlpiano fortassis etiam à Papiniano. Nam in l. lecta 40. D. de reb. cred. vbi tractat de pacto incōtinenti appositō post stipulationem. Scribit ille disertis verbis, Tale pactum inesse stipulationi, nec tantum ad excipiendum vt putabat Vlpianus quē ille proculdubio intelligit, & perstringit illis verbis quidam putabant, vt apertiùs significant quæ sequuntur si vt ille putabat ad exceptionem tantū prodesset pactū. Constat enim fuisse Vlpianum, & Paulum præcipuos Papiniani Adsessores in ipsius auditorio, & plerunque faciles ad dissentiendum inter se. Vlpianus verò cum ait Pacta incontinenti facta inesse bonæ fidei iudicijs etiam ex parte actoris & ad agendum, quid aliud sibi vult, quam in stricti iuris contractibus, & cōsequenter etiam in stipulatione aliud obser-

uari:

uari: quasi horum contractuum natura quæ strictior est, huiusmodi extensionem minimè patiatur. Quia potissimum ratione credibile est Vlpianū in specie d. l. lecta aduersus Paulum constitisse, cuius tamen sententiam in celeberrimo illo Æmilij Papiniani auditorio tandē obtinuisse testatur ipse, cum ait quamuis diuersa sententia obtinuerit, A Papiniano autem videtur idem Paulus dissensisse non in illa quidem quæstione, sed in alia quā Papinianus tractat in l. pacta conuenta 72. D. de contr. empt. Circa pactum, per quod post perfectam venditionem, & ex interuallo auctum sit, vel diminutum precium emptionis. Est enim tota lex illa de pactis postea factis, id est, ex interuallo, & ait Papinianus nō immeritò quæsitum fuisse, & dubitatum à prudentibus, An eiusmodi pactum non valeat ad agendum, quomodo iam dixerat non valere pacta cætera quæ ex post facto adijciunt aliquid vel detrahunt circa adminicula venditionis. Nec tamen aperit Papinianus quid in hac quæstione sentiat, sed tantum rationem quasi dubitandi adfert illā quod substantia emptionis consistat ex precio. Vnde captata occasione notandi Papiniani, quasi eam rationem Papinianus pro dubitandi potiùs quā decidendi ratione habuisset, statim subiūgit si omnibus integris manentibus de augendo vel diminuēdo pretio rursum conuenit, recessum à priore contractu, & noua emptio interceſſisse videtur. Cuius tamen sententiæ cum non alia melior ratio adferri possit quā quæ à Papiniano ipso allata, & probata est, p emptionis substantia cōsistat ex precio, Vt proinde mutata substantia contractū quoque ipsum immutatū esse necesse sit, non debuerat certè Paulus notare Papinianū quasi aut contrà sensisset aut ipsum quidē sed non satis apertè nisi studium nimium contradicendi præcipitem eum egisset. Debuerat potiùs sic Papinianū interpretari vt idipsum sensisset quod sentiēdum erat, & quidē satis apertè cum etiam rationem propter quam ita sentiendum sit attulisset. Quomodo eādem Papiniani sententiā, & magis ex bona fide interpretatus videtur Vlpianus in d. §. quinimò in ver. Idem responsum Scio à Papiniano, si post emptionē ex

interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat, ob hanc cā agi ex empto non posse. Cur. n. addidisset extra naturam contractus, nisi vt significaret in pactis quæ ad naturam, & substantiā contractus pertinēt, aliud existimasse Papinianū, vt scilicet valeant ea pacta etiam ad agendū, non quidem ex priore contractu sed ex posteriore quasi alia, & noua emptione facta. Quod à nobis in Rationalibus satis diffusè nec infeliciter explicatum est. Nunc, quod ad institutum nostrum pertinet, admonendum superest supradictam distinctionē De pactis post bonæ fidei contractum interpositis an incontinenti an ex interuallo, numquam à prudentibus probatam fuisse, quoties tractarunt de pactis adhibitis circa substantialia cōtractuū bonæ fidei, quale illud est per q̄ augetur vel diminuitur preciū emptionis, Sed illā tantū, Vtrum rebus omnibus integris ea precij immutatio, & siue auctio siue imminutio facta sit, an verò postquā res iutegra esse desiit ex alterutra parte. Papinianus. n. vt iā diximus in d. l. pacta conuenta non tractat nisi de pactis posteà, id est ex interuallo post emptionē appositis siue ad emptionis adminicula pertineant, siue ad ipsius substantiā. Quæ. n. fiunt incontinenti cum insit contractui licèt ordine temporis, & naturæ post contractū fiant in ipso tñ contractu, & simul non posteà fieri intelliguntur: Cū in coniunctis ordo nullus sit, i. nihil prius, nihil posterius, licèt priore loco vnū dicatur aut scribatur, posteriore alterū l. quidā 14. D. de pecul. legat. Sic verò Papinian. loquitur initio d. l. pacta conuenta, pacta cōuenta quæ posteà facta, & deindè, An idē dici possit aucto postea vel deminuto precio. Et q̄ ad Papinian. Paulus notat si omnibus integris manentibus de augendo vel deminuēdo precio rursum conuenit. An non satis indicat eum se casum tractare quo auctū sit vel diminutum precium ex intetuallo? Habent. n. verba illa euidentem tractū temporis. Quid. n. dubitandum esset an integra manssissent omnia si incontinenti post factā emptionē pactū interpositū fuisset? Et dictio illa rursum eā interpretationē recipere sanè nō pōt vt de pacto incontinenti facto Paulus senserit. Non. n. rursum fit q̄ incō-

tinenti

tinenti fit cum ſimul,& ſemel fieri videatur. Sicq; Papinianum interpretatus eſt Vlpianus in d.§. quinimò cum ipſius ſententiã ſic refert quaſi ſcripſiſſet ille, ſi poſt emptionẽ ex interuallo aliquid extra naturam contractus conueniat,agi ob hanc cauſam ex empto non poſſe. Et tñ non dixerat Papinianus Pacta conuenta quæ ex intueruallo facta,ſed vt retulimus,quæ poſteà facta quomodo itẽ Vlpianus in ſequentibus cum ſentit pacta omnia quæ etiã ex interuallo fiunt, ineſſe ex parte rei,& prodeſſe ad excipiendũ,ita ſcribit quia ſolent,& ea pacta quæ poſtea interponunt parere exceptiones. Et in §.adeò ſeq. Adeo autẽ bonæ fidei iudicijs & pactiones [ſic.n.legendũ eſſe docuimus non vt vulgo ineptiſſimè exceptiones aut vt Cuiacius depectiones]poſteà factæ quæ ex eodẽ ſunt contractu inſunt.Nã,& hoc loco dixit Vlpianus poſtea pro eo qđ paullò antè ex interuallo.Et ne ſecum pugnare videatur cũ paullò antè ſcripſiſſet pacta ex interuallo appoſita non ineſſe,ne quidẽ bonę fidei iudicijs,addit ille quæ ex eodẽ ſunt contractu,id eſt,quæ ad naturã,& ſubſtantiã contractus pertinent, ſicut è contrario ſcripſerat in præcedentibus aliquid extra naturã contractus. Vt intelligamus has duas propoſitiones,quarũ vna affirmatiua,altera negatiua eſt ſic eſſe conciliandas,vt pacta quæ ex interuallo facta ſunt ſi extra contractus naturã ſint, & ad eius ſubſtantiã non pertineant numquã inſint, nequidem iudicijs bonæ fidei,ſi verò ex eodẽ contractu ſint, hoc eſt contractus ſubſtãtiã recipiãt,inſint quamuis ex interuallo appoſita ſint,dũmodò rebus omnibus integris, ita vt p eiuſmodi pacta poſſit abiri ẽt à tota emptione,aut in aliã emptionẽ nouã prior cõtractus reformari. Nec valde diſſimiliter Pomponius cuius ſententiam refert,& probat Vlpianus in d.§.adeò, licet deſumptã ex alio Pomponij libro ad edictũ,in l.2.D. de reſcind.vendit.ſi quam reminquit à te emi,eandem rurſus à te pluris minoriſue emero,diſceſſimus à priore emptione. Põt enim dũ res integra eſt cõuẽtione noſtra infecta fieri emptio atq; ita conſiſtit poſterior emptio quaſi nulla præceſſerit. Et Paulus noſter in l.3.eod.Emptio,inquit, & vẽditio ſicut cõ-

sensu cõtrahit, ita cõtrario cõsensu resoluit antequã fuerit res secuta. Non igit illud inspiciendũ est, an venditionis resolutio fiat incõtinenti an ex interuallo, sed an rebus oĩbus integris an verò re iã secuta. Quid aũt vetat manere rẽ integram per longũ tempus, & toto illo medio tempore contrahẽtes ad alia quã plurima negotia diuertere? Hoc verò si ita est vt est, non possum ferre quod intepretes nostri volunt, vt cùm de laudimijs quæritur distinguendũ sit an venditio simplex quæ nudo consensu perfecta fuerat resoluta sit incontinenti an ex interuallo. Vt si incontinenti nullum laudimiũ debeatur sin ex interuallo debeatur. Quasi venditio quæ vtroq; casu pro infecta est quantum ad contrahentes ipsos, facta nihilominus maneat, quod ad dominum directum ne præiudicium ei fiat, sed posteriore tantum casu non etiam priore. Sic enim Amed. à Ponte ex aliorum non minus quam ex sua sententia d. q. laudith. 38. Nã si maiorem authoritatẽ apud nos habeat ratio iuris, quam vtilitas dñi, dicendũ vtiq; est, nullo casu laudimium deberi, quoniam vtroque casu vẽditio perinde ipso iure, & solius conuentionis potestate resoluitur: si autem propter vtilitatem domini directi rationem iuris insuper habere volumus, quid opus est distinctione, ac non potiùs admittimus generaliter, & indistinctẽ laudimium deberi? Cum vtroq, casu interfit domini, ne quod ad ipsum attinet venditio sit infecta, vt laudimium petere possit. Est namq; hoc generale, & perpetuum, vt quoties q̃rimus an ex aliquo actu ius alicui quæsitum sit, quod ei auferri non oporteat, satis sit vel vno instanti quæsitũ ius fuisse, ne vnquam sine consensu ipsius tolli ei, & adimi queat. Ideo nimirum dicimus, Hæreditatem quandocunq; aditam post mortem testatoris retrofingi aditam ex instanti mortis. l. hæres quandoq; 49. D de acqui hæred. vt continuari possit ius hæredis cum iure defuncti, l. omnis hereditas 158. de reg. iur quæ continuatio fieri non posset si, vel vno minimo instanti res hæreditariæ, aut nullius fuisse, aut ad quem alium pertinuisse intelligerentur. Item legatum transire recta via à testatore in legatariũ quoties per vindicationem datũ est,

numquam

numquam factũ hæredis, vt ait l. legatum 80. de legat. 2. leg. à Titio 64. D. de furt. quia si vel minimo instanti fieret hęredis non posset inuito hęrede ab eo discedere, sed consensus illius omnino exquirendus esset, ac traditio per eum facienda, vt dominium, quod eius semel fuisset peruenire posset ad legatarium l. si ego 9. §. si res D. de iur. dot. Sic denique ne alia quam plurima conquiramus quæ in omnibus ferè iuris nostri partibus momento vnico expediuntur lex Cornelia de captiuis apud hostes defunctis coniungit instans mortis cum instanti captiuitatis, & fictio postliminij instans captiuitatis cum instanti reditus, quoniam si inter hæc duo instãtia tertium aliquod retineretur, tota retrofictio impediretur propter medium inhabile l. iusto errore 44. §. vlt. D. de vsucap. §. si ab hostibus Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit. Proinde in quæstione proposita si admittas ex quo instanti perfecta nudo consensu venditio est ius quæsitum esse domino directo petendi laudimij. Illud quoque te admittere necesse est, quod nec interpretes ipsi audent dicere, Nihil ergo profuturum contrahentibus quominus laudimiũ debeat, q̃ statim, & incontinenti venditionem resoluant cõtraria voluntate: Cum nequeat ea resolutio fieri tam statim, & incontinenti, vt non necesse sit aliquo instanti mansisse perfectam venditionem, quæ nec alioquin resolui posset. Aut si huius absurdi euitandi gratia fatendũ est nullum eo instanti perfectæ venditionis adhuc fuisse acquisitum ius petendi laudimij domino directo, aut saltem non fuisse ius illud tantæ potestatis, vt non potuerint contrahentes ei derogare. Admittamus igitur, quod ijdem interpretes negant, Etiamsi ex interuallo resoluta sit prior venditio non eo magis fore vt domino directo nullum debeatur laudimium, non magis quam si incontinenti facta resolutio fuisset. Vnum illud pro sententia communi adferre quis fortasse possit, quod scriptum est in l. ab emptione 58. D. de pact. Nihil interesse vtrum integris omnibus in quę obligati erant contrahentes inter eos conuenerit vt ab eo negotio discedatur, an verò in integrũ restitutis ijs quæ alter alteri præstitit, consentiant ne quid

alter alteri eo nomine præstare teneatur. Nec enim negari potest quin ea Neratij sententia sic accipi debeat, vt nihil interfit quantum ad contrahentes de quibus solis eo loco tractatur, non etiam quod ad dominum directum, cui scilicet laudimia deberi nemo dubitat eo casu quo contrahentes à venditione recesserint re iá secuta, & facta per venditorẽ traditione, cum & nos fateamur ab eo saltem die quo emptor possessionẽ nactus sit, aut eius apprehendendę facultatem à dño directo petierit, ius petendi laudimij quæsitum esse irreuocabiliter domino, cui postea præiudiciũ à contrahentib. fieri non potuerit. Nihil ergo vetat, inquies, quominus venditio habeatur pro infecta quantum ad ipsos cõtrahentes, nec tamen pro facta haberi desinat rõne domini directi pp laudimium. Nos verò id quoq; fatemur: Sed tamen largiter interesse dicimus: An à perfecta venditione discedatur rebus oĩbus integris contrario eoq; nudo partiũ consensu, an verò retrotraditis, & in integrum restitutis omnib. quæ iam vicissim tradita, & præstita fuissent, scilicet, qp ad dominum directum pertinet. Priore namq; casu nihil interuenit, propter qp laudimium vllum deberi possit, cum possessio nulla translata sit in emptorem. Posteriore autem cum traditio ex parte venditoris secuta est, iam causa subestque laudimij prestãdi obligationem, & necessitatem possit inducere, quod ius statim atque domino directo quęsitum est, vel vno instanti, certum est ei, vel inuito, vel ignoranti adimi numquam posse. Et hoc demum casu procedit optimè quod interpretes adferunt ex d. l. quod nostrum 11. De regul. iur. l. vlt. D de pact l in insulam 42 §. vlt. D. solut. matrim. Itaque cum dicimus, ex perfecta simplici venditione, quæ omnibus integris resoluta sit, nullum laudimium deberi, Non tam ex eo mouemur, quod venditio ex partium consensu resoluta sit, [esset enim inánca, immoque sufficẽs ratio si quis in ea conquiesceret] quàm quod ea resolutio facta sit priusquàm domini cęperit interesse. Quod vnum nostra quæstione ista, vt in cæteris ferè omnibus inspiciendum est.

ERROR

ERROR OCTAVVS.

Quando integra dicantur omnia in emptione, & venditione cum tractatur de laudimio.

AT quia diximus eo demum casu nullum deberi ex simplici venditione resoluta laudimium, quo facta resolutio sit rebus omnibus integris, alia nunc inspectio occurrit quando dicatur omnia esse integra. Quæ inspectio non tantum necessaria est vt sciatur quibusnam casibus secundum nostram sententiam ex resoluta venditione laudimium debeatur, sed etiam præsupposito errore interpretum, vt sciamus quando post resolutionem venditionis, vel vnicum, vel duplex laudimium deberi putent. Nam cum in ea sint hæresi, vt ex simplici qualibet venditione dummodò valida laudimium deberi velint, consequens est, vt duplex soluendum esse existiment quoties prioris venditionis resolutio facta est re non integra, vt multiplicatio contractuum inducat multiplicationem laudimiorum, vt concludit Amed. à Ponte dict. quæst. laudim. 38. post Alber. Bald. & Castr. ad l ab emptione 58. D. de pact. Necessaria igitur quæstio est etiam apud interpretes, Quando res dicatur, vel non. Etsi video in hac eadem quæstione aliam adhiberi ab ijsdem interpretibus distinctionem post Bartol. ad d. l. ab emptione, An verba posteriorís conuentionis conceptá sint per modum nouæ obligationis, vt tunc dicatur nouus contractus, & noua solui debeat gabella. An verò per modum resolutiuum, aut vt alij loquuntur resolutorium, vt hoc casu non dicatur nouus contractus nec debeat solui noua gabella, nec nouum laudimium siue contractus sit adimpletus pro parte tãtum, siue ex vtroque latere, quia Doctores in hoc vim non faciunt, inquit Amed. post Bald, Iacob. Ias. & alios in d. l. ab emptione, qui peritant in hac distinctione. Nec malè, si admittas quod

illi

illi volunt, non deberi laudimium, nisi ex contractu. Nam sicuti defendunt ex quocunq; contractu deberi dummodo iusto, & habili ad transferendum dominium, ita nec patiuntur deberi, nisi ex contractu aliquo præcedente. Nemo autẽ dixerit resolutionem contractus esse cõtractum cùm sit distractus l. 5. §. is quoque D. de oblig. & actio. & d. l. ab emptio. in fin. vbi opponuntur ista quasi ex diametro pugnantia. Id agi inter contrahentes, vt à pristino negotio discedatur. Et id agi vt nouæ quædam obligationes inter eos cõtrahantur. Nos verò qui priorem propositionem falsam esse iam ostendimus, etsi posteriorem veram esse non negamus, quia nuda traditio nunquam transfert dominium, sed iustam eam esse oportet, id est habere titulum aliquem præcedentem eumq; validum, & à iure approbatum l. nunquam nuda 31. de acq. rer. domin. l. 3. D. si vsusfr. pet. Non possumus tamen admittere, quod aiunt interpretes, resolutionem contractus fieri posse citra nouum contractum quoties prior contractus effectum habuit re secuta. Repugnat enim iuris ratio, Repugnant omnes iuris loci qui hac de re tractant. Ipsa primùm ratio iuris, quia cùm nihil tam naturale sit, quàm vnumquidque dissolui eo modo quo colligatum est, vt habet regula. Non potest fieri vllius conuentionis potestate, vt resoluatur venditio, quæ per traditionem rei venditæ, aut per solutionem pretij suum effectum habuit, quin actum contrarium, & retrosimilem sequi necesse sit, vt scriptum est in l. 1. C. quand. lic. ab empt. Ergo, & aliquam retrouenditionem. Nam si retrotraditio tantùm fiat rei venditæ, & restitutio pretij nulla intercedente retrouenditione, erit illa retrotraditio vtrimq; nuda, & consequenter non erit habilis, nec sufficiens ad transferendũ dominium, quod neq; prima traditio transtulisset si venditio nulla intercessisset. Ac proinde non erit actus retrosimilis priori, qualem esse oportet vt à priore contractu post rem secutam discedatur. Repugnat ẽt Neratius in d. l. ab emptione in fin. vbi ait, Illud planè conuentione, quæ ad resoluendum id quod actum est pertineat perfici non posse, vt tu quod iam ego tibi præstiti cõtra præ-

stare

stare mihi cogaris, quia eo modo non tam hoc agitur, vt à pristino negotio discedamus, quàm vt nouæ quædam obligationes inter nos constituantur. Retrouenditio igitur hoc casu necessaria est, nec sufficit prioris contractus resolutio. Ac similiter Vlpianus ex Pomponio in l. iurisgentium 7. §. adeo eod. tit. cum ait in emptione cæterisq; bonæ fidei iudicijs posse abiri ab emptione in totum. Itemq; partem etiam contractus pactione mutari posse, vt per eiusmodi reformationē quasi renouatus cōtractus videatur, putà si conuenerit vt res vēdita decē aureis sit vēdita quinq; vel quindecim, cur bis addidit ea verba re nondum secuta, nisi vt doceat, Re vtrimque secuta nihil esse, q̄ de contractus resolutione tractari iam possit, sed necessariam esse nouam obligationem nouumq; contractum, vt à priore discedatur. Sed apertiùs Pomponius in l. 2. D. de rescind. vendit. postquàm dixit, Si rem quam à te emi eandē rursus à te pluris minorisvè emero discessisse nos à priore emptione. Posse enim dum res integra est conuentione nostra infectam fieri emptionem, atque ita cōsistere posteriorem emptionem quasi nulla præcesserit. Subiungit, sed non poterimus eadem ratione vti post precium solutum emptione repetita, cum post pretium solutum infectam emptionem facere nō possumus. Quid enim aliud est non posse infectam fieri venditionem, quàm quod dicimus, & contendimus, Non posse resolui? Quoties autem cōtractus sola conuentionis potestate resolui non potest, necessaria est noua conuentio nouusque contractus per quem cogantur contrahentes omnia in integrum restituere. Nec aliud est quod in dict. l. 1. Gordianus rescribit, Post traditionem interpositam, nudam voluntatem non resoluere emptionem si non actus quoque priori similis retroagens venditionem intercesserit. Vbi malè Castrensis nudam voluntatem interpretatur eam in qua stipulatio non interuenerit. Finge enim quantùm voles interuenisse stipulationem in posteriore conuentione per quam id actum sit, vt ab emptione perfecta post traditionem secutam solutumque pretium recedatur. Numquam assequeris, vt ob eam causam resolu-

ta em-

ta emptio dici possit, non magis, quam si stipulatio nulla interueniisset. Cùm alia stipulationis potestas esse non possit, nisi vt pariat actionem, quam nuda pactio parere non posset. Aliud enim est parere actionem, aliud verò emptionem contractam resoluere. Et stipulatio potest quidem efficere, vt cogendus sit promissor contractum resoluere per contrariam conuentionem, id est per retrouenditionem, sed non vt citra retrouenditionem prior venditio resoluatur. Neque verò in id comparatæ sunt stipulationes, vt contractum, qui nudo consensu perficitur possint, aut perficere aut resoluere, sed vt verborum obligationem, vel nouam inducant, vel inductam dissoluant, l. prout 80. D. de solut. vulg. l. nihil tam naturale 35. de regul. iur. At nec illud verum est vt interposita stipulatione possit absolutè, ac præcisè cogi alteruter contrahentium, vt venditionem resolui patiatur. Nam ex ea stipulatione qua idipsum alter alteri promiserit, certum est non posse condemnationem fieri, litemve æstimari, nisi in id quod interest, l. cum stipulatus 113 §. vltim. de verbor. oblig. Nempè quia resolutio contractus fiunt, & contractus ipse facti magis, quam iuris est post rem secutam cum opus sit retrotraditione; vt omnes fatentur, quæ ipsa facti est, l. consilio 7. §. vltim. D. de curat. furios. Nemo autem siue ex bonæ fidei, siue ex stricti iuris contractu ad factum præcisè condemnari vnquam potest, sed ob non factum id quod fieri debuit ad id quod interest, vt toties inculcauimus ex l. si quis ab alio 13 in fi. D. de re iudic. l. stipulationes non diuiduntur 72. l. quoties quis alium 81. de verbor. obligat. Nudam ergo conuentionem Gordianus intelligit, eam quæ nuda sit à traditione, siue aliqua stipulatio interuenerit, siue nulla Quomodo Imperatores Dioclet & Maximian. in l traditionibus 20. C. de pact cum dicunt traditionibus, & vsucapionibus non nudis pactis dominia rerum transferri. Nuda pacta intelligunt ea non quæ steterint in puris finibus conuentionis, sed quæ destituta sint traditione, vt interpretes omnes consentiunt. Cùm non magis per contractum emptionis aut stipulationis, quàm per simplex pactum sine tra-

ditione

ditione transferri dominium possit: quia inter modos transferendi dominij traditio quidem est, & vsucapio, at non etiã stipulatio, aut alius contractus vllus, qui consensu solo perficiatur siue bonæ fidei sit, siue stricti iuris. Et verò si per solã stipulationem ad resoluendum contractum interpositam resolui contractus posset, sequeretur, nullum fore locum actioni ex stipulatu in id quod actoris interesset, quandoquidem non posset actor dicere sua interesse, quod resolutus contractus non fuisset, qui è contrario sola stipulationis potestate resolutus inueniretur. Exemplo eius, quod scriptum est in l. vlt. C. si mancip. ita fuer. alien. Non posse pecuniã peti quam promiserat emptor si seruum ea lege venditum non manumitteret, quamuis manumittere noluerit, atq; ita datam fidẽ rupisse videatur, cum potestate cõuentionis posse manum tentis factum repræsentari optima ratione placuerit, quemadmodum in d. l. vltim. legendum esse alibi docuimus. Quid enim potest venditoris interesse, quod seruus manumissus non sit, cùm citra manumissionem ad libertatem peruenerit? Quid similiter interesse emptoris, aut venditoris, quod alteruter contrahentium resoluere contractum nolit, si contractus sit ipso iure resolutus? Vt ergo resoluatur venditio per posteriorẽ conuentionem cẽ, quæ munita sit stipulatione, cùm iam secuta fuit traditio ex parte venditoris, & solutio pretij ex parte emptoris non tantùm necessaria est retrotraditio, & pretij accepti restitutio, sed ante omnia retrouenditio, quam postmodum cætera sequantur, vt actus contrarius sit in omnibus, & per omnia retrosimilis priori. Nec enim fieri potest, vt contractus, qui non modo perfectus sit, sed etiam impletus per mutuas præstationes hinc inde factas aut solo consensu contrario, aut per solas præstationes contrarias resoluatur, sed retroagi omnia necesse est. Dominium enim rei venditæ, quod per traditionem fuit acquisitum emptori non nisi certis, & legitimis modis potest ab eo discedere, & recurrere ad venditorem, vt neq; ad emptorem dominium pretij, quod solutum fuit venditori: Inter quos modos neque nuda voluntas est, neque

nuda

nuda traditio. Itaque si post eiusmodi retrotraditionem quã nulla retrouenditio præcessisset, aut post retrouenditionem, quam nulla retrotraditio subsecuta esset, emptor vellet rem à se emptam quasi suam vindicare, posset vtique summo iure id facere, tanquam qui nihilominus mansisset dominus, & necessaria esset venditori priore casu doli exceptio, quoniam in dolo esset emptor, qui post acceptam pretij restitutionem pergeret adhuc rem vindicare. Posteriore autem exceptio rei venditæ, & traditæ, Nisi nouam, & iustam causam vindicandi possessor habeat, vt in l. 1. §. vltim. de except. rei vendit. Quarum tamen exceptionum vsus neque necessarius neque vtilis esse posset si resoluta prior venditio fuisset, ac dominium ab emptore recessisset. Omnis namque exceptio præsupponit actionem competentem. Actio autem in rem & vindicatio competere nulla posset emptori, qui dominus esse desijsset, præsertim contra venditorem, qui dominus mansisset. Idque ita esse ex eo apparet euidentius, quod ab Alexandro rescriptum est in l. 3. C. de pact. int. empt. & vendit. Si quis certa lege prædium vendiderit puta vt nisi reliquum pretium intra certum tempus solutum esset, prædium ad se reuerteretur, non habere illum rei vindicationem, sed actionem ex vendito, si non precariam possessionem tradiderit, id est nisi sic tradiderit possessionem, vt ea precario tantum esset penes emptorem. Nam si pactum hoc, etiam in ipso contractu, & in eius ingressu appositum, quamuis per verba, vt apparet, resolutiua conceptum non potest eã vim habere, vt ipso iure resoluat venditionem, & reddat venditori dominium, quod ab eo per traditionem abscesserat. Quantò minus poterit ea res fieri per conuentionem nudam posteriorem tametsi vallatam stipulatione si retrotraditio nulla sequatur? Nec enim minor est vis pacti in ipso contractu adhibiti, maximè verò in contractu bonæ fidei, quàm si stipulatio interuenisset d. l. iuris gentium 7. § quinimò. D. de pact. Addi etiam potest quod Imperatores Carus, Carinus, & Numerianus rescripserunt in l. cum te 6. eo. tit. si quis fundum suum certæ rei contemplatione habita exiguo pretio

in alium

in alium traſtulerit, qui poſtea promiſſi fidem implere recuſet, non debere eam rem fraudi eſſe venditori, ſed conuenire vt dominij ius quod habuit in ſuã cauſam reuertatur. Quod ita accipiendum eſt non vt ea dominij reuerſio fiat ipſo iure quaſi reſoluta traditione per ſolam pacti poteſtatem, ſed vt ad reuerſionem illam dominij, & ad reſolutionem traditionis, contrariam traditionem ſequi neceſſe ſit. Ideoque non ait lex, dominium rei venditæ hoc caſu reuerti ad venditorem ipſo iure, ſed conueniens eſſe vt reuertatur, ne emptor impunè fidem fregerit. Nempè per retrotraditionem, condemnato emptore vt ſine vlla ludificatione rem cum fructibus ſuis reſtituat, reddito viciſſim pretio venditori ſi non malit emptor per ſuam procaciam, & contumaciam præſtare quanti intereſt venditoris, quemadmodum contingeret ſi venditor nollet rem tradere, quam vendidiſſet. l. ſi traditio 4. C. de act. empt. Atqui nullam, inquies, retrouenditionem hoc caſu Imperatores exigunt, ſed tantùm rei venditæ reſtitutionem. Fateor, nimirum quia competebat in illa ſpecie actio ex vendito propter pactum in venditione adhibitũ, ex qua actione poterat ſequi condemnatio nõ minus, quàm ex ea quæ competere poſſet ex retrouenditione ſi qua interceſſiſſet Et quamuis neque per eam actionem, neque per cõdemnationem exinde ſecutam poſſit transferri dominium, quia neque actio modus eſt dominij transferendi, neque cõdemnatio quam in pecunia numerata, litiſque æſtimatione fieri ſemper oportet, cauſatiuè tamen vt loquuntur, & occaſionaliter poteſt ea actio ante condemnationem inducere translationem dominij, parato ſcilicet emptore fundum retrotradere cum fructibus ad euitandam condemnationem, quam alioqui euitare nullomodo poſſit. Quare nec ſic loquuntur Imperatores, vt dicant debere aditum iudicem p̃cipere, ac iubere, vt fundus reſtituatur cũ fructibus (id enim non obtinet, niſi in arbitrarijs iudiciis) ſed debere ſua authoritate perficere, vt fundus cum fructibus reſtituatur ſine vlla ludificatione, ideſt ſtatim, & citra fruſtrationem, ac moram vllam, Comminatam ſcilicet, & imminente cõdemnatione,

ſi ea

si ea per spontaneam rei restitutionem non impediatur: quo casu absoluetur quidem emptor, sed postquàm satisfecerit venditori, & ob hoc ipsum quod ei satisfecerit. Sunt enim iudicia omnia hoc modo absolutoria. §. vlt. Instit. de perpet. & tempor. act. etiam pœnalia. l. hoc edicto 5. D. de public. & vectig. Nec superioribus contrarium est, quod hoc casu per solam retrotraditionem transfertur dominium, nulla quoq; præcedente retrouenditione. Id enim fit quoniam hoc casu traditio non est nuda, sed causam habet eamq; iustam, & retrouenditioni æquipollentem, ideſt actionem venditi, & metum condemnationis imminentis. Actionem verò illam venditi propter factum in ipsa venditione interpositum, qđ parit actionem. At nos diuersam omnino speciẽ tractamus, in qua venditor rem tradiderit, & pretium emptor soluerit, posteà verò inter eos conuenerit, vt emptor rem retrotraderet, venditor pretium restitueret. Qua in specie dicimus etiamsi conuentio interueniat de retrotradenda re, ac reddendo pretio, non posse resolui venditionem, ac dominium rei venditæ ad venditorem recurrere ẽt secuta retrotraditione, & restitutione pretij, quin retrouenditio intercedat. Separamus enim retrouenditionẽ à pacto de retrotradendo, adeoque quod magis est à pacto de retrouendẽdo, quemadmodum, nec Bart. ipse negat ad l. vlt. D. de condict. caus. dat. multum distare pactum de vẽdendo à venditione licet vtrũque fiat nudo consensu, quia venditio habet consensum non modo præsentem, sed etiam in materia præsenti. Pactum autem de vendendo habet quidem consensum præsentem, sed circa materiam futuram, & quæ nondum est, ideoque nouo consensu est opus, vt venditio contrahatur. Igitur quemadmodum traditio, quæ facta esset in consequentiam pacti de vendendo, non eo minus esset nuda, & inhabilis ad transferendum dominium, quia pactum de vendendo non est iusta causa, cum ius ciuile nulla pacta agnoscat, exceptis ijs, quæ ad nudorum differentiam legitima vocantur, Ita & retrotraditio facta ex causa pacti de retrotradendo, adeoque de retrouendendo perinde nuda est, & consequenter transferre

domi-

dominium nullomodo potest. l. numquam nuda 31. D. de acquir. rer. domin. Proinde necessaria est retrouenditio, quæ sicuti consensu nudo perficitur, vt venditio, ita & æquè contractus est, quia lex eum consensum habet, & approbat pro contractu non etiam illum, qui interuenit in pacto de retrouendendo, in eo scilicet quòd secutum sit venditionem ex interuallo. Nam si in contractu ipso venditionis, aut incontinenti adhibitum sit, cum sit illud pars contractus, & pariat actionẽ, potest iustam præbere causam secutæ traditioni, vt ex ea retrotraditione dominium transferatur, & ad venditorem reuertatur, vt in d. l. cum te, & apertius in l. 2. eo. tit. vbi non proponebatur initura pactum de retrouendendo. Inter quæ pacta vel hoc maximè interesse arbitror, qđ si traditio sequatur ex pacto de retrotradendo transferet dominium, etiam nulla intercedente retrouenditione, Non item si ex pacto de retrouendendo quamuis incõtinenti apposito, quia vel ipsa pacti conceptio satis ostendit eam fuisse paciscentium, & contrahentium voluntatem, vt traditioni causam daret non pactum solum, sed contractus retrouenditionis. Concludendum igitur est, tunc posse locum esse distinctioni interpretum, an posterior venditio facta sit per verba resolutoria, necne cum prior venditio consensu nudo perfecta est, nec fuit res secuta: Re autem secuta, præsertim verò si ex vtraque parte, nullum resolutioni contractus locũ supereſſe, sed necessarium esse nouum contractum, vt etiam facta retrotraditione, prætioque restituto possit redire dominium ad venditorem, nisi si quando retrotraditio hat potestate pacti de retrotradendo appositi in priori venditione, aut saltem incontinentis, vt in d. l. 2. & 3. l. cum te 6. C. de pact. int. empt. & vend. Quid ergo si vna tantum parte secutum sit implementum prioris contractus? Habet hic casus paulò maiorem, & separatam dubitationem, de qua separatim differendum est.

ERROR NONVS.

Si ex vna tantùm parte secutum sit implementum prioris contractus Ad l. ab emptione 58. D. de pact.

POTERAT in hac quæstione dubitari an res dicenda esset integra eo solo casu, quo neutra ex parte secutum esset implementum, qui casus nullam omnino recipere dubitationem potest. An verò tum quoque cum ex altera utra parte secutum esset dum ne ex vtraque, licet postremum hoc Accursius noster neget ad l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. Sed quis vnquam credidisset, ex omnibus interpretibus fore aliquem, vel vnum, qui diceret, quod interpretes ferè omnes tam constanter adseuerant, illo etiam casu quo implementum ex vtraque contrahentium parte secutum sit, esse adhuc adeo integra omnia, vt nuda conuentione posteriore prior contractus resolui ipso iure possit, dummodò posterior illa conuentio fit cõcepta per verba in eam apta, & idonea, & vt loquuntur resolutiua. Hoc enim est q̃ interpretibus nostris placet si Amedeo à Ponte credimus d. quæst. laudim. 28. quam sententiam ex eorundem interpretum opinione sic intelligere debemus si tamen retrotraditio rei venditæ secuta sit ex parte emptoris, & pretij restitutio ex latere venditoris. Quid verò fuit obsecro quod eos in errorem hunc tam absurdum inducere potuerit. Vnum illud quantum ex Bartoli, & aliorum Commentarijs possum coniicere, quod ita responsum à Neratio fuisse putant in l. ab emptione, venditione, locatione, conductione, cæterisq; similibus obligationibus, & contractib. qui consensu nudo perficiuntur, recedi possit integris omnibus consensu eorum, qui inter se obligati sunt. Subiungit Aristoni grauissimo inter ætatis suæ prudentes Iureconsulto hoc amplius visum fuisse, si ea quę me ex empto præstare tibi

opor-

oporteret, præstitissem, & cum tu mihi pretium deberes, cõ-
uenisset mihi tecum, vt rursum præstitis mihi à te in re ven-
dita omnibus, quæ ego tibi præstitissem pretium mihi non
dares, tuq; mihi ea præstitisses, pretium te debere desinere,
quia, inquit, bonæ fidei ad quam hæc omnia rediguntur, in-
terpretatio hanc quoque conuentionem admittat. Et addit,
nec quicquam interesse, vtrum integris omnibus in quę ob-
ligati essemus conuenerit, vt ab eo negotio discederetur, an
in integrum restitutis his, quæ ego tibi præstitissem consen-
tiremus ne quid tu mihi eo nomine præstares. Quibus ver-
bis testatur apertissimè cum de bonæ fidei contracta resol-
uendo quæritur sola conuentionis potestate non tam illud
inspiciendum esse an res sit integra, quàm vtrum conuene-
rit, vt restitutis in integrum omnibus à priore contractu di-
scedatur Et ita interpretes ferè omnes intelligunt. At ego
longè aliter, qui video interpretationem, aut illationem hãc
non magis Neratij verbis, quàm rationi iuris conuenire.
Non enim casum illum tractat Neratius, quo pactum inter-
uenerit ex post facto & re secuta, de omnibus in integrum
restituendis, vt nostri putant, sed quo pactum ita concep-
tum sit, vt emptor pretium non solueret posteaquam ven-
ditori rem venditam iamque traditam restituisset. Quo ca-
su certè verum est rem non esse integram cum traditio ex
parte venditoris facta sit licet pretiũ ex parte emptoris non-
dũ fuerit solutum. l. prima. C. quand. lic. ab empt. disced. quẽ-
admodum si è contrario solutum sit pretium, licèt non fue-
rit res tradita. l. secunda. D. de rescind. vendit. Sed tamen
illud quoque verum est, Aliquid esse adhuc integrum ex
parte illius, qui contractum non impleuit. Indeque fit, vt
is, qui ex parte sua impleuit, hoc ipso incipiat posse agere
aduersus eum, qui nondum impleuit, si venditor est, qui im-
pleuerit, actione ex vendito contra emptorem, sin emptor,
actione ex empto contra venditorem. l. ex empto 11 l. Iu-
lianus 13 §. offerri. & pass. D. de action. emptio. Quæstio igi-
tur, quam tractat Neratius ad illum duntaxat casum perti-
net, quo post implementum ex alterutra tantũ parte secutũ

conuenerit, vt retroacto eo quod actum fuerat, desinat esse obligatus is, qui non impleuit, & qui per actionem bonæ fidei poterat cogi, vt ex sua quoq; parte impleret. Non enim sic Neratius loquitur si nos ea, quę ex empto, & vendito præstare vtrimq; oporteret, præstitissemus, & cùm nihil amplius inuicem deberemus conueniſſet inter nos, vt retropræstitis, & in integrum restitutis omnibus, quę mutuò præstitissemus à priore emptione in totũ recederemus, qui casus est de quo disputamus, sed longè alijs verbis, & in hunc modum si ea, quæ me ex empto præstare tibi oporteret præstitissem, & cũ tu mihi pretium deberes conueniſſet mihi tecum, vt tursus præstitis mihi à te in re vendita omnibus, quæ ego tibi præstitissem pretium mihi non deberes. Et in sequentibus non ait Neratius nihil interesse vtrum integris omnibus in quæ obligati essemus conueniret, vt ab eo negotio discederetur, an verò post secutum ex vtraque parte implementum conueniret, vt restitutis in integrum omnibus prior venditio pro infecta haberetur: quæ propositio planè falsa esset, & Neratio nostro indigna. Sed ait nihil interesse an omnia sint integra ex vtraq; parte eo tempore quo de resoluenda venditione conuenit. An verò ex vna tantùm parte si conuenerit de liberando eo, qui ex priore contractu maneat adhuc obligatus. Differentiæ autem ratio inter hos casus, quam interpretes non perceperunt, ex eo pendet, quod cùm ex altera tantùm parte implementum secutum est, supereſt actio ei qui impleuit aduersus alium, qui non impleuit: quæ actio cũ sit bonæ fidei quandoquidem ex bonæ fidei contractu proficiscitur, haud dubiè interpretationem recipere debet ex fide bona. Id enim est, quod ait Neratius omnia hæc ad bonam fidem redigenda esse. Bona fides autem facilè hanc conuentionem admittit, vt emptor qui rem venditam accepit vbi eam venditori reddiderit desinat pretium debere, Non tolùm quòd in eo nihil fiat contra bonam fidem, sed etiam quòd bona fides non patiatur, vt venditor cui res vendita quam tradiderat fuerit reddita pretium adhuc petere possit; Ne alioquin eueniat vt & rem habeat, & pre-

tium

tium, Quòd neque in venditoris, neque in emptoris persona vnquam ferendum est, dict. l. ex empto 11. §. qui autem l. bona fides 50. D. de actio. empt. Proinde si permitteremus venditori vt hoc casu ageret, nihilominùs contra emptorem ad pretium eo prætextu quod & venditio iam perfecta ab initio, & implementum ex vna saltem parte iam secutum fuisset, nemo vtique tam iniquus esset contra emptorem, vt non ei exceptionem, vel pacti, vel doli accommodaret. Nam & dolo malo, & contra pactum faceret venditor, qui pretium petere etiam post rem suam receptam pergeret. Quo admisso illud quoque statim consequens fit, vt nec ei actio dari vlla debeat, quasi nulla ei amplius competente, propterea quod iudicis bonæ fidei quale est ex vendito, exceptiones omnes insint non tantùm doli, sed etiam pacti l. 3. D. de rescind. vend. l. sed etsi 21. D. solut. matr. l. huiusmodi 84. §. qui seruum de legat. 1. Prodest igitur hoc casu nuda conuentio ad resoluendum contractum bonæ fidei, quia prodesse potest ad inducendam exceptionem talem, quæ bonæ fidei iudicio inesse possit, Quod sufficit, vt contractus haberi possit pro resoluto, cùm sufficiat, vt actio venditori competens ei sit deneganda. Quid enim aliud est resolui contractum, quàm in eum statum reduci in quo res erat priusquàm contractum esset, acsi contractus ille prior nunquam præcessisset, ita vt nihil iuris ex eo, vel emptori superfit, vel venditori. Sic fit vt per traditionem illam quam emptor venditori sponte fecerit, vt conuentionis commodo posset ipse frui, & pretium debere desinere, fatendum sit transferri dominium, & recurrere ad venditorem. Alioqui non esset contractus resolutus ex quo venditor dominium rei suæ amisisset, & emptor retineret; Illaque iniquitas emergeret in persona emptoris, quæ ne in venditoris persona emergat, concessionem hanc ex bona fide admittimus, vt & rei & pretij dominiũ emptor haberet: Quanam autem ratione hoc fiat difficilius videtur dicere cùm hæc retrotraditio non solùm non fiat ex causa vilius retrouenditionis præcedentis, sed ne quidem ex causa ali-

cuius conuentionis. In quo videtur hic casus differre ab omnibus præcedentibus, de quibus superiore capite diximus: Non enim ponit Neratius sic initam conuentionem vt emptor cogatur venditori rem reddere, vt precium quod adhuc debet sibi retinere possit. [Hoc enim per pactum quod ad resolutionem cõtractus pertineat fieri nullomodo posse monet Neratius, sed necessariam esse nouam obligationem.] At vt præstita & retrotradita re vendita nihil precij homine ab emptore debeatur: In quibus verbis nihil est quod emptorem obliget, ne quidem naturaliter ad rem reddendam si nolit, & consequenter si reddat, spontanea retrotraditio est. Si spontanea inquies, Ergo, & nuda, cum aliam causam nullam habeat præter nudam emptoris voluntatẽ. Sed neganda consecutio est. Licèt enim non fiat ex necessitate pacti sit tamen in consequentiam, & executionem pacti, adeò vt etiam quodammodo ex necessitate fieri videatur tam ex parte venditoris quã ex parte emptoris. Ex parte quidem venditoris, quia non potest recusare quominus retrotraditionem ab emptore oblatam accipiat, Ne aliter sit in eius etiam potestate, vt priuet emptorem commodo, & emolumento pacti ex quo scilicet pretij liberationem consequi non prius possit, quam rem vltrò retradiderit, Ex parte verò emptoris, quia licèt ei liberum sit rem non reddere, si pretium debere malit, si tamen liberationem sibi ex pacto velit quærere, cogitur ante omnia rem retrotradere, & quidem ex pacto, quia sic ferunt verba pacti. Et consequenter, non est nuda illa retrotraditio, quæ pro causa habet pactum quod licet non insit contractui ex parte agentis, & ad agendum tãquam interpositum ex interuallo, inest tamen, vt ita dixerim, actioni non ad eam formandam, sed quod magis mirum est, ad illam extinguendam, sicuti aliquando accidit vt actio ex empto detur etiam ad distrahendam emptionem vt Iulianus dicebat in specie d. l. ex empto. §. is qui vina D. de action. empt, quoniam parit exceptionem quæ inest iudicio bonæ fidei, & quæ idcirco facit, vt contra emptorem nõ magis superstet venditori actio ex vendito ad pretium, quam

si ab

ab initio,& incontinenti,aut ex post facto quidem,sed rebus omnibus integris contractus fuisset resolutus. Vt quemadmodum si contractus ab initio aut saltem rebus omnibus integris resolutus fuisset, nulla penitus ex eo competeret actio, cum post resolutionem contractus ipso iure factam perindè sit atque si nulla emptio præcessisset d.l.2.D.de rescind.vendit.Ita,& cum resoluitur post rem ex alterutra parte secutam,ipso iure liberetur is,qui in eum vsque diem fuerat debitor,dummodo prior ille pactum ex parte sua impleuerit. Vtriq; enim casui cómune illud est vt post resolutionem nulla superst actio,nec vlla proinde necessaria sit exceptio. Sufficit.n.ad resoluendum contractum bonæ fidei vt ad eum statũ reductus sit restitutis ijs,quæ iam præstita fuerant,vt si qua actio ex eo cõtractu supereset posset illa elidi per exceptionẽ pacti,vel quæ ei subsidiaria est per exceptionem doli. At cum ex vtraque parte res secuta est, & mutuæ præstationes factæ,nulla iam supereſt actio ex contractu quę scilicet neutri contrahentium potest competere nisi ad hoc vt fiat quod ex naturâ contractus hinc inde fieri debet. Ac quamuis post impletum in omnibus contractum non eo minus contractus maneat,tamen neque obligatio neque actio vlla supereſt, non solum quod iam desierit interesse vtriusque, sed etiam quod obligationis vinculum ipso iure dissolutum sit solutione ac præstatione eius quod debebatur. Cũ solutio sit modus naturalis tollendarum obligationum omnium l. pen.D. de solut. Vel ex ipsa diffinitione obligationis,quæ nihil aliud esse dicitur à Iustiniano,quam iuris vinculum quo necessitate adstringimur alicuius rei soluendæ causa. Cum itaq; per solutionem, & mutuas præstationes vtrinque factas tota obligatio empti, & venditi sublata sit nihil iam supereſt quod de obligationis illius resolutione tractari possit, estque necessariò descendendum ad nouas obligationes nouumque contractum si id agere contrahentes velint vt à toto negotio quod non modò perfectum sed etiã vtrinque impletum fuit, recedatur. Nec aliter sensisse videtur Paulus Castrens,ad d.l.1.C.quãd.lic.ab empt.disced.

cum ponit emptorem sponte tradidisse rem venditori, & è conuerso venditorem sponte restituisse pretium emptori. Tunc enim, inquit, conuentio resolutiua bene operaretur in his quę restabant agenda, quia tollit hinc inde obligationem, & actionem ipso iure, aliàs pro non facta haberetur. Ita significans nullam posse vim esse conuentionis resolutiuæ, nisi quoad ea pertinet, quæ restabant agenda cõuentionis tempore. Vt proinde fatendum sit ex ipsius sententia si iam tùm nihil restabat agendũ, nullam quoq; futuram potestatẽ eiusmodi conuentionis. Sed in eo tamen labitur magnus ille vir, cum cæteris interpretibus, quòd ponit contractũ venditionis impletum fuisse ex vtraque parte. Nam cùm id sæpe accidit, quid obsecro agẽdum superesse potest? Nihil planè. Nec enim actio ex empto aliam prestationem vllam habet nisi vt venditor rem tradat, nec rursum actio ex vendito, nisi vt emptor pretium soluat. Ergo si & res tradita sit à venditore, & pretium solutum ab emptore, cùm nihil agendum restet, consequens omnino est, vt nulla supersit obligatio, quæ resolui possit, vtque ad retroagenda omnia per actum contrarium retrosimilem, necesse sit interuenire retrouenditionem cuius potestate sequatur retrotraditio ex parte emptoris, & pretij restitutio ex parte venditoris. Et in hoc quoque errauit Castrensis, quod credidit, si post impletam ex vtraque parte venditionem emptor sponte rem reddiderit venditori, & venditor pretium emptori, ante interpositam conuentionem resolutiuam, posse dominium rei venditæ recurrere ad venditorem, & dominium pretij soluti ad emptorem: quod nos negamus, quia in hoc casu traditio, & rei & pecuniæ nuda est, & inhabilis ad transferendum dominium, quod tamen transferri, & reddi necesse est, vt dominium rei venditæ, quod à venditore abscesserat, ad eum redeat, itemque ad emptorem dominium pecuniæ pro prætio solutæ. Quis enim credat solam illam vtriusque contrahentium voluntatem sponteaneam posse iustam esse causam dominij transferendi? Non magis vtrique quàm si ab initio vellem ego trãsferre in te dominium fundi mei Corneliani,

& tu

& tu in me dominium centum aureorum nulla præcedente venditione d.l.numquam nuda 31.D.de acquir.rer. domin. Sed fefellit Castrensem vt & cæteros interpretes responsum illud Neratij in dict.l.ab emptione, vbi tractatur quidem de retrouenditione, quæ sponte facta sit, sed ab altera tantùm parte non ab vtraque vt ostendimus. Adserunt etiam interpretes post Bartolum quod scriptum est in d. l.iurisgentium 7 §. adeo autem eodem titul. vbi tamen nihil tale reperias. Admittit enim Vlpianus posse etiam ex interuallo sic pactum fieri vt ab emptione perfecta discedatur siue in totum siue ita pars eius reformetur, & quodammodo quasi renouatus contractus videatur. Sed vtrumque ita demum si res nondum secuta sit, tantum abest, vt velit Vlpianus sententiam suam obtinere eo casu quo res iam secuta fuerit, & contractus impletus ex vtraque parte. Primus Aristo fuisse videtur, qui opinionem illam induxit quæ à Neratio refertur, & probatur in dict.l.ab emptione, Vt non tantum rebus omnibus integris, de quo non erat qui dubitaret, sed etiam post implementum ex alterutra parte secutum, possit nihilominus conuentione fieri, vt restituta prius venditori, ea re quæ iam fuerat ab eo tradita possit resolui obligatio empti, & venditi vt liberetur emptor, & pretium debere desinat: quod ante Aristonem dixerat nemo. Amplius putabat Aristo vt solent viri magna authoritate præditi ab ea sententia quam ipsi induxerint ac feliciter receptâ viderint in aliam facilè progredi audaciorem, Posse per pactum etiã ex interuallo appositum fieri, vt in emptione, & venditione qui contractus est vltrò citroque obligatorius, vnus duntaxat contrahentium maneat obligatus, quemadmodum refert Pomponius in l.1.D.de rescind.vendit. quo tamen loco docet non esse veram hanc Aristonis sententiam, quia pro vna tantum parte contrahentium abiri pacto ab emptione non possit. Et ideò si ab vna duntaxat parte contractus renouatus sit, dicendum esse non valere huiusmodi Pactionem: quoniam cùm hic contractus vtrimq; obligatorius sit, mutuasque præstationes habeat, necesse est, vt vel ex vtraq;

parte

parte constet, vel ex vtraque resoluatur, Nisi cùm ea ratio iuris per aliam rationem, potentiorem non per solam contrahentium voluntatem impeditur, vt cùm pupillus sine tutoris authoritate pacisciturꝰ. Nam ipse quidem liberatur, non etiam is, qui cum eo pactus est d. l. 1. Nempè quoniam iuris ciuilis regula, & constitutio est, Pupillum sine tutoris authoritate obligari non posse l. contra. 28. D. de pact. ideòque si pupillus ab initio emisset aut vendidisset absque authoritate tutoris, claudicaret contractus, nec esset pupillus obligatus, & nihilominus haberet alium obligatum l. Iulianus 13. §. si quis à pupillo D. de action. empt. Nec Pomponio contradicit aut falsam Aristonis sententiam adiuuat quod Iulianus respondit in l. si conuenerit 56. De pact. si cõuenerit ne dominus à colono quid peteret ac iusta causa cõuentionis fuerit, nihilominus colonum à domino petere posse. Nam præterid quod non de pacto resolutorio tractat Iulianus de quo, & Aristo, & Pomponius, sed de pacto de non petendo, cuius ea tantum potestas est vt exceptionem præbere queat non etiam contractum resoluere, Requirit Iulianus vt iusta fuerit causa talis conuentionis, sicut, & Papinianus in l. Stichum aut Pamphilum 91. §. naturalis D. de solut. vt iustum sit pactũ, id est vt sequentia explicant æquitatis vinculo sustentatum, quod cum accidit mirum non est pactum suas vires exercere, vt exceptionem parere possit, Ei scilicet qui pactus est, non etiam alij contra quem pactũ interpositum fuit. Nihil enim vetat etiam in contractu qui sit vtrimque obligatorius vni ex contrahentibus acquiri exceptionem aliquam siue pacti siue aliam, non etiam alteri vt fusiùs à nobis explicatum est in Rationalibus ad illam legem. Aristonis exemplum secuti sunt interpretes nostri sed ad inducendum errorem nouum, & quem Aristo numquam probasset. Nam cum Aristo, & post eum Neratius hoc tantũ scripsisset in d. l. ab emptione, Posse abiri ab emptione etiã re secuta ex altera tutra parte, vt qui ex contrahentibus adhuc manet obligatus ex altera parte ipso iure liberetur, dummodo concepta pactio sit ad eum modum qui expressus est in d.

l. ab

l.ab emptione, Nostri sic extendere voluerunt vt idē admittendum sit etiam eo casu quo vtrimque contractus impletus iam fuerit, Quasi eadem sit ratio vtriusque casus, quia diuersitatis rationem quā attulimus, non perceperunt. Ergo vt pactum resolutorium re iam secuta interpositum, vires aliquas habere possit, illud primum exigitur, vt res non sit secuta ex vtraque parte sed tātum ex alterutra, vt superfit aliqua obligatio quæ resolui possit ex illius parte qui adhuc manfit obligatus. Deinde pactum interponi oportet antè quam retrotraditio sequatur, Postea traditionem vltrò fieri necesse est ab eo qui pacto iuuari velit, & consequi liberationem. Tum verò facta retrotraditione sequitur liberatio, vi & potestate solius pacti resolutorij, & desinit emptor pretium debere, quod debuerat, non in diem vsque pacti, sed in vltimū vsque instans factę retrotraditionis: Quo demum instanti contingit liberatio ipso iure, & pactum vires suas exerit, nō autem eo instanti quo interponitur. In quo vno differt à pacto resolutorio quod interpositum sit rebus omnibus integris, quoniam eo casu idem est instans pacti resolutorij, & factæ resolutionis, cum nihil obstet quominus eo ipso instanti resolutio fiat: quæ tamen ne perinde fieri possit in ipso instanti pactionis adhibitæ ex interuallo re iam secuta ex altera parte hoc ipsum impedimento est quod iam res secuta fuit, nec amplius est integra. Quemadmodum ergo secutum ex vna parte implementum facit ne statim resolui contractus possit, & impedit resolutionem quousque secutus sit actus contrarius implemento, Et eo quoque tempore non aliter potest inducere resolutionem, quam si pactio præcesserit actum illum contrarium, & aliqua obligatio superfit adhuc ex parte altera, Ita fatendum necessariò est, si implementum ex vtraque parte secutum sit ante pactionem interpositam, non posse fieri locum resolutioni, Non solum quod nulla superfit obligatio, quæ resolui queat, sed etiam quia fieri non possit, vt hoc casu pactio procedat; quam scilicet conferri necesse esset in id tempus, quo secuta esset vtrimq; retrotraditio, ac proinde quo effectu ipso iā essent omnia in

integrum

integrum restituta, citra vllam contractus resolutionem. Hoc etiam admisso quod volunt interpretes vt ex illa retro traditione dominium transferri vtrimque posset: quod tamen nos negamus. Itaque quod ex Aristone scribit Neratius in dict. l. ab emptione, Nihil interesse vtrum integris omnibus in quæ obligati ambo essemus conueniret vt ab eo negotio discederetur, an in integrum restitutis his non quę nos inuicem præstitissemus, sed quæ ego tibi præstitissem, consentiremus ne quid tu mihi eo nomine præstares, non adeò generaliter, & absolutè accipiendum est, quasi nihil penitus interfit, Sed ita vt nihil interfit quātum ad effectum sed interfit tamen quantum ad tempus, & instans factæ resolutionis.

ERROR DECIMVS.

Quid interfit an res secuta sit ex parte venditoris tantum, an ex parte emptoris? cum de laudimis disputatur.

SI vera sunt, vt esse credimus, ea quæ superiore capite disputauimus, facile est intelligere quid ex ijs inferamus. Nam cum interpretes omnes velint ex contractu resoluto nulla deberi laudimia non solum si rebus omnibus integris contractus fuerit resolutus siue incontinẽti siue ex interuallo, sed etiamsi resolutus sit ex postfacto, & re iam secuta quamuis ex vtraq; parte, dummodo facta sit pactio per verba apta, & idonea ac merè resolutoria vt cõcludit Amedeus à Ponte dict. quæst. laudim. 38. Nos contrà defendimus laudimiũ deberi quoties implementum vẽditionis secutum est ex vtraq; parte, propter trãslationem dominij quæ hoc casu sic facta inuenitur, vt non sit amplius liberum contrahentibus nisi nouis obligationibus constitutis adeoq; per retrouenditionem à cõtractu rescilire. Id. n. consequens est ei quod tã sæpe diximus, & rursum toties inculcandum erit, Deberi laudimiũ ex omni cõ-

tractu

tractu ex quo dominiũ translatũ sit per apprehensionẽ possessionis secutam. In eoque nostri faciunt certè iniuriã domino directo cum in arbitrio contrahentiũ ponunt vt quæsitum ei ius petendi laudimij aufferant per pactionem cuius potestate resolui contractum velint, etiam ex postfacto, etiã re secuta, sicut è contrario fauent ei suprà modum, cum defendunt, Ex contractu simplici qui non sit resolutus deberi laudimium, etiam traditione non secuta. Quid ergo si neque resolutus sit contractus, neque res adhuc secuta sit ex vtraque parte, sed ex altera tantum siue emptoris siue venditoris. Medius hic casus, est qui proinde nouam recipit dubitationem, Ex qua tamen facilè nostri se expediunt. Nam qua ratione aut potius qua fronte putant, Ex simplici quoque venditione dum ne resoluta laudimium deberi, quod in contrahentium potestate esse non debeat vt à cõtractu perfecto resiliant in præiudicium domini directi, per quem non stet quominus apprehensio possessionis sequatur, quæ laudimij præstandi necessitatem induceret: Eadẽ quoque vi mouentur vt idem sentiant etiamsi ex alterutra tantum parte secutum sit implementum. Nec abs re. Multò enim maior ratio facit pro domino cum ex alterutra parte contractus impletus est, quam cum ex nulla. Neque verò solent prudentes nostri distinguere an ex parte emptoris an ex parte venditoris res secuta sit, cum vtroque casu admittant non esse amplius rem integram, nec magis si emptor preciũ soluerit, l. 2. D. de rescind. vendit. quam si venditor venditam rem tradiderit l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. l. ab emptione 58. D. de pact. Nos verò in cæteris quidẽ iuris partibus idipsum de hoc sentimus quod prudentes senserunt: Sed in tractatu de laudimijs qui fuit illis incognitus, nouam distinctionem inducere cogimur, quæ iudicio nostro non esset noua si quæstio ipsa fuisset à prudentibus tractata. Dicimus itaque multum referre, cum de laudimijs quæritur, an emptor contractum impleuerit, an venditor, id est an pretium solutum sit per emptorem, an res tradita per venditorẽ. Implet siquidẽ contractum venditor ex parte sua, cum rẽ tradit, emptor cũ

pretium

pretium soluit aut eo nomine aliter satisfacit venditori l. ex empto 11. & pass. D. de action. empt. l. quod vendidi 19. l. vt res 53 D. de contr. empt. Si venditor rem tradiderit, nec dū tamen emptor pretium soluerit non dubito quin laudimiū ex venditione directo domino debeatur. Sin emptor pretiū soluerit nec tamen vēditor adhuc rem tradiderit, nego laudimium vllū deberi. Et diuersitatis huius quæ nemini hactenus, quod sciam in mentem venit, rationem illam adfero, quòd licèt vtroque casu perinde verum sit non esse amplius rem integram priore tamen casu translatum fuit dominium per traditionem quampis nondum soluto pretio si modo fides de eo habita sit d. l. quod vendidi & d. l. vt res. Aut si trāslatum non est dominium quia nihil horum factum sit, translata saltem est possessio per verum dominum, & quidem ex ea causa quæ per se habilis sit, & idonea ad dominium trāsferendum. Proinde negari non potest quin laudimium domino deberi cœperit, Vbi autem cœpit ad eum pertinere nulla ratio est propter quam, aut denegāda ei sit petitio, aut differenda in id vsque tempus quo pretium ab emptore soluatur. Cum etiamsi numquam vellet emptor soluere nihil tamen ea res domino posset nocere quia non eo magis fieret vt vel dominium, vel possessio quam venditor per traditionē amisisset ad eū aut ipso iure aut actionis potestate recurreret. Denique laudimij præstandi causa iam nata ad non causam redire nūquam potest. Quidni ergo statim laudimiū & debeatur, & peti possit? Posteriore autem casu non potest solutio pretij facere, vt ob id solum quod res integra esse eo modo desierit, laudimium deberi dicēdum sit cum ex pretij sōlutione nihil inferri possit ad necessitatem traditionis faciendæ, nec proinde ad trāslationem vllam, siue dominij, siue possessionis. Inducit enim ea solutio actionē duntaxat ex empto, quā exinde proponere, & exercere emptor potest cōtra venditorem l. Iulianus 13. §. offerri D. de action. empt. & quidem ad hoc vt res tradatur, sed per quam tamen non possit ab inuito venditore traditionem extorquere, si per procaciam, & contumaciā suā malit venditor præstare quāti

emptoris

emptoris ob eam causam interest quàm rem tradere, vt disputauimus in præcedentibus ex l. si traditio 4. & l. cum venditorem 10. C. eod. Itaque etiam post solutum pretium nihil causæ est cur laudimium debeatur, cum neque vlla dum facta sit translatio, siue dominij, siue possessionis, neq; certũ sit vnquam factum eam iri. Et quamuis facilè possit accidere, quòd & plerumque accidit, vt malit vẽditor rem tradere quam pati condemnationem eius quod interest, cuius æstimatio pretium egredi, vt plurimum solet l. 1. D. eod. non potest tamen ea res sufficere, vt laudimij obligatio, & præstatio representari debeat, sed satis domino directo esse debet, quod quoties dominij, vel possessionis translatio ex emptionis contractu facta erit, certam laudimij petitionẽ habiturus sit. Atque in hoc minoris ptestatis est ex parte emptoris actio empti, quam sit ex parte venditoris actio venditi Nam venditor qui rem tradidit consequi potest per actionem ex vendito, vt emptor præcisè condemnetur ad soluendum pretium. Etsi enim solutio pretij non minus quàm rei venditæ traditio est facti l. consilio 7. §. vlt. D. de curat furios. l. 1. C. de probat. ad factum autem nemo vnquam præcisè cõdemnandus est. Excipitur tamen causa solutionis faciendæ in pecunia numerata, quia cum pecunia numerata, non solum ex earum rerum numero sit quæ functionem recipiunt in suo genere, quod non sufficeret, sed hoc amplius habeat, quod ex re qualibet confici per venditionem potest l. 4. §. ait prætor l. à Diuo Pio 15 §. in venditone, & seqq. D. de re iudic. nihil facilius est quam vt per actionem ex vẽdito pretij solutio ab inuito emptore extorquatur, non in qua factum ipsius aliquod versetur, quasi pecuniam ipsam manibus suis numerare cogendus sit, sed imperata venditione bonorum emptoris, cuius factum eo casu per factum iudicis commodè repræsentatur, & in vicem iustæ obligationis succedit ex cã authoritas iubentis l. si ob causam 13. C. de euict. l. 1. C. si in caus. iudic. pign. capt. sit. Facilius ergo est vt cõtractus venditionis iam impletus ex parte venditoris habẽdus sit pro impleto etiam ex parte emptoris antequã pretium

tium ab eo solutum sit, quàm vt è contrario impleta emptio ex parte solius emptoris habenda sit pro impleta etiam ex parte venditoris ante rem traditam. Res enim nondum tradita, vt numquam tradatur fieri facilè potest. At pretiũ nondum solutum, vt numquam saluatur fieri nequit, licèt emptor id soluere numquam velit. Inde igitur est quod post rem traditam, licèt pretio nondum soluto, laudimium domino deberi admitto. At soluto tantum pretio, necdũ re tradita laudimium nullum deberi contendo. Sed obijcies fortasse si subtilis es [scribo enim ista subtilibus, sed veras non facultas, & inanes subtilitates amantibus] tum quoque cum traditio per venditorem facta est non esse certũ fore vt laudimium debeatur, cùm in eo adhuc res sit, vt abiri possit ab emptione ac totus resolui contractus. Fortè si inter contrahentes conueniant, vt retrotradita re per emptorem, desinat emptor debere pretium venditori. Hoc.n. est quod proximo capite dicebamus ex l. ab emptione 58. D. de pact. Nihil interesse vtrum integris omnibus in quæ obligati essemus cõueniret, vt à toto negotio discederetur, an vt retroacta traditione quam ego tibi feciſſem consentiremus, ne quid tu mihi eo nomine præstares. Atqui fatentur omnes, & nos nõ negamus, si contractus ab initio, & integris omnibus resoiutus fuisset, fore vt nullum ex eo deberetur laudimum, quoniã resoluta venditio perinde habenda sit, ac si nulla vnquam præcessisset d. l. 2. D. de rescind. vendit. Quin, & sententiæ interpretum nos aliquid hac parte addimus, quia ex ijs non desunt qui pũtent, Etiam cum integris omnibus contractus resolutus est si quæratur an laudimium debeatur distinguendum esse an incontinenti ea resolutio facta sit, an ex interuallo, quasi difficilius sit vt ex interuallo facta resolutione desinat laudimium deberi, quod illi debitum esse putant ex simplici quoque vẽditione, vt videre est apud Amed. à Pont. d. quæst. 38. circ. prin. Nos contra generaliter, & indistinctè admittemus nullum penitus deberi ex contractu qui resolutus sit omnibus intergris, quantũlibet ex interuallo. Cur nõ ergo æquè concedimus, nullũ deberi ex cõtractu qui peria-

de reso-

de resolutus sit ipso iure per pactum ex interuallo appositū, quamuis traditione iam secuta? Fiet aūt obiectio fortior, si addas, q̄ nos nō negabimus, supradictā Neratij sententiam quæ Aristonis primum fuit non eo tantum casu locū habere quo res secuta sit ex parte venditoris tantum, facta sc per eū rei venditæ traditione, Sed illo etiam quo implementum è contrario secutum sit ex parte solius emptoris pretio per eū soluto. An non.n. vtroq; casu eadem iuris ratio est, & eadem potestas pacti? Aut cur facilius sit vt emptor desinat ipso iure debere pretium post rem à venditore traditam, & eidem postea restitutam, quam vt venditor desinat obligatus esse ad rem tradendam post solutum ab emptore pretium, quod ei subinde restitutum sit à venditore? Igitur cum admittamus nullum deberi posteriore hoc casu laudimium, quidni etiam idem concedimus priore? Non insubtilis certè obiectio est, Sed quæ tamen ex ijs quæ iam diximus dilui facile potest. Nec enim cum de laudimijs quæritur illud inspiciendum aut curandum est an contractus sit resolutus necne. Sed illud solum an ius aliquod vnquam fuerit quæsitum domino directo vt si quæsitū sit vel vno instanti nulla cōtrahētium pactione tolli, & adimi ipsi debeat, si verò nullum quęsitum sit, libera maneat contrahentibus, & impunita contractus resolutio, quamdiu in eo statu res est vt ex iuris ratione contractus resolui, & infectus fieri possit, Siue integra mā serint omnia, vt in d.l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. l. 2. & 3. l. cum emptor. 5. §. 1. D. de rescind. vendit. siue res iam secuta quidē sit sed ex vna tantū parte vt in d.l. ab emptione. Itaque cum dicimus, quod interpretes volunt, Ex cōtractu qui rebus omnibus integris resolutus sit nulla laudimia deberi. Non illa potissimum ratione mouemur qua mouentur interpretes, quod cōtractus ipso iure sit resolutus, & pro infecto habēdus, sed quia resolutus sit eo tempore quo nullum domino ius petendi laudimij competebat. Similiter cū dicimus, Ex contractu emptionis etiā re secuta sed ex parte emptoris tantum id est soluto per emptorem pretio, nondum autem traditione per venditorem facta laudimium

quoque nullum deberi, siue manēte, siue resoluto contractu, ad id duntaxat respicimus, quod nihil habeat commune solutio pretij cum iure domini directi cùm laudimia non propter solutionem pretij sed propter traditionem, & inuesituram debeantur, Vt proinde verum æquè sit hoc casu dicere nullum adhuc petendi laudimij ius domino acquisitum fuisse, neque certum esse acquisitum vnquam iri. At eum defendimus quod interpretes negant deberi laudimium ex emptione quoties secuta res est nō solum si ex vtraque parte sed, & si ex parte venditoris tantum, traditione per eum facta, licet pretio nondum per emptorem soluto adeoque tametsi post eam traditionem resoluta sit emptio per pactionem conceptam secundum Aristonis, & Neratij sententiam in dict. l. ab emptione. Monemur ratione illa certissima, & inconuincibili quod negari non possit quin per traditionem à venditore factam ius quæsitum sit domino percēdi ac consequendi laudimij cum exinde emptor factus sit dominus, & possessor aut saltem possessor ex causa quæ per se iusta sit, & habilis ad dominium transferendum. Quod vnū inspiciendum est, vt sciamus an laudimium debeatur. Porrò vbi semel cœpit deberi, nulla ratio est cur domino ius suum auferatur ex sola contrahentium pœnitentia, & volantate, l. vlt. D. de pact. l. in insulam 42. §. vlt. D. solut. mat. Quod tamen contingeret si esset in eorum arbitrio, vt quia nondum solutum esset pretium, possent liberè, ac impunè emptionem resoluere in præiudicium domini. Hoc enim addendum est, ne quis fortè putet nos existimare, propter interpositum ius domini directi prohibeantur contrahentes resilire à contractu ijs casibus quibus permissa sit ex iuris ratione contractus resolutio. Etenim quod ad contrahentes pertinet, quidni liceat eis vti iure communi etiam si de re feudali aut emphyteuticaria contraxerint, ac si de re libera, allodiali contraxissent? Præsertim cùm hodie bona feudalia emphyteutica ex generali consuetudine redacta sint ad instar patrimoniorum, Vt in huius tractatus initio præfati sumus. Perinde igitur possunt hodie contrahentes pacisci, vt

sci, vt emptionem resoluant, ijs omnino casibus in quibus olim idipsum obtinebat, Satisque est domino ius suum consecuari, vt in eius dispendium non vergat, quod à contrahentibus etiam bona fide, permittente iure factum fuerit. Nec enim laudimia in pœnam debentur, vt mòquimus, sed præmium inuestituræ, & admissi in possessionem noui emphyteutæ. At rursum hæc eadem ratio facit vt non vsque adeò fauendum sit contrahentibus, vt domini ius, quod omnium antiquissimum est lædatur, Dummodo tale ius sit non quod possit competere, sed quod iam competat, Ne alioquin dici paulatim incipiat quod vix adhuc quisquam dicere ausus est, Ex contractu condicionali etiam prius quam condicio extiterit, laudimia peti posse, ob id solum quòd condicio possit existere, cùm tamen possit etiam non existere, Aliter nec condicio esset. Quo exemplo dicendum etiã est, siue simplex venditio facta sit quam neutra ex parte implementum secutum fuerit, siue secutum quidem sit implementum sed ex parte emptoris tantum soluto per eum pretio, nulla posse adhuc deberi laudimia quandiu traditio, & apprehensio possessionis secuta non est, quamuis sequi possit, quia pōt, & non sequi, aut propter contumaciã venditoris nolẽtis rem tradere, aut quod mutuo partium consensu re adhuc integra, vel ex vtraque vel ex altera tantum parte possit in totum abiri ab emptione. Sed si neque simplex venditio facta sit ob secutum iam implementum aliquod, neque ex parte emptoris in pretij solutione implementum secutum sit, sed ex parte venditoris tantum qui rem tradiderit. Dicimus laudimium domino deberi, & quidẽ ita vt citra domini voluntatem non possit desinere deberi, quoniam ex tempore traditionis facta ita quæsitum ius est domino vt nõ magis possit desinere quæsitum esse, quam illud fieri, vt facta traditio pro infecta fiat. Imò inquiens, licet traditio sit facti ẽt ipsa th pro infecta haberi potest & haberi eam necesse est quoties post traditionem contractus resoluitur, vt in specie d.l. ab emptione. Quidni ergo dicemus in eadem specie laudimium quoq; quod semel deberi cœperat desine-

re deberi? Sed aperta dissimilitudinis ratio est, quia nihil absurdi est infectam fieri traditionem quantum ad contrahentes qui eam infectam haberi volunt, Non item quantum ad dominum cuius voluntas nulla, & factum nullum in pactione contrahentium intercedit. Atque ita Castrensis quoque sentit in dict. l. 1. Cod. quand. lic. ab empt. disced. nisi ꝙ ibi non loquitur de laudimio vt supra iam obseruauimus, sed de gabella quam statutū aliquod quale est Bononiæ, deberi velit ex quocunque contractu. Quamquã, & quod dicimus, Etiam traditionem licèt fit facti pro infecta haberi posse quod attinet ad contrahentes, non sic accipi volumus vt factum ipsum tradẽdi pro infecto habeatur, quod vtique nulla iuris aut hominis arte fieri potest, sed tantum quod ad iuris effectum, vt dominium quod à venditore abscesserat, ad eũ reuertatur, nec tamen sola pacti potestate sed potissimum retrotraditionis quam diximus necessario debere interuenire vt ex pacto ante retrotraditionem facto, resolutio sequi possit. Itaque si verum amamus non tam effectus prioris traditionis tollitur, quam nouus retrotraditionis effectus inducitur, dominio venditori restituto per emptorem quod fuerat illi priùs acquisitum. Proinde non abs re dubitari magis possit an hoc casu duplex laudimium debeatur quam vt quis cum interpretibus putet ne vnum quidem deberi. Si enim duplex fit traditio duplexque dominij, & possessionis translatio, quidni multiplicatio traditionũ inducet multiplicationem laudimiorum? Sed digna certè quæstio est quę tractetur diligentiùs, & in sequentem Decadem ne hic longiores simus, differatur.

ANTONII FABRI

I. C. SEBVSIANI

In Supremo Sabaudiæ Senatu Præsidis Primarij.

DE LAVDIMIIS

DECAS II.

ERROR PRIMVS.

An ex resoluto contractu laudimium debeatur, & an simplex an duplex.

DISPVTARI solet à nostris hæc quæstio quoties aut de gabella tractant, aut de laudimio, An ex resoluto contractu aliquod debeatur, & an simplex, an duplex laudimium, an simplex aut duplex gabella. Ac primum in eo omnes consentiunt vt debeatur, siue res non amplius integra, siue res quidem adhuc integra, sed ex interuallo contractus resolutio facta proponatur. Nam si in continenti facta sit non negant quod nos volumus, Ex simplici venditione laudimium nullũ deberi. Sic Aned. à Ponte q laudim. 38. post Ang. Castrens. Alex. & alios ad l. iuris gentiũ 7. § adeò autẽ D. de pact. Iac. de S. Geor. in trac. de royd. nu. 29 & 33. Itẽ in eo, vt ex ipsa contractus resolutione laudimium nullum debeatur, Ne tum quidẽ cum ita conceptũ esset statutum vt ex quolibet contractu laudimiũ deberetur.

tur, sed potius quod nihil dum factum sit eorum, quæ debuerant vt domino laudimium deberetur, non magis si neutra ex parte secutum esset implementum, quia sol pretij nullam inducit rei emphyteuticariæ translationem neque quod ad dominium, neque quod ad possessionem adeoq; nec vllam eius translationis faciendæ necessitatem. Et ideò ab interpretibus in hoc ipso dissentio, quod cum simplex laudimium deberi velint, quippe quod debi esse putent etiam ex simplici venditione nullo ex vtra parte secuto implemento, nos nullum deberi patimur, dum fauere domino volumus, iniuriam emptori faciamus aut etiam venditori aduersus quem habiturus esset regressum emptor si laudimium soluere coactus fuisset. Quod ex parte venditoris tantum res integra esse deberit ob re ab eo traditam emptori qui nondum pretium soluerit, emptio resoluta sit per pactum eo modo conceptum quo cipi Aristo, & Neratius voluerunt in l. ab emptione. 5 § D pact. hic verò casus est, in quo defendimus, quod ante nemo dixit, quamuis vnica tantum venditio sit, eaque pentus, & ipso iure resoluta, duplex tamen laudimium deber sed quod magis mirere, neutrum ex venditione, neutri ex resolutione, sed vtrumque ex traditione, quam cum h. casu duplicem intervenire oporteat, duplex quoque laudimium ob eam causam deberi necesse est. illud enim supponendum est ex quo tanquam ex Principio cetera decidendæ sunt omnes istæ De laudimijs quæstiones. Laudimia deberi ex sola translatione dominij vtilis, aut saltē coiuncta translatione possessionis. Vbi autem eiusmodi translatio nulla facta est, nulla quoq; laudimia deberi. In quo probando, quia totam ferè superiorē Decadem consumpsimus hic nobis diutius immorandū. Atqui cum venditor tradidit, & convenit vt retro traditione eidē facta libere emptor ab obligatione solvendi pretij, nec quicquā eo nomine præstare teneatur qui casus est Aristonis, & Neratij d. l. ab emptione, Non potest negari quin duplex traditio intercedat, Prima quæ à venditore facta sit emptori, & post

quam desierit res esse integra. Altera quæ ab emptore venditori per quam res tota in integrum restituatur. Nec illud rursum negari potest, quin per vtranque istam traditionem dominium transferatur simul cum possessione. Per priorem quidem à venditore in emptorem, Per alteram autem retrò ab emptore in venditorem. Ac de prima nemo dubitat, si q in proposita quæstione ponendum necessario est, venditor fuerit dominus. Traditio enim quam ab eo fieri necesse est, vt transferatur in emptorem possessio, transfert vtique hoc casu cum possessione dominium l. ex empto 11. §. 1. D. de act. empt. l. traditio 20. D. de acq. rer. domin. quia dominium hoc casu à possessione separari non potest l. per procuratorem 8. C. de acq. possess. Idq; adeo verum est, vt si quis alienam rem vendiderit, & medio tempore hoc est ante traditionē hæres domino rei extiterit, cogendus sit implere venditionem, vt loquitur Paulus in l. si quis alienam 46. D. de act. empt. id est non tantùm possessionem transferre quam solam vendidisse videbatur, cùm alienæ rei dominium transferre in alium nemo possit, sed etiam dominium idque per traditionem perinde acti ab initio, & ipso venditionis tempore dominus ī fuisset: Nec enim recusare potest venditor quominus hodie rem tradat, eo prætextu, quod nō possit hodie tradere, quin transferat dominiū, quod tamen non transtulisset si cū vendebat rem tradidisset, quasi plus hoc casu petere emptor videatur, quàm fuerit venditum, & quā præstare venditor debuerit initio contractus inspecto. Etsi enim non tenetur venditor actione ex empto ad hoc vt dominiū transferat in emptorem, sed tantū vt rem tradat ex qua traditione sequatur translatio possessionis l. 3. in prin. & §. 1. & pass. eod. tit. Non tamen cōsequens est, vt qui rem aliquam ēt alienam vendit, solam eius possessionem vendere intelligatur. Vendit enim rem ipsam quæ ex proprietate, & possessione constat tanquā ex duabus partibus integralibus, longeq; alia rei alia solius possessionis æstimatio est licèt præcipuum, ac penè totum rei emolumentū in possessione cōsistat l. 2. § vl D. vti possid. Vnde fit, vt qui rem alienam vendidit, & tradidit obligatus

fit

sit de euictione d.l. ex empto §. 1. l. in venditione 60. D. de euict. quod dici non posset si non ad aliud quàm ad possessionis translationem teneretur. Nec ijs assentiendum est, qui supradictum Pauli locũ de eo venditore intelligunt, qui factus sit dominus, & hæres domino extiterit post factã traditionem. Repugnant enim illa legis verba, & medio tempore hæres ei extiterit. Duo enim duntaxat tẽpora prudentes nostri hac in re agnoscunt, venditionis, & traditionis, l. si aliena 10 in princ. & l. pen. D. de vsucap. aliàs l. pen D. pro soluto. Proinde medium tempus nõ aliud esse potest, quam quod sequitur venditionem, & præcedit traditionẽ. Deinde illa cogendus est implere vẽditionem. Nihil enim aliud est impleri venditionem ex parte venditoris, nisi rem tradere siue ex ea traditione sequatur translatio etiam dominij, siue possessionis tantum. Vt namque per traditionem possessio transferatur, id verò principaliter primo, & per se agitur. Vt verò etiam dominium transferatur, etsi hoc quoq; agitur, non tamen sit neque agitur, nisi per consequentias. Itaque si poneres factam fuisse à venditore rei alienæ traditionem, antequam is domino hæres extitisset, deinde hæreditatem domini ad hunc ipsum venditorem peruenisse, non ideò tamen actio vlla supereſſet emptori contra venditorẽ ad implendã venditionem per translationẽ dominij, quia iam semel tradẽdo eam impleuisset, nec fieri posset vt rem iam semel traditam iterum traderet emptori, nec rursus vt dominium post traditionem acquisitum transferret sola voluntate, ac citra traditionem in emptorem, & idcirco nec prohiberetur venditor eam ipsam rem quã vendidisset, ac tradidisset, suo iure vindicare si nõ aduersus eũ dãda esset hoc casu exceptio rei venditæ, & traditæ. Quo solo remedio emptori aduersus vẽditoris, iurisq; iniuriã succurri potest l. 1. & pass. D. de excep. rei vend. & trad. l. si à Titio 72. D. de rei vind. Sed hæc ad Paulã obiter dicta sint, vt inferamus. q̃ ad institutã disputationẽ pertinet. Cùm ponimus implemẽtũ vẽditionis secutũ esse ex parte venditoris, sic intelligere nos debere vt & traditio facta sit, & ex ea traditione trãslatũ dominiũ, qđ

fuerat

fuerat venditoris. Quo admisso, illud etiã admittendum necessariò est, Per retrotraditionẽ quã emptor vẽditori fecerit ad resoluendã venditionẽ, æquè dominiũ translatum esse ab emptore in venditorẽ oportere. Alioqui non essent omnia in integrũ restituta si non redderetur venditori dominiũ quod antè habuisset: quomodo tamen omnia in integrum restitui oportet, vt perinde resolui possit cõtractus etiam re secuta, ac si integra mãsissent omnia d.l.ab emptione 58.de pact. Nec est quod quis dicat non posse per hanc retrotraditionẽ trãsferri dominium, quasi nuda esse videatur nullo intercedente cõtractu retrouenditionis l. nuda 31.D.de acq.rer. dom. Non n.nuda dici potest, quæ pro causa iusta habet pactũ bona fide appositũ circa contractum bonæ fidei ad contractũ quoq; ipsum ex bona fide resoluendũ, vt proximo capite Decadis superioris docuimus. Et cũ iam probauerimus nõ aliter posse ex pacto illo in integrum omnia restitui, quã si dominiũ, quod per traditionẽ à venditore abscesserat, per retrotraditionẽ ad eundẽ reuertatur, vel ex hoc intelligimus per demonstrationẽ sal. ẽm à posteriori, Retrotraditionẽ illam nudã esse nullomodo posse. Non magis, quàm si fieret ex potestate, & necessitate præcedentis alicuius retrouenditionis. Ergo quemadmodũ si aliqua retrouẽditio interueniisset, nemo esset, vel ex ipsis interpretibus, qui dubitaret, quin laudimiũ duplex deberetur, vnum ex venditione vt loquuntur, alterũ ex retrouẽditione, Ita & in proposita specie dicendum est ex principijs iuris, quę nõ ex contractu aliquo sed ex traditione tã ùm, quæ secuta sit deberi laudimiũ volũt, duplex in hoc casu deberi laudimiũ domino directo, Vnum propter priorem traditionem, quæ ex venditione secuta sit, Alterum propter subsecurã retrotraditionẽ, nulla etiam interposita retrouenditione. Si enim tantam potestatẽ habet illa retrotraditio ad reddendũ venditori dominiũ, quantã habuerat prima traditio ad dominiũ illius rei in emptorẽ transferendũ. Quantã autẽ habebit potestatẽ etiam in eo de quo quæritur, vt ex ea quoq; perinde atque ex priore laudimiũ domino debeatur? Aut quid amplius est in priore quàm in posteriore

steriore cùm per vtramque non possessio sola transferatur sed etiam dominium? Nam si differentiam ex eo velis petere, quod prior traditio habeat venditionem pro causa, posterior verò nullam habeat retrouenditionem. Iam diximus non esse cõtractum inspiciendum sed traditionem, nec rursum an traditio ex aliquo cõtractu præcedente facta sit, sed tantùm an sit nuda necne, Et ob id tantùm solere nos ponere contractum aliquem præcessisse, vt appareat traditionẽ eo casu non esse nudam, & velut exempli loco, vt in d. l. numquam nuda. Cæterum citra contractum aliqua causa subsit eaque iusta traditionis faciendæ, non minorem traditionis fore potestatem ad transferendum dominium quàm si cõtractus aliquis præcessisset. In proposito autem tametsi retrouenditio nulla interuenerit, dicimus tamen iustam esse causam retrotraditionis iusto pacto intercedente, vt loquitur Papin. in l. Stichum 95. §. naturalis de solut. Iustum autem esse pactum quodcunque adijcitur contractui bonæ fidei etiam ex intervallo quandiu implementum ex alterutra parte nondum secutum est, vt liberetur is qui adhuc obligatus manet, dummodò reddat omnia, quæ ex eo contractu acceperat. Id enim ex bona fide est, ad quam hæc omnia redigenda sunt, quæ circa bonæ fidei obligationes occurrunt d. l. ab emptione. Non igitur eo minùs debebitur ex hac retrotraditione laudimium, quòd retrouenditio nulla præcesserit. Nam neque retrotraditio effectum alium habere posset, quàm vt traditionem faceret non nudam dict. l. numquam. Cùm ergo aliunde habeat retrotraditio, vt nuda non sit, id est à iusta illa pactione licet ex post facto, & non omnibus integris apposita, Cur non eundem habeat effectum, & quod ad dominium transferendum, & consequenter quod ad laudimium præstandum? Itaque non est bona consecutio, si quis cum interpretibus dicat, Vnicum esse in hac specie contractum, vnius scilicet venditionis, quod nos admittimus, Ergo non nisi vnum laudimiũ deberi. Quinimò tutiùs mecum sic argumentari liceat, Duplex hoc casu traditio intercessit, vtraq; vera, & iusta, neutra verò nuda, ita

vt

vt duplex, & possessionis, & dominij translatio secuta sit, Ergo duplex laudimium debetur. Quamquam non nego esse hunc valde singularem casum in quo duplex traditio fiat ex vno eodemque contractu, quarum vna sit contraria alteri, & tamen vtraque ex eiusdem contractus potestate accipiat, vt non sit nuda. Sed illud mirabilius est, quod ex hac traditione duplici duplex laudimium debeatur quamuis contractus non solum vnicus sit, sed etiam resolutus. Esset enim multò facilius, & procliuius in eam ire sententiam, vt ex contractu qui esset ipso iure resolutus laudimiũ nullum, quam vt duplex deberetur: Et tamen aut nihil in toto iure nostro est, quod verum adfirmari possit, aut nihil verius, quam quod volumus. In specie illa quam tractamus post Aristonem, & Neratium in d.l. ab emptione, duplex laudimium domino directo deberi.

ERROR SECVNDVS.

Si venditor nolit recipere rem venditam oblatam ab emptore ex pacto resolutiuo.

Addito, & obiter quo pacto laudimium debeatur.

PRÆDICTA locum habent si res à vẽditore tradita emptori, eidem sit retrotradita ab emptore in consequentiam, & executionem pacti resolutiui, vt in l. ab emptione 53. D. de pact. circa cuius speciem, & interpretationem adhuc versamur. Sed quid si post eiusmodi pactum adhibitum offerat emptor venditori retrotraditionem ad hoc, vt pacto resoluatur venditio, & ex ea resolutione liberetur ipse à necessitate soluendi pretij nondum soluti. Venditor autem nolit rem recipere, quòd eum fortè pacti resolutiui pœniteat, malitque rem habere? An permittens venditori hoc casu vt contra emptorem agat ex vendito ad pretium efficaciter,

ita

ita vt nulla exceptione repellatur? An potius conuento emptori exceptionem pacti accommodabimus, ne contra fidem conuentionis ab emptore vrgeatur? Nec aliena quæstio est ab instituto tractatu de laudimijs. Cum si dicamus posse cogi venditorem, vt inuitus retrotraditonem accipiat non minus futurum sit vt laudimium domino præstare teneatur, tanquam habenda retrotraditione illa pro facta in præiudicium venditoris per quem solum stat ne fiat offerente illam emptore: Quod non æquè dicendum esset si vēditori liceret pro arbitrio suo pactionem eam resolutoriam inuito emptore irritam facere, quia tunc traditio illa secunda neque sequeretur vnquam, neque haberetur pro secuta in præiudicium venditoris, qui eam iure suo recusasset. Fuit autem hæc quæstio, ne illam, vel penitus otiosam, vel otio tantum nostro adscribendam putes, iam olim apud interpretes tractata, vt refert Accursius noster ad d.l. ab emptione in fin. & ad l. 1. & 2. Cod. quand. lic. ab empt. disced. vbi ait putasse quosdam inuandum esse emptorem exceptione pacti si à venditore conueniatur ad pretium, nec ei posse denegari exceptionem ex pacto quantumuis nudo, Ex vulgari & generali regula iuris Prætorij de qua in l. iuris gentium 7. §. igitur nuda D. de pact. Ipse tamē contra sentit, & ipsius sententiam plerique omnes magis probant, vt Castrens. inter cæteros ad d.l. 1. nu. 7. Rationem adferunt quia sicut venditori qui rem tradidit non posset ea pactio resolutoria prodesse ad dādam ei actionem contra emptorem, vt rē traderet, quā tradere fortassis nollet, ita è conuerso cum vult emptor rem retrotradere, non vult autē venditor accipere, quod pretiū habere, & in contractu vēditionis perstare malit, non sit dāda emptori exceptio, vt inter contrahentes seruetur æqualitas. Sunt. n. hæc ipsa ferè verba Pauli Castrensis supradicto loco. Ac quoniam valde obstare vident regulā illā iuris prætorij quę ex nudo quolibet pacto dat exceptionem. Respondet Accursius in d.l. 2. Esse sanè hoc mirabile, sed vt mirum hoc magis quam falsum videatur, Ait ex ea ratione id fieri quod pactum huiusmodi resolutorium non in eam causā interpo-

terponatur, vt pariat exceptionem, sed tantùm, vt venditorẽ resoluat: vnde inquit Castrensis si non operatur resolutionem, nec operabitur exceptionem, & liberationem, quam operaretur si esset interpositum principaliter ad liberandũ. Et ita subtiliter, inquit, intellige istam glossam. Subtiliter sanè si modo verè. Quid enim subtilius, quam quod tam absconditam habet rationem, vt nec indagando eam diligenter, & inuestigando assequi vnquam possis? Ego neque cum Accursio sentire possum, qui in hac specie dat venditori actionem efficacem contra emptorem ad pretium, neque cum alijs, qui emptori exceptionem accommodant, sed emptore offerente retrotraditionem, & venditore recusante. Dico, esse nihilominus venditionem resolutam ipso iure, & emptorem vsque adeò pretium debere desinere, vt nulla indigeat exceptione, nec vllã timere debeat venditoris actionem, quæ nec amplius vlla competat, nec proinde dari possit. Verùm hæc ita tamen si aduersus fraudem, & malam fidem venditoris se subtrahentis fortasse, ac improbè aduersus placita venientis emptor sibi prospiciat denunciationis, & obsignationis depositionisque remedio, vt scriptum est in l. fi à te 7. Cod. de pact. int. empt. & vendit. quæ lex diuersam quidem habet speciem, sed non dissimilem, ni fallor, rationem. Proponebatur quidam fundum alij certo pretio vendidisse, & in ipso contractu, aut quod idem est, incontinenti conuenisse, vt si intra certum tempus soluta, & restituta esset à venditore quantitas pretij, quæ data fuisset per emptorem, fundus fieret inemptus. Emptor pretium, siue totum, siue pro parte (nihil enim hic refert) soluerat venditori. Posteà cum venditor irritam venditionem ex pacto facere vellet, recusabat emptor, & vt interim laberentur tempora intra, quæ pretij restitutionem fieri oportebat, ne solui ei posset se subtrahebat fuiq; copiam denegabat. Miser, & anxius venditor ne rei suæ iacturam incurreret consulebat Imperatores, petebatque, vt quoniam emptor in ea re dolo malo versabatur, & contra bonam fidem, quæ in venditionibus maximè obseruanda est, ea pactio ex imperiali rescripto remit-

mitteretur, non quasi totius pacti rationem penitus nullam haberi vellet (fuisset enim ea res ipsi damnosior quàm emptori, qui si tale pactum nullum esset vtique rem à se emptã retinere in perpetuum iure dominij, & bona fide posset) at quia tolli volebat ex pacto adiectionem illam temporis intra quod restituendum erat pretium, vt sublato temporis incommodo liberum ei esset quandocunque restituendo pretium rem suam recipere, vt in l. 2. eod. tit. Rescribunt autem Imperatores; non esse iustam venditionem, vt rescripto Imperiali remittatur iusta conuentio apposita in contractu bonæ fidei, & quæ legem ei dederit, forsitan etiam causam cum credibile sit non aliter fuisse emptorem contracturum vt in l. vltim. eod. tit. Sed aduersus fraudem emptoris, qui se subtrahebat ne intra tempus præstitutum solui ei posset, posse venditorem sibi consulere remedio denunciationis, & obsignationis, ac depositionis. Vt & in l. 2. in fin C. de iur. emphyt. l. acceptam 19. C. de vsur. l vltim. D. de leg. commiss. Nempè quia legitimè facta obsignatio, idest post denunciationem rectè factam, ac congruo loco, & tempore vim solutionis obtinet. l. obsignatione 9 Cod. de solut. Vt proinde videatur venditor satisfeciisse pacto per æquipolleus si modò inter præscriptum temporis pecuniam pretij absente per fraudem emptore deposuerit & obsignauerit. Quod igitur in persona venditoris rescriptum est ab Imperatoribus. Quidni in proposita specie admittemus etiã in persona emptoris, si fortè venditor cui reddi res ex pacto debuit, aut latitet, aut quo alio modo per fraudem, & sine causa recuset rem à se venditam recipere, Vt nimirum post factam denunciationem legitimam si res sit mobilis eam deponat emptor. si immobilis, declaret constituere se eam rem non sibi, sed ipsius venditoris nomine possidere, nec recusare, quominus eius possessionem authoritate propria ingredi, & occupare venditor possit. Quid enim aliud facere emptor queat in ea re, quæ obsignationis, & depositionis remedium non patiatur? Quidni ergo in hac specie habeamus rem tradendam pro tradita in præiudicium moroſi venditoris? & consequẽter

ter emptorem, qui adhuc pretium debeat, pro liberato? Nec enim verendum est, vt hoc casu quisquam obijciat emptori non debere illum, & rem habere, & pretium, cum possessionem rei non solum amiserit, quæ amittitur statim, atque cõstituit quis nolle possidere. l. si quis vi 17. §. differentia. D. de acquir. possess. Sed etiam transtulerit eam quantum transferre potuit in venditorem per constitutum, cui si consentire venditor velit exinde possessor factus videari debeat, si nolit imputandum habeat suæ fraudi, & malæ fidei, quod noluerit vt pretij ab emptore inuito, & contra pactum exigendi colorem hunc sibi quæreret. Alioquin an non fuerit iniquissimum in arbitrio venditoris ponere, vt priuet emptorem cõmodo sui pacti, & impediat vel auferat ei paratam ex pacti causa liberationem? Fateor non posse per pactum fieri, vt cogat emptor venditorem rem retrotradere quoniam ea res ad nouam obligationem constituendam pertinet, vt scriptum est in d. l. ab emptione in fine. Saltemque necessaria esset stipulatio non ad resoluendam venditionem, quod per stipulationem non magis quàm per nudum pactum fieri potest, vt superiore Decade contra Castrensem disputauimus. Sed pacto ita concepto vt Arilloni, & Neratio placuit, id est vt re vendita quæ iam tradita fuit, retrotradita venditori, non cogatur emptor pretium præstare. Dico non posse quidem cogi emptorem vt retrotradat si nolit, sed posse venditorem cogere vt rem accipiat, Neque ob id iniquum pactũ videri debere, quod hoc modo non seruetur inter paciscentes æqualitas arg. l. si socius 81. D. pro socio. Nam imò verò si respicias effectum pacti, seruatur æqualitas in hac specie, cum non aliter possit emptor ex hoc pacto consequi liberationem quam si priùs rem quam accepit, reddiderit venditori: quo facto cũ sint omnia in eo statu in quo erant priusquam facta venditio fuisset, quid obsecro superest in quo vel minima inæqualitas obseruari possit? Si verò media omnia intueare per quæ ad hunc effectum perueniri possit, non nego inæqualitatem illam esse quod in potestate venditoris non sit emptorem cogere, vt vel pretium soluat præ-

ditoris

cisè, vel rem venditam, & traditam præcisè reddat, quomodo in potestate emptoris est, vt venditorem cogat præcisè rem accipere. Sed dico nihil in eo esse absurdi aut iniqui, cum huiusmodi pactum non tam venditoris quam emptoris gratia interpositum sit, quod vnum maximè inspiciẽdum est vt sciatur cui prodesse pactum debeat, aut cui nocere l. in ratione. 30. §. tametsi in fin. D. ad l. Falcid. l. Lucius 40. in fin. D. de fideic. libert. Interpositum autem fuit emptoris gratia ad liberandum eum à solutione pretij, quia nec indigebat venditor vt liberaretur, cum iam rem tradidisset. Ad quod vnum actione ex empto tenebatur. Et quamuis admitteremus quod ex veteribus quidam voluerunt, dandam emptori ex huiusmodi pacto exceptionem si à venditore conueniatur ad pretium non etiam actionem venditori ad pretium consequendum, nulla tamen in eo esset inæqualitas. Cum exceptionis natura non patiatur, vt actori accommodari possit nisi ad vsum replicationis. Imò esset inæqualitas maxima si ex eo pacto daremus venditori actionem quemadmodum emptori exceptionem, cum multò minus sit exceptionem habere quam actionem. Quamquam nec ratio iuris hoc ferre potest vt ex eodem pacto, & venditori detur actio, & emptori exceptio, perinde atque vt ex eodem ore possis eodem instanti, & flare, & sorbere. Denique id actum est huiusmodi pacto inter paciscentes, vt à tota venditione recedatur ex vtraque parte tam venditoris quam emptoris. Ex parte quidem venditoris reddendo ei rem venditam, & iam traditam. Ex parte autem emptoris liberando eum à pretio, vt ea liberatio sit pro pretij restitutione quam fieri oporteret si iam solutum esset vt omnia in integrum vtrimque restituerentur. Cæterum quænam iniuria venditori facta videri potest in eo quod dicimus cogi eum rem quam vendiderat recipere, cum ita voluerit, & per pactum conuenerit? Aut cur ei permittamus vt mutet voluntatem in emptoris damnum, & iniuriam? Quænam rursus in eo quod nec illi permittimus, vt possit agere contra emptorem ad pretium si

emptor malit, paratusque sit rem reddere, Cum id fieri nequeat saluo pacto, & salua bona fide, ex qua sunt æstimanda hæc omnia dict. l ab emptione. Nihil facit contra pactum emptor, si nolit rem reddere, malitque pretium debere, quia cum in eius fauorem pactum sit interpositum, vt diximus, non est cogendus, vt iure suo inuitus vtatur dict. §. tametsi l. penult. Cod. de pact. Itaque retrotraditio quam facere debet non tam in obligatione est aut in petitione, quam præstatione, quemadmodum dicimus in penu legata hoc modo Hæres meus Titio penum dato si non dederit centum dato l. 1. D. de pen. leg. l. 1. §. item si ita D. ad leg. Falcid l. cum sine 19 l. si penum 24. D. quand. dies legat. ced. Estque in ipsius arbitrio, vt rem retrotradat, si velit, etiam inuito venditore, non retrotradat si nolit, etiamsi maximè vēditor malit rem suam habere. Debuerat enim venditor sibi cauere, aut per stipulationem aut saltem p pactum incontinenti appositū, vt in d. l. 2. & l. si à te 7. C. de pac. int. empt. & vend. Si id agebat, vt de re vendita sibi retrotradenda emptorē obligaret. Nec tamen est in arbitrio, ac potestate emptoris, vt & rem, & pretium retineat, nec proinde, vt non cogatur rem reddere si à pretio liberari malit. Vnde fit vt tantūdem consequatur venditor inuito emptore, quod ad hoc vt res ei retrotradatur, quantum posset consequi si de ea re actionem haberet siue ex vendito, siue ex stipulatu. Quid enim aliud consequi posset nisi, vt res retrotraderetur? Nisi quod retrotraditionem illam præcisè vrgere non potest, quemadmodum, nec posset si nullum de resoluenda venditione ac de emptore liberando pactum intercessisset. Quare nec emptori ipsi pactum hoc ad aliud prodest quam vti ne cogatur pretium soluere, si malit rē restituere. Sed hoc ipsum ita tamē, vt nō ideò venditori actio ex vendito ad pretium aufferatur. Remanet enim illa salua, & quidē cum effectu adeo, vt nullā exceptionem pati possit si tam negligens sit emptor in retrotradēdo vt de pretio secum litem contestari patiatur. Nam cū pacti resolutiui nulla sit potestas ad resoluendū contractū venditionis quousque impleta sit condicio sub qua venditionem re-

solui

solui paciscentes voluerunt: In proposito autem ablatiui illi absoluti quibus Aristo, & Neratius vtuntur in concipienda huius pacti formula rursum præstitis mihi à te in re vendita omnibus quę ego præstitissem faciant condicionē licē non exprimant ēgurā condictionis l. à testatore 109. De condic. & demonstr. d §. tametsi, omnino consequēs est vt ante factā ab emptore retrotraditionem non possit resoluta dici venditio nec proinde liberatus debitor à solutione pretij quod actione ex vendito præstare debeat venditori. Nam quādiu venditio supersit, tandiu actionem quoque ex vendito superesse fatendum est, quæ tum demum perit cum venditio resolvitur. Proinde si nullum pacto insit tempus intra quod retrotraditio illa fieri debeat [totum enim illud tēpus emptori liberum esse deberet, vt non prius cōueniri posset] nihil vetat venditorem quandiu retrotraditio neq; facta, neq; oblata est conuenire statim emptorem, ducere illū ad albū Prætoris, & ostendere qua actione contra eum sit acturus, Actione scilicet ex vendito si malit emptor contendere quā cedere, Tum vocare illum in ius, Postremo litē cum eo contestari. Quæ omnia dum fiunt, habent verò sua spatia, & interualla, liberum adhuc est emptori retrotradere, etiā inuito venditore. Sed post litem contestatā liberum amplius non est propter nouam obligationem, quæ per litis contestationem contrahitur l. 3. §. idem scribit D. de pecul. d. l. 1. D. de pen. legat. d. l. cum sine 19. D. quand. dies leg. ced. Id. n. est q dici solet, Per contestationē non solū nouationē fieri, sed & quandā veluti delegationē l. delegare 11. §. 1. l. aliā 29. D. de nouat. & deleg. l. si Titius 9 D. de verb. obl. in illis verbis finem dandi alteri fore quando [sic enim lego non quoad] judicium accipieretur. Quæ cum ita sint, apparet nullā in hac specie venditori iniuriā fieri ex eo quod tale pactū volumus emptori prodesse, cum nihilomagis tollat venditori actionē ex vendito, quę licet non soleat competere nisi ad pretiū, hic tamen hoc amplius habet quod etiā retrotraditionē extorquere potest, non quidē principaliter primo, & per se sed per accidens, & necessitate, vt loquuntur, causatiua, id est metu

condemnationis ad pretiũ ſolutionẽ verò pretij poteſt quidem ex ſua natura extorquere, ſed non præcisè quomodo ſi pactũ nullũ reſolutoriũ interceſſiſſet, vt eo demum caſu quo noluit emptor ante conteſtationẽ rem retrotradere. Apparet etiam ex ſuperioribus quàm parum ſubtiliter fecerint veteres illi contra quos Accurſius diſputat qui in quæſtione iſta dabant emptori exceptionem pacti contra venditorem præcisè agentem ad pretium. Etenim cũ non detur exceptio niſi à Prætore in dictanda actionis formula, & eo tempore quo datur actio, ac proinde poſt litem conteſtatã, lite verò conteſtata de pretio, iam non ſit liberũ emptori pactũ implere, ac rem venditam retrotradere. Conſentaneũ eſt vt nulla emptori exceptio accõmdari poſſit, aut debeat: Itemq; vt ante conteſtationẽ, quo tempore pacti commodũ habere debet, nulla indigeat exceptione, nõ ob id ſolũ quod nudũ actione cõueniatur, ſed etiã quia ex pacto ius habeat, & facultatem retrotradendi ad litem vſq; conteſtatam. Quod ſi faciat erit ipſo iure liberatus poteſtate pacti reſolutorij nec proinde vllam timebit actionem contra quam implorare debeat auxilium alicuius exceptionis, Nec tantum ſi retrotradiderit, ſed etiamſi recuſante venditore ea fecerit, quę ſupra diximus quia cum pro eo nõ pro venditore pactum hoc interponatur, per eum ſtare debet non per venditorem quominus fiat retrotraditio, vt liberatio eius impediatur. Quemadmodum nec vlla indiget venditor actione ex pacto ad conſequendum pretium cum ei ſufficere debeat actio venditi quã habet ex contractu. Verũ igitur eſt vtrũq; quod cõtra interpretes omnes defendimus, Neq; audiendum eſſe venditorẽ ſi in hac ſpecie pretiũ exigere ab emptore omnino velit cõtra fidem pacti, neq; tamen dandam emptori aduerſus eum exceptionẽ qua ſe tueatur, cum dignus non ſit cui æquitate vlla exceptionis ſuccurramus ſi tã negligens fuerit in retrotradendo, vt litem de pretio ſecũ conteſtari paſſus ſit. Ecõtrario aũt falſum eſt q̃ Accurſius Caſtrenſis, & alij ſupponũt pactum hoc non interponi principaliter ad liberandum emptorem, ſed tantum ad venditionem reſoluendã. Nam imò

verò

verò cùm interponatur eo tempore, quo iam re per venditorem tradita solus emptor sit obligatus ad pretiũ soluendum non aliud per hoc pactum agi pót quàm vt emptor liberetẽ. At quia non est ex bona fide vt pretium debere desinat quãdiu rem retinet, necesse est ad inducendam ipso iure liberationem fieri pactum resolutorium, & consequenter in pactũ deduci retrotraditionẽ, non quasi tale aliquid, quod principaliter agatur, sed tanquam necessariũ antecedens, & conditionem sine qua resolui venditio nõ posset. In summa pactum resolutorium, nullum esse potest quod non sit liberatorium, quia si neuter ex contrahentibus maneat obligatus quod iam ex vtraque parte implementum secutum sit, & tamen contrahentes velint, & consentiant vt à toto contractu discedatur, inutilis est in eam rem vsus pacti resolutorij, & ad nouum contractum nouasque obligationes necessario descendendum est, nisi ponas tale pactum resolutorium adhibitum fuisse in ipso contractu venditionis, aut quod idẽ est incontinenti post contractum, vt in d.l.2. & d.l.si à te 7.C. de pact.int.empt.& vendit. In eoque videtur mihi errasse Accursius, ad d.l.1. C.quand.lic.ab empt.disced. vbi notat pactum resolutoriũ interpositũ resecuta non parere actionem vt quod datum est retrotradatur etiamsi tale pactum fiat incõtinenti. Nam si intellexit de pacto incontinenti post cõtractum facto, malè sensit, & cõtra leges supradictas aliàsq; sexcentas quæ ex pacto incontinenti addito post contractũ dant actionem. Et quidẽ ex ipso contractu si sit bonæ fidei l. iuris gentium 7.§. quinimo D.de pact l.legem 10.l in bonæ fidei 13. C. eod. aut præscriptis verbis si ex contractu stricto l.rebus 6.l.vlt.C.de rer.permut.l.legem 9 C.de donat.l.frumẽti 17.C.de vsur.vel ex stipulatu vt in l.lecta 40 D.de reb. cred.si verò intellexit de pacto appositio incõtinẽti post traditionem, ridicula adnotatio est, quia & stultum esset pactũ, quod traditionis tpe fieret, aut incontinenti post traditionẽ de eadẽ re retrotradẽda, adeoq; dñii translationem impediret: quemadmodum dicimus non alienari nummos qui sic traduntur, vt statim recipiantur l.q sic soluit 55 D.de solut. Nec

posset vnquam eiusmodi pactum sumere vires ex præcedente contractu, quia non potest non ex intervallo appositum esse cum traditio inter contractum, & pactum intercessit.

ERROR TERTIVS.

De contractu renouato, & an ex eo laudimia debeantur.

DE contractu resoluto satis multa scripsimus tota Decade superiore. Iam dicendum aliquid est de contractu renouato, vt posteà tractemus de rescisso, Accommodatè ad institutã De laudimijs disputationem. Omnes enim hæ quæstiones licèt ad alia quoque sint vtiles, ad hoc tamen maximè sunt necessarię, vt sciamus, An ex huiusmodi contractibus laudimium debeatur, & an duplex quasi ex duobus contractibus, an simplex, quasi ex vno, Et rursum si simplex, an quasi ex primo contractu, an quasi ex renouato. Sic enim nostri appellant secundum quem rectiùs, & veriùs deberent dicere Renouantem. Primus siquidem ille est qui renouatur: secundus qui renouat. Est autem hæc quæstio agitata primum ab Accursio in l. iuris gentium 7. §. adeò D. de pact. vbi quærit, An per pactum circa substantialia contractus appositum prior contractus renouatus videatur. Et distinguit an fiat pactum ex intervallo, an in continenti, vt si ex intervallo, dicendum sit videri renouatum, Secus si in continenti arg. l. non ad ea 87. De condic. & demonstrat. ex qua vulgò inferre nostri solent non esse quemquam præsumendum velle incontinenti se corrigere etiam in actibus inter viuos, vt ibidem Castrensis notat. Sed traditio hæc iam olim à Guilielmo de Cuneo reprobata est. Quasi distinctio dict. l. non ad ea, locum habeat in testatore tantum, ex cuius solius voluntate pendet tota dispositio, Non etiam in contractibus, qui pendent ex consensu duorum. Bartolus Guilielmi sententiam magis probat, sed alia, & meliore, vt videtur, ratione

quod

quod super vna eademque re plures emptiones validæ concurrere non possint, sed si prior valida sit, posteriorem licet alterius speciei prorsus inualidam, & inutilem esse necessarium est, puta si prior fuerit pura, & posterior conditionalis l. si id quod 7. D. de rescind. vendit. Aliter itaque Bartolus ipse distinguit, & in hunc modum, Aut pactum, inquit, secundum apponitur cum vno ex pluribus siue venditoribus, siue emptoribus, aut cum eodem. Primo casu pro parte tantum receditur à contractu, neque in totum contractus renouatur, ex dict. §. adeo versicul. sed cum duo, vbi ex Iuliano scribit Vlpianus, si cum duo hæredes emptori extiterunt, venditor cum altero eorũ pactus sit vt ab emptione recedatur, valere pactionem, & dissolui pro parte emptionem, quoniam & ex alio contractu paciscendo alter ex hæredibus acquirere sibi potuit exceptionem. Secundo casu, subiungit Bartolus, Aut verba non sunt apta ad renouationem contractus. Verbi gratia, inquit. Rem quam tibi vendidi pro viginti, volo quod emptam habeas prima emptione, & remitto tibi decem, vel primæ emptioni addo decem, Et non videtur renouatus contractus: Aut verba sunt apta ad renouationem cõtractus vel sunt ambigua, quia possunt trahi ad vtrumque, & videtur contractus renouatus dict. §. adeò & l. pacta conuenta 72. vers. Paulus notat D de contr. empt. l. si vnus 27. §. pactus ne peteret, vers. quod si non vt totum D. de pact. Hanc que Bartoli distinctionem à Doctoribus communiter probatam esse testatur Amed. à Pont. quæst laudim. 38. post Castrensem ad l. 1. Cod. quand. lic. ab empt. disced. num. 3. vbi addit ex sententia, & illatione quæ fuit primum eiusdem Bartol. ad dict. §. adeo. Non deberi hoc casu duplicem gabellam, sed vnicam duntaxat, eamque ex contractu reformato, & renouato, qui licet nouus, idem tamen sit cum primo. Quod autem de gabella ex omni contractu soluenda scripserunt Bartolus, Castrensis, & alij, trahunt nostri post Amed. à Pontè ad laudimium vt perinde hoc casu non nisi vnicum laudimium debeatur: Quando, inquit, inter easdem partes fit renouatio, cum sit quodam-

modo primus contractus in secundum translatus, secus si mutetur persona quamuis re integra, vt quia vendatur alteri de consensu primi. Ex Bald. in l. cum per eos Cod. si quis alter. vel sibi. Et Bertach in tract. De gabell. part. 5. quæst. 5. Ego totam quæstionem istam De contractu renouato quantum ad laudimia pertinet, prorsus ociosam esse arbitror. Nã si verum est, quod nos in præcedentibus tam sæpe inculcauimus, laudimia non deberi ex contractu etiam qui sit habilis ad transferendum per mediam traditionem dominiũ, sed tantum propter traditionem quæ ex eo contractu secuta sit, Quid stultius est, quam quærere an vnicus contractus sit, an duplex, vt sciatur, an laudimium vnicum quoque, an duplex debeatur, & an ex primo an ex nouo, cum ponamus, vnicam duntaxat traditionem interuenisse, eamq; non ex primo contractu sed ex nouo. Nam si inter priorem contractum, & posteriorẽ secuta esset traditio, atque ita res integra esse desiisset, nemo dubitaret, quin laudimium ex priore quoque cõtractu deberetur, Vt concludit Amed. à Pont. d. quæst. 38. vbi addit deberi duplex laudimium ex dissolutione contractus per viam pacti quando res non esset integra, puta inquit, quia iam ad traditionem processum esset. Propterea q; eo casu magis sit multiplicatio contractus, quã dissolutio. Ex Alber. ad l. ab emptione col. pen. vers. itẽ quæritur quid si, Et Bald. col. fin. vers. si verò ibid. & Castr. nu. 3. & 10. Quæ ratio tamen licèt in se vera sit, non est bona, & ad propositum accommodata. Non enim sola contractuum multiplicatio inducit multiplicationem laudimiorum sed sola multiplicatio traditionum, quemadmodum idẽ A. Ponte notat quæst. 43. ex l. quicunque C. de seru. fugit. & Angel. in dict. l. ab emptione. Nec est, quod cum modernis quos idẽ Amed. à Ponte refert, exigas vt implementum contractus hinc inde secutum fuerit, quasi non sufficiat vt ab altera tantum parte. Nam imò verò sufficit vt ab vna parte tantum sit impletus contractus, dummodò ex parte venditoris qui rem tradere debet non etiam si ex parte emptoris, cuius est pretium soluere. Nihil enim commune habet solutio

pretij cum obligatione laudimiorum, quæ non nisi per traditionem inducitur. In quo ipso etiam errat Amed. non cum ait post gloss. in l. 1. C. quand. lic. ab emp. disced. non esse rem integram post traditionem rei, & pretij vel alterutrius tantum [id enim verissimum est l. 2. C. eod. l. 2. D. de rescind. vend.] Sed cum ait quod quando contractus est executioni mandatus non solum ab vtraq; parte, qui casus nullam habet dubitationem sed ex altera tantum, id est vt præcedentia explicant ex parte solius emptoris, si recedatur à primo contractu, & procedatur ad retrouenditionem, ex illa dissolutione tanquã ex nouo contractu debet solui laudimium Ex Angel. in dict. l. 1. Cod. quand, lic. ab empt. disced. Etsi enim nouus cõtractus est, falsum tamen est ex eo vllũ deberi laudimium. Cum huiusmodi retrouenditionem quam nulla, vt ponimus præcessit traditio, nec vlla quoq; retrotraditio subsequi possit, propter quã dici queat laudimia deberi. Sed perpetuus Amedei à Ponte, & pragmaticorum nostrorum error in eo est quod putant, Ex solo & simplici contractu dumodo qui sit habilis ad transferendum dominium, etiã nulla traditione secuta laudimium deberi, quod falsissimum esse probauimus in superioribus. Et nimis euidenter abutuntur isti traditionibus Bartoli, Castrensis, & aliorum interpretum qui non de laudimio loquuntur sed de gabella debita ex statuto ita concepto, vt ex quolibet contractu solpenda sit, quale est Bononiense quod Castrensis refert in d. l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. Tractemus tamen quia elegans, & vtilis quæstio est, etiã de contractu renouato, & Accursij Bartoliq; distinctiones examinemus. Illud primum supponendũ est in quo interpretes omnes consentiant, e renouatione contractus tunc tantũ quæri posse cum pactum interpositum est circa substantialia contractus, & rebus omnibus adhuc integris. Nam pacta quæ sunt de accidentalib contractus quæ Papinianus eleganter adminicula vocat in l. pacta conuenta 72. D. de contr. empt. cũ ad substantiam contractus minimè pertineant, eam vim habere non possunt vt cõtractũ nouent aut renouent, sed tantũ vt cõtractus

ctus præstationes augeant si sint adijcientia, vel minuant, si detrahentia. Rursum secuto implemento siue ex vtraq;, siue ex altera tantum parte, fieri certè nequit, vt contractus renouetur, qui iam implementum acceperit. Et si quid ex eo contractu reformari contrahentes velint, alium in eam rem contractum fieri necesse est. Porrò emptionis substantia ne de cæteris contractib. quicquam dicamus, consistit tota ex pretio, vt idem Papinianus ibidem docet. Ideoque dicimus perfectam esse emptionem, & venditionem, non cùm vnus ex contrahentibus dixit se vendere, alius se emere, sed cum in certa pretij quantitate consenserunt §. cùm autem Instit. de empt. & vendit. Igitur ea demùm pacta de substantialibus emptionis facta dici possunt, quæ facta sunt de pretio, siue augendo, siue minuendo, puta, si conuenit, vt res vendita decem aureis sit vendita viginti aut contra. Quæstio igitur in eo est, an per huiusmodi pactum prior contractus sit renouatus, De quo numquam quæritur cum pactum fit de adminiculis. Renouatio dicit, & includit nouationem. Nouatio autem prioris obligationis peremptionem, eiusque transfusionem in sequentem, l. 1. D. de nouat. Proinde quæstionis effectus ille est, An duo sint cõtractus, an vnicus, & an pactum faciat contractum, an quid potiùs adiectum contractui. Ob eam nimirum causam distinguebat Accursius, an in continenti appositũ esset, an ex interuallo. Vt si ex interuallo appositum sit vnus tantùm contractus sit sed renouatus: Si autẽ incontinenti, duo sint contractus, quòd non sit præsumendum voluisse contrahentes incontinenti se corrigere ex dict. l. non ad ea. Mihi distinctio non displicet, sed distinctionis applicatio non placet. Dicerem enim potiùs si pactum hoc incontinenti adhibitum sit, hoc est si postquàm interementem, & vendentem consensum est in pretio decem aureorum, conuenerit incontinenti de viginti, Vnicum duntaxat contractum interuenisse videri iam inde ab initio, & perinde esse acsi numquam de decem, sed ab initio de viginti conuenisset. Hoc enim est, quod dici solet, & perpetuò verum est, ea quæ ex continenti fiunt inesse videri

deri

deri dict. l. iurisgentium 7. §. quinimò D. de pact. l. lecta 40. D. de reb. credit. Non quasi possint inesse viginti in decem, quomodo maiori summæ minor inesset, l. 1. §. si stipulanti D. de verbor. obligat. Sed vt conuentio de viginti insit contractui in quo primùm conuenerat de decem, id est vt in illo ipso contractu non nisi de viginti conuenisse videatur. Nam cùm aliud sit dicere decem, aliud viginti, quoniam numeri omnes formam, & determinationem suam formalem ab vltima vnitate accipiunt, vt aiunt Mathematici, non magis fieri potest, vt vna eademque emptio duplex pretium habeat, quàm vt alia res quælibet duplicem substantiam, cũ substantia emptionis consistat ex pretio d. l. pacta. Si ergo pactum de viginti quando inconuenienti appositum est inest contractui in quo de decem tantùm conuenerat, necesse est vt posterior numerus excludat omnino priorem, vt in contractu includi possit. Neque distinguo an posterior numerus maior sit priore, an minor. Vtroque siquidem casu verum est alium esse numerum, nec magis dici potest numerum decem esse numerum viginti, quam viginti decem sint in viginti, quam numerum viginti esse numerũ decem, quod esset multò stultius, cùm viginti non possint esse in decem. Cui consequens est, vt secunda conuentio hæc nihil aliud sit, quàm correctio prioris: Quæ correctio etiam in vltimis voluntatibus neque noua, neque absurda est. Quid enim prohibet priorem scripturam posteriore corrigere, commutare, rescindere? l. nihil prohibet 17. D. de adim. legat. Nam si ita scriptum fuerit, Titius imò Seius hæres esto, Africanus respondit Seium solum hæredem fore. Idemque dicendum esse, & si ita Titius hæres esto, Imò Seius hæres esto l. si ita scriptum 47. D. de hæred. instit. Nec dissimiliter idem Africanus in l. Stichus 21 D. de manum. testam. cùm testator ita scripsisset, Stichus imò Pamphilus liber esto. solum Pamphilum liberum fore respondit. Quod animmodo enim, inquit, errorem suum emendasse testatorem. Idemque iuris fore et iam si ita scriptum fuerit Stichus liber esto, Imò Pamphilus liber esto.

ERROR

ERROR QVARTVS.

De amico per emptorem electo, & an ex eiusmodi electione laudimium debeatur.

FREQVENTISSIMVS apud nos vsus est eius electionis quam facere emptores solent qui pro se, vel pro amico eligendo emerunt. Ita enim plerique emunt, & emptiones eiusmodi, ac quæ inde sequuntur electiones apud nos valent. Ex consuetudine inueterata magis, quã ex iuris ratione: quæ procul dubio non patitur, vt quisquã alij emat quàm sibi leg. quæcunq; 11. D. de oblig. & actio. Et risi sæpiùs cum pragmaticos nonnullos audiui probare hanc consuetudinem ex Tit. C. si quis alteri vel sibi. quasi ex eo titulo probetur, quod verba præseferunt posse quem alteri emere non minùs quàm sibi, Cum tamen nulla in eo titulo lex sit, quæ non dicat, sibi quemlibet emere debere non alteri, & factam alteri emptionem non valere Huiusque iuris sicuti generale, & commune est ita, & generalis ratio illa certissima est, quòd obligationes omnes ad hoc comparatæ sint, vt vnusquisque sibi acquirat, quod sua interest, l. stipulatio ista 38. §. alteri D de verbor. obligat. Vt autem alteri acquiratur aliquid siue ex emptione, siue ex qua alia causa nihil interest mea. Totum igitur hoc ius pendet ex consuetudine, sicut & quod in tota ferè Sabaudia nostra obtinet, vt electiones huiusmodi intra quadragesimum diem ab emptionis die numerandum fieri oporteat, Alioqui non valeant, sed nouæ emptionis titulus necessarius sit, vt quod vni ex emptione quæsitum est, in alium transferatur. Dixi in tota ferè Sabaudia, quoniam apud Fociguienses nostros alia consuetudo obtinet, vt intra annum, & fieri electionem sufficiat, perindeque sit, acsi intra diem quadragesimum facta esset. Huic porrò consuetudini causam dedit haud dubiè ius laudimiorum præstandorum, Vt inuenta esset ratio per quam fieret ne tam facilè lau-

lè laudimia multiplicarentur, quamuis multiplicatis non modo contractibus, sed etiam traditionibus ipsis dominij-que translationibus, propter quas tamen deberi laudimia iam toties diximus, & verissimum est. Nec enim negari potest quin dominium rei venditæ transferatur à venditore in primum emptorem cùm persona, quæ eligenda est incognita sit venditori, qui non nisi cum primo emptore negotium gerit, eumque solum sibi obligat ad conuenti pretij solutionem: Cui consequens est, vt eiusdem rei dominiũ per secutam postea electionem necesse sit transire à primo emptore in eum, qui postmodum vt amicus electus est, ac proinde quasi ex noua emptione adeoque ex noua traditione, quam vtique in persona electi necessariam esse nemo dubitat. vt tamen facit potestas consuetudinis, vt cùm ritè ac intra constitutum tempus electio facta est, vnica tantùm emptio interceßisse videatur, ob idque non nisi vnicum laudimium peti possit. Verum ne hoc prætextu, ac veluti commento facilè fraus fiat dominis directis, quorum sanè interesset tot habere laudimia quot essent alienationes, & quot personæ acquirentium, benè inductum, & prospectum est eadem consuetudine, vt electionem non tantum intra diem quadragesimum fieri necesse sit, sed etiam eodem pretio, ita vt nec plus, nec minùs emptori electus præstet quam emptor venditori suo præstiterit, aut promiserit. Nec tantum idem pretium electionis esse oportet, quod fuit emptionis, sed easdem quoque vtriusque contractus leges, & conditiones, ne si qua in re vel melior, vel durior fiat conditio electi quàm emptoris, noua potius emptio contracta, quàm electio facta esse intelligatur, & consequenter nouum laudimium debeatur. Nec immeritò, cùm pacta quæ in emptionibus adhibentur partem quandam pretij constituant, nihilque interßit, an in pretio aliqua diuersitas sit, an in ijs pactionibus quæ pretij vice esse possint, vt in l. fundi partem 75. D. de contr. empt. l. si venditor 6. §. 1. D. de ßeru. exp. l. si sterilis 21. §. si tibi D. de act. empt. Ergo quemadmodum diuersitas pretij nouam planeque diuersam emptionem constituit

stituit.d.l pacta cõuenta.Sic & diuersitas huiusmodi pactionum sine quibus non fuerit quis ita cõtracturus, vt ait l.vlt. C.de pact.int.empt.& vendit.& consequenter perinde vtroque casu fatendum est duplex laudimium deberi, tanquam ex duplici venditione. Quia & duplicem traditionem hoc casu subsequi necesse est cum traditio facta per venditorem in consequentiam venditionis factæ certo pretio,non possit ei prodesse,qui alio pretio rem habere voluit. Quod non ita est cum emptio facta fuit eodem pretio, iisdemq; conditionibus quibus venditio, quia hoc casu sufficit vna traditio, quæ per venditorem facta sit emptori, vt etiam electo prodesse possit: Ideoque nec mirum est non nisi vnicum laudimium deberi,cum vnica tantum traditio interueniat: Quãquã nec si traditio noua fieret ab emptore posset ea res multiplicare præstationem laudimiorum, siue quod superuacua esset posterior traditio,priore sufficiente, & vnico similiter domini directi consensu. Scilicet si posterior conuentio sonet in electionem simplicem,non in nouam venditionem. Alioqui non eo minus laudimia plura domino directo deberentur,quòd prior emptor non tantum pro se,sed etiam pro amico comparasset, tametsi intra diem quadragesimum posterior emptio facta proponeretur. Nec enim pactio illa per consuetudinem approbata, vt possit quis sibi & amico emere,impedit ne emptor possit alteri vendere,sed tantùm facit vt citra nouam venditionem ius suum in alium transferre possit, neque vendere habeat necesse. Hoc autem ideò dũtaxat, vt quamuis duplex conuentio sit, vnicum tamen laudimium debeatur,aut secus, acsi vnà tantum esset conuentio est. Dixi duplicem esse conuentionem, quia negari non potest,quin noua sit conuentio, quæ fit inter eũ nouæ personæ, venditori ipsi fortassis incognitæ, aut saltem,de qua certè ille non cogitauit. In quo mira planè vis apparet huius pactionis, aut eius potius consuetudinis, quæ pactionem hanc approbauit. Quid enim à iuris ratione alienius, quàm vt pro emptore habeatur is,qui de pretio non conuenit, & qui vt sæpè accidit,venditorem,nec de facie nouit? Itemq;

vt

vt per traditionem à venditore factam dominium transeat in eum, qui nec emerit, nec possessionem ab ipso venditore, sed ab emptore acceperit? Est enim hic casus ex eorum numero in quibus euenit, quod interdum euenire refertur Iustinianus in §. hoc amplius Institu. de rer. diuis. vt in personâ incertam collata voluntas domini transferat rei proprietatem. Vt contingit cum Prætores, & Consules iactant missilia in vulgus, ignorantes quis eorum quid sit excepturus. Aut cum quis rem habet pro derelicto, vt fieri possit primi occupantis, l. si id quod 5 §. 1. D. pro derelict. l. nec emptio 8. in fin. D. de contrah. empt. Nam & similiter cum quis vedit Titio ementi pro se, & pro amico eligendo, licet nesciat quisnam ille sit, qui eligetur, hanc tamen habet voluntatem, vt quisquis ille futurus sit, dominus fiat non tam per electionem, quàm per traditionem ab ipso venditore factam Titio, vt electio posteà secuta non tam modus sit, & causa immediata transferendi in electum dominij, quam conditio sine qua in electum alioqui non transferretur. Vnde est, quòd quamuis venditor nihil cum electo contraxerit, perinde tamen agere contra eum potest actione ex vendito ad pretium acsi illi ipsi vendidisset, quia & emptoris loco is habetur: & è contrario qui electus est, si nondum sit res tradita, perinde habet actionem ex empto ad rem tradendam, aut ad id quod interest ob rem non traditam, acsi ille ipse emisset: Adeoque si secuta sit euictio eandem ex empto actionem habere debet de euictione, quæ non nisi emptoribus, & eorum successoribus cõtra venditores, aut eorum successores accommodatur. Nequeverò vlla in eam rem, aut actionis cessione, aut hypotheca opus est, quæ in cæteris casibus esset necessaria, vt in l. si res 59 D. de euictio. Nec eo minus tamen remanet obligatus emptor etiam post factam electionem, ad solutionem pretij si eum potius quàm electum conuenire venditor velit: Ne alioquin sit in eius potestate alium eligendo, qui fortasse minus idoneus sit, & non soluendo, seipsum liberare & obligationem quâ emendo contraxit exuere? Quod certè iniquum esset, cum nemo possit facto suo præterquàm solutione

tione obligationem suam tollere. l. si seruum 91. §. nunc videamus. D. de verb. oblig. Nec quòd liceat emptori amicũ eligere, qui si non emptor saltem in emptoris locum substitutus dici possit, facere potest quominus verum sit dicere vẽditorem solius emptoris cum quo contraxit personam, & fidem secutum esse, non etiam eius, qui postea eligeretur, cuius neque persona certa est, neque proinde certæ, & cognitæ facultates. Itaque emptor eligendo amicum adiicit venditori suo eidemq; creditori nouum debitorem, sed non ideò se liberat, quominus maneat obligatus, acsi electio nulla secuta esset: quia per electionem potest emptor meliorem facere venditoris conditionem, sed deteriorem non potest: Et hæc sunt quæ de electione ista consuetudinaria, & moribus nostris recepta dici possunt. Ex quibus apparet quàm diuersus hic casus sit ab eo quem tractant Interpretes nostri cum distinguunt an renouatio contractus fiat inter easdem personas, vt eo casu procedant illa, quæ in superioribus de contractu renouato disputauimus, An verò mutatur persona quamuis re integra, putà, inquiunt, quia res vendatur alteri de consensu primi, Quo casu volunt duplex laudimium deberi. Sic enim Amedeus à Ponte in quæstio. laudim. 38. ex Bertach. in tract de gabell. part. 5. quæst. 5. argumento eorum, quę Baldus notat in l. cum per eos. C. si quis alteri, vel sibi. Hoc enim posteriore casu duo sunt emptores, quorum posterior non tàm in ius, quàm in locum prioris subintrare intelligitur, nec tam ex alieno contractu, vt electus quàm ex suo proprio conuenitur. Sed tamen in hoc ipso errat Amedeus, quòd vult hoc casu duplex deberi laudimium quemadmodum ex supradicta Bertachini sententia duplex gabella deberetur. Illa enim perpetua inter gabellam de qua tractant interpretes, & laudimium de quo disputamus differentia est, quòd gabella debetur ex quolibet contractu, sic ferentibus verbis statutorum, quæ passim obtinent in Italia, quale est Bononiense illud de quo Paulus Castrensis in l. 1. C. quand. lic. ab empt. disced. Verum autem est, cum quis eam ipsam rem quam vendidit Titio postea vendit Mæuio licet

rebus

rebus omnibus integris, & eodem pretio ijsdemque condicionibus, duos esse contractus, quamuis vnus, & idem sit venditor, cum duo sint emptores. Et consequenter duplicem gabellam deberi necesse est, vt quot sunt contractus, tot sint gabellæ ex statuto debitæ. Laudimium verò non ex quolibet contractu deberi potest, nec si sit ille sui natura habilis ad transferendum dominium, sed ex eo tantum ex quo translatum re vera fuerit dominium per subsecutam traditionem aut petitam saltem missionem in possessionem. Quorum nihil ponimus interuenisse, sed rebus omnibus integris vni venditam esse eam rem quæ iam alteri vendita fuerat: Quæ res facit vt proinde non nisi vnicum laudimium directo domino deberi possit, Nisi poneres statuto aliquo æquè cautum fuisse vt quot fierent contractus tot ex ijs laudimia deberentur. Quale tamen nullum aut in Italia, aut alibi vspiam est.

ERROR QVINTVS.

Si alienatio facta sit durante conductione, & petita inuestitura post tempus conductionis, cui laudimia debeantur.



ST hæc quæstio cõsequens præcedentibus, Eã-que tractat Amedeus à Põte d. quæst. laudim. 38. Quidam, inquit, conduxerat emolumenta feudi per triennium, Vltimo anno fuerunt factæ alienationes p vasallos. Petita fuit inuestitura post tempus conductionis. Quæritur ad quem spectet laudimium, an ad dominum directum, an potius ad conductorem. Et respondet videri quidem dicendum quod pertineant ad dominum potius quam ad conductorem, Ex notat. per Guid. Pap. quæst. 535. vbi ait pœnam condemnationis ei ex conductoribus deberi qui eo condemnationis tempore in conductione reperitur, non illi qui cõductor fuit tẽpore admissi delicti, Itẽque ex l. susceptores 3. C. de suscept. lib. 10. tit. 70.

vbi constitutum est vt susceptores noui non tantum præsentis anni debita suscipiant, sed etiam species quas ex reliquis inferunt, quia nouæ sunt ac recentes suscipiant. Concludit tamē in contrarium pro conductore, Illa potissimum ratione quòd statim post contractum incipiat laudimium deberi licet peti non possit nisi præstito demum consensu, Vt proinde laudimij dies cessisse iam anteà videatur licèt nondum venisse quod longè diuersum est l. cedere diem 213 De verbor. signific. Addit quod vulgo iactari solet, in quolibet cōtractu initium esse attendendū l. si id quod 58. §. si filius fam. D. pro socio l. si procuratorem. 8. in princip. D. mandat. l. 1. §. si seruus deposuit D. depos. l. si filius familias 78. De verbor. obligat. Itemque quod quando finis habet necessariam consequentiam à principio retrotrahi debet ad suum principiū. Ex Socino cons. 70. in fi. vol. 4. Ad contrariam verò sententiam Guid. Pap. dict. quæst. 535. respondet, eam procedere in commissis ex maleficio quia ex delicto pendēte processu ante sententiam non potest dici aliqua pœna debita, & consequenter, inquit, neque cessit, neque venit dies. Ex Bald. in l. fin. num. 6. Cod. de fructib. & lit. expens. Exemplo eius quod tractat Bartol. ad l. 2. in 1. quæst. per illum textum Cod. de iur. emphyt. & post eum Cravet. cons. 212. quod commissio rei emphyteuticæ, vel feudalis dependet à voluntate domini numquid velit esse commissum, vel non, Nec ante dicitur commissum quàm dominus voluntatem suam declarauerit. Ideòque tempus declarationis non delicti attendēdum esse concludit Craueta supradicto loco. Vbi tamen num. 8. distinguit casum caducitatis à casu commissi propter maleficium. Quasi in commisso propter maleficium maior sit ratio inspiciendi tempus declarationis. Et tamen subiungit Amedeus, In commissis ex maleficio stare contra Guidonem Papæ apertam decisionem Baldi in fin. De iurisdict. omn. iudic. vbi dicit quod commissa tempore vltimæ diei qua finitur dacitum, sic enim loquitur, debentur primo daciario, licèt processus fiat tempore secundi, quia de tempore primi inchoata est obligatio. Quam sententiam com-

munem esse testatur idem Amed. à Ponte post Alexand. ad l. fructus 7. §. Papinianus aliàs l. diuortio D. solut. matrim. in §. si vir in fundo. & cons. 7. versic. quarto volum. 3. Socin. dict. cons. 70 volum. 4. Boer. decis. 5. nu. 20. Quamuis idem Amedeus subijciat, Posse distingui an pœna committatur ipso iure, vt tunc tempus declarationis, & sententiæ retrotrahatur ad tempus commissi delicti, An verò non committatur ipso iure vt eo casu attendendum sit tempus sententiæ. Verum in casu laudimij, inquit, diuersi sunt termini, propterea quod ius acquisitum sit conductori ex alienatione tempore suo facta, Et subiungit posse hic adaptari potius aliam distinctionem eiusdem Alex. in dict. §. si vir in fundo, & Aret. in l. si quid possessor 31. §. 1. D. de hæredit. petit. An id quod petitur debitum sit propter laborem seu operam, & diligentiam, vt ei debeatur qui illam præstiterit, An simpliciter, & per se, vt in delictis quia eo ipso quod delictum commissum est dicitur quasi debitum, vt tunc debeatur ei ad quem pertinebant cætera emolumenta de tempore commissi delicti. Atqui non est debitum, inquit, pro labore laudimium, sed pro consensu, statim atque per dominum, vel conductorem non stetit, quin apponeretur. Itaque concludit pro conductore, cuius durante conductione venditio facta sit. Atque ita vir doctissimus ratiocinatur, vt facile sit intelligere in hac esse illum sententia, vt putet ex die contractæ venditionis laudimium deberi, licèt alio loco scribat ex die alienationis pro eodem accipiens contractum venditionis & alienationem: In quo tamen primum fallitur. Aliud enim est alienationem dicere, aliud venditionem, Cum alienatio sit actus omnis per quem transfertur dominium. l. 1. C. de fund. dotal. l. alienationis 28. De verbor. signific. venditio autem non tam sit modus transferendi dominij, quam titulus habilis quidem ad transferendum dominium, sed secuta demum traditione, vel vsucapione vulg. l. traditionibus 20 Cod. de pact. l. numquam nuda 31. De acquir. rer. domin. Debuit ergo dicere, vt hinc exordiamur, Ex die alienationis in proposita facti specie laudimium deberi, Ex die con-

cõtractæ venditionis non deberi. Sicque mihi omnino videtur. Distinguendum scilicet esse an pendente tempore cõductionis translatum fuerit ex vẽditione dominium per traditionem factam emptori, an verò nuda tantum, & simplex venditio facta sit, Vt priore casu laudimium debeatur conductori, licet non sit petita inuestitura nisi post finitum tempus conductionis, Posteriore verò casu non debeatur. Est enim hoc consequens ei quod diximus in superioribus, Laudimium deberi propter apprehensionem aut saltem petitionem possessionis, ex titulo habili ad transferendum dominium, & ex quo facta sit ea translatio: Numquam autem ex titulo simplici quamuis per se habili ad dominij translationem inducendam. Proinde si, quod plerumque hodie fit, contractus venditionis adnexam habeat clausulam constituti, aut retentionem vsusfructus aut quam aliam similem, quæ apta sit ad transferendum dominium, nihil sanè causæ est, cur non dici debeat exinde laudimium deberi, quamuis non nisi post tempus finitæ conductionis petita sit inuestitura, quam nec peti necesse est, vt laudimium debeatur, cum sufficiat quod peti possit per emptorem, & petita denegari non possit à domino directo, quin amittat ille petendi laudimij facultatem, & persecutionem. Cæterum si simplex venditio facta sit pendente conductione, traditio autem non nisi post finitam conductionem secuta fuerit, nulla ratio est, vt laudimium conductori debeatur, à quo numquam emptor petijt inuestituram, neque petere potuit: Cuius scilicet petendæ, neque necessitas, neque facultas vlla est ante acquisitionem dominij, quæ porrò ex contractu solo numquam sequitur, adeoque nec per vsucapionem nisi secuta demum traditione. Alienatio igitur tunc facta dici debet, non cum venditio, sed cum dominij translatio facta est. Nec proinde inspiciendum magis est tempus inuestituræ petitæ, quam contractæ venditionis, sed solius alienationis, & translationis dominij à quo demum tempore licet petita non sit inuestitura, attamen, vt ita dixerim, petibilis est, consequenter concessibilis, Quod satis

est vt

est vt illi qui eo tempore conductor fuit laudimium debeatur. Verèque vsurpari hoc casu potest regula illa iuris quæ habet, Eum qui facere potest, vt possit iam videri posse l. qui potest 174. De regul. iur. Quod non similiter benè quis dixerit ante translatum dominium in emptorem, In cuius scilicet potestate non est, vt fiat ea translatio si fortè procax, & pertinax venditor malit præstare quanti emptoris interest, quàm rem tradere, disputauimus in superioribus ex l. si traditio 4 Cod. de act. emption. leg. contractus 17. Cod. de fid. instrum. Nec ad rem pertinet quod Amedeus post alios interpretes obijcit, Vniuscuiusque contractus initium inspiciendum esse. Id enim hunc sensum habet, vt si de natura contractus quæratur, & quisnam ille sit, propterea quod negotium tale sit, vt pluribus diuersi generis contractibus aptari possit initium debeat inspici, vt in dict. l. si procuratorem 8. in princip. D. mandat. & alijs supra in hanc rem citatis. At cum non de natura, & qualitate contractus quæritur, sed tantum de aliquo iure quod consequens sit contractui, & ex eo pendeat, non semper initium contractus inspiciendum est, sed potius traditionis, Vt puta si quæratur de dominio siue per vsucapionem, siue citra vsucapionem acquirendo, quia traditio quæ ex venditione sequitur illa est, quæ dominium transfert non venditio dict. l traditionibus, & dict. l. numquam nuda, Idem si disputetur vtro tempore bonam fidem habere debeat emptor rei alienæ ad vsucapiendum, an initio emptionis, an tempore traditionis. Initium n. hoc casu inspicimus, nõ emptionis, sed traditionis l si aliena 10. in princ. D. de vsucap. Itemq; in quæstione l. qui bona 23. §. 1. D. de acquiren. rer. domin. & alijs perquam multis. Quare nec illud aduersatur, quod ijdem interpretes obiiciunt, retrotrahi debere finem ad suum principium quoties habet necessariam ab eo dependentiam, & consequentiam. In proposita enim quæstione, neque acquisitio dominij, neque præstandi laudimij obligatio necessariam habet dependentiam, & consequentiam à venditione, sed potius à tradi-

tione venditionem subsequente. Licèt venditionem aut quem alium contractum similem, id est per se habilem ad dominium transferendum præcedere necesse sit, vt & traditio subsequi, & laudimium deberi possit, Cum non sit necessaria cõsecutio, vt quia venditio præcesserit, dominij translationem omnimodo sequi oporteat, quæ non potest sequi nisi ex intercedente traditione, quam porrò vt faciat venditor si malit condemnari ad id quod emptoris interest, cogi præcisè vt diximus non potest. Ergo si contractus talis sit, non solum qui sui natura sit habilis ad transferendum dominium, sed quem præterea necesse sit incipere à traditione, adeoque à translatione dominij, quales sunt contractus permutationis, donationis, Do vt des, Do vt facias [nã ex his omnibus contractuũ generibus laudimia deberi postea ostendemus] aliud dicendum erit, vt ex ipso contractus die laudimium debeatur, ac proinde illi qui eo tempore ius habuerit percipiendorum laudimiorum siue cõductor is sit, siue alius. Nempe quod in hoc contractuum genere idem sit tempus, & initi contractus, & translati dominij. Permutatio enim ex re tradita initium obligationi præbet, nec prius inchoata nedum perfecta dici potest quam vnus ex permutantibus rem tradiderit, quam nec sufficit traditã esse si non per eam traditionẽ dominium quoq; translatum sit. Ideoq; bene Pedius dicebat, alienam rem dantẽ nullã contrahere permutationem l. 1. D. de rer. permu. At in eo rursum Antedeus noster fallitur, quod putat cedere diem laudimij, hoc est incipere laudimium deberi ex die venditionis, licèt fateatur non nisi præstito demum consensu veniſſe. Vtrumque enim falsum est, Et cessisse diem ex die venditionis, Et non venisse nisi ex die consensus præstiti. Nempe quia sicuti non cedit ante traditionem factam siue verè, siue fictè, vt probauimus, Ita ex die traditionis, & cessit, & venit, etiamsi cõsensus neque præstitus, neque adhuc petitus sit cum ex eo tempore, & peti potuerit, & concedi a domino etiam inuito debuerit: quod postremum sufficit vt inuitus quoque emptor ad laudimij solutionem vrgeri possit, quamuis inuellituram petere

adhuc

adhuc nolit. Diuersum esset si hodie vteremur iure vetere, quo erat in potestate domini directi vt non laudaret venditionem si fortè inscio, & irrequisito eo facta fuisset: Quo casu res emphyteutica committebatur si id malebat dominus, quam laudimiũ petere dict. l. vlt. in fin. C. de iur. emphyt. Nec enim posset videri cessisse dies laudimij eo tempore quo incertum adhuc erat, an laudimium aliquod deberetur: At cum iam eo iure vtamur vt ad rerum emphyteuticarum non minus quam allodialium venditionem non requisito domini consensu procedi possit, laudimium exinde domino deberi certum est, ex quo in emptorem dominium per traditionem translatum fuit, quandoquidem nec in domini, nec in emptoris potestate est vt vllo casu non translatum videri possit dominium quod iam translatum est in emptorem. Quamquam potest ea res aliquam apud nos hodie habere dubitationem, Posteaquam Sereniſſimi Ducis nostri Edicto cautum est, vt liceat dominis directis pro eo pretio quod alius emptor obtulerit sibi retinere dummodo intra tres menses à die notitiæ voluntatem suam declaret. Videtur enim factum hoc edicto, vt non prius possit videri acquisita res emptori in eumque translatum rei dominium, quam directus dominus voluntatem suam declarauerit, an rem venditam sibi retinere velit necne, Vt proinde nec laudimium vllum antè deberi videatur. Ne si dicamus interim dominium acquiri emptori, noua traditio necessaria sit quæ ab ipso emptore fiat domino directo eam rem sibi retinere volenti. Verius tamen est non eo minus statim deberi laudimium ob translationem dominij factam in emptorem. Dum ne tamen dominus directus eam rem posteà retinere velit. Secuta enim eiusmodi declaratione quod retinere illam nolit, aut præterito tempore intra quod fieri debuit, remanet dominium emptori acquisitum irreuocabiliter, sed acquisitum per traditionem non per declarationem illam voluntatis, nec per lapsum temporis. Irreuocabiliter verò propter declarationem aut lapsum temporis non propter traditionem solam. Laudimium verò

deberi constat propter acquisitionem dominij quamlibet etiam quæ sit reuocabilis, Non ob ipsam vt ita dixerim acquisitionis irreuocabilitatem: Alioqui nec ex venditione facta sub pacto de retrouendendo deberetur, cum sit illa reuocabilis. Nec enim ideò minus quid nostrum verè est, quod eius dominium à nobis abscedere aliquo casu possit, vt sæpius inculcauimus ex l. non ideò 61. De rei vindic. Neque rursus verendum est vt noua sit opus traditione facienda directo domino, si retinere rem malit: cum satis ei sit quod iam penes se habeat dominium directum, vt nulla dominij vtilis acquisitione indigeat, quod neque simul cum directo posset in vna eademque persona consistere. Planè quamuis verum sit quod dicimus, Etiam prius quam dominus directus voluntatem suam declarauerit dominium in emptorem per traditionem ei factam translatum intelligi, & ex qualibet dominij acquisitione etiam quæ sit reuocabilis laudimium deberi, Facere non potest vt domino directo rem retinente aliquod laudimium debeatur, Cum hoc casu per dominum ipsum stet ne suum effectum plenissimum venditio sortiatur, quam ad consequendum laudimium ratam habere potiùs deberet. Totus ergo hic tractatus eo pertinet, vt si eo tempore quo facta venditio, & traditio est laudimiorum conductor fuerit Titius, Eo autem tempore quo voluntatem suam declarat dominus directus quod rem sibi retinere nolit, aut declarare posse desierit, vel alius laudimiorum conductor sit vel nullus, laudimia priori conductori Titio, non posteriori aut domino directo debeãtur. Licèt inuestitura non nisi post prioris conductionis tẽpus emensum petita, & præstita sit.

ER-

ERROR SEXTVS.

De pœna irrogata ex delicto cui ex diuersorũ temporum cõductoribus aut dominis debeatur. An ei qui tempore delicti fuerit, an qui tempore condemnationis.

COGIT nos huc diuertere quod proximo capite disputauimus De laudimijs inter eos controuersis quorum vnus conductor laudimiorum fuerit tempore factæ alienationis, Alius verò tempore inuestituræ petitæ. Nam qui contra nos defendunt pro primo conductore, non alterius temporis rationem habendã esse quam quo facta & perfecta venditio sit, licèt necdum traditio secuta fuerit, eo potissimum argumento vtuntur, ꝙ cum quis ex delicto suo ad certam pœnam mulctamve condemnatus est, non ad eum pœna pertinet qui condemnationis tempore fiscalium pœnarum conductor fuit, sed ad illũ potius qui tempore admissi delicti, quod condemnationi causam dedit, & à quo negari non potest quin originem, & causam suam trahat condemnatio. Sic enim Amedeus noster à Ponte dict. quæst. laudim. 38. Asserens esse hanc communiorem nostrum interpretum sententiam, ex Boer. quæst. 5. num. 20. & alijs quos in hanc rem superiore capite citauimus. Reluctante licet Guid. Pap. qui contra scripsit quæst. 535 Sententiæ scilicet ac condemnationis tempus spectari semper oportere. Etsi verò Senatus noster hanc Guidonis Papij sententiam probauit sæpius, quæ & mihi verior semper visa est, digna tamen quæstio videtur, quam hic tractemus paullo diffusius quod sicuti grauissimorum virorum authoritates pugnantes habet, ita & multa quæ in vtramque partem agitari probabiliter posse videantur. Pro priore sententia quam communiorem esse adfirmat Boerius illud maximè facit, quod quandocumque secuta ex delicto con-

condemnatio nō aliam causam habeat, quàm ipsius delicti, quòd si nullum admissum esset vtique nec vlla sequi condemnatio, at nec de pœna tractari quicquam posset: Ab eo igitur tempore commissi delicti ius aliquod videtur quæsitum fisco, & consequenter ei qui fisci loco est, vt ex eo delicto agere pœnamque competentem persequi possit. Non quasi ex delicto solo vlla nascatur hypotheca in bonis delinquentis ante sententiam, at neque ante capta pignora in executionē iudicati (quod certè nemo vnquam dixit, nec probabiliter posthac quisquam dixerit.) Sed quia delictum illud est quod condemnationi quandocunque posteà secutæ causam præbet. Ex quo infertur referri ergo debere condemnationem ad tempus delicti tanquam ad causam suam, & originem, ac proinde condemnationis commodum, & emolumentum non ad alium pertinere posse, quàm ad eum ad quem pertinuisset si eo ipso die quo delictum admissum est secuta condemnatio fuisset. Videturque pro hac sententia vrgere maximè quod scriptum est, in l. post contractum 15. D. de donat. siue Florentinam siue vulgatam lectionem sequamur. Nam siue scripserit Iureconsultus, Post contractum capitale crimen donationes factas valere, nisi condemnatio secuta sit, vel quod effectu idem esse videtur, non valere si condemnatio sit secuta, Apparet Marcianum aut potius Imperatorem Antoninū cuius constitutionem eo loco Marcianus refert, maiorem delicti quam condemnationis rationem habuisse. Alioqui eas demùm donationes non valere constituisset Antoninus non quæ post cōtractum capitale crimen factæ fuissent, sed quæ post secutam ex causa contracti capitalis criminis cōdemnationem. Addi etiam pro hac sententia potest, quod Amedeus noster post alios disputat, Cuiusque rei causam, & originem spectandam esse non finem l. 3. § scio D. de minor. 25. annis l. si procuratorem 8 in princip. D. mandat. l. 1. § si seruus deposuit 30. D. depos. quoniam vt vulgari nostrorum iactatur brocardico, Semper à primordio tituli posterior formatur euentus l. 1. C. de impon. lucrat. descript. leg. quædam mulier

77. D.

77.D.de rei vindicat. Vt tamen contrariam sententiam veriorem esse putem illud maximè facit, quòd quamuis delictum aliquod admissum esse dicatur, Attamen perinde ferè incertum est an ex eo secutura sit vlla condemnatio, atq; si admissum non fuisset. Quã enim sæpè accidit vt delicti probationes deficiant, quæ luce, vt aiunt, meridiana clariores esse debent, quoties agitur criminaliter? l. vlt. C. de probat. Quod cum euenit licèt ius non deficiat, quia in rerum natura verum est admissum delictum fuisse, sed tãtùm probatio, vt in l. duo sunt Titij 30. D. de testam. tute. perinde tamẽ impunitum manere delictum necesse est, atq; si admissum non esset. Id enim est, quod nostri quoque iactitant, Non entium, & non apparentium idem esse iudicium §. si aduersus Instit. de nupt. Quam sæpè rursum habent delicta suas excusationes aut veras, aut fictas, & commentitias, sed quę tamen per falsos testes probentur, aut etiam, quod interdum fit, iustis præsumptionibus adiuuentur. Deniq; quam sæpè iudices ob probationum aut inopiam aut perplexitatem in eas se coniectos vident angustias, vt nocẽtem absoluere cogantur, nè innocentis condemnandi suspectum periculum incurrant? Quid rursum si per sordes aut gratiam aut imperitiam iudicis absoluatur reus de cuius tamen delicto constet, & qui omnimodo condemnari debuerit? Quid è contrario si quis tanquam delicti reus, & vel per testes vel propria confessione quam fortassis tormẽta expresserint conuictus ad magnã pœnam pecuniariã condemnatus sit, quẽ tamen ex postfacto appareat fuisse innocentem? Quis dicat ei pœnam deberi qui vel dominus vel conductor fuerit non tẽpore sententiæ, sed tempore delicti, quod nullum fuerit? Itaq; licet quisquis ex delicto condemnatur ideò condemnetur, quia deliquerit, aut saltem, quasi deliquerit, Numquam tamen ob id præcisè pœnam debet, quòd deliquerit, sed quòd ad eam pœnam condemnatus sit, quoniam pœna ante condemnationem nulla debetur etiamsi delictum verè præcesserit. Secuta verò condemnatione debetur pœna ex sola condemnatione non ex delicto, quia fieri poterat, vt vel nulla vel minoris pœ-

ris pœnæ condemnatio sequeretur, l. si fundus 16. §. si pluris, in illis verbis, Semel enim causa transire videtur ad condemnationem, & exinde pecunia deberi D. de pignor. Nam si in ea quoque condemnatione, quę ex contractu obligatorio nascitur condemnationi plus, quã contractui tribuimus, quia, & contractus per litis contestationem quasi per nouũ contractum, & per delegationem nouatur, l 3. §. idem scribit. D. de pecul l. delegare 11. §. 1. D. de nouat. itemque ipsa litis contestatio, & quæ post litem contestatam datur actio per condemnationem, l. vltim. Cod. de vsur. rei iudicat. & dict. §. si pluris. Quantò magis idem admittendum est in obligationibus, quæ ex delicto nascuntur, quæ sunt longè incertiores, quia non sicut de contractibus, vt plurimum, ita etiam de criminibus, & delictis fiunt instrumenta, quæ tantæ fidei sint ad rei gestæ probationem. Proinde quemadmodum si fera bestia sic vulnerata sit, vt capi possit, non ideo statim eius fit, qui vulnerauit, tametsi eam persequi non desinat, sed tunc demum cùm eam cœperit, propterea, quod multa possint accidere, vt eam non capiat, sicut contra Trebatium exaliorum prudentum sententia Caius disputat in l. naturalem 7. §. 1. De acquir. rer domin. Ita & in proposita quæstione dicendum est, licèt quis sic deliquerit, vt ob delictum condemnari debeat. Non priùs tamen de pœna tractandum esse cuinam debeatur, quàm condemnatio secuta sit cùm fieri queat, vt condemnatio nulla sequatur. Placuitque mihi semper quod Guido Papius eo textu, & argumento ad huius sententiæ confirmationem vsus fuit. Est enim quæstio nostra illi simillima, quæ olim ipsos etiam prudentes dissentientes habuit, & digna quæ ipsos interpretes multò magis habeat inuicem contendentes. Proinde non pugnat, quod contra nos obijcitur, Pœnam hanc ob delictum deberi. Non enim consequens est, vt non ex condemnatione magis, quàm ex delicto debeatur. Nec debiti causa, & origo inspicienda est, nisi in ijs, quæ ab ea causa, & origine consequentiam necessariam trahunt, in quo numero non est hoc de quo tractamus,

cùm

cum vt iam diximus, & possit nulla sequi condemnatio vbi delictum præcessit, & contrà nullo quoque præcedente delicto, sequi tamen ex falsa accusatione condemnatio, quæ pœnam irroget. Secuta enim quandocunque, & omni casu condemnatione non iam de delicto amplius quærendum est an admissum sit, sed tantum de iudicato, an iudicatum sit, quia res iudicata sola illa est, quæ pro veritate habetur, l. ingenuum 25. D. de stat. homin. l. res iudicata 206. De regul. iur. Neque rursum nobis aduersatur, quod diximus ex l. post contractum 15. D. de donat. quæ primum non de omni crimine loquitur nec de condemnatione ex quocunque crimine irrogata, sed tantum de capitali. Propterea, quod ex capitalibus ferè omnibus criminibus iam olim irrogabatur pœna publicationis bonorum, aut totorum aut saltem pro parte, Vt proinde non nisi valdè suspecta esse posset donatio post contractū capitale crimen, quasi in fraudem fisci facta: quod non similiter dici potest de alijs criminibus, quæ non nisi certæ quantitatis pœnam irrogant, ad quæ tamen etiam quæstio nostra pertinet. Deinde probat potius ea lex nostram sententiam, si vulgatam lectionem, quæ certè emendatior est sequamur, & sic legamus. Post contractum capitale crimen donationes factæ valent ex constitutione Diuorum Seueri, & Antonini, Nisi condemnatio secuta sit. Nam sicuti nulla opus erat constitutione Imperatorum, vt non valerent donationes inter viuos, quæ post contractum capitale crimen factæ essent tanquam non sine pœnæ suspicione factæ l. si quis 7. D. de mort. caus. donat. Ita nec alia ratio adferri potest propter quam Imperatores constituerint valere. Nisi condemnatio secuta sit, si non illa est, quòd multa possint accidere propter quæ fiat, vt condemnatio nulla sequatur. Quo tamen casu irritas fieri donationes ob solam pœnæ suspicionē nimis durum sanè, ac inhumanum videbatur. Nec tamen eo magis consequens est, quod ad eam legem interpretes nostri vulgò notant, Secutam postea quandocunque condemnationem retrotrahi ad tempus delicti. Non enim ratio illa

fuit

fuit, quæ irritas fecit huiusmodi donationes: Sed hæc potius quòd secuta quandocunq; condemnatione tum demum appareat non sine suspicione pœnæ factam fuisse donationem, quod sufficit, vt non valeat d.l.si quis mortis. Nec illud præterea requiritur, vt quasi à iam condemnato facta videatur, quod tamen dicendum esset si condemnatio ad tempus delicti retrotraheretur. Sanè Florentina lectio, quæ habet, Post contractum capitale crimen donationes factas non valere ex Diuorum Seueri, & Antonini constitutione, nisi condemnatio secuta sit, defendi nullomodo potest, vt in libris Coniecturarum pluribus à nobis demonstratum est. Condēnatio enim quandocunque secuta quominus non quo magis valere possit donatio facere debet, cum & bonorū adēptio quædam sit, vt de legati ademptione scriptum est in l. legata inutiliter 14. de adim.legat. & demonstret satis, pœnæ suspicionem iam ipso donationis tempore præcessisse. Sed errori causam dedit, quòd omissa per errorem librarij repetitione vltimæ syllabæ dictionis Antonini scriptum esset si pro nisi. Cum tamen non posset ea sententia defendi, vt valerent donationes post contractum capitale crimen factæ si condemnatio secuta esset, Necesse visum fuit peritiori siue librario siue interpreti addere negationem in præcedentib. & legere non valerent, quæ tamen lectio post restitutam dictionem, nisi æquè vitiosa, & falsi sensus plena fuit. Sunt qui pro Baldi opinione adducant præterea, quod scriptum est in l.is qui in puteum 11.§.si posteaquàm D. quòd vi, aut clam, si posteaquàm aliquid vi, aut clam factum est fundus venierit, nihilominus venditorem hoc interdicto experiri posse, nec finiri interdictum venditione, sed parum accommodatè. Id enim rationem illam habet, quia venditori facta iniuria est non emptori, in quem, nec translatum videri potest ius, qd habuit venditor experiēdi interdicto, cum satis emptori esse debeat quod tantò minoris emerit, vt lex ait. In ea verò specie quam tractamus, nihil tale est, quia non de iure actionis, quærimus cui competat, sed de commodo, & emolumento cōdemnationis cui acquiratur, neq; ob id minoris locat prædium

dium ſuum dominus, quod prioris conductionis tẽpore crimen aliquod admiſſum ſit, Imò tantò pluris quod ex eo delicto ſperare poſterior conductor poteſt ſecuturam condemnationem, quæ nondum ſecuta fuerit. Tractamus enim de omnium generaliter, & indiſtinctè condemnationum, & pœnarum per eas irrogatarum conductore. Neq; rurſum quẽadmodum ex eo, quod vi, aut clam factum fuit, ita ex delicto naſcitur ſtatim pœnæ perſecutio, ſed tantùm ius inſtituendę accuſationis, qua non niſi peracta ſequi poteſt condemnatio, nec rurſus naſci pœnæ perſecutio, niſi ex condemnatione. Quæ porrò cum ſit tempore poſterioris conductoris, non ideò tamen mutatur perſona eius cui per delictum facta eſt iniuria, ideſt domini iuriſdictionis, ſed tantum perſona conductoris, Vt perinde non poſſit quæri, vt in dict. §. ſi poſteaquam, Vtrum ad priorem dominum condemnatio pertinere debeat, an ad poſteriorem. Idem enim dominus eſt, cuius vicem & perſonam repræſentat cõductor poſterior non minus quàm prior, Quod ſi ponas dominij quoque cauſam mutatam eſſe, priorem̃que dominum eam iuriſdictionem omniaque emolumenta inde dependentia alij vẽdidiſſe poſt admiſſum delictum, & ante ſecutam ex eo condemnationem, perinde dicam non dubitari oportere quin poſteriori domino condemnationis pœna debeatur, cum ſit hic fructus iuriſdictionis venditæ, quem proinde neceſſum eſt dominij iure ad emptorem pertinere. Nec enim poteſt prior dominus dicere ſe tantò minoris vendidiſſe iuriſdictionem, quàm imo verò pluris vendidit, ob id quòd in ea delictum ante admiſſum fuiſſet, nulladum ea eo ſecuta condemnatione, vt ſolent auariores, & auidiores domini iuriſdictionum ſuam quiſque iuriſdictionem ob id meliorem exiſtimare, qđ pluribus abundet peſſimis, & ſceleratis hominibus, vt ex delictorum frequentia, & atrocitate tantò plures, & graniores condemnationes ferant, in quibus ſcilicet totum iuriſdictionis criminalis fructum pecuniarium conſiſtere arbitrantur. Quare nec ad rem pertinet, quod ſimiliter obijcitur ex l. vltim. §. non ſolum. D. de his quæ in fraud. credito.

Ven-

Venditis bonis venditos intelligi atque ita in restitutionem venire fructus, qui terræ cohærent tempore alienationis, nō etiam illos, qui medio tempore, id est post alienationem, & ante iudicium acceptum percepti sunt, quia in bonis non fuerunt alienantis. Neq; enim sicut fructus, qui terræ cohærent partem fundi efficiunt. l. fructus 45 de rei vindic. Ita & condemnationes, quæ sequi possunt ex delicto iam admisso tēpore alienationis possunt dici pars vlla iurisdictionis, aut fructus aliquis, & emolumētum iurisdictionis antequam re-uera secuta sit, propterea quòd vt diximus multa possint incidere, quæ faciant ne vnquam sequatur. Cohæret quidem iurisdictioni coercitio delictorum quocunque tempore admissorum. Ideòq; nimirum dicimus vendita, aut aliter alienata iurisdictione ius hoc coercitionis, & irrogandæ condemnationis transire in emptorem in quem transit, & iurisdictio, sed condemnatio ipsa non cohæret quandiu secuta non est, tanquam res quæ nondum in rerum natura est, quæ potest nunquam esse. Expectandum igitur necessariò est, vt sit prius quàm de illo quæratur, An sit in fructu, aut ad quem pertinere debeat tanquam fructus iurisdictionis.

ERROR SEPTIMVS.

De distinctione interpretum, An pœna irrogetur ex delicto, An ex causa iuris feudalis, vel emphyteutici.

ADFERVNT etiam interpretes aliā distinctionem circa pœnas irrogandas, an ex delicto irrogentur, an ex causa iuris feudalis, vel emphyteutici, vt in ijs quæ ex delicto irrogantur, delicti, & maleficij tempus spectari oporteat non condemnationis quasi exinde iam nata obligatione, aut saltem causa obligationis. In ijs verò, quæ ex causa iuris feudalis, vel emphyteutici, hoc est in commissis, & caducitatibus, vt loquuntur, ob non petitam suo tempore inuestiturā, aut

aut ob non solutum canonem spectari debeat tempus declarationis non culpæ admissæ. Sic enim vulgò pragmatici nostri post Aymonem Crauet. cons.212.nu.8.in fin.vbi diuersitatis rationem illam adfert, quod cõmissio rei emphyteuticæ vel feudalis dependeat à voluntate domini directi numquid velit esse commissum vel non. Nec enim iure suo cogendus est vti dominus inuitus si fortè malit laudimium petere quam commissum. Exemplo nimirum eius quod de lege commissoria scriptum est in l.2.D.de leg.commiss. legẽ commissoriam exercere posse venditorem si velit non etiam inuitũ, quia pro venditore lex illa adijcitur non pro emptore. Mihi verò hæc distinctio quãuis ab Amedeo nostro probata videatur, d. quæst.38. non modò improbabilis semper visa est, sed etiã multò improbabilior, quam quæ à nobis superiore capite confutata fuit. Est enim pœna cõmissi, & caducitatis similior cæteris, quæ ipso iure irrogãtur: de quibus proximè diximus credi probabilius posse, vt est qui tempore delicti ius habuit pœnæ persequendæ potius, quam vel domino, vel conductori posteriori debeantur. Siquidem certissimum est, commissum fieri iure ipso ac citra vllã declarationẽ voluntatis l.commissa.14.D.de public.& vectiga. Vbi dicitur commissa vectigalium nomine etiam ad hærædem transmitti. Nam quod commissum est, inquit Vlpianus statim desinit eius esse qui crimen contraxit, dominiumq; rei vectigali acquiritur. Indeque præterea infert commissi persecutionem sicut aduersus quemlibet possessorem, ita & aduersus hærædem competere. Quamuis autem eo loco Vlpianus de ijs commissis tantũ loquatur quæ ex causa fraudati vectigalis contrahuntur, non etiã de cæteris, de quibus nostra disputatio est, quæ ex causa iuris feudalis vel emphyteutici, cuius eo tempore nullus adhuc vsus erat, Non aliam tamen cæterorum rationẽ esse intelligimus ex ea ipsa Iustiniani constitutione quæ hoc ius nouum induxit, in l.vlt.C.de iur.emphyt.cuius postrema illa verba Sin autem aliter fuerit versatus quam nostra constitutio disposuit, iure emphyteutico cadat, non alium certè habent sensum, quam vt ob non

impletam ab emphyteuta legis solẽnitatem res cadat ipso iure in commissum. Neque enim verbum cadat factum vllũ hominis significat, sed tantum meram iuris potestatem: Vt in antiquis illis caducis eueniebat, quæ per legem Iuliam Papiam introducta tandem à Iustiniano sublata sunt in l. vnic. C. de caduc. tolled. Itaque falsissimum est quod Crauetta, & pragmatici supponũt pro vero, Rem siue feudalem, siue emphyteuticam non prius committi quam dominus voluntatem suam declarauerit, quod committi rem velit. Nã imò verò committitur ipso iure neque exquisita, neq; expectata voluntate domini, & sola potestate constitutionis, de qua nemo dubitat quin facere id possit, cum etiam dominiũ transferre queat non minus quam lex l. in bello 12. §. si quis seruum D. de captiu. & postlim. hic autem non de trasferendo dominio agatur, sed tantum de auferendo iure emphyteutæ ne ius vllũ amplius habeat rei retinendæ inuito domino directo qui solus dominus est, licet à nostris non simpliciter dominus vocetur, sed cũ adiectione illa, vt directus dicat l. 1. D. si ager vectig. vel emphyt. esl. dic. Nec contrarium est quod obijcitur, Non posse rem cõmitti domino inuito cuius solius fauore ita ius comparatum est, vt ob emphyteutæ, vel feudatarij culpã res cõmittatur. Aliud enim est de iure commissi tractare, aliud verò de acquisitione. Res ipso iure cõmittitur etiã ex causa feudalis iuris, vel emphyteutici nõ secus quã ex alia qualibet. Sed non acquiritur inuito, quia nemo inuitus iure suo vti cogitur, sed potest quilibet abijcere ac contẽnere, & q̃ pro se introducta sunt vulg. l. pen. C. de pact. l. si iudex 41. D. de minor. Aut vt dicã subtilius, Duplex acquisitio in cõmisso de quo agimus considerãda est, vt in legato vindicationis, Reuocabilis vna, & irreuocabilis altera. Prima fit sola iuris potestate, etiã dormiẽte ac ignorante legatario l. cum patre 77. §. surdo de leg. 2. atq; hoc sensu dicimus dominiũ rei legatæ transire recta via à testatore in legatariũ l. à Titio 64. in fin. de furt. nũquam factũ heredis l. legatum 80. de legat. 2. Altera verò legati acquisitio fit accedente legatarij voluntate cum agnoscit legatum l. si tibi

homo

homo 86 §. cum seruus de leg. 1. l. q̃dam 15. D. de reb. dub. l. ei qui 13 D. de cõdict. inst. Illa enim prima legati acquisitio quæ sola legis potestate inducitur nõ est irreuocabilis cum non obliget legatariũ initum quominus repudiare legatum possit si id habere nolit. Nũquam enim lex acquirit inuito, licèt deferat inuito. At posterior acquisitio quæ fit per agnitionẽ legati, nullũ repudiationi locũ relinquit, quia post acquisitionẽ sera esset repudiatio, cum id quod ita semel acquisitum est repudiari postea amplius non possit l. 1. §. decretalis D. de succes. edict. l. Titia cũ testamẽto 34. § Lucia Titia de legat. 2. Sic & in cõmisso, ex quacunque causa fiat dicendũ est acquiri illud statim, & ipso iure cum statim, & ipso iure res desinat eius esse qui vel crimẽ, vel culpã admisit d. l. commissa. Sed ita tamẽ, vt nõ eo minus ipsi sit integrũ repudiare rem commissam si iure suo vti nolit quoniam acquisitio illa prior quã ipso iure fieri diximus semper reuocabilis est, & vt ita dicã repudiabilis quousq; acquirẽdi voluntas accesserit. Nec. n. ideò fiunt cõmissa vt acquirantur inuitis, sed tantum vt volentibus. Sic Labeo dicebat bona etiã quæ soluendo non essent ad fiscũ pertinere ipso iure ex varijs illis causis quę recensentur in l. 1. in princip. D. de iur. fisc. neque tamen dubitabat quin fisco esset integrum ea bona repudiare, quæ sine manifesto damno, & incommodo non posset agnoscere. Cur enim esset fiscus in eo deterioris conditionis, quam cæteri qui numquam ignorantes multo minus inuiti ære alieno obligantur. l. qui in alienam in princp. D. de acq. hęred. l. seruo 65. in princ. D. ad SC. Trebell. cum in cæteris ferè omnibus sit melioris ob priuilegia quæ habet tam multa Tit. C. de priuileg. fisc. Quamquã prior illa pars sententiæ Labeonis vera non est, vt ea quoque bona quæ soluendo non sunt acquirantur fisco ipso iure. Cum aduersus eam sententiam edictum perpetuum scriptum sit, ex quo ita demũ bona veneũt si ex ijs fisco acquiri nihil possit, vt contra Labeonẽ Callistratus disputat in d. l. 1. §. an bona D de iur. fisc. Non enim possunt bona vlla ad fiscum pertinere nisi quæ creditoribus superfutura sunt, cum id bonorũ cuiusq; esse intelligatur, q

æri alieno supereſt l. non possunt 11. eod. tit. Cæterum ne à proposita quæstione aberremus, si verum est, vt est, Ex culpa feudatarij, vel emphyteutę committi rem, & acquiri ipso iure domino directo, vel ecqui ab ipso ius habeat, Planè consequens est vt non alterius voluntas in commisso repudiado interuenire debeat quam eius ipsius cui fuerat ipso iure acquisitũ. Ergo prioris cõductoris, nõ posterioris aut domini, Ne alioqui sit in potestate istorum lædere ac tollere ius priori conductori quæsitum, quod neq; ciuilis ratio patitur, neq; naturalis l. id quod nostrum 11. l. nõn debet alteri 64. De regul. iur. l. vlt. D. de pact. Quis enim alius repudiare aliquod ius potest, quam is ipse cui acquisitum ius est, vel agnoscendi, vel repudiandi, & qui ex eiusmodi agnitione, vel lucrum, vel damnũ aliquod consequi posset l. legatum 7. De legat. 1. Vnde est quod nec filius sine patre nec pater sine filio hæreditatem filio delatam repudiare potest, sed ita demum valet repudiatio si ab vtroq; facta sit l. is qui hæres 13. §. vlt. D. de acq. hæred. Nempe quia iam tum erat filius familias acquisitionis capax, hactenus scilicet, vt posset ei acquiri hæreditas si eam pater sibi acquiri nollet l. cum hęres 52. eod. l. 1. C. qui admitt. ad bon. poss. l. Imperator. 50. D. ad SC. Treb. Cum igitur eum casum tractemus, in quo ex culpa sua feudatarius vel emphyteuta iure suo ceciderit. Cui obsecro acquiri cõmissum illud põt præterquã illi qui eo tẽpore aut dominus directus fuerit, aut à domino directo siue conductionis, siue alio titulo causam habuerit? Quod. n. fit ipso iure, semper fit in instãti, nec proinde aliud instãs inspici potest, vt sciamus cui debeat acquiri quam illud ipsum quo acquiritur. Atqui ponimus eo tempore conductorem aliquem fuisse ad quem, & laudimia, & cõmissa, & cętera omnia directi dominij commoda, & emolumenta pertinere potuerint ac debuerint. Nõ alij ergo quam priori huic conductori ius commissi vindicandi acquiri potest, Et consequęnter nec repudiandi. Nam & perpetuum hoc ius est vt is demum repudiare possit qui potest etiam acquirere, & cui delatum fuit ius acquirendi l. 4. leg. is potest 18. D. de acquir. hæred. Proinde fa-

tendum.

tentum est in eius solius arbitrio esse debere an commissi iure sibi quæsito vti velit, necne. Vt si velit, nil ei nocere debeat quod contrariam volũtatem, aut dominus directus, aut posterior conductor declarauerit, cum eorum nihil interfit sed prioris tantum conductoris ad quem rei dominiũ semel pertinere cœpit, vt in l. si ego 9 §. si res D. de iur. dot. Si verò nolit, siue quod malit laudimium quam commissum petere, siue quòd nec laudimium petere velit, malitque, & culpæ, & laudimij gratiam emptori facere, nihilomagis acquiretur ius aliquod, aut domino, aut posteriori conductori: Non equidem, si laudimium pro commisso petatur, quia nec vtrique locus esse potest laudimio, & commisso, nec prohiberi debet is qui commissum vindicare potuit quominus possit laudimium petere ne cui quod plus est licet, denegetur quod minus est contra iuris regulam leg. non debet cui 21. De reg. iur. leg. cui pacto 5. D. de serv. export. Neque rursum si nec laudimium petere velit, vt faueat emptori, quia prohibendus non est acquirere sibi beneficij debitorem, quæ omnium optima species est acquisitionis, dummodò ex suo acquirat, non ex alieno l. si pignore 54. §. 1. D. de furt. Nisi fortè liberalitatem suam ad dominum directum aut ad posteriorem conductorem potius quam ad emptorem pertinere voluerit, Vt in specie quamuis dissimili loquitur Vlpianus in l. 1. §. inde Neratius D. ad SC. Trebel. Quo vno casu dubitandum non esset, quin siue commissi, siue laudimij petẽdi ius totum ad eum pertinere deberet, in quem beneficium conferre conductor primus voluisset. Quid enim æquius, & rationi naturali conuenientius, quam voluntatem domini rem suam, aut quod ferè idẽ est, ius suum transferre in alium volentis ratã haberi? l. qua ratione 9. §. hæ quoque res D. de acq. rer. domin. Sed extra hunc casum nego fieri posse, vt de re quæ commissa sit durante tempore prioris conductionis alius possit agere quam primus conductor, licet per totum illud tempus voluntatem suam numquam declarauerit: quam alioqui declarare postea quandocunque potest: Cum finito tempore conductionis

nõ ideò prohibeatur conductor de suis iuribus experiri quę conductione durante acquisiuisset. Alioqui dicendum esset, si quid ei iuris vltimo conductionis die obuenisset, nullam eo nomine ipsi actionem competituram, quod eam durante conductione non exercuisset, quam certè etiamsi maximè voluisset exercere eo ipso die non posset: Quod tamen neque ex pragmaticis quisquam dicturus sit. Non enim quando actio exerceatur spectandum est, sed cui acquisita, & nata sit, vt ab eo ipso demum non ab alio nisi ex ipsius voluntate exerceri possit, Et longè aliud est actione habere, aliud exercere. Sed etsi declaratio voluntatis aliqua esset necessaria ad commissi acquisitionem, quod nos negamus, cum ipso iure fiat eiusmodi acquisitio. Non ideò tamen consequens fieret vt declarationis potius quam culpæ tempus spectari oporteret, Cum secuta declaratio quandocunq; necessariò retrotrahenda sit ad id tempus quo fieri potuit, quia nec aliud facit declaratio nisi vt non tam confirmetur acquisitio quæ ipso iure facta est, nec proinde vlla indiget confirmatione, quam vt appareat acquisitionẽ præcessisse, vt in specie dict. l. si tibi homo 86. §. cum seruus de leg. 1. & dict. l. quædam 15. D. de reb. dub. Quemadmodum euenire suprà diximus in ijs pœnis quæ ipso iure quidem irrogantur. Sed ita tamen vt pronunciatione iudicis declaratoria indigeant. Nam & hoc casu quandocunque secuta declaratio facit vt pœna ei debeatur cui ius fuit eius per sequendæ quo tempore delictum committebatur, non quo facta declaratio est, Ne aliter posito iure dici non possit, quid proctiat dicere pœnam in his casibus ipso iure irrogari.

ERROR

ERROR OCTAVVS.

De sententia declaratoria quam exigunt pragmatici in pœna caducitatis iam commissa.

MVLTA sunt alia in quibus peccat idem vir doctissimus Aymo Crauetа d. cons. 212. de quo suprà diximus. In eo primum, quod vult pœnam caducitatis, & commissi ob culpam aut delictum feudatarij vel emphyteutæ non committi ipso iure sed ita demum si dominus directus velit, & quasi condicionaliter, vt ipse loquitur nu. 9. in fin. quod nos iã refutauimus. Ostendimus. n. Imò verò ipso iure committi, nec requiri declarationẽ vllam voluntatis. Quæ tamen etiamsi esset necessaria, non eo magis faceret ius condicionale. Esset. n. hæc tacita condicio, & legalis potius quã conuentionalis, quæ proinde non facit ius ipsum cõdicionale, sed iuris tantũ executionẽ. Exemplo eius quod solemus dicere, Cõpensationẽ fieri ipso iure, nec tamen aliter fieri quã si opponatur l. si ambo 10. in princip. & l. seq. iunct. l. 2. & pass. D. de compens. l. vltim. vbi oẽs notant. C. eod. & apertius in §. penult. Institut. de action. Vnde etiam est quod compensationes ponuntur in numero exceptionum, quia nimirum perinde opponendæ sunt atque exceptiones, Neque tamen ideò quis dixerit compensationes omnes esse condicionales, aut ob id minus fieri ipso iure quod non aliter fiant quam si opponantur. Quid ni. n. relinquatur in arbitrio eius qui compensandi ius habet an velit sibi per compensationem consulere, an propria, & separata actione persequi id quod sibi debetur, si putet ex aliqua causa sibi magis expedire? Nam & qui compensat agere quodammodo dicitur, & petere l. amplius 15. D. rat. rem haber. Ergo quemadmodum is qui obijcit compensationem, non facit quominus iam antè facta fuerit ipso iure, sed tantum suam declarat voluntatẽ quod eo iure quasi iam sibi quæsito

vti velit: quod vtique facere non posset si iam ipso iure facta compensatio non esset: Ita & in proposito, cum dominus voluntatem suam declarat quod rem commissam vindicare velit, non ideò facit vt tum res committatur, quam certè iâ esse commissam necesse est priusquâ quasi cõmissa vindicari possit, sed ostendit tantum iure se suo vti velle, quod abijcere si vellet, posset, quo tamen vti non posset, etiamsi maximè vellet, nisi iam commissi ius apertum esset. Est igitur ea domini declaratio non causa rei committendæ, sed effectus, & executio commissi iam ipso iure facti, & consequenter præsupponit commissi ius, non suspendit. Errat etiam Crauetа in eo, qđ præsuppositа necessitate declarationis ad cõmissum inducendum, quæ vt diximus, non nisi ad commissi persecutionem necessaria est, existimat declarationem illam à solo domino directo fieri posse, & debere, non etiam à conductore. Nam & hoc quoque falsum est, quoties conductio sic facta fuit vt omnia feudi, vel emphyteusis emolumenta, etiam commissa ad emptorem pertinere debeant: quod hodie apud nos plerumque fit, Et ita factam esse conductionem ponendum est, vt quæstioni locus fieri possit. Alioqui certum est, commissa cum non sint in fructu quia non renascuntur, ad conductorem regulariter non pertinere, vt tractat Guid. Pap. quæst. 477. nec dissentit Crauet. dict. cons. 212. num. vlt. vbi ait sententiam illam Guid. Pap. procedere de iure communi. Secus, inquit, si pacto aliud cautum sit in ipsa conductione, Vel, quod effectu idem est, nisi conductionis verba tam generalia sint, & prægnantia vt ad talia quoque iura pertineant. Cum verò tale quid factum est, Quæro an non domini loco habendus sit conductor, vt eius sit non domini directi declarare an commissum persequi velit? Quis enim permittat domino vt declaret nolle se iure suo vti, vt lædat, & perimat ius conductoris? Aut quodnam hac parte potest in effectu esse ius domini cum is ius omne suum quod habebat commissorum omnium si quæ obuenirent persequendorum, in conductorem transtulerit? atque ita procuratorem illum velut in rem suam constituerit? Certum

tum si quidem est eum qui semel procurator in rem suam constitutus sit reuocari postea non posse nec quicquam in eius præiuditium fieri à constituente l. illam subtilem 33. Cod. de donat. Maximè verò cum quis procurator in rem suam constitutus est per contractum locationis, aut alium eiusmodi contractum nominatum, In quo genere contractuum constat non esse locum pœnitentiæ, nec alterutrum contrahentium velignorante, vel inuito altero ab obligatione contracta discedere posse, Ne tum quidem cum alter ex parte sua contractum non implet l. ea conditione 14. C. de rescind. vendit. Quanto minus si nihil aduersario imputare possit is, qui tamen vult ei nocere? Non ergo ferendus est dominus directus si post translatum in cõductorem certa mercede ius omne commissi persequendi, nolle se dicat vti iure suo, vt conductorem suo proprio vti prohibeat. Sed tertius, & præcipuus Cauetæ error in eo est, quod secutus Decium cons. 160 ad fin. & cons. 185. ait requiri sententiam declaratoriam in commisso ex causa iuris feudalis vel emphyteutici. Post Iason. in l. 2. Cod. de iur. emphyt. & ad l. Si quis maior notab. 13. Cod. de transact. vbi ait generalius, Quoties aliquid inducitur ipso iure licèt nõ requiratur sententia dispositiua, requiri tamen declaratoriam in his omnibus quæ non trahunt secum executionem, Per text. in cap. cum secundum de hæret. in 6. Nam si verum est, vt est, quod hi omnes fatentur, non requiri declaratoriam in iis quæ secum trahunt executionem, fateri eos necesse est, non esse igitur illam in proposito casu necessariam. Quãdoquidem negari non potest, cessante emphyteuta soluere aut cætera præstare ob quæ non præstita commissio locus fiat: Statim sequi executionem nullo etiam hominis facto interueniente, cum statim, & ipso iure emphyteuta vel feudatarius à toto iure suo cadat vt superiore capite disputauimus, & probauimus ex l. commissa 14. D. de public. & vectig. & l. vltim. in fin. Cod. de iur. emphyt. Nec alia commissi executio fieri potest. Nam quod Craueta disputat non aliter executionem commissi factam videri posse, quam si effectu ipso bona

bona transferantur in dominum in hoc quoque errat. Nec enim dominus directus indiget, vt in eum transferantur bona quorum iam ipse sit dominus, & quorum pro arbitrio vindicandorum vtique ius habet tanquam dominus, nisi quatenus iure emphyteutico prohibetur, l.1. & 2. D. si ager vectig. vel emphyt. esse dicat. Atqui iam non potest prohiberi iure vllo emphyteutico, cùm emphyteuta ob non factum id quod facere debuit, suo penitus cecidit iure. Quam enim exceptionem possit dare Prætor ei qui nullum omnino ius habeant? Trahit ergo ius commissi secum suam executionem nec alia vlla executio necessaria est si dominus iure suo vti velit. Siue namque dicas cum interpretibus ius illud emphyteutæ esse eius vtilis, vt vocant, dominij, certum est ipso iure ac sine vllo hominis facto consolidationem fieri vtilis dominij cum directo, perinde atque ipso iure consolidatio fit cum vsus fructus extinguitur, §. vltim. Institut. de vsufruct. Siue nobiscum sentias ineptam esse totam hanc distinctionem vtilis, & directi dominij, nec nisi vnicum esse dominium, quod neque directum, neque vtile dicendum sit, sed dominium simpliciter, quod totum sit penes eum, qui feudum, vel emphyteusim concessit. Penes feudatarium verò vel emphyteutam, nihil nisi ius, quod habet, rei retinendæ inuito etiam domino quandiu paratus erit facere, ac præstare quicquid ex natura contractus facere, & præstare debeat. Consequens est, vt domino sufficere debeat quod emphyteuta, vel feudatarius omni iure suo ecciderit, nec alia vlla commissi executione indigeat ad habendam rem, & retinendam. Exemplo eius, quod scriptum est de hærede rogato restituere hæreditatem ei qui, & ipse post certum tempus eandem hæreditatem eidem hæredi restituere iussus sit, Sufficere ipsi actiones directas quas tanquam hæres habet nec exigi vt actiones vllæ vtiles in eum tam quam fideicommissarium transferantur, quæ in cæteros fideicommissarios facta ex Trebelliano Senatusconsulto restitutione transferuntur, l. si hæres institutus 70. iun. & l.1. & pasi. D. ad SC. Trebellian. Nam neque fieri posset etiam si

maximè

maximè hæres vellet vt actiones vtiles haberet, aut acquireret, qui iam haberet directas, cùm in eandem personam directæ, & vtiles concurrere numquam possint, quia nimirum directæ tanquam pleniores tollunt ipso iure vtilles tanquam minùs plenas, vt in cæteris omnibus obligationibus euenit, quarum vna maior est, alia minor, l. debitori 50. D. de fideiuss. l. si duo 93. D. de solut. l. si reus 13. D. de duob. reis. Similiter, & in proposito dicimus fieri non posse, vt per commissum quicquam iuris noui acquirat dominus, qui iam dominus est, & quidem vnicus, Nec alio lucro, vel commodo indiget, nisi vt emphyteuta, vel feudatarius omne suum ius amittat: quod certè sit per commissum ipso iure. Nulla igitur declaratoria sententia opus est ad commissum inducendum, sed tantùm ad pronunciandum de quæstione facti, emphyteutam scilicet, aut feudatarium non fecisse quod facere debuit. Qua pronunciatione quandocunque secuta exinde apparet iam à die culpæ contractæ fuisse rem cõmissam ipso iure, & acquisitam domino directo, si is in alium neminem ius hoc transtulerit: aut conductori, si lex conductionis ita ferat, quamuis dominus directus non eo minùs maneat dominus, neque locatio soleat transferre dominium l. non solet 39. D. locat. quia etiam commissa fructuum, & obuentionum iure censentur cùm ita placuit contrahentibus, quoniam contractus omnes præsertim, qui bonæ fidei sunt ex conuentione legem accipiunt, nec decipiendus est, qui non aliter fuit contracturus, l. 1. §. si conuenit 6. D. depos. l. vltim. Cod. de pact. int. emptio. & vendit. Nec obstat quod pro sententiæ suæ confirmatione Craueta obijcit, Tum quoque cum dominus voluntatem suam declarauit, & emphyteutam expulit, Posse tamen adhuc eum petere pensionem totius præteriti temporis. Ex Bart. in l. 2. Cod. de iur. emphyt. per Auth. qui rem Cod. de sacrosanct. eccles. ex quo infert ille: Ergo ante eiusmodi declarationem, & executionem, adhuc manere emphyteutam, nec bona posse dici commissa, quia tunc, inquit, peterentur omnes fructus percepti, non pensio. Nam respondemus, Non esse bonam

conse-

cutionem, quia licèt commissum fiat ipso iure, vt diximus, & emphyteuta vel feudatarius per solam culpam toto iure suo cadat prius etiam, quàm dominus voluntatem suam declarauerit. Non tamen facit ea res, vt totius præteriti temporis fructus domino debeantur. Quippe cui etiam post extinctum ius omne feudatarij, vel emphyteutæ non aliud ius competit, quàm vt rem commissam quasi suam vindicare possit sine metu vllo exceptionis. In iudicio autem vindicationis constat non venire fructus præteriti temporis, sed eos tantum qui ex die litis contestatæ percepti sunt, Nisi proponas aut extare adhuc, aut mala fide consumptos esse, leg. certum 22. Cod. de rei vindicat. Pensionem igitur saltem vice fructuum peti posse æquum est, Ne alioqui ex sua culpa, & improbitate possessor lucrum consequatur. Qui licet per commissum toto iure suo ceciderit, & emphyteuta esse desierit, vel feudatarius, habet tamen colorem aliquem rei retinendæ cuius possessionem semel ex domini voluntate iustoque titulo nactus est, quousque dominus contrariam voluntatem suam declarauerit. Cum futurum esse possit vt iure suo vti nolit, malitq; de possessoris culpa transigere, & modico aliquo accepto, vt plerunq; fit, eũdem vassallum aut emphyteutam sub eiusdẽ pensionis onere retinere arg. l. de eo 63. D. de don int. vir. & vxor. Statuere enim apud se dominus statim debet, an commissoriam velit exercere, quòd si non faciat, & prudens scienſque patiatur vassallum aut emphyteutam in possessione manere fructusque percipere, videtur iure suo vti noluisse, nec variare posteà potest l. 4. §. elegant. l. pen. D de leg. commiss. Quamq; si quis contra Bartolum vellet defendere, cogendum esse vassallum vel emphyteutam omnium fructuum rationẽ reddere quos ex die commissi percepisset absente fortassis, & ignorante domino, is meo iudicio non valdè aberraret. Qđ enim scriptum est in d. Auth. qui rem, de soluenda pensione præteriti temporis ad tempus illud referendum est quo cessatum fuit in solutione canonis, & annuæ pensionis antequã res committeretur. Non ad tempus quod secutum sit culpam

pam quæ commisso causam dederit. Nec enim supponit Iustiniani constitutio tam negligentem fuisse rectorẽ ecclesię, vt passus sit ex die commissi fructus vllos percipi ab iniusto possessore. Idque similiter in venditionibus, quæ sub lege commissoria fiunt, euenire videmus, vt emptor, qui pacto non paruit, & fidem fefellit, fructus quoque omnes quos interim percepit restituere debeat d.l. 4. in princ. D. de leg. commiss. quia nihil penes eũ remanere oporteat ex ea re in qua fidẽ fefellerit, inquit Neratius in l. 5. eod. tit. Nisi cum emptor pretium perdidit, quo vno casu æquũ est, vt fructus lucretur. d. l. 4. §. 1. Tantòq; magis hęc nostra interpretatio sequẽda est, quod Iustiniani constitutio vnde sumpta est d. Auth. qui rem, loquitur de emphyteusi ecclesiastica, quam ipsi etiam interpretes fatentur omnes hoc gaudere priuilegio, vt in fauorem ecclesiæ committatur ipso iure, nec declaratoriam vllam sententiam requirat. Sic enim Decius post alios cons. 146. quem refert, nec improbat Caueta loco supradicto. Ille verò alius eiusdem Cauetę error intolerabilior est, quod addit: Etiam posito quod cõmissum acciderit tempore prioris conductionis, non eò magis futurũ vt priori conductori debeatur, propterea quòd inquit, ad conductorem non pertineant fructus, qui pendentes fuerũt tempore finitę conductionis, sed ij tantùm quos ipse durãte conductione perceperit. Ex not. in l. defuncta 58. D. de vsufr. & in l. fructus 7. §. Papinianus, aliàs l. diuort io. D. sol. vmatr. Quasi pęnæ oẽs priusquàm sint exactę habendę sint in fructibus pendentibus non in numero perceptorum. Ex Baldo in l. fin. C. de fructib. & lit. expens. Soci. cons. 100. incip. in causa Baptistę lib. 1. Primùm. n. negamus verè id dici posse de pœnis, quę ipso iure irrogantur, quę licet nondum sint exactę cũ tamen iam sint debitę non ad alium pertinere possunt, quã ad eũ qui exigendi ius habuit eo tpe quo fuerũt irrogatę. Esset namq; præposterum, vt ius agendi ęstimaretur ex ipsa exactione, cum sit natura, & ordine iuris prius, vt quis actionem habeat ad agendum, quàm vt possit exigere. Deinde quòd in persona cuiuslibet bonę fidei possessoris

ris etiam, qui à vero domino causam non habeat, receptum est, vt fructus percepisse videatur ad faciendos eos suos statim, atque à solo separati sunt. l. si fructuarius 13. D. quibus mod. vsusfr. amitt. quidni etiam in persona conductoris multò magis recipietur, vt commissa ista possit petere, quæ iam ipso iure ceciderunt? Cum & à vero domino ius habeat, & præterea illud ipsum ius quod haberet dominus si ius feudale, aut emphyteuticum non locasset. Atqui haberet ius petendi commissi, & quidem tanquam qui dominus fuisset eo tempore quo res committebatur. Ergo & ad conductorem pertinet, tanquam fructus, qui iam perceptus sit ex domini voluntate. vt in l. si seruus 61. §. locaui D. de furt. Quis enim pro fructibus pendentibus, ac non potius pro perceptis habere debeat hæc iura, quę nõ modò iam à solo separata sint, tanquam in iure non in corpore consistentia, sed quæ sunt ipso etiam iure acquisita? Nimirum acquisitio hæc pro perceptione est, & sicuti fit acquisitio hæc ipso iure, ita pro perceptione haberi debet, non quæ facienda, sed quæ iam facta sit, Tanquam quæ sit perceptio iuris non facti. Quæ enim acquiruntur ipso iure, etiam ignorantibus acquiruntur, l. cum pater 77 §. surdo de leg. 2. l. filius familias 16. §. 1. D qui testamen. facer. poss. vbi quamuis pro personales legẽdum sit personis tales, vt alibi docuimus. Illud tamen multò magis verum est in personalibus actionibus, vt ignoranti quoque acquirantur, quia facilius est, vt sic acquirantur, quàm vindicationes in quibus præsupponenda est acquisitio dominij quæ persæpè difficilior est, & vt plurimum, licèt non semper, factum hominis exigit, & traditionem l. 1. & 2. D de public. in rem act. Quòd si nostro conductori pro quo disputamus sola personalis actio ignoranti quæsita esset ob id quòd durante conductionis, suæ tempore commissum euenisset. Quæro qua fronte, aut quo iuris colore possit dominus ei auferre commodum huiusmodi actionis personalis? An ideò fortasse, quòd ante finitam conductionem nec egerit, nec exegerit? Atqui ius habuit agendi, quod sufficit, vt ei semel quæsita actio ignoranti, vel inuito auferri non possit: Alioqui

si non

si non tam illud inspiciendum est quo tempore commissum euenerit, quàm quo tempore actum sit. Eodem errore dicendum esset, si commissum ante initam conductionem accidisset, nedum tamen dominus eo nomine egisset, futurum vt conductori ea actio danda esset, quemadmodum, & fructus omnes dependentes ad eum pertinerent. Quod tamen absurdum sanè esset dicere, nec quisquam est directus dominus tam stultus, qui conductori suo tale quid petenti vellet id concedere. Quid enim iuris habere potest conductor in ea re, quæ ante conductionem fuerit commissa, licet nullam ex ea causa dominus actionem proposuerit. Porrò quæ domino iniuria fieri non debet si commissum locationem præcesserit, ea neque conductori facienda est, si durante conductione res in commissum ceciderit. Neque verò hic casus vnus ex ijs est in quibus, vt Crauetta putat, præferendus ille sit qui laborem aliquem, vt ipse loquitur, ad iuris acquisitionem impenderit. Nec enim labor vllus versatur in acquirendo commisso, quod statim, & ipso iure, vt diximus acquiritur, nec tam facto aliquo domini, aut conductoris quàm ob non factum à feudatario, vel emphyteuta id quod facere debuit. Qui verò in agendo labor collocatur actionem acquirere nullam potest, cum priùs acquisitam esse actionem oporteat, quàm vt de ea exercenda laborandum habeatis, qui agere vult. Fuit igitur consilium illud Aymonis Crauetæ pro amico, vt aiunt potius quàm pro veritate.

ERROR NONVS.

De actione, quæ competit domino ad petenda laudimia, & commissa etiam, quæ durante conductione obuenerunt.

ETSI verum est quod ad finem superioris Decadis disputauimus, potiorem esse conductoris, quàm directi, vt vocant, domini causam in petendis laudimijs, vel commissis, quæ durante conductionis tempore obuenerunt, quã-

uis,

uis ante finitam conductionem eo nomine non egerit: Non ideò tamen pragmaticorum sententiam probare possumus, qui putant, Eo casu quo aliqua conductori actio competat, nullam penitus directò domino dari debere. Esseque illum summouendum si obuentiones istas velit petere, quasi sine iure, & sine actione experiatur, quod facere certè nemo potest. l. si pupilli 6. §. vlt. De negot. gest. l. quoties 9. §. & generaliter. D. de adm. tutor. Nos n. contrà existimamus, nõ eo minus actionẽ competere domino, quòd conductori quoq; competat, si aliud nihil sit, qp obstet. At vno tantùm illo casu exceptione repellẽdum esse dominum quo conductor quoq; agat. Idq; non quasi actio cõductoris impedire possit, ne dominio ius agendi competat, vt pragmatici nostri existimant, sed quia in vtriusq; concursu æquum est præferri conductorem qui à domino ipso ius habet, non dominũ qui cum conductore certa mercede contraxit, eiq; agendi ius & exigẽdi facultatem concessit. Mouemur, quòd sine de petendo laudimio, siue de commisso persequendo agatur, nõ ex alio fonte ius agendi nascitur, quàm ex causa dominij directi cũi accepto ferendũ est, quicquid ex cã, vel commissi, vel laudimij debetur. Atq; in cõmisso quidem expeditior res iuxta eorũdem pragmaticorum opinionem, existimantiũ nihil aliud esse cõmissum rei feudalis, vel emphyteuticæ quàm consolidationem dominij vtilis cum directo. Sic. n. perpetuò loquũtur eo errore ducti, quòd putant esse aliquod dominiũ vtile, cuius consolidatio cum directo fieri possit. Quem errorem nos iam sæpius refutauimus, improbata illa duplicis dominij directi & vtilis distinctione. Porrò si ita est vt dominium vtile cum directo consolidetur, quoties aliqua res cadit in commissum. Apertissimum est non in alterius commodum & vtilitatẽ posse fieri eã consolidationem quàm illius, qui dominium directum habeat, cum fiat consolidatio in re non in persona: sicuti solemus dicere in iure accrescendi extra cãm vsusfructus, & alias si quæ sunt similes portionem deficientẽ velut alluuionem accrescere portioni non personæ. l. si Titio 33. §. 1. in fi. D. de vsufr. Is enim qui à domino cõduxit

non

idcircò fit dominus cum non soleat locatio vlla dominium transferre l nõ solet 39.D.locat.Et quamuis à domino causam habeat non tamen habet totum ius quod habuit dominus,sed tantum quatenus necesse est ad causam,& facultatẽ fruendi re cõducta, vt fructus, & obuentiones omnes possit percipere de quibus inter contrahentes actum est.Ergo tum quoq; cum id expressim actum fuit,vt ad conductorẽ omnia commissa pertinerent,quod in dubio ac citra specialem cõuentionem dicendum non est, vt suprà monuimus ex Guid. Pap. quæst.477. fatendum est domino saltuum ius esse persequendi commissi,& vindicandi iurt.se. dominij directi quod sibi retinuit,nec in conductorem transferre vnquam voluit. Cum.n.saltem post factam consolidationem vnicum dominium fit quod totũ residet in persona illius qui anteà directus dominus dicebatur, [nec.n. pragmatici negant. In vnã eandemque personam duplex illud dominium directum , & vtile concurere numquam posse]omnino consequens est vt domino competat actio ad commissum vindicandum, Præsertim cum vindicatio soli domino cõpetere possit l.in princip.& pass.D.de rei vendic.qualis proculdubio non est conductor,nec magis postquam ante cõsolidationem. Quinimo defendi verè potest,Conductorem vindicare cõmissum num quam posse,nec si dominus ipse consentiat , cum ex domini voluntate non pendeat , vt vel conductor fiat dominus rei quæ in commissum cecidit,aut vt is qui dominus non est habere vindicationem possit. Sed pendet vtrumque ex potestate iuris,quod non habet dominium in earum rerum genere quæ nuda voluntate aut amittantur , aut transferantur: Non.n.aut amittitur aut transfertur nisi certis vel legitimis modis inter quos nuda domini voluntas non est l. si quis vi 17.§.differentia D.de acquir.poss.Proinde actio personalis conductori necessaria est si commissi aliquam cõtrouersiam à possessore patiatur, Eaque non aduersus possessorem cum quo nõ contraxit , sed aduersus dominum eundemque locatorem, qui per locationis contractum consensit, vt conductor percipiendorum cõmissorum ius haberet. Quamquã

nec illud negamus, Posse conductorem rectà, & sine vlla cessione actionis contra possessorem experiri suo iure, id est tãquam conductorem. At non ex propria persona, sed ex persona domini eiusdemque locatoris, tanquam procuratorem ipsius in percipiendis omnibus ijs quę in conductionem veniunt quomodo de creditore pignoratitio scribit Paulus in l. si pignori 29. in fin. D. famil. ercisc. & ex eadem illa locatoris voluntate ex qua cæteros quoq; fructus rei conductæ percipit suosque facit l. si seruus 61. §. locaui. D. de furt. Estque hic casus procul dubio vnus ex illis in quibus aliquãdo permittitur vni ius alterius in iudicium deducere si alter ille patiatur. Adeò vt sententia contra eum lata qui ius alienum in iudicium deduxit domino quoq; nocere debeat non minus quàm si is iudicio adfuisset l. sæpè 63. D. de re iudic. Cur enim alia locatoris voluntate indigeret cõductor qui prosè habet profertque titulum conductionis? Sed si fortè dominus prohibere velit ne conductor agat ad commissum, malitque ipse agere, non aliud auxilium supereſſe conductori potest, quàm vt agat ex conducto aduersus locatorem ad hoc vt vel cedat ei suas actiones, & vindicationẽ dominij quam habet aduersus rei commissæ possessorem, Vel saltem patiatur eum agere ex persona, & iure ipsius locatoris cum agendi facultas illa pro fruitione sit leg. ex conducto 15. in princip. D. loca. Quo casu condemnandus vtique conductori locator erit, vt vel alterutum impleat, vel præstet quanti eo nomine interest conductoris. Sed hoc ita, Nisi q. plerũque fit, in ipso conductionis instrumẽto, vel cessa iã sit actio vel mandata conductori. Esset enim ea cessio irreuocabilis, & mandatum quoque irreuocabile tanquam factum procuratori in rem suam, vt superiore capite dicebamus ex l. illã 33. C. de donat. Itaque agere hoc casu cõductor poterit aduersus possessorem. Nec vt contra suum locatorem agat remittendus erit, sed de hoc tantum admonendus, vt agat non ex persona sua, sed ex persona, & iure locatoris, ad propriã tamen suam vtilitatem quemadmodum euenit in personis cæterorum omnium procuratorum in rem suam constitutorum,

rum l. qui stipendia 9. Cod. de procurat. Extra hunc casum, non potest conductor inuito locatore agere aduersus commissi possessorem absque cessione aut mandato exercendæ vindicationis, quæ sola potest competere aduersus possessorem: ignoráte tamen aç multo magis sciente, & nõ contradicente locatore potest, tanquam ipsius saltem procurator, & ex tacita locatoris voluntate per ipsum locationis instrumentum satis declarata. Exemplo eius quod dicimus Patrẽ posse communem sibi, & filiæ actionem de dote exerecere, quasi ex tacita voluntate filiæ dummodo filia sciat, neq; cõtradicat, aut contradicendi causam vllã iustam habeat l. 2. §. vltim. l. dotem 37. D. solut. matrim. Nec sanè probè recusare dominus potest, quin conductorem suum de commisso agere patiatur, adeoq; si conductor vehemẽtius vrgeat, vt ei vindicationem præstet cum ex bona fide id facere debeat, Sed quod ad laudimium pertinet facilius quidem est, vt petere id conductori liceat, cum laudimium sit in fructu feudi vel emphyteusis quæ locata fuit, & personali etiã aut hypothecaria actione peti possit, quod in commisso secus est. Verum enimuerò non facit ea res quominus actio petendi laudimij competat locatori, Eodem scilicet dominij directi iure, cuius fructus, & emolumentum in laudimijs cęteriſque huiusmodi obuẽtionibus, quę ex nasci possunt magna ex parte consistit l. fructus 7. §. si vir D. solut. mat. Adeo vt nec nisi ex domini persona laudimium petere possit, & tanquã ipsius procurator, eo nomine in rem suam constitutus, ac proinde irreuocabiliter, si actio per instumẽtum vel cessa sit, vel mãdata, vt de commisso diximus, Reuocabiliter verò si conductor nihil aliud iuris habeat, nisi quod conductor est, Non enim posset titulus solus conductionis actionem ei dare cõtra laudimij debitorem qui cum eo non contraxit, quique de laudimio præstando non alij obligatus esse potest quam domino directo, ad quem solum, & personalis, & hypotheca ria actio pertinet. Ergo hoc etiam casu id ipsum obseruãdũ erit, quod de commisso proximè diximus, vt contra locatorem agere conductor debeat ad præstandam, vel actionẽ, vel

saltem procuratorio nomine agendi patientiam. Tantum igitur abest, vt verum sit, quod volunt pragmatici, Solum conductorem de laudimijs, & commissis agere posse nō dominum, Vt ex cōtrario dominus solus ille sit qui suo iure ac inuito etiam conductore, laudimium commissumque persequi potest. Conductor verò nullomodo nisi ex voluntate aut expressa aut saltem tacita locatoris, in cuius arbitrio, & potestate manet, vt tacitæ præsumptionem extinguat aperta contradictione, atque ita conductoris actionem impediat, quamuis expressam voluntatē siue cessis siue mandatis actionibus declarata sit, reuocare non possit, sicuti nec tacitam reuocare posset si tam certa esset, quam præsumpta. Et quāuis improbè faciat locator, qui conductorem de laudimio, vel cōmisso agere prohibet, ea tamen ratio facere duntaxat debet vt locator conductori damnari debeat non etiā possessor. Nec simile est quod si de domini o contendatur inter duos dominos quorum vnus sit bonitarius alter quiritiarius præfertur bonitarius, vt constat ex Vlpiano in fragment. Tit. 19. De acquis. rer. & ex l. dote 9. C. de rei vindic. iunct. l. quamuis 75. D. de iur. dot. Nō enim comparari domino bonitario cōductor potest, qui licèt à domino causam habeat, non ideò tamen dominus est, nec agendi nisi procuratorio locatoris nomine eius vllum habere intelligitur. Sed & quā falsa sit hæc pragmaticorum nostrorum sentētia ex illo etiā intelligimus, quod etiamsi permittendum esset conductori agere de laudimio, vel commisso aduersus possessorem, inuito locatore, quamdiu tamen nec egisset, nec aliter voluntatem agendi suam declarasset, non esset prohibendus dominus de iure suo experiri, vt dici solet de eo qui citra delegationem mandauit alicui in alterum actiones l. 3. C. de nouat. Esset enim ista exceptio ex earum genere quæ dicuntur exclusiuæ iuris agentis non absolutè, & simpliciter, sed conditionaliter si tertius velit. In quo exceptionum genere placet nostris omnibus post Bart. ad l. 2. De except. rei iudic. nō prius opponi eas posse quam tertius ille voluntatem suam declarauerit. Summa igitur totius tractationis huius hęc est,

Ius

Ius agendi pro commisso, vel laudimio ad solum dominum pertinere non ad conductorem nisi tanquam procuratorem & ex persona domini eiusdemque locatoris, sed actionis, & exactionis vtilitatem per actionem ex conducto ad conductorem spectare debere.

ERROR DECIMVS.

Si suus hæres post abstentionem bona paterna vendiderit, An laudimia debeantur.

X facto quęsitum scio, Cum suus hęres bonis paternis se abstinuisset, deinde ex ijs fundum emphyteuticũ vendidisset an ex eo cõtractu laudimiũ aliquod deberetur. In qua quæstione non erat ex pragmaticis qui non diceret nullũ deberi. Mouebantur autem omnes hac vna ratione, quod vt sæpius in hoc tractatu diximus laudimium deberi, non possit nisi ex translatione dominij, Translatio autem dominij nulla fieri possit ex venditione à non domino facta, licet traditio secuta sit l. traditio 20. D. de acquir. rer. domin. Porrò alienam rem venditam esse negari non possit, quam suus hęres post abstentionem vendidit, cum is qui se abstinuit, non habeatur pro hærede apud Prętorem l. si filius 12. D. de interrog. in iur. fac. l. necessarijs 57. D. de acquir. hæred. Ego contra putabam, Ex huiusmodi venditione, & dominium transferri, & consequenter eo ipso argumento, quo pragmatici mouentur, laudimiũ deberi. Mouebat me, ꝙ suus hæres etiam post abstentionẽ remaneat hæres. Cum non sit sine hærede qui suum hæredẽ habet qnamuis se abstinẽtẽ, Vlpianus scribit in l. cũ quasi 30. §. sed et si suus D. de fideic. liber. Hęredis autẽ nomine certum est nihil nisi dominũ significari. §. vlt. Inst. de hæred. qualit. & differ. l. in suis 11. D. de liber. & posthu. l. de hæreditate 19. §. paterfamilias vers. non tamẽ D. de castrens. pecu. l. 3. §. Pomponius adijcit infr. de minor.

Illa igitur ratio translationem dominij impedire non potest, quod traditio in hac specie facta sit à non domino cum facta sit ab hærede, nec possit non manere dominus qui hæres manet. Atqui non nisi nudo nomine inquiunt pragmatici, hæres est filius qui paterna hæreditate se abstinuit l. etsi ex modica 6. §. si filius D. de bon. libert. l. 2. §. sed si sint sui hæredes D. ad SC. Tertyll. id est non effectu ipso, & apud Prætorem dict. l. si filius. Ex cuius tamen opinione æstimanda sunt hæc omnia, cum solius Prætoris sit actiones dare vel denegare dict. l. necessarijs 57. De acquir. hæred. Et hic certe totius huius difficultatis modus est, quem explicare ac dissoluere difficile esset adeòque impossibile ijs, qui nescirent, quod nos iam alio loco primi docuimus, Quod dicitur suum hæredem qui se abstinuit, non haberi à Prætore hæredis loco, non vsquequaque, & generaliter verum esse. Sed hactenus duntaxat vt nullum ex iure sui hæredis siue commodum, siue incommodum pœnes filium remanere debeat; Ita vt neque danda ei sit actio vlla contra debitores hæreditarios, neque similiter contra eum vlla creditoribus hæreditarijs, quomodo aperte scriptum est in dict. l. necessarijs Cæterum extra hanc causam nõ solum remanet filius hæres iure ciuili etiam post abstentionem; sed etiam habetur pro hærede apud Prætorẽ, & in effectu, quod ad reliqua omnia. Ergo etiam quod ad hoc vt maneat dominus; & tradendo rem aliquã ex bonis paternis transferat dominium, Scilicet si alius nemo sit ad quem bona paterna per sui hæredis abstentionem peruenerint. Possent enim peruenire ad cohęredem, vel ad substitutum si quis esset, vt in l. ex contractu 45. D. de re iudic. l. si duo 58. l. cum hæreditate 55. De acquir. hæred. Et quidem ad cohęredem etiam inuitum nisi in casu d. l. cum hæreditate, & l. si minor 61. eod. Ad substitutum verò ita demum si velit hęreditatem ex substitutione acquirere, vt in l. paterfamilias. 28. De reb. author. iudic. possid. alias l. 12. De priuil. credit. Nec enim verendum est vt eiusdem rei dominium hoc casu sit penes duos in solidum contra iuris communis regulas l. sivt certo 5. §. si duobus vehi-

culum

culum D.commod.l.de hæreditate 19 §.paterfamilias D.de castr.pec.l.quod contra 141.§.vni duo De regul.iur.Nempe pœnes suum hæredem quem dicimus etiam post abstentionem manere,& hæredem,& dominum, Itemque pœnes coheredem aut substitutum ad quem ponimus bona paterna per abstentionem filij peruenisse. Nam erunt equidem duo domini, at non eodem dominij genere, Nimirum erit suus hæres qui se abstinuit dominus,iure Quiritium,& vt veteres loquebantur dominus quiritiarius,Coheres verò aut substitutus erunt domini bonitarij,quoniam bona paterna in bonis suis habebunt. Quod non esse nouum docet Vlpianus noster in Fragmentis Tit.19.De acquisit. rer. & constat satis ex l.quamuis 75.D.de iur.dot.l.3.D. si vsusfr.petat.l.2.§. vltim.si ex noxal. caus. agat l. si finita 15.§. Iulianus scribit D.de damn.infect.l.facta 63.in princip.D. ad SC. Trebell. Non ideò tamen erunt duo hæredes in solidum quod fieri certè numquam potest dict.l.quod contra §. vni duo De regul.iur.Nec enim sicuti dominus ita hæres bonitarius quisquam est, & hæredem qui dicit, semper dominum quiritiarium intelligit, numquam bonitarium. Ex quo fit vt post restitutam ex causa fideicommissi ab hærede rogato hæreditatem,hæres tamen solus maneat ille qui restituit hæreditatem §.restituta Instit.de fideic.hæred. Is verò cui restituta est dominus sit duntaxat bonitarius, quia post restitutionẽ statim res omnes in bonis suis habere incipit, prius etiam quã corporalem earum possessionem nactus sit dict. l. facta. Quod si neque coheres neque substitutus quisquam datus sit suo hæredi,qui se abstinuit,aut si datus quidem sit aliquis, sed qui inuitus onera paternæ hæreditatis suscipere non cogatur, vt in specie dict.l. cum hæreditate 55. & dict.l.si minor 61.De acquir.hæred. solent quidem bona patris venire vt satisfiat creditoribus,vt in dict.l paterfamilias,aut etiam à creditoribus ipsis possideri,& fieri sub creditoribus,vt loquitur Iulianus in l.quoties.44.De acquir.hæred.Sed tamen aliquando accidit vt nec ad creditores defuncti patris bona perueniant, Vt puta si quod plerunque accidit filius ipse

qui se abstinuit creditor sit anterior cæteris omnibus aut ex causa fideicommissi alicuius auiti aut quod est frequentius pro dote materna quæ semper hypothecam habet anteriorem, tum saltem cum dotalis contractus est antiquior aut cum cæteri creditores chirographarij tantũ sunt vel nõ nisi tacitam hypothecam habent, secundum eam interpretationem quam nostri adferunt ad leg. assiduis 12. Cod. qui potior. in pignor. hab. Quo casu frustrà, & stultè creditores vrgerent bonorum paternorum venditionem ex qua nullũ sperare commodum possent, multorum verò sumptuum iacturam damnumque incurrere. Melius itaque faciunt si se sumptibus non vexent inanibus cum obtinendi quicquam & consequendi spem non habeant, Ex consilio Vlpiani in l. 1. D. de inoff. testam. Nam neque fisco bona vacantia hoc casu deferuntur si ex ijs fiscõ nihil acquiri possit l. 1. §. an bona iunct. l. nõ possunt. 11. D. de iur. fisc. Cum igitur neque ad sui hæredis coheredem siue suum siue extraneum, neque ad substitutum, neque ad creditores paternos bona defuncti patris peruenerunt, Quid vetat, obsecro, quominus ex venditione, & traditione fundi paterni quam suus hæres etiã post abstentionem fecerit, dominium in emptorem transferatur? Nec tantum illud quod quiritiarium diximus, & quod vnicum pœnes suum hæredem remanet, alio domino bonitario existente, Sed quod plenum sit non nudum Toties enim dominium quiritiarium nudum est, quoties separatum est à bonitario, quod pœnes alium quempiam reperiatur, quia omnes dominij vtilitates, & effectus pœnes eum residunt qui bonitarius est, & rem in bonis habet, Cum rem in bonis habere is demum dicatur, qui si possideat exceptionem habere possit ad rem retinendam, si amiserit, etiam actionem ad rem recuperandam l. rem in bonis 52. D. de acquir rer. domin. Diciturque hoc casu nudum ius dominij quiritiarij esse pœnes dominum quiritiarium l. vnic. Cod. de nud. iur. Quiritiar. tollend. At cum nullus est dominus bonitarius, fieri nequit vt quisquis dominus est quiritiarius, non sit dominus pleno iure, & in effectu cum ius ipsius nullius

lius personæ alterius iure aut participatione debilitetur. Et quemadmodum dicimus, Vsumfructum quem nostri formalem vulgò vocant constitui per separationem, & abstractionem à proprietate, ita vt si separatio nulla fiat proprietatem plenam esse ac manere necesse sit. Ita & de dominio bonitario dicendum est non posse illud constitui nisi per abstractionem, & separationem à quiritiario, quod ex Quiritium iure verum, & vnicum dominium est, Ac proinde si separatio hæc facta non sit. Consequens est non vt dominus quiritiarius sit etiam bonitarius, [nec enim magis fieri potest vt in vnam eandemque personam vtrumque ius duplicis huius dominij concurrat bonitarij, & quiritiarij, quam vt idem sit proprietarius, & vsufructuarius l. vtifrui 5. D. si vsusfr. pet. l. quod nostrum 63. D. de vsufr.] sed vt quisquis est dominus quiritiarius sit dominus vnicus, & pleno iure. Atqui suus hæres qui se abstinuit, cum remaneat verè hæres, & quidem solus, remanet etiam dominus saltem quiritiarius. Ergo, & solus, & pleno iure, & consequenter cum effectu; nullo alio domino bonitario existente. Quidni ergo si fundum paternum vendiderit, & tradiderit, dicetur verè transtulisse dominium quod ille solus habuit, & pleno iure, adeoque cuius controuersiam ab alio pati nullam potuerit? Planè si bona per abstentionem sui hæredis aut ad coheredes, aut ad substitutum, aut ad creditores peruenissent, defendi posset non fuisse translatum dominium, nisi quiritiarium in emptorem cum non plus iuris transferre dominus quiritiarius in alium potuerit quam ipse habuerit d.l. traditio, & l. nemo plus iuris 54. De regul. iur. Hoc autem casu suus hæres qui post abstentionem fundum paternum vendidisset ac tradidisset non nisi nudum ius dominij quiritiarij habuisset, manente bonitario pœnes eos ad quos bona peruenissent. Et consequêter laudimia deberi ex eiusmodi venditione ac traditione nulla possent, cum non debeantur, nisi ob translationem dominij quod omnes habeat secumque adferat dominij vtilitates: quodque ob eã causam ab interpretibus nostris nouo

licèt

licet, a prudentibus nostris inusitato nomine, dominium vtile appelletur. Tota autem bonorũ quibus abstinuit suus hæres vtilitas ipsa ad eos pertinet ad quos per abstentionem bona peruenerunt, licet hæreditas ipsa ad eos non peruenerit d.l.ex contractu 44. De re iudic. quæ appositè, & eleganter bona separat ab hæreditate ijs verbis, & ita bona defuncti ad substitutos, vel cohæredes pernenerunt. Portò vbi semel dominium bonitarium ad alios pertinere cœpit, fieri nulla ratione potest, vt filius tanquam hæres, & dominus tãtùm Quiritiarius eorum ius possit lædere, vel diminuere l. si ego 9. §. si res D de iur. dot. iunct. l. id quod nostrum 11. l. nõ debet alteri 74 de regul. iur. Sed nullo dato domino bonitario, qui casus est quem nos tractamus, nihil planè est, quod impediat quominus ex venditione, & traditione rei paternæ facta per filiũ qui se abstinuit, dominium transferatur cùm facta sit per eum, qui solus hæres fuit, nec tantum nudo nomine sed pleno iure, cùm nemo alius sit, qui rem illam hoc casu possit, vel vindicare, vel euincere. Quomodo dicimus videri licere emptori rem habere si is, qui emptorem in euictione rei iam vicerat, ante ablatam, vel abductam rem sine hærede decesserit, & sine successore, ita vt neque ad fiscum bona perueniant, neque priuatim à creditoribus possint distrahi. Adeò vt nulla emptori competat hoc casu actio ex stipulatu, quamuis iam condemnato, quia rem habere ei licet l. habere 57. in princip. D. de euict. Et verò ad quid bonũ esset dicere, impediri hoc casu translationem dominij cum nemo sit, qui dominium illud velit vindicare? argum. l. si post mortem 10. §. liberi De bonor. poss. contr. tab. Quàm verum autem sit, quod dicimus, Suum hæredem qui se abstinuit hæredis loco haberi etiam apud Prætorem, quod ad cętera omnia nisi quod ad hoc, vt ex paterna hæreditate quam omisit neque commodum, neque incommodum vllum sentire possit, Iam nos alio loco comprobauimus, duabus potissimùm ijsque efficacissimis rationibus. Quarum vna illa est, quod per nudam sui hęredis existentiam, vt interpretes loquuntur pupillares tabulæ confirmantur, dict. l. paterfamilias 27. de

reb.

reb. author. iudic possid. aliàs l. 13. De priuileg. credit. quod vtique non ità esset, nec daret Prætor substituto pupillari, aut in eum actiones si non haberet testamentum patris pro confirmato, etiam post sui hæredis abstentionem. Cùm necesse sit pupillares tabulas corruere si nemo sit, qui paternum testamentum sustineat, l. 2. §. quisquis l. sed si plures 10. §. si ex asse. De vulg. & pupill. substit. Altera ratio est, quod si suus hæres rogatus sit de restituenda alteri hæreditate, & suspectam dicat hæreditatem, malitque abstinere se, quàm immiscere, non cogitur per Prætorem, vt se immiscear, & sic deinde restituat quomodo cæteri hæredes etiam necessarij coguntur, qui non sunt sui, l 41 recusare 6. §. hoc Senatusconsultum [inde namq; inchoandus est §.] D. ad S.C. Trebell. Sed iubet Prætor recta eum hereditatem restituere, nulla precedente immistione. Nec eo minus transferuntur in fideicommissarium actiones ex Trebelliano, quę filio se immiscenti competissent, vt disertè scriptum est, in l. ita tamẽ 27. §. si pater 3. eod. tit. Quod certè falsum esset, nullumque iuris colorem haberet, si suus hęres etiam qui se abstinet, nõ haberetur à Prętore loco hęredis in effectu, quantũ ad transferendas actiones in fideicommissarium. Quia nimirum nullum in eo versatur commodum, aut incommodum filij, qui translatis actionibus non eo magis aut conuenire debitores hęreditarios aut à creditoribus hęreditarijs conueniri possit, sed tantò iustius exceptione restitutę hereditatis, & adiuuari debeat si conueniatur, vel summoueri si ipse agat. Exemplo cęterorum hęredum, qui post aditam restitutamque hæreditatem vel agunt, vel conueniuntur, d. l. ita tamen §. qui ex Trebelliano.

AN-

ANTONII FABRI I. C. SEBVSIANI

In Supremo Sabaudiæ Senatu Præsidis Primarij.

DE LAVDIMIIS

DECAS III.

ERROR PRIMVS.

De laudimio ex alienatione necessaria petito.

CVM de laudimijs quæritur, quæ numquam nisi propter alienationem debentur, solent nostri passim distinguere alienationem voluntariam à necessaria, vt ex ea demùm debeantur, quæ voluntaria sit non ex ea quæ necessaria. Sic enim Amedeus à Ponte q. 26. post Iason ad l. fin. nu. 48. C. de iur. emphyt. & Andr. Tiraq. De retract. gentilit. §. 29. glos. 1. nu. 4. & gl. 2. in princ. & §. 1. glos. 14. nu. 18. & seq. & nu. 109. Crauet. cons. 215. & in cons. pro genero nu. 290. Ex l. Cæsar 15. D. de public. & vectig & Auth. nauigia. Cod. de furt. & seru. corrupt. Necessariam verò alienationem eam esse interpretantur, quæ fiat authoritate iudiciaria, & cũ decreto iudicis. Idem Amed. q. 27. post eundem Iaf. ad d. l. vlt. nu. 113. Alex. cons. 52. vol. 1. Et rationem huius cõclusionis illam adferunt, quod quoties fit alienatio necessaria non sit requirendus consensus domini, cum necessitas semper faciat licitum, quod alioquin esset illicitum.

tum. Nec enim necessitati lex dicitur, sed voluntati, & potestati. Et consequenter, inquiunt, nullū ex eiusmodi alienatione debetur laudimium, quod non nisi propter consensum in alienatione præstitum deberi domino solet. At verò iam nos in superioribus docuimus, Non tam pp huiusmodi consensum deberi laudimium, quàm propter inuestituram, & dominij translationem, quæ fit in nouum possessorem: Consensum autem etiam olim non alia de causa exigi solitum quàm ne res in commissum caderet, si domino irrequisito alienata esset, d.l.vlt.C.de iur.emphy.nō autē vt eo magis minusve laudimium debeatur. Alioqui dicendum esset si emphyteuta consensum hunc ad alienandum exegisset à domino, eumque dominus præstitisset, statim locum fore petitioni laudimij, nulla etiam postmodum secuta alienatione: quod tamen absurdum esset dicere. Sed & cùm hodie apud nos ius hoc abrogatum sit de consensu domini requirendo, redactis hac parte feudis, & emphyteusibus omnibus ad instar allodiorum, Sequeretur nulla hodie laudimia deberi dominis si duntaxat ratione præstiti consensus deberentur: quæ tamen constat non minùs, quàm olim deberi secuta quandocunque etiam ignorante domino translatione dominij. Nihil ergo interest ad laudimiorum obligationem, & præstationem inducendam vtrum voluntariæ sint alienationes, an necessariæ, cum alienandi necessitas non solum non impediat translationem dominij, sed tantò fortius eam prouocet, & inducat. Scio esse distinctionem istam in plerisque alijs partibus iuris necessariam, vt putà si quæratur, An is contra quem instituta est petitio hæreditatis possit interim alienare res hæreditarias l.Diuus 5.D.de hæred.petit. aut ille ex cohæredibus cum quo acceptum est iudicium familiæ erciscundæ, l. alienationes 13. D. famil. erciscund. aut is qui à Prætore impetrauit tempus ad deliberandum, l. ait Prætor 7.§.vlt.D.de iur.delib. aut qui prohibitus est à testatore quicquam alienare extra familiam, vt in l. filius familias 114.§. Diui 2. De legat. 1. Sed cum de laudimijs disputatur, nego quicquā interesse, an voluntaria sit alienatio, an necessaria.

Quid

Quid enim refert domini an vassallus, aut emphyteuta vltrò alienet rem feudalem, vel emphyteuticam, an verò ex necessitate? Poterat olim ea distinctio esse necessaria cum de commisso quærebatur ob factam alienationem irrequisito domino, at non etiam cum de laudimio tractabatur: Cuius scilicet causa nihil habet commune cum causa commissi, à qua distat vsque adeò, vt incompatibile sit eodem casu, & commisso locum esse, & laudimio, Nisi quod & commissum, & laudimium ab eadem causa, & ratione dependet, iuris, scilicet feudalis vel emphyteutici. Rursus quid obsecro interest, an emphyteuta ipse rem suam vltro alienet, an verò iudex in executione iudicati, vt satisfiat victori, cui emphyteuta fuerit condemnatus? Tritum enim est, quod sæpius monuimus factum iudicis esse factum partis, & ab ipso emphyteuta videri venditum, quod in eius odium, & inuito eo venditum est à iudice iudicatum exequente. Ex l 1. Cod. si in caus. iudic. pign. capt. fit. Vnde est quod si res in executione iudicati vendita postmodum euincatur, actio de euictione non contra iudicem, qui vendidit, danda est, neque contra creditorem cui soluta fuit pecunia, sed contra debitorem condemnatum cui ea solutio proficit, quique ex ea solutione liberatus est. l. si ob causam 13. C. de euiction. Et verò si alienandi necessitas excusaret acquisitorem à laudimij præstatione: Consequens esset numquam futurum apud nos, vt ex rei feudalis venditione laudimium vllum deberetur, cum vt benè Amedeus quoque obseruauit, ex antiquis Principũ nostrorum decretis, & statutis prohibita districtè sit omnis feudorum alienatio, nisi quæ facta sit non modo ex subsistente causa necessaria, sed etiam non extantibus bonis allodialibus ex quorum alienatione satisfieri potuerit necessitati. Quod non tantum habere locum debet si res feudalis à vassallo ipso vendita sit, sed etsi à iudice iudicatum exequẽte, vt creditori satisfaciat. Alioqui facilè inuenta erit ratio fraudandi statuti, & feudi quoque alienandi etiam extantibus bonis allodialibus si sufficiat iudicis authoritate fieri alienationem. Quomodo licet in specie dissimili argumentatur

tatur Vlpianus in l. magis puto 5 §. si pupillus D. de reb. eo. qui sub tutel. Semper enim patietur vassallus se condemnari, vt in bona etiam feudalia iudicati executio fieri possit. Nec sanè inter hos casus quicquam interest, nisi quòd interueniente iudicis authoritate vendit vasallus feudum inuitus quod alioqui fortassis non venderet volens. Iudicium namque in inuitum redditur l. inter stipulantem 83 §. 1. D. de verbor. obligat. Quis verò ferat, vt in iudicis potiùs quàm in emphyteutæ, aut vassalli potestate sit ius domini lædere, aut diminuere, siue quod ad feudi alienationem pertinet, siue quod ad impediendam laudimiorum obligationem. Quod enim aliud hoc esset, quàm inde nasci occasionem iniuriæ vnde iura proficisci debeant? Contra l. meminerint 6. C. vnde vi. Aut quid verius, quàm quod vulgo iactari solet, iuris executionem iniuriam habere non debere l. iniuriarum 13, §. 1. D. de iniur. Quod & ante nos benè obseruauit Baldus consil. 306. incip. verba inuestituræ volum. 1. & post eum Andr. Tiraquell. de retr. gentilit. ad §. 1. glo. 14. num. 14. Vbi addit ille aliam rationem, quòd tum quoque cum ex causa, & necessitate vrgentis æris alieni fit venditio necessaria, contrahendi tamen æris alieni causa, vt plurimum est voluntaria cum nemo, nisi volens æri alieno se obstringat. l. qui in aliena 6. in princip. D. de acquir. hæred. Vnde fiebat olim ex lege 12. tabul. vt qui ingens æs alienum contraxerat cui ex soluendo par non esset, creditoribus suis manciparetur in partes, & frusta discerpendus, quòd posset ei imputari cur se vltrò in eam necessitatem coniecisset, quamuis testetur A. Gellius ad terrorem potius quàm ad vsum eam legem fuisse conscriptam, nec vnquam obseruatam: Neque lex distinguebat, an ex causa necessaria contractum esset æs alienum, an ex voluntaria, quoniam tum quoque cum eius contrahendi necessitas subest, ex voluntate tamen contrahitur, quia hoc maluisse videtur, vt in l. si patre cogente 22. D. de rit. nupt. l. si mulier 21. §. vltim. D. quod met. caus. nec vnquam parcendum est ei, qui se vltrò in necessitatem coniecit, quam præuidendo, & prouidendo anteuertere, ac impedire potuerit. l. 2.

§.si quis tamen. D. si quis caution. Vniuscuiusque enim rei causa, & origo semper spectanda est, tanquam à qua totius negotij effectus, & eyentus pendeat. l. si procuratorem 8. in princip. D. mandat. l. si filiusfamilias 18 D. ad Senatusc. Maced. l. 1. §. si seruus depositus. D depos. Vix itaque alienatio vlla inueniri poterit tam necessaria cui non aliquod voluntarium alienantis factum causam dederit. Qua ratione dicimus, prohibita generaliter alienatione, siue legis, siue testatoris prohibitio sit, siue etiam per contractum facta prohibitam censeri pignoris quoque dationem. l. vltim. Cod. de reb. alien. non alienand. quia licet certum sit per traditionẽ pignoris nullam fieri alienationem, cum alienatio non sit, nisi cum transfertur dominium. l. 1. C. de fund. dotal. quod porrò numquam transfertur ex causa pignoris l. pignori 13. D. de vsucap. l. 1. §. cum prædium, & pass. D. de pignor. tamẽ per mediam causam pignoris tandem ad alienationem peruenitur cum sit pignus inutile, quod vendi non potest, vt ex eius pretio satisfiat creditori. l. 4. D. de pignor. act. l. mulier 11. & tot. tit. C. de distract. pignor. Sed etsi poneres aliquam ab initio fuisse causam necessariam contrahendi æris alieni, vt facias alienationem omnino necessariam initio quoque inspecto: Numquam tamen facies vt non sit voluntaria acquisitio ex parte emptoris cum nec emere, nec alio titulo acquirere quisquam cogatur. l. nec emere 16. C. de iur. delib. Contractus enim omnes licet ex post facto fiant necessitatis, ab initio tamen sunt voluntatis, maximè verò ex parte acquisitoris. l. sicut 5. C. de obligat. & action. Nam neque lex vnquam acquirit inuito, licet acquirendi ius & facultatem, plerunque inuito deferat, vt in hæreditatibus, & legatis cernere est. l. ei qui 13. D. de condit. institut. l. 4. & pass. D. de acquiren. hæred. Et duo ferè tantum casus sunt in quibus acquiritur inuito: Scilicet ex stipulatione serui etiam vetante domino stipulantis. l. seruus vetante 62. de verbor. obligat. l. etiam inuitis 32. De acqui. rer. domin. Et per solutionem ab alio factam nostro nomine, aut quod effectu idem est si alius pro nobis etiam inuitis iudicium accipiat, l. soluendo 39 D.

de

de negot.gest.leg.solutione 23. D de solut. Atqui laudimium quod ex alienatione debetur domino, non debetur à venditore quem fingimus omnino necessariam vendendi causam habuisse, sed ab emptore, qui semper voluntarius est, tùm quoque cum cum affectio, vel opportunitatis, vel vicinitatis vel cœli, vel quod illic educatus sit, vel parentes sepulti, aut quid aliud simile pellicit emptorem ad emendum, vt in l. 1. §. & aliàs videamus. D. si quid in fraud. patron. Inuitant enim ista, & alliciunt, non cogunt. Nulla igitur ratio est propter quam dicendum sit. Ex venditione quantumuis necessaria laudimium domino non deberi ab emptore cuius est non venditoris laudimium soluere, & qui nullam acquirendi necessitatem potest obtendere.

ERROR SECVNDVS.

Si laudimium ex diuisione inter cohæredes, vel alios condiuisores facta petatur.

DISTINCTIO illa interpretum, quæ superiore capite à nobis relata, & refutata est circa feudales, & emphyteuticarias alienationes, an voluntariæ sint, an necessariæ, sicuti, & erroneæ, & communiter approbata est, ita plerisque, & quæstionibus, & erroribus causam dedit. Ac primum in quæstione illa quam plerique proponunt, Vtrum ex diuisionis contractu laudimium aliquod debeatur.

Nec enim desunt, qui putent deberi: Ex ratione illa, quòd diuisio quælibet speciem quandam alienationis in se contineat cum faciat, vt vniusquisque ex condiuisoribus partis suæ fiat dominus in solidum cuius non erat anteà, nisi pro parte: Vnde fit, vt si duorum pupillorum communia

uersarij obiiciũt, diuisionẽ esse alienationem, cũ alienatio sit omnis actus per quem dominium transfertur. l. 1. C. de fund. dotal. l. alienationis 28. de verbor. signific. Neque verò cõtra scriptum est in dict. Nouell. 112. de litigios. cap. 1. Sed hoc tantum quod nemo negauerit, Cum res litigiosæ ad plures eiusdem possessoris hæredes perueniunt, non esse prohibitam inter eos ipsarum diuisionem, quasi inter eos rei litigiosæ alienatio facta dici possit. In quo tamen ratio dubitandi alia non erat, quàm quòd diuisio sine alienatione fieri non possit: Sed decidendi hæc fuit, quòd diuisio rei litigiosæ non possit videri alienatio rei litigiosæ cùm per eam non mutentur personæ possessorum. Ideò namque duntaxat prohibita est rei litigiosæ alienatio ne facto, & dolo possessoris nouus actori obiiciatur aduersarius, quæ res non fit sine damno, & incommodo magno actoris, tum quoque cũ nec in potentiorem facta est alienatio, nec iudicij mutandi causa, vt in Tit. C. ne lic. potent. & Tit. de alien. iudic. mut. cauſ. fact. Cæterùm inter cohæredes ipsos diuisio fieri non potest quin fiat alienatio, idest quin alter in alterum partem suam alienet, quam in re communi habebat. Neque bona nostrorũ responsio illa est quam adferunt ex Paulo Castrẽsi in l. cum hi 8. §. si vni. D. de transact. quòd in diuisione portio vnius succedat in locum alterius. Non ideò minus verũ est partem quæ vnius factam esse partem alterius, quod sufficit vt alienatio verè facta dici possit. Alioqui nulla ratio est prohibendæ diuisionis inter pupillos eorumvè tutores cum non sit pauperior pupillus qui partem suam diuisam habet quæ anteà erat indiuisa. Quod verò ijdem nostri addunt Diuisionem esse alienationem necessariam, minus ad rẽ pertinet, Cum sicut nemo inuitus manere in communione cogitur, vt diximus, Ita neq; ad diuisionem socium prouocare quisquam cogatur. Nulla igitur necessitas subest faciendæ diuisionis saltem ex parte prouocantis. Qua de causa sunt qui distinguant inter prouocantem, & prouocatum, Vt prouocans ad diuisionem debeat laudimium quia ex eius parte non sit alienatio necessaria prouocatus verò non debeat,

quod ex eius parte alienatio necessaria fit. Quod tamen ridiculum est. Cum enim par & æqualis fiat inter diuidentes translatio dominij, dicendum est aut vtrumque ad laudimij prestationem obligatum esse, aut neutrum: Nec refert vnquã vter prouocauerit, nisi cum de hoc ipso quæritur an prouocandi ius habuerit is qui prouocauit puta, an puppillus aut minor annis vigintiquinq; fuerit, an maior d.l.fi pupillorũ. Quænam igitur afferri ratio poterit ob quam dicendum sit, Ex diuisione laudimium nullum deberi? Illa ipsa, ni fallor, propter quã diximus, rei litigiosæ diuisionem non esse interdictam, quamuis verè sit alienatio. Nempè ꝙ per eiusmodi alienationẽ licet mutetur causa dominij, attamen neq; mutantur personæ possessorum, neq; prestinum dominiũ noui ad accessione vlla ex parte augetur, sed tantum partes quæ anteà non nisi iuris intellectu consistebant, diuisione corporis consistere incipiunt, vt Papinianus loquitur in l. Mæuius 66.§. duorum de legat.2. Porro mutatio possessoris sola illa est quæ laudimij obligationẽ inducit, vt hoc commodum habeat dominus pro eo incommodo, quod sentit, hoc ipso quo alium possessorem ac emphyteutã admittere cogit, & quidẽ etiam inuitus, hodie. Cur ergo ex diuisione siue inter coheredes, siue condiuisores facta laudimium debeatur, cum ijdem prorsus sint domini, & possessores qui erãt anteà adeòque pro ijsdem dominij partibus? Differentia enim tantum illa est, ꝙ ante diuisionẽ possidebant singuli rẽ totã & quidẽ iure dominij, sed pro sua quisq; parte indiuisa: Post diuisionem verò regionibus factam, cœpit vnusquisq; habere partem suam, & dominij, & possessionis ab altera diuisam ac separatam. Deniq; facit diuisio, vt vnusquisq; condiuisorum, licèt non minorem tamen minus latè patentem habeat portionẽ in re communi quam quæ ad eũ anteà pertinebat. Cum igitur nihil noui acquirat, causa nulla est cur ad laudimij præstationem obligetur. Quandoquidem in nullo facit cõditionem suam meliorem nisi quòd socium amplius nullum habet ac proinde liberiorem de sua parte disponẽdi potestatem nactus est, cùm anteà prohiberi posset per socium

ne quid

ne quid eo inuito faceret in re cõmuni l. Sabinus 28. D. cõmun. diuid. Illa etiam ratio mihi accomodatissima videtur, nec minus vera, & germana, quam tamen ex interpretibus nemo adducit, quod quæ dominij translatio fit per diuisionem non tam fit potestate traditionis aut aliquo facto condiuisorum, quam authoritate legis 12. tab. id est per adiudicationem ab arbitro factam qui vnus est ex modis sex acquirendi iure Quiritium dominij à traditione distinctus, & separatus, Nec minus efficax quam sit traditio facta ex iusta causa præcedente, aut sepius iam à nobis supra dictum est ex Vlpiano Tit. 19. De acquisit. rer. & Iustiniano in §. vlt. Instit. de offic. iudic. Atqui non debetur laudimium ex qualibet translatione dominij, sed ex eatantum, quæ fiat per traditionem, & facto ac voluntate alienantis, atque ita debet accipi quod scriptum est in d. l. vlt. C. de iur. emphyt. Alioqui dicendum esset, Etiam ex acquisitione hæreditatis, aut legati per q̃ dominiũ acquiritur heredi, aut legatario laudimium soluendum esse: quod tamen nemo verè vnquam dixerit, quia licet in ea acquisitione factũ aliquod legatarij, vel hæredis interuenire necesse sit, ad declarandam voluntatem extra causam suorum, vel necessariorum heredum, lex tamen illa est quę dominium quod fuit defuncti transfert recta via in hæredem, & legatarium nulla interposita persona, nullaque possessionis apprehensione l. 2. D. de publician. in rem action. l. cum hæredes 23. D. de acquir. possess l. cum pater 77. §. surdo l. legatum 80. de legat. 2. l. à Titio 64. ad fin. D. de furt. Nec ad rem pertinet. si quis subtilior obijciat, Legem non minus esse proprium modum transferendi iure Quiritium dominij à traditione distinctum, ac separatum quam sit adiudicatio, ac proinde nõ esse potestati legis tribuendum quod fiat vi & potestate adiudicationis, non magis quam quod fiat vi & potestate traditionis. Cum in cæteris omnibus modis per quos dominium ex iure Quiritium transfertur, legis quoq; auxilium necessarium sit, tanquam quæ ipsa existat domina, & regina omnium rerum, quæ sunt in repulica leg. 2. D. de legibus. Nam illud quidem

verum est,tum dici dominium trâsferri per legem, cum persona nulla interuenit ad illud transferendum, vt accidit in hæreditate, & legato. Interuenit enim voluntas hæredis aut legatarij non ad transferendum dominium sed ad acquirendum, Ne scilicet acquiratur hæreditas aut legatum inuito: At in adiudicatione præter potestatem legis interuenit etiâ factum iudicis adiudicationem facientis, ideoq; nimirum constituit adiudicatio distinctum, & separatum à lege modum transferendi dominij,sed qui tamen legis potius quam hominis factum,& potestatem habet pro causa. Iudex enim, & arbiter diuisorius siue in iudicio Familiæ erciscundæ, siue in iudicio Communi diuidundo datus sit, non hominis factum supplet,id est condiuisorum sed legis duodecim tabularum quæ duo illa iudicia induxit,ne quis inuitus in communione manere cogeretur, quod ea res maximè ad publicam vtilitatem pertinere videretur,cuius potissimũ interest, nullam si fieri posset,inter ciues relinqui materiam litium, & discordiarum,quæ tamen ex communione non infrequentes nascuntur. Supplet aliquando lex,& repræsentat factum hominis, vt cum seruum qui intra certum tẽpus manumitti debuit si non sit manumissus habet pro manumisso, vt in l. 2.l.vlt.C.si mancip.ita fuer.alien.l.3.D.qui sine manum. ad libert.peruen.l.sed si 10.D.de in ius voc.aut consensum qui præstari debuit,pro præstito,vt in l.si ego 9.§.si res D.de iur. dot.si tamen is locus Triboniani non est potius quam Vlpiani, vt alio loco monuimus. Aut deniq; traditionem pro facta,vt in l.eius rei 46.cum seq.D.de rei vindic. Sed interdum etiã accidit vt homo suppleat factum, vt ita dicam, & potestatem legis, Vt euenit in adiudicatione quæ fit per arbitrum Familiæ erciscundę,& Cõmuni diuidundo,qui cum adiudicatio nulla fieri possit aut debeat, nisi præcedente, & interueniente arbitrio, [quod quoniam ex facti circumstantijs pendet semper incertum est,ideoque per legem fieri numquam potest,]cogitur lex ob eam causam factum arbitri requirere,& implorare,vt quod lex ipsa facere nõ potest, faceret tamen si posset, arbiter faciat, authoritate tamen

legis

legis quoq; interueniente sine qua nullum certè ius habere posset arbiter transferendi in vnum ex condiuisoribus dominium quod esset alterius,& quod ipse non haberet. Vnde fit vt extra hunc casum adiudicationis faciendæ per iudicē in tribus illis iudicijs Familiæ erciscundæ, Communi diuidundo,& Finium regundorum de quibus solis agitur in d.§. vlt. Inst. de offic. iud. numquam verū esse possit, quod volunt interpretes, Ex sententia iudicis, dominium ipso iure transferri, vt hac ipsa Decade ostendemus.

ERROR TERTIVS.

De diuisione per licitationem facta.

QVÆ proximo capite diximus ostendunt quam imperitè faciant interpretes nostri, cum in illa quæstione, An ex diuisione laudimia debeantur distinguunt diuisionem ab adiudicatione. Sic.n. ratiocinantur, vt ex diuisione laudimium minimè debeatur, At ex adiudicatione debeatur. Ideò, inquiunt, quod diuisio sit alienatio necessaria, At non sit necessaria adiudicatio. Ita Gabriel conf. 84. num. 4 & 16, quem refert, & sequitur Amedeus à Ponte quæst. 25. vbi ex hoc infert, si adiudicatio non sit voluntaria sed necessaria, vt puta in re quæ commodam diuisionem non patiatur, laudimium ex ea adiudicatione nullum deberi ab eo cui adiudicata sit res indiuidua, & qui ex licitatione partem condiuisoris emerit, vt in l. ad officium 3. Cod. commun. diuid. quod hoc casu necessaria adiudicatio sit. Quomodo à Senatu Parisiensi iudicatum fuisse idem refert quæst. 26. in fin. post Ioannem Paponium in syntagmate Arrestorum lib. 13. Tit 2. §. 22. ex Paul. Castr. conf. 144. inc ip. Dubium videtur facere volum. 1. Ego verò neq; sententiam hanc, neque sententiæ rationem probare possum. Etsi enim cum diuisio per licitationem fit, necesse est subesse necessitatem aliquam quæ impediat ne aliter

diuidi commodè res possit, quoniam licitationis remedium extraordinarium est, & habet in se aliquid iniqui l. nam ad licitationem 6. D. famil. erciscund. Vel ob id maximè quod per hoc remedium is qui præ inopia fortassis non potest licitatione vincere, partem suam inuitus quodammodo vendere, qui verò vincit, partem socij emere cogitur, contra iuris communis regulas l. nec emere 16. Cod. de iur. delib. l. sicut 5. Cod. de obli. & action. Non est tamen bona ratio, vt eo minus laudimium debeatur, quod necessaria fit alienatio, quemadmodum superiore capite probauimus. At neque verum est magis necessariam esse hanc alienationem quam quæ in qualibet diuisione fit per adiudicationem sine licitatione: Est enim necessaria ex parte tantum iudicis, qui aliter facere non potest quam quod cum facere lex iubet, id est ad diuisionem procedere, Sed non ex parte licitantium, cum in licitatione nec vincat, nec vincatur, nisi qui aut vinci vèlit, aut vincere. Quod enim licitari cogantur, parum est, cum possit licitatio vel ab vno nummo incipere l. si vsusfructus 66. De iur. dot. nec sicut licitari ita, & vincere quisquam ex condiuisoribus cogatur. Atque ita esse vt diuisio quæ fit per licitationem non eò magis sit alienatio necessaria, ex eo manifestè apparet, quod cum ad licitationem peruenitur, etiam extraneus ad licitandum admittitur dict. l. ad officium 3. Cod. commun. diuid. in postremis illis verbis nõ numquam ad licitationem etiam extraneo emptore admisso maximè si se non sufficere ad iusta precia alter ex socijs sua pecunia vincere vilius licitantem profiteatur. Cui simile est quod in l. 1. eod. tit. scribitur in hæc verba, & ea actione aut uniuersum prædiũ si licitatione vinceris, ex soluta socio parte pretij obtinebis, aut pretij portionem si meliorẽ alius condicionẽ obtulerit consequeris. Non enim dixit, si meliorem socius condicionem obtulerit, sed si alius, vt intelligamus pretij quidem partẽ nõ nisi socio qui licitatione victus est præstari posse. Sed eum qui licitatione vicerit, quamuis extraneus sit, totum pretium ijs debere quibus res communis fuit. At qui nemo dixerit, admisso ad licitationẽ extraneo

qui

qui vicerit, necessariam esse acquisitionem. Quis enim cogebat eum ad licitationem accedere, tantumque pretium offerre. Nec igitur negari potest obligatum eum esse ad præstandum laudimium: neque, vt puto, hoc quisquam negat, cum nouus emphyteuta sit is, qui hodie rem feudalem, vel emphyteuticam possidet, nec possit videri ex diuisione rem possidere extraneus qui non fuit ex condiuisoribus, quique ex sola licitatione rem habet, quamuis diuisio licitationi causam dederit. Porrò si admittas ex huiusmodi licitatione deberi laudimium ab extraneo. Quæro cur non debeatur etiam ab vno ex condiuisoribus, qui in licitatione victor fuerit, siue is condiuisorem solum, siue etiam extraneum vicerit? Quid enim refert domini vter vincat, an vnus ex condiuisoribus, an extraneus aliquis? An ob id fortasse minus iuris habet ad petendum laudimiũ, quod condiuisor nõ extraneus licitatus sit, & vicerit? Quasi verò persona emptoris locũ facere debeat laudimio, ac non potius ipsa alienatio. Hoc verò si ita esset, dicendũ foret permittendã non esse licitationẽ rei cõmunis inter cõdiuisores solos ignorante domino, multoque minus eo inuito, vt esset in ipsius arbitrio quærere, & inuenire emptorẽ extraneũ qui posset licitatione vincere, ne laudimij cõsequendi spes ei auferretur. Quidni enim illi concederemus id quod sine condiuisorum dispendio, imò vtriusq; cõpendio futurum esset? arg. l. in creditore 38. D. de euict. At falsum est exigendũ esse consensum domini ad licitationẽ rei cõmunis: Non n magis exigitur, quam ad diuisionẽ sine licitatione faciendã: Neq; verò extraneus hoc casu omnimodo ad licitationẽ admittendus est etiam si maximè dominus velit, sed tunc tantum cum alter ex condiuisoribus profitetur se non sufficere ad iustum pretium offerendum, vt scriptum est in dict. l. 3. Cod. commun. diuid. Quæ de causa non improbabiliter meo iudicio quis dixerit, Postquam extraneus postulante vno ex condiuisoribus ad licitationem admissus est, non esse ferendum eum qui extraneum admitti petit, si rursum licitari velit vt vincat extraneum, sed relinquenda licitationis æmulatio est inter alterũ

condiui-

condiuisorem, & extraneum. Nisi quòd cessante victoq; extraneo non est prohibendus condiuisor, qui extraneo admittendo causam dedit, quominùs licitetur adhuc, & condiuisorem vincat, si possit. Cum vtriusque condiuisoris interest crescere pretium rei per licitationem, vt tantò plus eorum quisq; pro sua parte ferat. Vtcumque sit, certum est extraneũ qui ad rei communis diuidendæ licitationem admissos sit si vicerit laudimium præstare domino debere. Idem igitur, & in condiuisore qui per licitationem vicerit, dicendum est, cum vtroque casu eadem ratio locum habeat, pro domino, quòd is qui per licitationem vicit, verè emptor sit, neque ex diuisionis, sed ex emptionis causa rem possideat. Quod si ad laudimium impediendum ratio illa esset bona, quam interpreres, adferunt, quòd licitatio, & adiudicatio, quæ ex licitatione fit, ex necessitate fiat, eaque alienatio necessaria sit magis, quàm voluntaria, Dicendum esset eadem penitus ratione, Nec laudimium vllum peti posse ex venditione, quæ facta sit in executione iudicati per iudicem postulante actore qui vicit. Cum hæc quoque venditio ex vtraque parte tam eius, qui vicit quàm qui victus est perinde necessaria videri possit, Non volente eo, qui victus est victori satisfacere, ac parere iudicato. Et viciſſim non valente eo, qui in lite superior fuit, exequi iudicatum nisi captis distractisque pignoribus. Attamen hoc etiam casu laudimia deberi iam supra diximus, & probauimus, eoque iure nos vti nemo est ex pragmaticis nostris qui nesciat. Neque tantum si extraneus ille sit, qui emit, qui casus nullam penitus habet dubitationem cum ex eius parte emptio sit merè voluntaria, sed etiamsi creditor ipse quo postulante fit executio iudicati. Hoc enim sæpius euenit, vt pro quantitate debiti, quæ iusti pretij vice oblata sit, victori res addicatur, nullo alio existente emptore, qui aut tantundem, aut plus offerat, l. 2. Cod. si in caus. iudic. pign. capt. sit iunct. l. cum bona 16. De reb. author. iudic. possid. alias l. 1. De priuileg. credit. Et tamen multò magis necessaria videri deberet hęc alienatio, Cum victoridemque creditor, qui iudicati exe-

cutionem

cutionem vrget, alio nullo emptore existente aut existente quidem, sed minus pretium offerente, non solum ad licitationem admitti possit, sed etiam alterius cuiusl. bet emptoris vice, & ex officio pignus in causa iudicati captum emere debeat, Vt habent verba dict. l. 2. Cod. si in caus. iudic. pign. capt. sit. Ex quibus inferri posse videtur, esse hanc non modò alienationem, sed etiam acquisitionē necessariam quod non possit victor recusare quominus hanc ipsam viam sequatur quam elegit ad debiti sui solutionem cōsequendam, vt in l. si mulier 21. §. vltim. D. quod met. caus. Præsertim ne alioqui maneat inanis, & eluforia sententia cuius vigor totus in iudicati executione consistit, l. pen. Cod. de execut. rei iudic. Aut ne fiant de lite lites, si non in executione iudicati capta pignora omnimodo distrahantur, l. 4. §. ait Prætor l. à Diuo Pio 15. §. si pignora, & pass. D. de re iudic. Nequetamen quod hæc & alienatio, & acquisitio necessaria sit, facere potest, vt eo minus laudimium debeatur, siue extraneus emerit, siue ipse creditor, quia emit, ex officio quidem, id est vt ego interpretor ex necessitate, sed vice tamen extranei emptoris. Ergo, & laudimium debet quisquis rem communem quæ diuidi commodè non poterat per licitationem emit, non magis si sit ille vnus ex condiuisoribus, quàm si extraneus, Nulla namque inter hos casus differentia est, Nisi quòd cum rei communis licitatio pro diuisione fit extraneus non nisi ex necessitate ad licitationem admittendus est, & ita demum si vnus ex condiuisoribus diffidens suis facultatibus extranei auxilium implorare cogatur, ne alioqui aduersarius vincat viliore, quàm par sit pretio dict. l. ad officium 3. Cod commun. diuid. In distractione verò pignoris quod in causa iudicati captum sit, extraneus prior ad licitationem admittitur. Victor verò non aliter, quàm si vel nullus se offerat extraneus ad licitandum, vel se quidem aliquis offerat, sed qui iustum pretium offerre nolit, d. l. 2. C. si in caus. iudic. pign. capt. sit. Sed hæc differentia diuersitatem iuris inducere non potest quominus æquè vno casu atque altero laudimium debeatur domino, cuius fuit res feudalis,

vel

vel emphyteuticaria, quæ per licitationem distracta est Maiorque ratio subesse videtur, vt dicamus deberi ab eo ex cõdiuisoribus, qui licitando vicit, quã vt à creditore, qui in iudicati executione comparauit, nullo se offerente extraneo emptore aut offerente se quidem sed viliore pretio rem ambiente: Debetur sanè certius, & efficacius priore illo nostro casu quàm posteriore. Qui enim ex condiuisoribus in licitatione vicit is rem communem acquirit sibi non modò in solidum sed etiam irreuocabiliter: Qui verò in executione iudicati, habet quidẽ rei dominiũ statim, & ex instanti ipso addictionis q̃ pragmatici nostri expeditionem vocant, idq; authoritate Statuti, quod ex ea causa lucrum fructuum à die illo expeditionis emptori tribuit, sed tamen reuocabiliter, cũ siue luendi pignoris siue redimendæ rei venditæ ius superstit debitori restituto emptori quisquis ille sit pretio subhastationis, & venditionis publicæ intra sex menses. Et quidẽ ob hoc ipsum ne laudimia prius debeãtur, quàm semestre illud præterierit, ne miser debitor eorũ præstatione, ac restitutione oneretur si paratus sit pretium reddere intra tempus cõstitutũ cum legitimis accessionibus. Quod si qua esset ratio, pp quã dici oporteret nullum ex diuisione per licitationem facta laudimium deberi, petenda illa esset nõ ex necessitate licitationis, sed ex eo, quòd licitatione facta, sit adiudicanda res ei qui licitatione vicerit, vt constat ex l. item Labeo 22. §. 1. & l. 55. D. fam. ercis. Semper enim adiudicatio necessaria est cum agitur inter cõdiuisores solos. Ex adiudicatione aũt vt diximus, qm̃ legis potestate dominiũ transfert nulla laudimia debeãtur: Sed neq; ratio hæc satis bona esse videtur, quia cum ad licitationẽ deuenitur etsi fit adiudicatio tamen ex emptionis potius, quã ex diuisionis causa rem totã sibi possidet, q̃ vicit licitatione, quisquis ille sit, hoc est siue condiuisor, siue extraneus, maximè verò si extraneus. Quis enim dicat extraneo, qui ad licitationem admissus fuerit, & vicerit faciendam esse aliquam adiudicationem ab arbitro qui neq; ab eo petitus, neq; pro eo datus sit, sed inter solos cõdiuisores? Neque verò negari potest, quin factum aliqd

inter-

interueniat hominis quoties per licitationem res expeditur. Nec sola legis potestas transfert hoc casu dominium, sed traditio, quæ post licitationem necessariò fieri, & sequi debet, vt in qualibet alia emptione. Quid enim aliud licitatio quàm vera emptio est? Nimirum si agatur de extraneo. Nam in condiuisore aliud est, & in eum transferri potest dominium sine traditione per adiudicationem, quæ ad hoc non solùm vtilis, sed etiam necessaria est. Sed non impedit adiudicatio quominus licitatio faciat emptionem etiam in persona condiuisoris, in qua mutatur certè causa possessionis, licèt de titulo dubitari magis possit, quasi diuisionis titulus etiam post licitationem duret initio scilicet inspecto, vt in l. 3. §. scio in fi. De minor. l. si procuratorem 8 in prin D. mandat. l. 1. §. si seruus D. depos. l. si tantum 12. D. de SC. Maced. Laudimium igitur omni casu debetur ab eo, qui licitatione vicit siue extraneus sit siue vnus ex condiuisoribus. Sed cum hac tamen differentia, quod ab extraneo debetur solidum, quia solidam rem acquisiuit, nouusque pro re solida possessor est. A condiuisore verò non debetur, nisi pro parte quæ fuerat alterius condiuisoris quoniam non nisi eam partem per licitationis victoriam sibi acquisiuisse intelligitur, nec mutatur causa dominij, & possessionis nisi pro illa parte, cum antea iam esset idem dominus, & possessor suę portionis. Nô potest autem deberi laudimium nisi à nouo possessore, & quatenus possessor nouus est.

ERROR QVARTVS.

Si diuisio sit facta sit vt vnus totam rem feudalem, vel emphyteuticam habeat, alius verò totam allodialem.

ALIQVANDO accidit, vt arbiter Familiæ erciscundæ aut Communi diuidundo, nequeat sine licitatione diuisionem peragere,. Non modò si vna tantum res aliqua sit, quæ in diuisionem veniat, & quæ tamen diuidi commo-

commodè non possit, quod euenit persæpe in bonis mobilibus, quæ non nisi numero diuisionem recipiunt, nonnumquã tamen etiam in immobilibus, vt in specie l. 1. C. commun. diuid. [qui casus est à nobis superiore capite tractatus.] sed etiam cum plura sunt prædia, quæ singula sint per se indiuisibilia, vt in l. adofficium 3. eod. Hoc verò cum accidit facillimè fit vt sit, vt singula prædia singulos habeant dominos directos, qui laudimium velint consequi, si vni ex coheredibus alijsvè condiuisoribus vtraq; prædia adiudicentur, facta vt oportet æstimatione cuius partem is cui adiudicatio sit soluat alteri. Quãquam, & in eodem fundo quantũuis indiuisibili facilè potest contingere, vt totus sit feudalis, vel emphyteuticarius, sed duorum dñorum: Quemadmodũ pôt ẽt euenire, vt pars vna sit feudalis, vel emphyteuticaria, & allodialis altera: Quod & in duobus fundis qui alioquin diuidi commodè non possunt, licet per se non modo diuisibiles sed etiam diuisi iam sint, facilius frequentiusq; vsuuenit. Hæc verò quæstio est quam tunc tractandam suscipimus, si res feudalis, vel emphyteutica tota vni adiudicata sit, allodialis autem alteri, An domino laudimium debeat is cui res feudalis, vel emphyteuticaria adiudicata est. Locus autem fit huic quæstioni, non solum si eiusmodi adiudicatio fiat per licitationem, vt in d. l. 3. C. commun. diuid. sed etiamsi sine licitatione siue fundi per se singuli commodè diuidi possint, siue non possint, Cum arbiter ad diuidendum datus illud potissimum ante oculos habere debeat, quod vtrique condiuisorum magis expedit, vt omnibus æquè consulat l. item Labeo 22. §. 1. l. si familiæ 55. D famil. erciscæ. Frequens autẽ nostrorum sentẽtia est, Quoties in diuisione tota emphyteusis, vel totum feudum vni ceditur, & assignatur [sic enim loqui solent pro eo quprudentes nostri dicerẽt adiudicatur] p dimidia parte soluendum esse laudimium si modò emphyteusis sit noua, vel feudum nouum. Ita Ferrariens. in form. libell. pro hæred. vel re singul. diuid. in verb. domum vnam. Aufrer. ad decis. Tholos. 75. Steph. Bertr. cons. 88. incip. ex casu vol. 1. part. 2. Tiraq. De retract. gentilit. §. 1. glos. 14. num.

num.77.Guid.Pap.quęstio.46,quos refert ac sequitur Amedeus noster dicta quæstion.25. vbi rationem huius sententiæ adfert, quòd sicuti noua emphyteusis est, quæ à fratribus ipsis acquisita fuit, Ita quòd ad portionem fratris noua est acquisitio. In qua proinde licet prior consensus domini nõ sit necessarius ad eiusmodi faciendam diuisionem, cum neq; prælationis ius hoc casu locum habere possit, ne alioqui cogãtur fratres aut in communione perpetua manere, aut rem communem domino inuiti vendere, quod vtrumque absurdum, & iniquum esset l.vltim. C.commun.diuid.l.non enim 9 D.rer.amot.l.si filiofamilias 25.§.maritum D.solut. matr. Posterior tamẽ consensus necessarius est,& approbatio domini in nouo emphyteuta retinendo. Quemadmodum, inquit Amedeus, solemus dicere in donatione,& permutatione, in quibus tametsi de consensu domini ante contractum exquirendo, & de offerendi jure tractari nihil possit, non eo minus tamen necessaria est domini approbatio, vt nouus possessor retineatur: ideòque etiam ex donatione ac permutatione laudimium deberi placet, vt in sequẽtibus dicemus. Loquuntur autem supradicti Doctores de noua emphyteusi quia in paterna aliud iuris esse volunt, quòd ex alienatione in emphyteutam, vel vassallum facta laudimium nullum debeatur. De quo posteà fortasse latius dicendum nobis erit. Idem addũt si totum feudum, vel tota emphyteusis vni adiudicaretur mediante pretio, Etiam priorem consensum domini requirendum fore ex Francisc. Rip. ad l. qui Romæ §.duo fratres nu.86. De verb.oblig. Steph. Bertr. cons.112. vol.1. Gabriel: consil.84.num.4.& 16. Huiusque differentiæ rationem illam adferunt, quod licèt diuisio sit alienatio necessaria, non est tamen necessaria adiudicatio. Quòd aiunt his omnibus casibus deberi laudimiũ, cum emphyteusis noua est,& feudum nouum, certè verissimum est, & ijs maximè consentaneum quę superiore capite tractauimus. Nam si eo quoque casu quo adiudicatio est necessaria, vt in re quæ commodam diuisionem non patiatur, laudimium deberi tamen defendimus, quanto magis illud deberi dicendũ est in

ea ad-

ea adiudicatione quam interpretes habent pro voluntaria? Nimirum his omnibus casibus pro parte socij quam acquirit condiuisor, qui totam rem sibi habere incipit cuius non nisi partem habebat anteà, fatendum est esse illum nouum dominum nouumque possessorem nouæ portionis, Quod vnum maximè inspiciendum esse docuimus quoties de laudimio an debitū sit disputatur. Sed ratio quā adferunt quod huiusmodi adiudicatio sit voluntaria, nō necessaria. facit vt appareat cōtigisse ijs in hac quæstione, quod in alijs plerisque vt casu magis quam certa ratione verum dixerint. Sic enim sentire debuerunt, In omni diuisione quæ ab arbitro fiat siue familiæ erciscundæ arbiter datus sit, siue Communi diuidundo necessariē esse adiudicationē, siue per licitationē fiat adiudicatio, siue absque licitatione d.l. item Labeo 22. §.1. & seq. & dict.l.si familiæ 55.D.famil. erciscund.l. communi 7.in princip. & §.1. & pass.D. commun. diuid.l.1.& 3.Cod. eod. Non ob id solū quod credendū sit bonum, & æquū arbitrum nihil meliùs aut cōmodius facere potuisse, Verum etiā quia fieri aliter non potest vt dominium acquiratur ei cui fit adiudicatio, Quomodo.n.acquireretur si adiudicatio nulla fieret? An fortè per traditionem? Vnicum siquidem, & ordinarium illud remedium est ad transferendum dominium, quoties neque mancipatio, neque cessio in iure, neque vsucapio, neque adiudicatio, neque lex sola dominium transferre potest. Atqui verum quidem est, partem certa pro indiuiso sicut possideri ita, & tradi, & vsucapi posse. l. locus 26. D de acquir. poss. Sed illud tamen prius esse oportet vt possideatur, quam vt tradatur vel vsucapiatur. At verò iudicium Familiæ erciscundæ, itemque Communi diuidundo non expectat vt coheredes vel condiuisores possideant. Nihil enim refert an possideant necne. l. 1. §. 1. l. hæredes 25. §. quantum verò D fami erciscund. Est igitur adiudicatio semper necessaria vt expectata possessione, aut traditione partis indiuisæ dominū transferri statim possit quod alioqui non posset. Non enim arbitro Familiæ erciscundæ vel Communi diuidundo lex 12. tabul. dedit potestatē aut tradendi res cōmunes aut

impe-

imperandi traditionem, sed tantum adiudicationes, & condemnationes faciendi. Nihil ergo est quod in his iudicijs de traditione faciendâ tractari possit, cum actiones istæ descendant ex lege 12. tabul. quæ de adiudicatione tantum nõ etiã de traditione locuta est. Tum vero quid si alter ex coheredibus qui rem communẽ aut in solidum aut saltem pro suâ parte possideret, tradere illam nollet? Vtique præcisè cogi ad tradendum non posset, cũ traditio sit facti vt toties disputauimus ex l. consil. 7. §. vlt. D de curat furios. ad factũ autem præcisè cogi nemo possit l. si quis ab alio 13. in fin. D. de re iudic. Proinde eò tandem deuenirendum esset vt eum qui tradere iussus esset, nec obtemperare vellet, condemnari oporteret in id omne quod interesset aduersarij, vt fit in cæteris omnibus tradendi, & faciendi obligationibus l. 1. D. de act. empt. l. si traditio 4. C. eod. l. quoties quis 81. iunct. l. stipulationes non diuiduntur 72. vers. Celsus l. cum stipulatus. 113. §. vlt. De verb. oblig. Atque ita fieret vt contra voluntatem arbitri rem communẽ haberet ac retineret is quẽ arbiter tradere iussisset, is verò habere nõ posset cui arbiter tradi darique eam voluisset. Et consequenter vt ille ex condiuisoribus qui totã rẽ habere deberet ex arbitrio, & officio iudicis è contrario partẽ suam vel inuitus certo pretio vendere cogeretur, quod iniquissimum esset l. nõ enim 9. D. rer. amot. d. l. 25. §. maritum D. solut. matr. Præsertim cum etiã ante vllam diuisionẽ rerum cõmunium, vnusquisque sociorũ iam sit dominus suæ portionis, nec sit necessaria adiudicatio nisi ad transferendum dominium alterius partis quæ pertinet ad condiuisorem. Quæ translatio nullo cõdiuisoris facto impediri potest cum sit per adiudicationem ab arbitro põtestatem legis exequente. Falsissimum igitur est quod interpretes sentiunt, Non esse in his iudicijs necessariam adiudicationem. Nec ad rem pertinet si quis obijciat, Etiam facta adiudicatione perinde futurũ vt is cui adiudicatio rei communis facta est cogatur re sibi adiudicata carere, eamque vendere si cõdiuisor qui eã possidet pertinacior, & peruicacior esse velit in recusanda traditione. Multũ namq; in-

intereſt, an agat condiuiſor aut coheres factus iam dominus per adiudicationem, an verò priuſquam dominus effectus ſit: quia ſi agat poſt acquiſitum dominium directa rei vindicatione quæ hoc caſu ſola competit, nec ei res ſua reſtituatur, poterit ex iuris ratione admitti ad iurandum in litem quod non ſit cogendus rem ſuam iuſto pretio vendere dict. l. non enim, & dict. §. maritum. Adeoque ex eo iure quod ſub Vlpiani nomine Tribonianus inuexit in l. qui reſtituere 68. D. de rei vindic. impetrare vt manu militari poſſeſſio condiuiſori auferatur quod non ſimiliter facere poſſit ſi agat antequam factus ſit dominus quia neque iuſiurandū in litē neque auxilium illud extraordinarium manus militaris vnquam datur ei qui alienam rem petit aut repetit, ſed ei tantum qui ſuam, Excepto, quod ad iuſiurandum attinet, caſu l. in actionibus 5. §. planè De in lit. iur. vt alibi ſæpe docuimus. Denique prouidendum fuit per legem 12. tab. vt coheredes cæterique condiuiſores qui iam erant pro ſua quiſque parte domini rei communis, poſſent nanciſci per diuiſionē, & per officium arbitri dominium alterius partis etiā inuito condiuiſore, ſi quando ita arbitro videretur, Quod vtique non alio remedio fieri potuit quam introducto vſu, & iure adiudicationis, vt idem Vlpianus noſter teſtatur in Inſtit. Tit. 19. De acquiſit. rer. Imò verò tum quoque cum regionibus fundum aliquem diuidere vult, & poteſt arbiter, neceſſaria perinde eſt adiudicatio vt ſuæ quiſque portionis pro diuiſ. fieri poſſit dominus, quamuis eſſet iam antea pro indiuiſo cum in parte qualibet, vel minima ſinguli habeant ſuam portionem iuris intellectu, quamuis non diuiſione corporum, vt loquitur Papinianus in l. Mæuius 66. §. duorum de leg. 2. Sed tamen inter hos caſus differentia illa eſt, quod in hoc poſteriore nulla debentur laudimia, quia non mutantur perſonæ poſſeſſorum, quæ tamen mutantur quoties tota res feudalis, vel emphyteuticaria, quæ antè fuerat communis fit propria vnius in ſolidum, Licèt alia viciſſim detur coheredi aut condiuiſori non tantum ſi ſit illa libera, & allodialis, in quo mihi conuenit cum interpretibus, ſed

etiamſi

etiamsi sit ex eodem feudo vel ex eadem emphyteusi. Hoc enim addo interpretum sententiæ, qui non putant in hac specie laudimium deberi. Et moueor quoniam hoc casu permutatio quædam, tametsi per speciem, & occasione diuisionis contrahi videtur inter condiuisores, vt in l. sed & si lege 25. §. consuluit D. de petit. hæred. & apertiùs in l. si filia 20. §. si pater versic. quasi certa lege permutationem fecerint D famil. ercisc. Ex permutatione autem laudimium debetur, vt infrà tractabimus. Tantò igitur verius est quod volunt interpretes, Esse hoc casu necessarium posteriorem consensum, & approbationem domini ad nouum emphyteutam in solidæ rei possessione restituendum qui anteà non erat emphyteuta nisi portionis in vnaquaque re communi: Quæ portio licèt æquè certa, & eadem sit cum adhuc indiuisa est, quæ cum diuisa dic. l. locus 26. D. de acquir. poss. alia tamen fit cum vnus ex hæredibus aut condiuisoribus pro sua parte totam rem aliquam consequitur, & alius aliam similiter totam: quia singulorum corporum causa, & dominium inspici debet, Ne alioqui paullatim dicamus si fundus vnus sit de feudo vel emphyteusi Titij, alius verò de feudo vel emphyteusi Sempronij nulla fore debita laudimia neque Titio neque Sempronio: quod euidenter iniquum esset, cum eorum quilibet amittat hoc casu veterem suum emphyteutam pro parte quam habebat condiuisor in re illa communi, & acquirat nouum, quod sine laudimij præstatione fieri vix vnquam potest. Nec sanè credendum est aut legis duodecim tabularum si de præstandis laudimijs cogitare iam tum potuisset, aut arbitrorum qui adiudicationes tales fecerint, voluntatem illam fuisse vt directi domini ius læderent, & laudimiorum præstationem impedirent eo casu quo ex regulis iuris feudalis vel emphyteutici laudimium deberetur. Aliud enim est de condiuisorum, aliud de domini directi iure aliquid constituere. Illud planè verum est quod interpretes volunt non esse hoc casu exigendum priorem consensum domini an diuisionem inter coheredes aliosve condiuisores fieri velit, & an vel hoc vel illo modo. Cum lex

duodecim tabularum vel vno ex condiuisoribus postulante iubeat fieri omnimodo diuisionem, in eamque cáusam arbitrum constitui, cuius arbitrio, & æquitati totum negotium committatur: Ne scilicet cogatur quispiam inuitus manere in communione, vt diximus, & rixarum materiam pati quam tolli penitus interest reipublicæ cuius vtilitas semper spectanda est, & præferenda priuatæ, Tum quoque cum citra alterius aliquam iniuriam fieri id non potest, vt in l ita vulneratus 51. §. vltim. D. ad leg. Aquil. Authen. res quæ Col. commun. de legat. Diuisionis, & arbitrij quod ad diuidendũ interponitur causa publica est, Domini directi, priuata. Quæ ratio me mouet vt non æquè illud etiam probare possim, quod addunt ijdem interpretes, si diuisio per officium arbitri sic fiat vt vnus totam rem communem, sibi propriam habeat per adiudicationem, certo tamen pretio, ad cuius præstationem sit ille vicissim condemnatus, [quod fieri necesse est cum ad licitationem deuenitur, fit tamen interdum etiam nulla interueniente licitatione dict. l. item Labeo 22. §. 1. & l. si familiæ. 55. D. famil. ercisc. Non modò laudimium deberi, sed etiam priorem consensum domini requiri. Quid enim si nollet dominus consentire vt diuisio sic fieret ac oblato eodem pretio rem sibi retinere vellet? An non re&tà impediret potestatem legis duodecim tabularum, quæ vtrumque præcipit, Vt & diuisio fiat rerum communium si alter ex condiuisoribus in communione perstare nolit, & vt fiat eo modo quem arbiter commodiorem existimauerit, non vt ex domini directi si quis esset, vel ex alterius arbitrio res pendeat. Atqui certum est nihil posse fieri contra leges, nec priuatorum vtilitates, & cautiones legum authoritate censeri l. vltim. D. de suis, & legit. l. iuris gentium 7. §. ait Prætor leg. contra 30. D. de. pact. Non igitur consensus domini directi exquirendus est ea in re quæ potest fieri ipso quoque inuito Ex reg. l qui potest 26. D. de regul. iur. Neque verò, quod in huiusmodi adiudicatione pretium interueniat facere debet, vt vel condiuisores vel arbitri ad diuidendum dati, animum vendendi, & alienandi

habuisse

habuisse videantur : Non equidem condiuisores, quia non ex eorum voluntate id pendet, sed ex solius arbitri officio, & arbitrio, quod etiam in inuitos pronunciatur, vt in alijs omnibus iudicijs euenit quæ in inuitos redduntur. l. inter stipulantem 83. §. 1. De verbor. oblig. Non etiam arbiter diuisorius quia non ad vendendum datus est, aut ad impetrandam venditionem, sed ad diuidendum, & ad faciendam quantum commodè fieri possit diuisionem. Nec existimandum est statim atque pecunia pro re datur, emptionem esse, & venditionem, sed illud primum ac ante omnia exigitur animus adsit, & voluntas contrahendæ venditionis ex vna parte, & emptionis ex altera, & vt venditor rem venalem habuerit. Sic enim omnino accipi debet quod scriptum est in l. naturalis 5. §. 1. D. de præscript. verb. vt constat ex leg. si voluntate 8. Cod. de rescind. vendit. l. 1. Cod. de rer. permut. Pecunia enim datur hoc casu non pro pretio, sed tanquam alia res quælibet, quoniam pecunia cuiuslibet alterius rei vice fungi potest l. 1. D. eodem. l. 1. D. de contr. empt. Omne pretium consistere necessario debet in pecunia numerata, sed non omnis pecunia numerata pretium est, nec tum quoque cum pro alia re datur leg. vltim. D. de condict. caus. dat. In summa numquam diuisio emptio est licèt semper verum sit eam obtinere vicem emptionis dict. leg. 1. Cod. commun. vtriusq. iudic. Emptio enim contrahitur nudo consensu, Diuisio verò non nisi per adiudicationem si fiat per arbitrium aut per traditionem. Nudum siquidem placitum diuisionis nullius momenti est ad agendum, nisi vel traditione vel stipulatione munitum sit leg. diuisionis 45. D. de pact. Vendi etiam aliena res potest, leg. rem alienam 28. De contr. empt. Diuidi nisi res quæ communis est, & inter eos inter quos communis est non potest, venditio non trasfert dominium nisi secuta demum traditione quæ à domino facta sit, Diuisio autem transfert si adiudicatio facta sit, nulla licèt traditione secuta §. vltim. Institut. de offic. iudic. Planè quoties saluo iure diuisionis ius quoque domini directi salvum, &

integrum conseruari potest, dubitari non oportet quin vriusque ratio sit habenda, Vt euenit cum de posteriore tantum domini consensu, & diuisionis approbatione; hoc est de solo laudimio præstando tractatur. Nihil enim vetat, & diuisionem stare inuito domino directo ad eum modum quem arbiter constituerit, Et nihilominus laudimium deberi domino si is ex diuisione nouum emphyteutam, vel vassallum aut in solidum, aut pro parte accipere coactus sit, Vt si in solidum etiam laudimium solidum petere possit, si verò pro parte, partem, quamuis verum sit neutrum ex condiuisoribus factam esse ex diuisione locupletiorem. Non.n. quis, aut in quantum fiat locupletior inspiciendam est cum de laudimijs quæritur, sed tantum an nouus solidæ rei, vel partis emphyteuta accesserit, necne.

ERROR QVINTVS.

De dominio per sententiam solam transferendo.

Vnde sequitur ex adiudicatione laudimium non deberi.

PRÆVIT nostris magni erroris materiam quod scriptum est in §. vlt. Insti de offic. iudic. & à nobis vsurpatum sæpius est in præcedentibus: id quod in tribus istis iudicijs Familiæ erciscundę, Communi diuidundo, & finium regundorum alicui adiudicatum est statim eius fieri cui adiudicatum fuit. Inde nãq; in ferre ac probare vulgo solent, Ex sententia iudicis dominium transferri. Quo falsius dici nihil in iure nostro potest. Nec scio an apertior vlla huius erroris probatio afferri possit quam ex eo ipso §. vlt. vbi cum Iustinianus scribit. In tribus istis iudicijs quod adiudicatum fuerit statim eius fieri cui adiudicatũ est, an non ostendit manifestè, quod volumus, In alijs ergo iudicijs omnibus aliud esse, nec tantam posse vim esse,

esse,& authoritatem sententiæ vt dominium rei in iudicium deductæ in alium transferre queat. Quid enim haberent speciale hac parte tria ista iudicia, si ius idem esset in omnibus cæteris? At neq; existimandum est in his tribus iudicijs vi & potestate sententiæ fieri, vt dominium in vnum ex collitigãtibus transferatur. Totum enim id non sentẽtiæ iudicis accepto ferendũ est,sed pôtestati adiudicationis, quam voluit lex duodecim tabularum esse vnum ex modis sex acquirẽdi iure Quiritium dominij, Vt sæpè retulimus ex Vlpiano in Instit. Tit. 19. De acquisit.rer. Atqui non est locus adiudicationi præterquam in tribus istis iudicijs. Et cæteris omnibus dicitur iudex tantum iudicare non etiam adiudicare. Fierí ergo nequit, vt in alijs iudicijs dominium per sententiã trãsferatur. Error primus ac præcipuus interpretum in hoc tractatu ille est quòd pronunciationem quamlibet iudicis quæ pro actore fiat habent pro adiudicatione putá si quid iudex declarauerit, aut meum esse, aut mihi debitum. Eamque loquendi rationem praxis nostra passim retinet vt quoties pronunciatum est, & declaratum per sententiam, aut meum, aut mihi debitum esse quod petij, toties id mihi adiudicatum dicatur. Quasi inter iudicationem, & adiudicationem nihil distet, si modo iudicetur pro actore, & petitore. Quod tamen non ita est, Numquam enim videas prudentes nostros eo adiudicationis verbo vsos fuisse, nisi cũ de tribus istis iudicijs tractant Familiæ erciscundæ, Communi diuidundo, & Finiũ regundorum: Extra quę si quando posset pronunciatio facta pro actore dici adiudicatio. Maximè id locum haberet in iudicio vindicationis in quo non de alio quæritur, quam cuius res sit, Et tamen longè aliter Paulus in l. & ex diuerso 35. § 1. D. de rei vindic. Vbi autem inquit, alienum fundum petij, & iudex sententia sua declarauit meum esse. Et in l. si interme 15. D. de excep. rei iudi. in illis verbis interest vtrũ meam esse hæreditatem pronunciatũ sit, an contrà. Et paulò post, quia eo ipso quo meã esse pronunciatum est. Et alibi passim eo. tit, vbi frequentissima talium pronunciationum mentio fit, & rei iudicatæ, nunquã verò adiudicationis, aut

rei adiudicatæ. Et verò si adiudicatio nihil aliud est quã modus quidam trãsferendi dominij quomodo fieri potest vt cũ in iudicio vindicationis iudex super facti quæstione, & ante redditum arbitrium pronunciat, Videri rem esse petitoris, videatur hoc ipso rem petitori adiudicare? An non hoc esset agere, vt res quæ iam esset petitoris fieret eius magis, ac magis? quod ipsum tamen fieri certè nullomodo potest §. sic itaque Instit. de actio. l. non vt ex pluribus 159. De regul. iur. Nisi fortè, vt hunc errorem interpretum tueamur; in alium incidamus, & adiudicationis nomen vsumq; ad eũ casum coangustemus quo iudex pronunciauerit petitoris esse fundum, qui re vera erat alienus, vt in dict. l. 35. § 1. De rei vindic. Hoc verò numquam fieri potest nisi per errorem vt constat ex dict. §. 1. vbi dicitur debere iudicem in hac specie eodem errore de fructibus quoque pronúnciare, Et in l. si per errorem 17 D. de vsuçap. tracta. Marcellus de eo, qui per errorem de alienis rebus, vt de communibus iudicium Communi diuidundo acceperat, & ex adiudicatione fundum possidere cœperat. Nempè quia, vt superiore capite disputauimus, cum adiudicatio sit modus transferendi dominij non de alia re fieri potest, quam de ea cuius dominium transferri in alium possit: quod de re aliena inuito vel ignorante domino numquam potest contingere. Quis autem admittat, tantam esse debere vim ac potestatem sententiæ per errorem redditæ, vt dominium transferre possit, quod neque per traditionem à vero domino factam si modo per errorem facta esset, transferretur, leg. si ego pecuniam 18. D. de rebus credit. leg 3. §. subtilius D. de condict. caus. dat. Erit enim voluntas nulla est, nec quicquam consensui tam cõtrarium quam error qui imperitiam detegit l. si per errorem 15. D. de iurisd. leg. sed hoc ita 20. D. de aqua, & aquæ pluu. arcend. Non sum nescius tantam esse authoritatem rerum iudicatarum, vt etiamsi non modo per errorem, & imprudentiam, sed etiam quam quod indignius, & intolerabilius est per sordes, aut per gratiam malè, ac perperam iudicatum sit, executioni tamen mandanda sit

sententia

sententia ne nullus sit litium finis si à rebus quoquomodo dum ritè iudicatis sub eo erroris aut iniquitatis prætextu recedere liceat l. seruo 65. §. cum Prætor D. ad SC. Trebell. l. si per imprudentiam 51. D. de euict. l. 2 & tot. tit. Cod. de re iudic. Sed longè aliud est tractare de iudicato exequēdo quod per errorem iudicatum sit, Aliud verò eam sententiæ erroneæ vim tribuere, vt dominium statim, & ipso iure transferre possit, quod neque iudex habeat, neque is contra quem iudex pronunciat. Idque ita esse apparet euidenter ex dict. l. si per errorem. 17. De vsucap. vbi tractans Marcellus de facta per errorem adiudicatione rei alienæ quæ communis esse credebatur in iudicio Communi diuidundo, negat translatum esse dominium, quamuis adiudicatio esset non tam titulus quam modus habilis ad dominium transferendum, sed per eiusmodi adiudicationem erroneam vult translatam esse duntaxat vsucapiendi causam, & conditionem. Vt adiudicatio ex modo transferendi dominij fiat titulus ad vsucapiendum, Ne vsucapio sine titulo procedere videatur. l. Celsus 27. l. penu. D. de vsucap. aliàs l. 3. pro solu. Quod si sententia quæ adiudicationem erroneam continet, & hanc vim nō habet, vt dominium transferre possit, Quanto minus habebit sententia quælibet alia quæ nullā faciat adiudicationē? Ac statim replicabunt interpretes. Ex quibus causis vsucapiendi tantum conditio per sentētiam acquiritur si res aliena, ex ijsdem transferri dominium per sententiam si contra dominum pronunciatum sit. Quomodo cum de traditione tractamus, solemus dicere, Ex quibus causis re à non domino tradita vsucapiendi condicio quæritur ex ijsdem si res à vero domino tradatur, dominium acquiri l. clauibus 64. D. de contr. empt. l. traditio. 20. D de acquir. rer. domin. Atqui vsucapiendi condicio per sententiam acquiritur si aliena res per errorem adiudicetur d. l. si per errorem 17. De vsucap. iunct. l. Pomponius 13. §. si iussu D. de acquir. poss. Ergo, inquiunt, si res adiudicētur eius qui sit dominus transfertur dominium. Nos verò totam ratiocinationem admittimus dummodo adiudicationis nomen retineatur. Certissimum

mum enim est, eo casu quo facta sit, & fieri potuerit adiudicatio dominium ex ea transferri statim, & ipso iure si dominus rei fuerit is contra quem facta est adiudicatio, solam verò vsucapiendi conditionem si dominus non fuerit. Sed negamus posse tractari de adiudicatione, nisi in supradictis tribus iudicijs, in quibus sunt, & alia pleraque singularia, l. in tribus 13 D. de iudic. Negamus in alijs iudicijs sententiam, quæ adiudicationem nullam contineat posse transferre dominium si res eius sit contra quem fertur sententia, quia non potest hoc casu sententia non esse erronea. Nec proinde vsucapiendi conditionem si res non sit condemnati, nisi alius anterior, & iustior præcedat titulus ex quo sequi vsucapio possit. Finge possedisse quem bona fide fundum Titij quasi suum ex causa emptionis, vel alterius tituli: quem tu siue iustè, siue iniustè cœperis possidere. Nemo dubitat quin potuerit eum vsucapere, & eo nomine Publicianam habere debeat, contra te, si cum esset in cursu vsucapiendi tu eius possessionem interpellaueris, §. namque Institut. De actio. l. 1 & tot. tit. D. de Public. in rem act. Quid ergo si iudex datus in actione illa Publiciana, quæ est ex arbitrarijs, iusserit te rem illam actori restituere? Arbitrium enim tale præcedere necesse est ante quàm ad condemnationem, vel absolutionem perueniri possit. Si arbitrio parueris, & rem restitueris non quæ adiudicata sit (nec enim magis in Publiciana, quàm in ciuili, & directa vindicatione potest adiudicatio vlla fieri) sed quæ restitui iussa est, victor vsucapionem cœptam proculdubio complebit, proderitque illi possessio tua, vt computetur ei tempus tuæ possessionis ac si semper ille possedisset. Verum hoc ita non propter potestatem iussus, & arbitrij, de quo textus loquitur in d. §. si iussu l. Pomponius 13 D de acquirend. possess. Multò minus propter sententiam, & pronunciationem illam quæ in arbitrarijs iudicijs debet semper arbitrium præcedere, de qua nullum ibi verbum, sed propter titulum illum præcedentem cum bona fide coniunctum ex quo cœperat currere vsucapio ante motam Publicianam redditumque arbi-

trium

trium de re restituenda. Itaque non sic loquitur Vlpianus in dict. § si iussu, vt dicat si per sententiam iudicis res aliena quam petebam mihi adiudicata sit. Sed ita si iussu iudicis res mihi restituta sit. Quis verò nescit, Aliud esse rem restitui, aliud verò adiudicari? Nihil ergo is locus contra nos probat. Neque verò ideò fertur sententia, vt ius aliquod nouum victori tribuat, aut vt rem alienam eius faciat, sed tantum vt ius, quod habebat actor aut reus declaret, siue iuste id faciat, siue per errorem, vt in dict. l. ex diuerso 35 §. 1. De rei vindic. l Pomponius 40. §. sed & is qui D. de procurat. Ideoque nec ex sententia nascitur vnquam rei vindicatio quomodo nasceretur sicut ex alio quouis titulo habili ad transferendum dominium si per sententiam transferretur, sed ex sententia, & re iudicata nulla vnquam alia nascitur actio quàm in factum quæ personalis est l. actori 8. Cod. de reb. credit. & iureiur. aut rei iudicatæ exceptio. Cuius non posset esse vlus necessarius, præsertim contra eum, qui vindicatione egisset, ac victus esset agentem iterum eadem actione si per priorem sententiam dominium translatum fuisset in victorem. Exceptio namq; omnis præsupponit actionem præcedentem eámq; competentem, cum nihil aliud sit, quã actionis exclusio, l. 1. & pass. D. de except. rei iud. Nemo aũt agat sine actione, l. si pupilli 6. §. vlt. D. de neg. gest l quoties 9. §. & generaliter D. de admin. & peric. tutor. Atquin actio vindicationis cõpetere non posset domino, qui in priore iudicio victus fuisset. Imò competere desijsset ipso iure ei, qui per sententiã dominus esse desijsset, translato nimirum in victorem dominio, quod penes duos in solidũ esse non posset vulg. l. 5. §. vlt. D. commod. l. de hæreditate 19. §. pater D. de castrens. pecul. Et tamen verissimum est, Eum qui vindicatione egit, & succubuit nihilominus iterum agere posse de eadem re eamq; vindicare, nec alio modo prospici posse reo, quã per exceptionẽ rei iudicatæ, l. 3. & 5. l. si quis 7. per tot. l. si à te 9. § 1. l. si mater 11. in prin. & pass. D. de except. rei iud. Exceptio n. iusti dominij de qua in l. pen. D. de publ. in rem act. põt quidẽ opponi contra Publicianam in qua actor non

int en-

intendit se habere iustũ dominiũ, sed tantũmodo quasi dominium. At contra directam, & ciuilẽ vindicationẽ opponi non potest, cum directa vindicatio non alij possit cõpetere, quàm ei qui se probet dominũ aut iure gẽtium, aut ciuili l. in rem 23. in prin. D. de rei vindic. quiq; intentionẽ suã impleat l vlt. C. eod. Alioquin actore nõ plenè probante absolui reus debet: etiamsi nihil præstiterit vulg. l qui accusare 4. Cod. de ed end. nec de exceptione quærendũ est priusquã fundata sit actio & intentio actoris. Neq; rursus in exceptionẽ illud ipsum deduci vnquam potest, quod deducitur in petitionẽ cũ in eà rẽ sufficiat reo negare ad elidendã intentionẽ actoris quousq; probata illa sit, l. vlt. C. quib ad libert. proclam. non licet. Cùm ergo in directa rei vindicatione non alia sit intẽtio actoris, quàm intentio dominij, l. 1. §. cùm prædiũ D. de pign non põt reo etiamsi iã vicerit eadẽ intẽtio iusti dominij competere, & iustam exceptionẽ ei præbere quin duo in solidum eiusdẽ rei domini admittantur à Prætore cuius est, & actionem dare, & exceptionem. E contrario is, qui in iudicio vindicationis obtinuit per iniuriam iudicis tanquam dominus cùm dominus non esset, nõ ideò põt fieri dominus, & tanquam dominus agere postea vindicatione, ne quidem contra condemnatum, aut vt melius dicam contra eum, qui in priore vindicationis iudicio victus est, nullamque ex ea sententia propriam actionem habere potest, vt eleganter ac diserte Papinianus scribit in l. 3. §. 1. eod. tit. De pignor. Vbi quod magis est ait, Eum qui per iniuriam iudicis victus est in directa rei vindicatione non eo minus posse rem illam quasi suam dare pignori, quamuis res aliena pignori dari non possit, sed eã tantum quam creditor probare possit in dominio bonisve debitoris fuisse eo tempore quo dabatur pignori dict. l. 3. in princip. l. & quæ nondum 15. §. quod dicitur eodem tit. Ideoque non posse Prætorem huic creditori tãquam pignoratitio denegare quasi Seruianam actionem, sed tamen futurum, vt si agat contra victorem, qui per restitutionem factam ex arbitrio iudicis post pronunciationem reddito possessor factus sit, summoueri debeat exceptione

rei iu-

rei iudicatæ, quemadmodum, & debitor ipso iam victus si rem vindicare pergeret eadem exceptione summoueretur. Nec enim creditor pignoratitius plus iuris habere potest, quàm habet debitor qui pignus dedit vt benè Papin. ratiocinatur. Debitor autem posset quidem adhuc vindicationem exercere ipso iure, tanquam qui reuera dominus manserit etiam post iniuriosam sententiam iudicis, sed tamen exceptione rei iudicatę si ageret summouēdus esset, cùm in eo iudicio fuerit superatus. Similiter igitur, & creditor qui ab eo post sententiam pignus accepit, habet quidem ipso iure quasi Seruianam eamque mouere potest, tanquam cui pignus rectè, & à vero domino constitutum fuerit. Sed si agat summouendus est exceptione rei iudicatæ, quippè quæ ab authoris persona transire soleat contra successorem etiam singularem, d. l. si à te 9. §. vl. De except. rei iudic. Cum negari non possit quin successerit in ius victi qui post sententiam pignus accepit. Diuersum enim esset si ante sententiam pignus accepisset ab eo qui posteà in quæstione dominij victus fuisset, l. iudicatæ 29. §. vlt. eod. quamuis non per iniuriam iudicis sed ob non plenè probatam intentionem dominij, vt in d. l. 3. in princip. De pign. Nam tamet si maximè, inquit Papinianus, nullam propriam actionem, qui victt, exercere possit, Non tamen quid ille non habuit, sed quid in ea re, quæ pignori data est debitor habuerit considerandum est. Debitor autem habuit quidem ius dominij, sed tamen tale, quod ei prodesse non poterat propter exceptionem rei iudicatæ partem possessori ex authoritate sententiæ quantumuis iniurioſe. Ergo nec in persona creditoris poterit esse vtilis & cum effectu intentio pignoris, quæ ius & intentionem dominij præsupponit, cùm eandem rei iudicatæ exceptionem pati debeat is qui in ius victi successit, Vincet igitur hoc casu creditorem iustè, idem ille possessor, qui dominum iam vicerat per iniuriam. Sed non tam ob proprium aliquod ius quod in ea re habeat, Aut quòd post sententiam nullum victo ius superfuerit quàm quod ius agentis infirmum factū sit, & ineſficax per sententiam contra debitorem latam.

Quæ omnia falsa essent tam in creditoris, quàm in possessoris persona si per sententiam dominium transferretur, aut aliquid ius victori acquireretur præter exceptionem rei iudicatæ.

ERROR SEXTVS.

De Laudimijs ex datione in dotem debitis.

ARIÆ sunt nostrorum distinctiones, & sententiæ in quæstione illa sæpius in foro, & scholis agitata: Vtrum pro ea re, quæ in dotem, siue à patre, siue ab alio data sit, laudimium aliquod debeatur. Etsi enim stricti iuris ratio repugnare videtur quominùs feudum, vel emphyteusis in dotem dari possit domino præsertim irrequisito, vel non consentiente cap. 1. § donare qualit. olim poter. feud. alien. in vsib. feudor. lib. 2. Iam tamen obtinuit fauore dotium, vt possit: non solum apud nos qui ex generali consuetudine bona omnia feudalia, & emphyteuticaria pro allodialibus habemus, sed etiam apud cæteros, qui iuris feudalis & emphyteutici naturam, & regulas retinuerunt: Eo saltem casu quo alia bona allodialia nulla sint, quæ in dotem dari possint: Quo casu etiam statutum apud nos extat, de feudalibus quoque bonis ex hac causa obligandis, & alienandis. Sed etsi consensus domini, vt vocant directi exigendus esset, ac ante omnia requirendus ex Iustiniani constitutione in l. vltim. C. de iur. emphy. adhuc tamen fieri posset locus propositæ quæstioni de laudimio. Solet enim domini saluis iuribus suis cæteris consentire, vt in l. 4. §. 1. quib. mod. pign. vel hypoth. soluit. nec consensum domini intercessisse ad aliud proficit, nisi vti ne commisso locus esse possit. Prima opinio est distinguentium, An feudum detur æstimatum, & quidem tali æstimatione, quæ faciat emptionem, an verò inæstimatum, vt hoc posteriore casu, & requirendus sit consensus domini, & solui debeat laudimium,

Priore

Priore verò contra, neque requiri consensum domini, neq; laudimium ei solui oporteat. Ita Specul. ex quorundam veterum quos refert sententia, in Titul. de locat §. nunc aliqua versic. 110. Hostiens. in summa eiusd. Titul. de locat. §. quid sit de natura, vers. nunquid ergo. Guid. Pap. quæst 40. Alex. ad decis. Capell. Tholos. 278. Eamque communiorem esse interpretum opinionem testatur Amed. à Pont. quæstio. 29. post Stephan. Bertr. cons. 380. incip. duo sunt vol. 2. & Andr. Tiraquell. de retract. gentilit. §. 1. glo. 14. nume. 95. & 108. Alij magis probant vt indistinctè dicendum sit, pro re in dotem data laudimium nullum deberi. Quam sententiam mordicus defendit Iason ad d. l. fin. num. 49. C de iur emphyt. & rationem adfert, quòd alienatio hæc sit necessaria, cum necesse sit dotes dari, vt possint mulieres nubere ad propagandam, & replendam liberis hominibus ciuitatem in quo præcipuus quidam reipublicæ fauor elucet. l. 2 D. de iur. dot. l. 1. D. solut. matrim. l. interest 18. D de reb. author. iudic. possid. aliàs l. 3. de priuil. credit. Sunt & qui aliam rationē adferant. Quòd dos succedat loco legitimæ, quam potest filia capere in corporibus hæreditarijs. l. scimus 36. §. repletionem. C de inoffic. testam Sicque ratiocinatur Io. Paponius in syntagm. lib. 13. titul. 2. §. 24. & 33. Addunt alij distinguendum esse an bona alia sint allodialia, quæ in dotem dari potuerint, vt si nulla sint, procedat eo casu sententia Iasonis, si verò sint aliqua, secus dicendum sit, quòd necessaria videri non possit alienatio bonorum feudalium, vel emphyteuticorū quoties alia supersunt, in quibus constituti dos possit. Ita Crau. cons. 215. num. 6. & seqq Ex not. per DD. in cap. potuit. extr. de locat. per tex. in § emphyteusim Nouel. 7. de non alien. & permut. reb. eccles. Exemplo eius quod alias dici solet de bonis fideicommisso subiectis non posse dotem constitui, si ex alijs possit, vt tractat Corneus cons 3. post nostros ad Auth. res quæ C. commun. de legat. ex l. mulier 22. §. cum proponeretur D. ad SC. Trebell. Addit ibidem Cravet. num. 8. Interdum tamen etiamsi alia bona sint allodialia, permittendum esse patri, vel de bonis feudalibus, vel emphyteuticis

filiam

filiam dotet? Nimirum quoties filia est ex personis in inuestitura comprehensis, & ad quam post mortem vassalli, vel emphyteutæ res erat peruentura. Ex tradit per Iaſ. in d.l. fin. col. 2. verſ. ſecundò iuxta proximam quæſtionem quæro, & Rip. in l. qui Romæ. §. duo fratres de verb. oblig. Adeò vt nec aliud hoc caſu dicendum exiſtimet, etiamſi alienatio ſit voluntaria. Sunt denique qui diſtinguant, vtrum dos deturab eo, qui dotare tenebatur an ab alio, vt priore tantùm caſu procedat eorum ſententia, qui pro re in dotem data laudimium deberi negant, non etiam posteriore, quia non tantu fauore dotis nitatur communis ſententia, ſed illa etiam potiſſimum ratione quam diximus, quòd ex cauſa omnino neceſſaria fieri videatur, cum neq; frater, neque alius quilibet extraneus dotem dare prohibeatur ſi velit, quamuis vt det inuitus cogi non poſſit. Fuitque olim hæc vna ex differentijs dictæ, & promiſſæ, vel datæ dotis. Dotem enim dicere, certis tantùm perſonis conceſſum erat, promittere verò vel dare dotem cuilibet licebat, eaque dos aduentitia dicebatur, & ſpecialiori nomine receptitia ſi eam extraneus ſibi reddi ſtipulatus eſſet, vt Vlpianus in fragmentis teſtatur titul. de dotib eiuſque veteris iuris veſtigium extat in l. promittendo 41. D de iur. dot. Nec deſunt rurſum, qui in ea quoque dote quam pater dederit, diſtinguendum exiſtiment, an dederit eam filiæ, an genero, vt ſi filiæ laudimium nullum debeatur, ſecus ſi genero, quia tunc ſupradicta diſtinctio adhibenda ſit, An res in dotem data fuerit æſtimata, an inæſtimata. Et ita ſentit Amedeus à Ponte d. quæſt. 29. quamuis Craueta ſupradicto conſ. 215. num. 2. hanc diſtinctionem nolit admittere. Quaſi ex cauſa dotis omnimodo transferatur dominium, ſiue dotem pater det filiæ ex l. Pomponius Philadelphus 35 D famil. erciſc. ſiue genero, vt in l. doce 9. C. de rei vindic. Miror ego nec ſatis mirari poſſum in tanta opinionum, & Doctorum varietate, neminem dixiſſe, quod meo equidem iudicio dicere oportuit. Ex omni contractu dotali ſi modò res dotales traditæ ſint, translatumq; earum dominium, perinde atq; ex alia qualibet dominij translatione,

laudi-

laudimium deberi. Mouet me perpetua illa ratio quæ in superioribus Decadibus tam sæpè à nobis repetita, & inculcata est, quod ex omni translatione dominij per quã nouus vassallus, aut emphyteuta constituatur, laudimiũ deberi certum est, Non inspecto eo, An consensus domini ad trãsferendum dominium requirẽdus fuerit, necne: Aut an alienatio necessaria fuerit, an voluntaria, Quod huiusmodi distinctiones ad commissi potius, quàm ad laudimij causam pertineant. Atqui certum est ex causa dotis, quæ bene constituta sit traditione rei dotalis secuta dominium transferri in maritum qui dotem accipit, vt habeat vnde ferat onera matrimonij d.l. dote iunct. l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. & Tit. quib. alien. licet vel non Instit. in princip. Et si enim soluto matrimonio dos data, & tradita ad eum qui dedit plerunq; reuertitur, puta ad patrem si dos profectitia sit. l. iure succursum 6. D. de iur. dot. l. dos à patre 4. C. eo. aut etiam ad extraneum si sit receptitia, aut deniq; extra hos casus ad mulierem ipsam, siue ex stipulatione expressa, siue ex tacita q̃ ei Iustinianus dedit in l. vnic. C. de rei vxor. act. dotis tamẽ cã perpetua est, quia datur eo animo, & voto, vt penes maritum perpetuo remaneat, inquit Paulus in l prima. D. de iur. dot. quod non aliam ob causam monitum Paulus voluit, quã ne dubitari posset quin dominiũ rei dotalis in maritum transferretur, q̃ transferri non solet ex causa temporali, vt ex illo Pauli loco bene Iaco. Cuiacius notauit. Ac quamuis plerisq; iuris locis scriptũ sit dotẽ esse mulieris non mariti. l. quãuis 75. eo. tit. l. si constante 24. §. si maritus D. solut. matr. Id tamen ita accipiendum esse constat, vt dominium rei dotalis si quod est mulieris, sit nudum quiritiarium, bonitariũ verò ad maritum solum pertineat, ita vt si quando in vindicatione cum eo mulier velit cõcurrere, sit illo mulieri prę ferendus d.l. quamuis, & d.l. doce, quemadmodum alio loco explicauimus, aut vt rem dotalem à dote distingui oporteat, & res quidem dotalis in dominio sit mariti: Dos tamẽ ipsa sit mulieris, quæ sola dotata dici potest, non maritus. Est enim dos ius quoddam vniuersale, quod penes mulie-

rem residere nihil vetat ne alioqui dicendum esset mulierẽ quæ dotẽ marito daret hoc ipso indotatam fore, quod esset ridiculum l. apud Celsum 45. sed etsi 21. D. de dolo mal. excep. Nam quod sequitur in §. apud Iulianum 22. ead. leg. repelli posse maritum exceptione doli ex persona mulieris. Propterea quod dos quam ab hærede soceri petit, intelligatur quæri filiæ quæ per hoc dotem sit habitura, quasi nullum mariti ius sit in dote, sed mulieris duntaxat, ad eum casum omnino restringendum est quo maritus agat de dote post diuortium, aut aliter solutum matrimonium, vt in l. purè 5. §. si eum eod. tit. Ne alioqui obstet quod scriptum est in d l. sed etsi & d. §. si eum, Nulla exceptione repelli posse maritũ ex persona mulieris, cum is petendo dotẽ non tam mulieris, quam suum negotium gerat, qui non fuerat indotatam vxorẽ ducturus. Quod, & satis apertè Iulianus expressisse mihi videtur, cum duobus locis tractans de muliere subiunxit cui pecunia quæreretur. Non enim mulieri sed marito acquireretur pecunia quam ex causa dotis maritus peteret constante matrimonio, ideòque nec doli exceptione repelli posset ex persona mulieris. Quamuis tum quoque cum agit post diuortium proprij doli exceptione repellẽdus sit dict. §. apud Iulianum in fin. vbi quod additur licèt videatur nulla dos filiæ vt ait quæri, euidenter mendosum est legendumque illa pro nulla, vt constat ex præcedentibus in quibus eadem Iuliani sententia relata fuerat, illo loco intelligitur inquit filiæ acquiri. Quo verbo intelligitur, & sequẽti illo videatur, satis innuit Vlpianus, acquiri reuera pecuniam marito, mulieri verò minus propriè ac non nisi velut in consequentiam, & ex causa quadam lucratiua, cum tamen ad maritum pertineat ex causa onerosa l. vlt. §. si à socero D. quæ in fraud. credit. l. ex promissione 19 D. de oblig & act. Vnde fit vt in omnibus de dote quæstionibus magis spectanda sit persona mariti quam mulieris d. l. doce l. Titia. 62. D. de iur. dot. Planèque peruersa est Triboniani Iurisprudentia in l. in rebus. 30. C. eod. tit. cum ait dominium rerum dotaliũ, mera quidem iuris subtilitate transire in maritum, sed tamen reuera esse

mulieris.

mulieris. Cum è contrario debuisset potius dicere, Earum dominiũ esse reuera solius mariti, Iuris verò subtilitate esse mulieris quæ habet nudum quiritiariũ, tenente marito bonitarium, Adeò vt etiam post solutum matrimoniũ esset olim necessaria mulieri actio de dote ad repetendam dotem, nec posset authoritate propria nanciſci possessionem rerum dotalium inuito marito si matrimonium diuortio solutum fuisset, aut inuitis vel ignorantibus mariti hæredibus si morte mariti, Multò minus hæredes mulieris si ea marito prædecessisset l. dotis actione 9. & pass. C. solut. matrim. Tantum aberat vt posset mulier res dotales vindicare tanquam suas priusquã fuissent ei restitutæ, & per retrotraditionem à marito vel mariti hæredibus factã acquisitæ. Vt proinde dubitari non possit, quin à iuris ratione omnino alienũ sit quod sub Iustiniani nomine Tribonianus induxit in d. l. in rebus, vt rerum dotaliũ vindicationẽ habeat mulier quasi suarum propriarũ soluto matrimonio citra vllã dotis restitutionẽ: sicut, & illud quod cũ directa dominij vindicatione vult cõcurrere posse hypothecariam. Vt si quis velit admittere dominiũ esse mulieris, det ei vindicationẽ, si negare, saltẽ hypothecariam ei concedat. Id enim est quod lex ait vt siue ex naturali iure eiusdẽ mulieris res esse intelligantur, siue secundum legum subtilitatem ad mariti substantiã peruenisse videantur. Quibus verbis ostendit planè se nescire vtrum potius dicendũ sit, & tamẽ quasi vtrumque simul dici possit, Et mulieris esse, & non esse, quæ sunt cõtradictoria. Vtramque dat ei actionem, & vindicationem dominij, & hypothecariam, sed tanquam optimo ad contradictionem euitandã tẽperamento, diuersis respectibus. Vindicationem scilicet tanquã dominæ, & hypothecariã tanquã non dominæ cum nemini res sua possit esse obligata l. neque pignus 45. De regul. iur Nec videt contradictionem in eo semper manere quod hoc ipso vult, Eam rerũ dotaliũ dominam, & manere, & non manere. Nam si manet, quomodo potest habere hypothecariam, si nõ manet, quomodo vindicationem? Denique quomodo manere, & non manere? Hic nimirum ap-

plicanda esse diuersorũ respectuum distinctio, ne videri possent ista contradictoria, qualia certè sunt. Nec debuit Tribonianus hac parte opponere ius naturale rationi iuris ciuilis, quam ille subtilitatem legum vocat, Cum si ius naturale ille intellexit, quod distinctum sit à iure gentiũ defendi ea propositio non possit quia iure naturali erant omnia cõmunia, nec nisi à iure gentium cœpit distinctio dominiorum l. ex hoc iure 5 De iustit. & iur si verò ius naturale dixit pro iure gentium, æquè falsum est iure naturali manere res vxoris quæ siue à muliere ipsa, siue ab alio pro muliere traditæ sint marito. Quid enim tam rationi naturali conueniens est ex qua vna ius gentium æstimatur, quam voluntatem domini rem suam in alium transferre volentis ratam haberi l. qua ratione 9. §. hę quoque res De acquir. rer. domin. Rursum qui fieri obsecro potest, vt rerum dotalium dominium habeat mulier quas, aut pater, aut alius extraneus quilibet rectà tradiderit marito, non interposita mulieris persona. Nam & ita plerumque fit, & quod magis est; ita fieri omnino necesse est cum dos à patre datur, quippè qui si dotem tradat ipsi filiæ ac non potius genero nomine filiæ nihil agit, propterea, quod ius patriæ potestatis impediat ne aut obligatio aliqua inter patrem, & filiam contrahi possit l. imperator 50. D. ad SC. Trebell. aut dominium à patre in filiam transire l. 2. C. de inoffic. donat. l. siue emancipatis 17. C. de donat. l. donationes 31. §. pater D. eod. Idque omniũ optimè probat Papiniani responsum illud elegans quod extat in d. l. Pomponius 35. famil. erciſc. licet eo passim nostri abutãtur, vt defendant donationem, & traditionem inter patrem, & filiam ex causa dotis valere, quod nos in secunda Chiliadis huius parte ex professo confutauimus pluribus, & verũ Papiniani sensum aperuimus. Debuerat igitur Tribonianus ad eum saltem casum restringere constitutionem, quo res dotales aliquando, & ab initio, vt ipse loquitur, mulieris fuissent, id est cum mulier ipsa dotem dedisset ac res suas dotis nomine marito tradidisset. Numquam enim mulieris fuisse dici possũt eæ res quas aut pater aut alius marito primũ tradiderit,

diderit, non per mediam filiæ personam, Nisi fortè hoc quoque priuilegium mulieribus, ac dotibus dare volumus, vt dominium quod ex causa dotis per traditionem marito factàm marito acquisitum est ipsi etiam mulieri acquisitum intelligatur: Quod etiam si maximè quis sine lege ac ratione facere velit, numquam tamen persuadebit posse hoc admitti cum pater nomine filiæ dotem genero dedit, & tradidit, vt in d.l Pomponius, Ne alioqui traditio marito facta quã fingeremus factàm mulieri plus posset ficta, quam posset vera quæ si à patre facta esset filiæ, nullũ vt diximus in eam dominium transferret. Ex quo etiam intelligimus, quam verum sit quod supra dicebamus, separandam esse in hac dominij quæstione causam dotis à rebus dotalibus Nam cum pater nomine filiæ dotem genero dedit, & tradidit, filia quidem ipsa est quæ habet dotem [quis enim hoc casu eam indotatam dicat?] & tamen dotalium rerum dominium ad solum maritum pertinet, quod in mulierem à patre etiam volente transire nullomodo potest. Vnde perenda videtur elegans dubitandi ratio ad l. etiamsi 8. Cod. de iur. dot. vbi mater quæ dotem pro filia dederat, pacta erat, Moriente in matrimonio filia, non dotem sibi reddi, quomodo stipulari debuerat, sed vt ea quæ in dotem dederat matrem sequerentur, & ad eam pertinerent. Quæ stipulatio inutilis videbatur cum de dote ipsa restituenda non de rebus dotalibus interponi debuisset. Itaque non nisi ex æquitate stipulationem hanc Gordianus valere rescribit. His igitur ita constitutis concludimus, Ex dotis constitutione ac traditione marito facta per eum qui dominus fuerit, sicuti dominium trãsfertur in maritum, ita & laudimium à marito deberi domino directo. Sed si fundus dotalis à patre traditus esset ipsi filiæ, non genero aliud probarem quia cum nulla hoc casu fiat translatio dominij neque in filiam obstante iuris potestate, neque in maritum quia traditio ei facta non sit à patre, licèt maritus etiam ex voluntate, & mandato soceri eius fundi fructus, & reditus exegerit, vt in dict. l. Põponius, Nullum quoque laudimium deberi consequens

est. Et in hoc solo casu cum interpretibus sentio, sed alia quam ipsi moueantur, ratione.

ERROR SEPTIMVS.

De fundo dotali æstimato vel inæstimato.

PRIMA illa est distinctio interpretum, vt diximus, cum quærunt de laudimio quod pro re in dotē constituta, & tradita petatur; An res dotalis tradita fuerit æstimata, an inæstimata, Vt si quidē æstimata sit dummodo tali æstimatione quę faciat emptionem, laudimium omnimodo debeatur, Non etiam si inæstimata. Quam distinctionem qui non probant, defendunt indistinctè laudimium pro fundo in dotem dato numquam deberi, ne tum quidem cum fundus fuit æstimatus, etiam ad contrahenda emptionem dotis causa. Omnes, meo iudicio æquè malè. Sic enim sentio, semper pro dotali fundo cuius dominium ex ea causa siue in maritum, siue in mulierem translatum sit, laudimiū deberi, tum quoq; cum æstimatus non fuit. Sed grauius errant posteriores quā priores, quoniam longè maior ratio est, vt pro fundo æstimato, quam vt pro inæstimato laudimium debeatur. Vtroque quidem casu fundus dotalis sit mariti nec minus is qui æstimatus non fuit, quam qui fuit, adeò vt quod magis est, fundus dotalis propriè is dicatur qui æstimatus non est, vt Iustinianus scribit in l. vnic. §. cumque ex stipulatu C. de rei vxor. act. Verumtamen in fundo æstimato duplex ratio est propter quam dicendum sit laudimium pro eo deberi. Vna, quæ inæstimato quoq; fundo communis est quod sit dotalis, & consequenter factus mariti: Altera quod sit venditus marito, & extra periculum restitutionis, si quando contingat soluto matrimonio restitui dotem oportere. Ideoque, & periculum omne ad maritum hoc casu pertinet, quod alioqui melius æquius esset, ad mulierem pertinere l. plerum me 10.

D. de

D.de iur. dot. Nisi cum conuenit vt fundus ipse redderetur habita ratione augmenti,& diminutionis, vt in l. æstimatio 50.D solut.matr.l.vlt.D. de pact. dotal. ob eamque causam æstimatio facta est vt sciri posset fundo perempto vel deteriore aut meliore facto quid, & quantum reddi oporteret, vt in l. fi inter 21.C. de iur. dot. Ideòq; bene interpretes, cum de fundo dotali æstimato loquuntur,adijcinnt tali æstimatione quæ faciat emptionem, quia non omnis æstimatio facit emptionem, sed ea tantum quæ fit eo animo contrahendæ emptionis l.1.D.de æstimat.act.l.cum post 69.§.cum res D.de iur.dot.Etsi autem æstimatio fundi dotalis non facit emptionem simplicē sed secundū quid,id est dotis causa, cuius longè diuersa ratio est ab emptione simplici, vt constat ex l.quoties 16.eod.tit.eandem tamen vim, & potestatē habet quam simplex emptio, ad acquirendū irreuocabiliter marito dominium fundi dotalis. Et idcirco nulla ratio est, cur pro eiusmodi fundo laudimium deberi quis neget,quod alia qualibet facta venditione deberetur. Quid.n refert an dotalem rem vel emphyteuticā maritus emat, an alius quilibet? Aut quis dicat necessariam esse hanc alienationē quę per viam venditionis,& emptionis fiat? Etsi enim maximè concederem, quod nego constitutionem dotis esse alienationem necessariā, cum & matrimonium possit esse sine dote l.5.D.de iur.dot & quātulacunq; summa dotis nomine data possit dotem facere, nec alius quam pater dotem filiæ dare teneatur l capite.19.De rit.nupt.l.vltim.C.de dot promiss. l.cum plures 12.§. vltim.D. de admin. tutor. ita vt dicatur mulier habere dotem ex causa lucratiua l. vlt.§.1.D. quæ in fraud.credit. Numquam tamen patiar, vt alienatio quæ fit per constitutionem dotis æstimatæ dicatur necessaria, cum mera emptio, & venditio sit sine qua constitutionem dotis inæstimatæ fieri non modò nihil prohibebat, sed etiam naturæ dotalis contractus magis conueniebat. Nec me mouet quod Amedeus respondet dict quæst.29.Posse etiam in dote constituenda æstimationem esse necessariam propter modū constitutionis, cum non liceat vassallo totum fendū in dotē

dare, vt neque grauato hæredi, totum fideicommissum si de parte dotari congruè filia possit. Ex Paris. cons. 16. num. 32. vol. 1. Purpur. cons. 343. Nam hæc ratio concludit duntaxat æstimationem totius feudi esse faciendam, non autem rei solius dotalis quæ ex feudo in dotem datur. Alioqui si ex tribus aut quatuor fundis feudalibus, vnus tantum in dotem datus sit, quid proderit æstimatum esse dotalem, vt sciatur an dos tanta dari potuerit, si non cæteri quoque æstimentur, ex quorum scilicet comparatione congruæ dotis proportio sumenda sit? Sed & cum totum feudum simul, & confusè vno pretio æstimatum est, si vnus fundus ex tribus aut quatuor in dotem detur, quid necesse est eum æstimari separatim, cum nihilominus sciri facilè possit non fore constitutionem supra modum congruæ dotis? Finge quatuor esse fundos æquè bonos, & fertiles, nec tamen æstimatos. Quis non videat nulla etiam facta, siue omnium, siue singulorum æstimatione posse vnum ex ijs in dotem dari, nec idcirco immodicam dotem fore? Denique talem æstimationem satis esset fieri quandocunque postulante domino directo qui dotis constitutionem immodicam vellet dicere, idque sumptibus domini qui eam constitutionem immodicam esse contenderet. At æstimatio illa de qua nunc tractamus, planè alterius condicionis est. Fit enim inter solos coniuges, ac proipsorum arbitrio, & ob id nec domino directo nocere potest tanquam res inter alios acta, & eo inaudito. Alioqui vocandus esset ad ineundam æstimationem si ad eos fines fieret vt sciretur quatenus diminutio feudi fieri deberet per dotis constitutionem. l. de vnoquoque 47. D. de re iudica. l. nam ita 39. D. de adopt. Ergo tametsi necessitas alienationis ad hanc rem aliquid pertineret. quod nos in præcedenti Decade falsum esse ostendimus, non esset tamen hæc bona ratio propter quam dici deberet, Pro dotali fundo æstimato laudimium non deberi. Cum hæc non solùm dotis constitutio sit, sed etiam venditio ac emptio, & consequenter voluntaria. Nec enim aut emere aut vendere quisquam cogitur l. nõ enim 9. D. rer. amot. l. nec emere 16. C. de iur. delib. Neque

illorum

illorum etiam distinctio recipi potest qui existimant pro dote quidem æstimata deberi laudimium, sed non statim cum facta emptio est, at eo demum tempore quo fundus remaneat penes maritum ex illa emptione. Accidit enim aliquando vt restituatur mulieri si maritus id eligat tanquam debitor, aut etiam mulier ipsa si mulieris fuit electio l. plerunque 10. §. vlt. D. de iur. dot. Etsi namq; facultas eligendi semper differtur in tempus vsque soluti matrimonij, tamen dominij translatio non idcirco dilata videri potest, Cum per traditionem ex dotis simul, & emptionis causa factam dominium statim transferatur in maritum, Cuius, & periculum est tanquam domini si ante factam electionem hinc cõstante siue soluto matrimonio res perierit, aut deterior facta sit d. §. vlt. iunct. l. seq. iuxta eã lectionem, & emendationem quam nos docuimus lib. 7. Coniect. cap. 5 Nam facultas electionis in fundo restituendo non tollit intellectum traditionis, vt verbis vtar Papiniani in l. si patroni 55. §. vlt. D ad SC. Trebell. quippe quam potius præsupponit, quando quidem nõ alia de causa fundus restituendus est, quam quia traditus marito fuit. Statim ergo laudimium debetur, nec tam inspiciendum est, quid in restitutionem venire possit quod in dubio euentu positũ est, quam quid translatum fuerit, & alienatũ, quod ab initio certum est: Non enim ideò minus quid nostrũ est, quod eius dominium à nobis abire aliquo casu speretur l. non ideò 66. D de rei vindic. Illa tantum dubitatio potest incurrere, An si mulieri fundus restituatur ex electione siue mariti, siue mulieris, laudimium ab ea restituendum sit quòd maritus soluerit. Et quidem si mariti electio fuit, non puto laudimij restitutione onerandã mulierem, ne in mariti potestate sit facere condicionem eius deteriorem, cum debeat ille sibi potius imputare cur fundi restitutionem elegerit, Quandoquidem si pretium restituere maluisset, de laudimij restitutione quærendum hodie nihil esset. At si mulieris electio fuit, eadem ratio facere videtur vt condemnari debeat ad laudimij restitutionem quasi imputandum ei sit, cur fundum habere maluerit, quã pretium. Verum cum eligendo

do fundum vtatur iure suo nec quicquam in conuentione dictum sit de laudimio in eum casum vicissim reddendo, Non puto facilè permittendum vt huius laudimij restitutione mulier onetur eiusque dos minuatur, non magis quàm si dotem æstimatam maritus simpliciter accepisset: Quo casu sicuti nihil nisi pretium soluto matrimonio reddere debuisset, Ita nemo dubitat quin totum laudimiorum onus sibi retinere deberet, perinde ac si rem aliam quamlibet extra dotis causam emisset. Nam & cùm inæstimatum fundum vir accepit in dotem, idem dicendum arbitror, Et laudimium deberi domino à marito, & ad onus mariti sic spectare, vt cùm dotem restituet, nihil possit ex dote pro laudimij indemnitate retinere. Nec simile est, quod cum venditio facta est sub pacto de retrouendēdo, emptor cū venditori retrouēdit, & pretium totum, & simul cum pretio laudimium consequitur, qđ soluit, adeoque tametsi nondum soluerit, cum sufficiat quod ad soluendum sit obligatus, hactenus saltem vt à venditore indemnitas ei repromittatur, si quando fortè à domino directo pro laudimio conuenietur, Vt solent pragmatici nostri dicere, Seruitiorum petitionem esse in rem laudimiorum in personam. Nam cum interceßit pactum de retrouendendo, secuta quandocunq; retrouenditio sit ex contractus precedentis necessitate, ideoq; mirum non est venditorem laudimiū restituere emptori cui rē auffert pro qua laudimiū solutū est. Quasi id actum sit vt neq; lucri neq; damni quicquā ex ea venditione penes emptorem remaneat, quemadmodum solemus dicere cum resoluitur venditio, quæ facta fuerat sub lege commissoria, vel sub pacto addictionis in diem, Licet ex his causis quandiu resolui ipso iure venditio potest & fundus inemptus fieri laudimium non debeatur, vt in sequentibus fortasse dicemus. At dotis causa perpetua est, vt superiore capite docuimus quoniam datur eo animo, & voto vt sit perpetuò penes maritum, d.l. 1. D. de iur. dot. Et qđ postea contingit aliquando, vt eā restitui oporteat fit ex accidenti, & non tantum præter sed etiam contra votum contrahentium, ideoq. attendi non debet, l. nam etsi 15. in prin.

D. de

D.de inoffic. testam.l.scripto 7.§.1. D.vnd.liber.l.Iulianus 26.vers.denique D.si quis omiss.caus.testam.l.cum tale 72. in princip. De condic. & demonstr. Sed & dici potest, facta retrouenditione,restitui à venditore laudimium emptori nõ tam ex iuris ratione quàm ex conuentione,quę ea de re passim solet interponi, & quæ si nulla interueniret, aliud fortasse probandum foret, Quandoquidem nihil nisi venditionis pretium quod ab emptore accepit venditor, ei reddere cogitur retrouendenti,vt in l.2.C.de pact.int. empt. & vendit.Constat autem laudimium, quod pro re empta debetur, pretij partem nullam facere, nec pretio imputari vllomodo posse,cum licet ex causa venditionis proficiscatur debitum sit tamen extra causam ipsam venditionis,& tale quid quod extrinsecus accidit,in consequentiam perfectę iam emptionis,vt & sumptus qui ab emptore fiunt ad confectionem instrumenti, quos nemo diceret venditorem redimentem cogendum emptori reddere si de eo nulla pactio interuenisset. Imputare namque sibi deberet emptor qui legem apertiùs non dixisset ex reg.l.veteribus 39.D.de pact. sibique melius non prospexisset, quod hodie passim facere prouidi emptores solent, Et benè vel ob hoc maximè ne quis dubitationi locus relinquatur. Argumento est, quòd facta venditione certo vt fieri necesse est pretio, si postea venditor velit eam rescindere ex causa læsionis immodicæ beneficio, l.2.C.de rescind. vendit. non potest emptor ad excludendam læsionem intendere laudimij,quod soluerit, ac sumptuum in vẽditionem, & instrumentum venditionis factorum rationem haberi oportere,Non alia vtique de causa,quàm quòd nihil ista ad pretium pertinent,& extranea sunt venditioni, licèt ijs venditio causam dederit, Vt in Codice nostro docuimus.

ERROR

ERROR OCTAVVS.

Si dos siue per patrem siue per extraneum constituta sit, & tradita marito, siue æstimata, siue inæstimata. Et ad l. vnic. C. de inoffic. dotib.

NON valere dotis constitutionem, & traditionem à patre factam ipsi filiæ iam diximus ex ea ipsa lege qua monentur interpretes, vt cõtra sentiãt, idest ex ea l. Pomponius Philadelphus 35. D. famil. ercisc. ideoq; nec vllum ex ea laudimiũ deberi posse siue æstimata siue inæstimata dos proponatur. Nullus ergo supradictæ distinctioni locus relinquitur, nisi cum dos a patre data, & tradita est marito, filiæ nomine. Quo casu valere cõstitutionem, & traditionem nemo dubitat, quamuis per eam fiat vt filiafamilias dotem à patre habere incipiat, & quidem veluti ex causa quadam donationis, vt scriptũ est in l. vlt. §. 1. D. quæ in fraud. credit. Fit enim hoc per consequentiã, nec repugnante iuris ratione, quę non solet impedire id quod fit per cõsequentias, l. 1. D. de author. & consent. tuto. & ex quodam iuris ordine l. cum vnus 12. in princ. D. de reb. author. iudic. possid. Sed si dos ab extraneo non à patre constituta sit, non distinguimus, an mulieri ipsi data sit, an marito nec an mulier sit filiafamilias, & in potestate an sui iuris, cũ hodie filia quoq; familias sit capax acquisitionis etiam inuito patre, ex l. cum oporteat 6. & l. vlt. C. de bon. quæ liber. Solo vsufructu ad patrem spectante, sed ita demùm hoc ipsum, Nisi ea lege datum sit ab extraneo filiæ, ne ad patrem vsusfructus perueniret. Hoc enim Iustinianus tandem ad priores suas addidit Nouel. 117. c. 1. vnde sumpta est Auth. excipitur C. eod. tit. De bon. quæ liber. Satis autem voluntatem suam declarat is qui dotem dat filiæfamilias, quòd nolit ad patrẽ vsumfructũ pertinere, cum dat ei vt habeat ipsa in dotem, siquidem dotis fructus ad maritũ spectare conuenit pro fe-fẽdis oneribus matrimonij l. pro oneribus 20. C. de iur. dot. nec vnquam capienda est ea interpretatio quæ fructus dotis

ab

ab onerib. matrimonij separet l. cum pr. 11. D de pact. dotal. Olim sanè aliud iuris erat: Nã si extraneus dotẽ dedisset, ac tradidisset filiæfamilias nõ marito, dominiũ per ipsã acquirebatur patri, cùm iure veteri essent filijfamilias acquisitionis incapaces patre volente sibi acquiri, adeo vt ne momẽto quidem tpis acquisitio consisteret in persona filij aut filiæ, l. placet 79. D. de acq. hæred. l. 1. D. si à parent. quis manum sit. Acquisitum aũt patri dominium non potuisse ignorante, ac multo minus inuito patre transire in maritum, l. si ego 9 § si res D de iur. dot. fuisset q; necessaria noua traditio quam pater ipse marito facere debuisset. Ob eamq; causam passim videas prudẽtes nostros cum de dote cõstituta, & tradita tractant, semper ita loqui vt dicant dotem marito traditã fuisse non filiæfamilias, aut promissam si de promissa dote disputent: Idemq; obseruãt etiam cum de alia muliere loquũtur, quę sit sui iuris, quia licèt mulier quęlibet si capax dotis habendæ etiam filiafamilias d. l. Pomponius, non tamen capax est acquirẽdi dominij ex causa dotis, sed necesse est trãsferri dominium rei dotalis in maritum, vt mulier dotem habere existimetur. Sit quemãdmodum non potest dos esse sine matrimonio, quamuis matrimoniũ possit esse sine dote l. 3. D. de iur. dot. adeo vt stipulatio dotis tacitam illam conditionem habere intelligatur, si nuptiæ sequantur, l. stipulationẽ 21. eod. l. cũ multæ 20. C. de donat. ant. nupt. ita neq; potest esse dos sine marito, id est tam citò verũ esse debet maritũ factũ fuisse dominũ fundi dotalis, quàm citò verum est mulierem habere dotem. Quinimò debet ius mariti ordine naturæ, & intellectus præcedere, quia prius est, vt maritus sit dominus rei dotalis, quàm vt dotem mulier habeat. Sicuti dicimus, legatum quidem tam cito facere rem legatam legatarij, quàm hæreditas facit hæredis res singulas, l. legatum 80. de leg. 2. sed tamen prius esse ordine intellectus, vt hæres aliquis factus sit per additionem, quàm de legato legatiq; dominio, & acquisitione tractari oporteat, l. si nemo 9. D. de testam. tutel. l. si tibi homo 86 §. cum seruus de legat. 1. l. ea quã 14. C. de fideic. Proinde quis titulus dotis sit iustus

& ha-

& habilis ad transferendum dominium, vel ob hoc ipsum, quod causam habet perpetuam. d.l. 2. de iur. dot. iunct. l. doce 9. C. de rei vindic. Si tamen ex causa dotis tradat quis rem mulieri, nuda traditio esse intelligitur, & consequenter ineficax ad dominium transferendum. l. numquam nuda 31. de acquir. rer. domin. quia siue ante matrimonium traditio facta est, dos esse nondum potest, siue post contractas nuptias, penes maritum debet esse dominium dotis; non penes mulierem d.l. 1. d.l. si ego §. si res de iur. dot. Penes maritum aût non aliter esse potest, quàm si traditio illi ipsi facta sit. l. traditio 20. de acquir. rer. domin. Vnde fit, vt quemadmodum querela inofficiosi testamenti non exercetur, nisi contra hęredem, & adita demùm hæreditate. l Papinianus 8. §. vnde si quis D. de inoffic. testamen. (in quo differt à bonorum possessione contra tabulas, quæ ideò dicitur esse contra lignũ. l. quod vulgo 19. de bon. poss contr. tabul.) ne quærela inofficiosæ donationis, nisi contra donatarium l. 1. & eod. tit. C. de inoffic. donat. Ita nec querela inofficiosæ dotis, nisi contra maritum, tanquam qui dotis remaneat dominus perpetuus, etiam soluto matrimonio cum morte mulieris, quę dotem dederat, solutum fuit. l. vnic. C. de inoffic. dotib. in cuius specie mater proponebatur bona sua omnia dedisse posteriori viro in dotem, deque eo conquestos filios prioris thori, quòd eo modo fraus ijs facta fuisset in legitima, de qua nullus querendi, aut conquerendi locus viua matre esse potuisset. l. 1. §. si impubere. D. de collat. bonor. Rescribit verò Cõstantinus, audiendos esse filios, & admittendos ad querelam inofficiosæ dotis, non vt tota dotis constitutio infirmetur, quemadmodum in alijs querelis inofficiosi testamenti, & inofficiosæ donationis eueniret, vt alibi disputauimus, sed ad portionem vsque legitimam: quod aperte significant verba illa, & filijs conquerentibus emolumenta debita conferantur. Nam & ratio diuersitatis euidens est, quod hæreditatis, & donationis tituli sint lucratiui, quorum vtilitatem, & fructum hæredibus, ac legatarijs eripi minùs iniquum sit. Dotis autem titulus onerosus quantum ad maritum propter

onera

onera matrimonij, d.l.vlt.§.1.D. quæ in frau.credi.l ex promissione 19.D.de oblig.& act.quamuis veteres dotis dationem etiam inter donationes annumerarent, vt Iustin.refert in l.cum multæ 20.C.de don.ant.nupt.scilicet ex parte dantis, non ex parte mariti accipientis, ideoque minus ex dote quàm fieri possit marito auferendum est, qui non aliter vxorẽ ducturus fuit.l.Titia 62.in fin.D.de iur.dot. Nisi cum dos à tutore constituta est ex liberalitate, quæ arbitrio pupilli sanè seruanda est.l.cum plures 12.in fin.D.de adminis.tutor. Idque est, quod ait Constantinus leges legibus concordare promptum esse. Leges enim volunt ex vna parte non auferri dotem marito, qui ea lege vxorem duxit non aliter ducturus l.pure 5.§.penult.D.de doli mal.except.l.si donaturus 9.§.1. de condit.cauſ.dat. Ex alia verò parte volunt etiam leges, vt certa portio, quæ ob eam causam legitima dicitur, ex bonis parentum liberis relinquatur.l.vltim.D.de bon.damnat. Sic ergo leges legibus concordandę sunt, vt dotis constitutio, quę vniuersorum bonorum fuit (nulla enim lege prohibitum est mulieri bona sua omnia in dotem marito dare.l. nulla 4. C.de iur.dot.l.mulier 62. D. eod) non quidem totæ infirmetur, sed hactenus tamen, vt saluam legitimam liberi habeant. Vt aliàs euenit, cum parens ipse, qui donationem inofficiosam fecit, vult liberis suis prospicere ne debita successione fraudentur, vt præueniat potestatem querelę inofficiosę donationis, quæ donationem totam rescinderet.l.si totas 5.C.de inoffic.donat. In quo tamen obseruandum est, quod nemo obseruat vix hodie locum esse vllum posse huic querelæ inofficiosæ dotis, & legi Constantinianę, cum ex Iustiniani constitutione in l.vnic.C.de rei vxor.action. siue mulier ipsa dotem det, siue pro ea extraneus quilibet, intelligatur stipulatio tacita interueniſſe de dote mulieri eiusue hæredibus etiam extraneis solutio quandocumque matrimonio reddenda. Quæ res facit vt non sit liberis prioris matrimonij necessaria querela inofficiosę dotis, quia nec mariti lucro dos vnquam cedit, siue ex matrimonio suo liberos aliquos habeat, siue nullos, nisi ponas expressum pactum intercessi-

terceſſiſſe de lucranda tota dote. Cuiuſmodi pactum valere certum eſt etiam in dote profectitia, quæ alioqui ratione miſerationis ſemper ad patrem reuerteretur. l. ſi pater 12 in princip. D. de pact. dotal. iunct. l. 5. & 6. D. de iur. dot. Nullũ enim hoc caſu liberis auxiliũ ſapereſſet, niſi in querela inofficioſæ dotis, in qua illud ipſum temperamentum ſequendũ eſſet quod ſupradicta Conſtantini lex probauit, ac fortaſſe induxit. Vt liberi ſaluam legitimam habeant, & præterea nihil, ſi non alia Iuſtiniani conſtitutione prohibitum eſſet matri liberos ex alio matrimonio habenti plus in dotem ſecundo viro dare quàm ei dederit ex liberis cui minus reliquit. l. hac edictali 6. C. de ſecund. nupt. Poſt quam legem concludendum eſt Conſtantini legem non ſolum ſuperuacuam eſſe hodie, vt Cuiac. loquitur in parat. ad C. ſed etiam abrogatam. Nec minus quantum ad liberos naturales quorum ſcilicet ratio nulla haberi poteſt viuo marito, vt nec ſuperſtite coniuge, niſi hactenus vt boni viri arbitrio paſci eos oporteat. Auth. licet. C de natur. liber. Scilicet ex bonis, quę in hæreditate matris defunctæ reperiantur, ſi quæ ſint non etiam, vt querelam inofficioſę dotis contra maritum habere debeant. Quidni enim mulieri liceat etiam naturales liberos habenti dare omnia bona in dotem marito ex quo ſperare poſſit legitimos? Quare ad rem non pertinet, quod habent etiam tales liberi querelam inofficioſi teſtamenti. l. ſi ſuſpecta 29. §. 1. D. de inoffic. teſtam. Eſt enim fauorabilior querela inofficioſi teſtamenti quàm inofficioſæ dotis, vt ex eo conſtat, quod reſcindit teſtamentum in totum, hęc verò non niſi vſque ad legitimam: In propoſito autem etiamſi locum habere deberet pro naturalibus liberis, non poſſe tamen reſcindere, niſi vſque ad alimenta dict. Authen. licet. Cur enim deterior conditio ſit mariti ſuperſtitis quàm vxoris. nam nec Authen. illa loquitur de matre, ſed tantum de patre. Noua igitur lege opus eſſet, vt ad hunc caſum pro alimentis lex Conſtantini produceretur. Et hæc quidem de illius legis ſententia, & praxi dicta ſint: quæ nos dicere oportuit, non ſolum, vt illius tituli vim, & poteſtatem non-

dum

dum satis benè cognitam aperiremus, sed ob id maximè vt vt ostenderemus quam verum sit quod volumus dotis titulũ habilem esse ad transferendum dominium in maritum non etiam in mulierẽ, quæ licèt quandiu viuit, dotem habere dicatur, si tamen bona sua in dotem omnia marito dederit, & marito superstite moriatur licèt superstitibus quoque liberis ex alio matrimonio, nulla tamẽ bona reliquisse intelligitur, ex quibus citra querelã inofficiosæ dotis legitima liberorũ possit detrahi. Ergo vt ad institutã de laudimio quæstionem redeamus, siue à patre qui filiam in potestate habeat, siue ab extraneo dos datur, tradi eam non mulieri oportet sed marito, vt dominiũ in eum transferatur: Et consequenter omni casu laudimium à marito deberi fatendũ est tanquã qui dominiũ nactus sit, & quidem ex causa nõ necessaria sed merè voluntaria, siue personam mariti inspicias, in cuius arbitrio fuit aut nullã vxorem ducere, aut indotata penitus, aut saltẽ minus dotatã l. si patre cogente 22. D. de rit. nupt. Siue personã extranei qui dotem dederit, cum veteres etiam dotem hac ratione inter donationes annumerarent, vt suprà diximus ex Iustiniano in d. l. cũ multæ 20. C. de donat. ant. nupt. Siue denique mulieris quæ dotẽ habere dicit ex causa lucrativa, & quodammodo, donationis, tũ quoque cũ patre illam habet d. l. vlt. §. 1. D. quæ in fraud. credit. Nec ad rẽ pertinet q̃ patri ex officij necessitate incumbit, vt filiam dotet d. l. vlt. C. de dos promiss. d. l. capite 19. D. de rit. nupt. Neq; enim dotis negotiũ inter patrẽ, & filiã geritur, sed inter patrẽ nomine filiæ, & maritũ cui traditio vt diximus facienda est: quo respectu ex vtraque parte sunt omnia voluntaria, Illa verò Paponij ratio minus obstat, licèt ab alijs probata, quod dos succedat loco legitimæ, cuius tamen debitũ voluntariũ esse nemo dixerit cũ sit necessariũ. Est enim hic alius error vulgaris interpretum quem nos in priore huius Chiliadis parte confutauimus, & ostendimus, dotẽ quidẽ quę à patre vel alio parente data sit imputari debere in legitimã ex l. quoniam Nou. 29. C. de inoffi. testam. sed nõ ideò videri posse in locũ legitimæ succedere, quæ nulladũ debeat, eo tẽpore quo dos à

patre constituitur. Quare illud quoq; impertinens est, quod idem Paponius adducit, Posse filiam accipere legitimam portionem in corporibus bonorum, Quo casu nullum vtiq; pro legitima laudimium deberetur. Legitimam enim haberet filia in vicem portionis hæreditariæ quam in hæreditate patris sperare poterat, ideòq; laudimium nullum deberet, sicuti nec si patri ex parte aliqua hæres extitisset. At dotis dominium non acquiritur filiæ cuius nomine dos datur, sed marito cui soli dos traditur, & tradenda est vt probauimus, & cui tamen in bonis soceri nulla debetur legitima. Quidni ergo laudimium maritus debebit perinde acsi fundum dotalem ex alia quam ex dotis causa adquisiuisset? Nam etsi mulier quæ iam in bonis defuncti patris legitimã consecuta fuisset, eam subinde nubens in dotẽ marito dedisset perinde dicerem hoc quoq; casu debitum iri laudimium à marito eadem penitus ratione. Neque ea res mulieris damno aut dotis diminutioni cedit, cum debeatur laudimium non à muliere sed à marito numquam illud ab vxore aut ab ipsius hæredibus repetituro, vt superiore capite docuimus. Cum igitur placeat interpretibus nostris magis communiter laudimium deberi à marito cui fundus dotalis inæstimatus traditus ab extraneo fuerit, vt Amedeus à Ponte testatur dict. quæst. 29. post Steph. Bertr. cons. 315. vol. 3. part. 2. & cons. 57. volu. 7. Brun. cons. 44. in fin. Nulla prorsus ratio est cur aliud sentire debuerint in dote siue per patrem, siue per mulierem ipsam tradita marito. Quominus omni casu debeat laudimiũ sicut omni casu fit ille dominus, nouusque emphyteuta per traditionem. Ex quo etiam responderi potest ad rationem illam quam in contrarium adducit Crauet. cons. 215. num. vlt. ex Angel. ad l. in suis 11. De liber. & posthum. & Dec. cons. 226 colum. 3. quod dominium à patre in filiam continuetur, ita vt per mortem patris non tamen nouum dominium acquiri filiæ videatur, quam illud ipsum continuari quod iam habuerat viuo patre d. l. in suis l. 1. §. largius D. de succes. edict. Nihil. n. hic de illa dominij cõtinuatione tractari potest, cũ interrupta fuerit per traditionẽ à patre

factam

facta marito, in quem dñium fundi dotalis ita translatum est, vt moriente patre nec in prīs, nec in filię bonis esse dici possit.

ERROR NONVS.

Si aliqua bona sint allodialia ex quibus constitui dos potuerit quæ constituta fuit ex feudalibus aut fideicommissis.

QVI defendunt pro bonis feudalibus, & emphyteuticis in dotem datis nullum deberi laudimiū siue æstimata tradita sint, siue non æstimata, siue mulieri, siue marito, dum à patre non ab extraneo, quam sententiam mordicus tuetur Crauet. cons. 215. vt suprà retulimus, lidem addunt exceptionem hanc, & limitationem vnicam, si modò pater non habebat alia bona allodialia ex quibus dotare filiam posset. Nam si pater, inquit idē Crauet. nu. 7. haberet alia bona, non posset filiam dotare de bonis feudalibus aut emphyteuticis sine cōsensu domini quod hæc alienatio non posset necessaria dici alijs bonis existentibus, quemadmodū dici solet de bonis fideicommisso subiectis. Ex notat. in Authent. res quæ C. commun. de legat. Sed huiusmodi exceptio neq; accommodata est, neque bonam habet rationem: Dico nō esse accommodatam, quia si verum est quod isti volunt, si bona nulla sint allodialia, laudimium nullū pro feudalibus, & emphyteuticis in dotem datis deberi, Multò magis dicendum esset nulla deberi si essent aliqua bona allodialia, Et illa præsuppositio, quod existentibus aliquibus bonis allodialibus, nō possit pater ex reliquis dotem constituere, facit potiùs ut nullus huic quæstioni locus fieri possit: Stulta enim quæstio est, An ex dotis constitutione quæ ipso iure nō tenuerit laudimium aliquod debeatur: Aut si ponas dominum directum ex tali quoque constitutione laudimiū petere, Stultior erit ratio quā adfert Craueta in contrarium, quod hoc casu bona feudalia in dotem dari nequeant, Cum alienationi, & dationi in dotem satis hoc ipso consentiat dominus directus cum ex ea laudimiū petit, quæ expressa contractus approbatio est l. cū pater

77.§.qui dotale De lega.2.l.cũ vir 42.D.de vſurp.& vſucap. l.ſeruum Titij 49.D.mandat. Nam,& fatetur Crueta valere hanc conſtitutionem accedente conſenſu domini directi. Quidni verò,cum liceat cuilibet iuri ſuo,& pro ſe introducto renunciare? l. ſi iudex circumuento 28. D. de minor. l.pen.C.de pact. Quid porrò intereſt an præcedat conſenſus domini, an ſequatur? Nam & in eo iuris interpreres omnes conſentiunt,ſufficere etiã ad euitandã pœnã caducitatis,vt dominus conſentiat alienationi quãdocũq; & eã ſciens prudenſq; approbet,vt omnes notant ad l.vlt.C.de iur.emphy. Imò,& quantũ ad petitionẽ laudimij interdũ,& iuxta eas diſtinctiones quas in hanc rem adfert Amed. à Ponte quæſt. laudim.15. quibus tamen nullus poteſt eſſe locus, cum approbatio contractus ex ipſa laudimij petitione inducitur. At neque verum eſſe puto quod vulgò creditur,ſi aliqua ſint bona allodialia quæ ad congruam dotem conſtituendã ſint ſufficientia ex alijs bonis aut feudalibus,aut emphyteuticis factam conſtitutionem ipſo iure non valere:Cum enim hæc res habeat implicitam quæſtionem facti, An alia ſint bona allodialia necne,de qua neceſſariò ante omnia cognoſcendum,& pronunciandum eſt, nec tam iuris ſit quam iuriſdictionis, vt Papinianus loquitur in l. inter tutores 36.D de admin.tutor.fieri nequit, vt talis conſtitutio ipſo iure nulla eſſe videat:quomodo eleganter ac ſubtiliter Claudius Tryphonimus ratiocinatur in ſua ad Scæuolã nota in l.filiæ 88. D.de ſolu. Maximè verò hoc apud nos obtinet ex veteribus ſtatutis Sabaudiæ, quæ feuda etiã in dotẽ dari poſſe volunt, & p dotib.obligari,& alienari quoties bona alia nulla ſunt, tum quoque cum etiã fideicommiſſo ſubiecta inueniuntur, quamuis eo caſu duplex prohibitio legis cõcurrat quæ ſolet efficacior eſſe ad impediendam alienationem aut obligationem l.vlt.vbi omnes notant C.de reb.alien.nõ alienand. Et ad filiusfamilias 114.§. Diui 2. de leg.1. & ad l. vlt.§. penul.C.commun.de legat.Cur enim aut maritum futurum, aut nupturam mulierem in eas velimus conijcere anguſtias vt non prius matrimonium contrahere, & de dote danda

conue-

conuenire possint, quam explorauerint, an bona aliqua sint allodialia, quæ in dotem dari possint, an nulla. Quamquam neque sufficeret id benè explorasse, Nisi post alia bona reperta illud etiam exploraretur, an essent illa idonea ad dotem congruam constituendam: Quod ipsum vix aliter sciri potest quam si omnium bonorum, & feudalium, & allodialium iusta æstimatio ineatur, quæ porrò nisi scientibus, & vocatis omnibus quorum interest, ac proinde ipso etiã domino directo iniri nõ potest, Ex regula l. de vnoquoque 47. D. de re iudic. Quod si ita est, quis non videt, quantas hæc sententia moras, & perplexitates obijciat contrahendo matrimonio, ad quod inuitari potius contrahentes deberent, & matrimonij quodammodo libertatẽ, quod magis est restringat? l. cum ita 63 l. Titio centum 71. §. 1. De condic. & demonstr. Quotus enim quisque est qui tam duris, & incommodis legibus vxorem ambire, & expectare velit? ac litiũ prius quam matrimonij fastidia experiri? Verius igitur est huiusmodi constitutiones ex bonis feudalibus, & emphyteuticis factas valere ipso iure, tum quoque cum alia bona sunt allodialia, etiã quæ congruæ doti cõstituendæ forent idonea. Sed tamen posteà reuocandas esse dummodo ex allodialibus satisfieri commodè marito possit arg. l. Titia 62. D. de iur dot Et reuocandas quidem, tanquam in fraudem domini directi factas. Quemadmodum solemus dicere de dote constituta ex bonis fideicommissarijs, reuocari eam debere quasi factam in fraudem fideicommissi, nisi cum species talis occurrit qualis in l. mulier 22. § cũ proponeretur ad SC. Trebell. in qua possis dicere cum Vlpiano, Non posse videri in euersionem fideicommissi factum quod, & mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. Porrò cũ in alicuius fraudem alienatio facta est, constat non eo minus valere ipso iure alienationem, ex eaque transferri dominium, Propter quam causam cõparatum est iure Prætorio interdictũ fraudatorium, & actio fraudatoria, ꝙalio, & elegantiore nomine dicitur reuocatoria, & ab inuentore Pauliana de qua in tit. Quæ in fraud. credit D. & C. Neq; tamen ea actione aliud

consequitur actor, nisi vt rescindatur p Prætorē traditio, q̄ in fraudē facta fuerat, & per q̄ translatum erat dñium, non vt dominium quiritiarium, quod per tradionem alienatum fuerat in acquirentē, licet fraudis participē auferatur, & ad pristinum dominum recurrat. (Prætor enim sicuti non potuit facere legem, neq; legi similem constitutionem, ita nec dominium quiritiarium, aut dare, aut adimere. §. quos autem Instit. de bonor. poss.) sed vt rescissa traditione, ac pro eo habita quasi numquā facta esset, res alienata perinde habeatur acsi in bonis debitoris mansisset, vt possit venire in vēditionem vniuersalem bonorum debitoris, à quibus p alienationem discesserat, quemadmodum explicat Iustinianus in §. item si in fraudem Instit. de action. Deniq; per hanc actionē fit debitor inuitus dominus bonitarius eius rei cuius anteà erat quiritiarius: idq; in fauorem actoris duntaxat, de fraude sibi facta conquerentis: Quinimò nonnumquam euenit, vt fraus alienantis impunita sit, putà si emptor, aut alius acquisitor fraudem non participauerit. l. 1. & tot. ill. tit. D. quæ in frau. credi. Aut si pater in fraudem fideicōmissi, quod post mortem suam filio suo restituere rogatus est, multa ex bonis fideicommissis alienauerit. vt in l. Imperator 50. D. ad SC. Treb. vbi dicitur patrem hoc casu eam suæ fraudis pœnam pati ex rescripto Diui Hadriani, vt damnum conditionis ei infligatur, id est, vt fideicommissum. quod fuit in diem incertum atq; ita conditionale, habendum sit pro puro, statimq; restituendum filio, non quasi emancipato, sed potiùs quasi militi, Ita vt quandiu filius viuat, nihil in ijs bonis pater iuris habeat, nec aliud est si hæres rogatus de restituendo eo, q̄p ex hæreditate supererit, alienet omnia, aut maiorem hæreditatis partem in fraudē fideicommissarij. Nam & hoc casu alienationes valere constat, adeò, vt nec rescindi possint, quia ad hūc casum neq; interdictum fraudatoriū, neq; actio Pauliana pertinet. Solaq; superest eo nomine personalis actio fideicōmissario contra hērdem, qui alienauit si dolo malo in ea re versatus probetur, quia supradictis fideicommissi verbis, De restituendo eo tantum q̄p supererit, bonam fidē inesse constat,

constat, vt Papinianus ait in l. Titius 64. D. ad SC. Treb. qđ quia olim minus vagum, & incertum erat tanquam, ꝙ totum in arbitrio boni viri positum esset, sic tandem à Iustiniano restrictum, & temperatum est, vt hæres ita grauatus nihil supra dodrantem alienare possit, quartam autem fideicommissario seruare teneatur, nisi ex certis causis Nouell. 108. De restit. cap. 1. vnde sumpta est Auth. contra rogatus. C. ad Trebel. Alia sanè ratio est hodie bonorum, quæ ex fideicommisso restitui debuerunt si interim alienata sint per hęredẽ Etsi enim quandiu pendet dies, aut conditio fideicommissi valet interim, & tenet ipso iure alienatio non minus quàm olim ex l. si hæres 70. §. 1. D. eod. Attamen eueniente quandocunque die, vel conditione, alienatio incipit ipso iure nõ valere propter authoritatem constitutionis Iustinianeę quæ fideicommissi alienationem fieri hoc casu prohibuit, & alienationes omnes irritas fecit in d. l. vlt. §. pen. C. commun. de legat. Alienationi enim prohibitio præsertim facta per legem, quæ rerum omnium domina, & regina est, omnẽ impedit translationem dominij l. vltim. C. de reb. alien. non alienand. Sed cum Iustiniani Nouell. 39. de restit. & ea quæ parit 11. mens. vnde sumpta est Auth. res quæ C. commun. de legat. sic ab interpretibus ferè omnibus accepta sit, vt pro dote, ac donatione propter nuptias, siue constituenda, siue restituenda possint bona fideicommisso subiecta, & alienari, & obligari, eo saltem casu, quo alia bona nulla sint, quę sufficere queant, quod vetere statuto Sabaudiæ apertius expressum est, tum quoque cum eadem bona, quę fideicommisso sunt obnoxia etiam feudalia reperiuntur (id enim plerunq; in nobilioribus familijs accidit) Apparet hic euenire necessariò quod supra diximus, vt propter implicitam facti quæstionem, quæ non iuris, sed iurisdictionis est; An alia bona sint, extra causam fideicommissi, quæ doti congruæ sufficiant necne, nõ possit dici, nullam esse ipso iure alienationẽ, quæ aliquo casu potest esse valida arg. dict. l. filiæ 88 de solu. Sufficit enim vt aliquem casum vtilem habere possit. l. Stichus 39. in fi. D. de testa. manumis. l. hæres à debitore 21. §. cũ

tu,& Titius D.de fideiuſſ. Quod ſi non ipſo iure nulla eſt,fateri ſtatim oportet, ex ea igitur transferri dominium, cùm alienatio nihil aliud ſit,quàm dominij tranſlatio. l.1. C.de fund.dotal.l.alienatio 28.l.alienatum 67.de verbor.ſignificat. Porrò quoties dominium transfertur, & per conſequẽs nouus aliquis emphyteuta conſtituitur, laudimium domino directo debetur, qui nouum hunc emphyteutam admittit. Ergò ex dotis quoq; conſtitutione,quæ ex bonis,aut feudalibus,aut emphyteuticis,aut fideicommiſſarijs facta ſit,laudimij petitio omnimodo competet,etiamſi proponas alia eſſe bona, ex quibus æquè congrua dos conſtitui potuerit, quia etiamſi maximè id verum probaretur, nihil tamen aliud ex eo inferri poſſet, niſi quòd reuocanda eſſet dotis conſtitutio tanquam facta in fraudem domini directi,aut fideicommiſſarij,& ex alijs bonis ſupplenda ne maritus damno adficiatur,vt in l. Titia.62.D.de iur. dot. Sed non faceret ea res quominus verùm maneret tranſlatum ſemel fuiſſe dominiũ, quòd ſufficit vt laudimium debeatur. Alioqui dicendum eſſet, Nullum quoque laudimium deberi poſſe ex alienationibus quæ per Paulianam poſteà reuocatæ ſint, aut reuocari quandoque poſſint,quod tamen eſſet ridiculum. Quid enim domini directi intereſt,an alienatio in fraudem facta ſit,an non,aut an reuocata ſit,necne. Nam neque de fraude tractandum eſt,niſi cùm tenet alienatio, neque de reuocatione ſi alienatio non tneat ipſo iure. Aut ſi quis contrà ſentire velit,fateri eum oportebit In omnibus huiuſmodi actionibus reuocatorijs ita obſeruandum vt nihil inaudito domino directo conſtituatur, Ne ipſius inauditi,& ignorantis ius lædatur,& quod iam ei quæſitum eſt auferatur contra l. vltim.D.de pact.iunct.l.de vnoquoque 47.D.de re iudic.l. nãta 39.D. de adopt.Multum tamen intereſt, an de ijs bonis tractemus,quæ in fideicõmiſſi fraudem alienata ſint, an de ijs,quæ in fraudem domini directi cùm eſſent feudalia, vel emphyteuticaria. Nam in ijs quæ fideicommiſſo ſunt obnoxia, vtrumque procedit, quod diximus, Vt & laudimium domino directo debeatur,& nihilominus alienatio in fraudem

dem fideicõmissi facta reuocetur si appareat ex alijs bonis allodialibus æquè congruam dotem constitui marito potuisse, quia scilicet nihil commune habet ius domini directi laudimium ex dotis constitutione petentis, cum iure fideicommissarij nihil nisi fideicommissum, & alienationis reuocationem persequentis. At in bonis feudalibus, aut emphyteuticis, non possunt hæc simul stare, vt, & dominium, quod per dotis constitutionem translatum fuerat in maritũ dominus directus reuocet tanquam in fraudem suam alienatum, & nihilominus laudimium petat, Quandoquidem laudimij petitio manifestam approbationem inducit, quæ reuocandi ius, & facultatem omnino extinguit. Est igitur hæc quæstio, & Crauettæ traditio dict. consil. 215. num. 7 inutilis & ociosa prorsus in bonis feudalibus, & emphyteuticis. Vtilis tamen, & digna, quæ à nobis tractata sit in bonis fideicommissarijs dotis causa traditis, si dotis constitutio, & traditio in fraudem fideicommissarij facta probetur. Nec enim dotis fauor Paulianæ, & reuocatoriæ actionis potestatem tollit si maritus quoque fraudem participauerit d. l. vlt. §. 1. D. quæ in fraud. credit.

ERROR DECIMVS.

Si domino ignorante maritus pactus sit de lucranda dote quæ fuerit constituta ex bonis feudalibus, vel emphyteuticis. Et de augmento dotali consuetudinario.

TATVTA pleraq; sunt in Italia de lucrãda per maritum in multis casibus, vel tota dote, vel sal tẽ parte dotis, Præsertim verò in casum, quo mulierem prædecedere contingat nullis ex matrimonio superstitibus liberis. Neq; quisquam dubitat quin eiusmodi statuta valeãt, quia & per pactũ id fieri posset ẽt in dote profectitia, quæ alioquin, ad patrem ratione miserationis reuerteretur, nullis maximè liberis interuenientibus

l. si pater,

l.si pater 12. D.de pact. dotal. quamuis in eum casum, quo maritus præcederet, ait pactũ seruari non oporteret, l.2. eod.tit. Ne scilicet mulier aut indotata penitus eo pacto, aut minus dotata efficeretur. Vulgare autem nostrorum brocardicum est, ea omnia quæ per pactum fieri possunt, etiam per statutum fieri posse, & contra, Ex Bar. & alijs ad l.vlt.§.1.D. ad S.C.Tertyll. quod an verè dicatur in secunda huius Chiliadis parte disputauimus, neq, huius est loci. Sed hæc quidẽ statuta, & pacta indubitatè valent, cum dos in bonis allodialibus constituta est, de quibus liberè ac pró arbitrio disponere contrahentes potuerint: At cum de bonis feudalibus, vel emphyteuticis agitur in quibus dos fuerit constituta, dubitari sæpè solet an ex ijs bonis lucrum dotis consequi maritus possit, ſi dominus directus dationi dotis consenserit non etiam pacto de lucranda dote, siue lucrum hoc sibi maritus vindicet ex pacto, siue ex statuto. In qua dubitatione statim occurrit interpretibus vulgaris illa distinctio, an dos constituta sit ex necessitate, id est à patre vel ab alio ex ascẽdentibus, qui dotare tenẽtur, an ab extraneo, & ex mera voluntate. Nam priore casu volunt nullum deberi laudimium non magis pro lucro dotis, euenientè casu lucri, quàm pro ipsa constitutione dotis, Posteriore verò admittunt laudimium deberi. Sed exigunt tamen vtroque casu, vt in tali pacto de lucranda dote consensus domini directi interueniat. Ex not. in §. donare Tit. qualit. olim poter. feud. alien. Adeo, inquiunt, vt etiamsi dominus consentiret, quod feudum daretur in dotem, si tamen expressim non consentiret pacto de lucro dotis, non posset maritus lucrari dotem ex pacto, Ne quidem stante statuto, quòd maritus dotem lucrari debeat aut partem dotis. Sic enim Bart. cons. 346. incip. puncta volum. 2. & Brun. consil. 236. in fin. volum. 3. quos refert, & sequitur Amedeus à Ponte dict. quæst. 29. Nisi quòd in casu statuti dubitat, Propterea quod is qui vult antecedens, velit etiam omne id quod est consequens ab eo. Ex Crauet. cons. 79. numer. 4. præsertim si dominus statuta non ignorabat. Ego nihil horum omnium probare possum. Non illud primum,

mum, quod aiunt, Alienationem quæ fit per pactum de lucranda dote eueueniente casu lucri esse necessariam quoties apponitur in ea dote, quæ ex necessitate constituta fuerit, hoc est ab eo, qui dotare tenebatur. Nam vt maximè verum esset, quod nos in præcedentibus negauimus, necessariam esse alienationem, quæ fit ex causa dotis per patrem constitutæ, quia dos non in filiam alienatur, quæ dotanda est, sed in maritum cuius respectu sunt omnia voluntaria, Non esset tamẽ bona consecutio, vt ea quoq; alienatio quę pactũ de lucranda dote casu lucri eueniente cõsequeretur, æquæ dici deberet necessaria, cum nil necesse sit tale pactũ adijci, nihilq; prohibeat, & filiam nubere, & ei dotem congruam darí, nec tamen de dote dotisve parte lucrãda quicq; pacisci. Est enim hoc pactum ex vtraque parte tam mulieris, quàm mariti planè voluntariũ longeque illi dissimile, quod apud nos frequentatur de augmento dotis mulieri constituendo, Cuius interponẽdi necessitatem ex eo intelligimus, quòd tum quoq; cum interpositum nõ est siue per incuriam, siue per imperitiam contrahentium, aut notarij, pro interposito tamen habetur, Adeoque si expressa conuentione dictum: si, vt vel nullum mulieri augmentũ debeatur, vel vt minus præstandũ sit, quã faciat dimidia pars dotis pecuniariæ, aut tertia pars dotis in fundis, & bonis immobilibus constitutæ. Dicimus tale pactũ non valere, tanquam quod augmẽti dotalis conditionem faciat deteriorem. Perinde acsi dotẽ ipsam imminueret ex l. Attilicinus 17. D de pact. dotal. neà dote separetur ea pars dotis quę additamenti causa datur, l. inter socerũ 26. §. cum inter eod. tit. l. etiamsi 8. C. de iur. dot. vt ex Senatus nostri sententia disputauimus in C. de pact. comment. tam sup. dot. At pactum de lucranda dote in fauorẽ mariti, neq; interponendum necessario est, neq; vero apud nos interponi ferè vnquam solet, vt pote quod odiosum sit, & mulierum commodis atque vtilitatibus contrarium. Quo nam igitur colore posset, obsecro, dici necessarium? Nisi ob id fortasse, quod maritus non aliter fuerat matrimonium contracturus. Sed hoc ad necessitatẽ pacti nil pertinet.

Alio-

Alioqui dicendum erit nec pacti necessarij commodo prinandum esse maritum, qui in accipienda dote pactus sit de lucranda ea in casum, quo ipse prior, & saltem superstitibus liberis moreretur, quod tamen falsum est. Constat enim tale pactum seruandum non esse per quod mulier indotata, vel minus dotata constitueretur, vt initio huius capitis diximus ex dict. l. 2. D. de pact. dotal. Et tamen æquè posset maritus dicere non alia lege contracturum se fuisse, neque pacti sui commodo se defraudandum esse, l. vlt. C. de pact. int. empt. & vendit. l. 5. ſ penult. De doli except. Non igitur pacti necessitas ex eo sumi potest, quod maritus non aliter contracturus fuerit; sed ex eo solo æstimanda est, quod aliter contrahi matrimonium non potuerit. Quod certè pacto de lucranda dote nullomodo conuenit, quod numquam nisi ex contrahentium mera voluntate interponitur, Etiam ijs in locis in quibus vigent statuta, quæ citra vllam conuentionem lucrum dotis addicant marito. Nec enim statutorum huiusmodi mens illa est, vt omnimodo inuitis quoq; contrahentibus maritus dotem lucretur, sed ita demum si aliud nihil in contrarium actum sit. Semper enim sequi nos oportet id quod inter contrahentes actum dictumque est, nisi vel contra leges sit, vel contra edictum Prætoris, vel contra bonos mores l. semper in stipulationibus 34. De regul. iur. l. iurisgentium 7 ſ. ait Prætor D. de pact. Qua ratione suspectum mihi semper visum est ius illud quo tamen vti nos modò dixi, De improbandis pactis dotalibus, per quæ augmenti dotalis consuetudinarij quantitas apud nos minuatur. Nam & consuetudo, statuti exemplo, sic interpretanda est, si non aliud conuenerit, nisi verbis consuetudinis, quæ fortè scripta esset, vt sunt apud nos consuetudines Augustanorum, talis conuentio esset prohibita. Quo casu dubitandum non esset, quin valere non posset pactum aduersus consuetudinē interpositum, quæ vim legis habet, non magis, quàm si contra leges interpositum proponeretur: Largaque videtur esse differentia inter pacta, quæ dotis conditionem deteriorem faciant, quæ nos admittimus non valere, ex d. l. Attilicinus

17. De

17. De pact. dotal. Et illa quæ dotalis augmenti quantitatē minuunt, cum huiusmodi augmentum non sit pars dotis à muliere vel pro muliere marito constitutæ, sed ex mera mariti donatione, ac liberalitate proficiscatur, ideoque potius sponsalitiæ largitati æquiparari debeat. De qua Iustin. Nou. 119. vt spōsal. larg. aut veteri illi donationi propter nuptias, de qua in l cum multæ 20. & tot. tit. Cod. de donat. ant. nupt. cui certum est nullum certæ quantitatis modum præscriptū fuisse, in id vsq; tempus, quo Iustinianus constituit, vt æqualitas esse debeat inter dotem, & donationem propter nuptias Nouell. 97. De æqualit. dot. & propt. nupt. donat. & augment. dot. c. 1. Vnde sumpta est Auth. æqualitas C. de pact. conuent. tam sup. dot. quæ tamen constitutio vsu contrario abijt in desuetudinem, siuntq; quotidie pacta in contrarium de quibus tamen longè probabilius dici posset ea non valere, tanquam facta contra Iustiniani legem cuius authoritate priuatorum cautiones censeri non debeant, l. vlt. D. de suis & legit. quam de illo de quo nunc tractamus, cuius nulla in libris nostris mentio sit. Quod enim de additamento dotis scriptum est, in d § cum inter, & d. l. etiamsi & dict. Nouell. 97. ad eam pecuniam pertinet, quæ ex parte mulieris datur marito, siue à muliere, siue ab alio qui pro muliere dotē dedit, aut promittitur ad augendam dotem prius datam, vel promissam. Postquam placuit etiam constante matrimonio augeri dotem posse dict. l. cum multæ, quamuis eo tempore interdictæ sint omnes inter virum, & vxorem donationes. Neque mirum est quicquid iuris est in dote, id etiam obtinere in ea parte dotis, quæ constante matrimonio augendæ dotis animo data fuit vel promissa, quoniam & ipsa quoque dos est. Non etiam pecunia illa quæ ex parte mariti datur mulieri, quamuis eodem dotalis augmenti nomine apud nos censeatur. Idq; ita esse ex eo quoque apparet quod pragmatici etiam nostri admittunt, Mulierem quæ à priore marito augmentum hoc dotale habuit, si nubat iterum non videri hoc augmentum secundo viro in dotem constituisse, quamuis totam primam dotem ei dedisse existimetur.

Ex

Ex l.dotem 30.D.de iur.dot.qua tamen,vt hoc quoque obiter adnotemus valde meo iudicio abutuntur nostri, licèt Duce Bartolo in quæst.incip. Mulier amplum habens patrimonium, Cum Paulus ind l.dotem, de eo matrimonio secundo loquatur, quod cum eadem persona contractum sit, quod sæpissimè olim accidebat in tanta licentia, & frequêtia diuortiorum,non quod inter alios. Diuersitas enim personarum eam interpretationem recipere non potest, vt eadem dos continuata,videri debeat, aut eædem dotis conuentiones,non magis,quàm vt nouus conductor,ab eodem quamuis locatore ijsdem legibus,& conditionibus quibus prior reconduxisse intelligatur. Id enim tunc solum obtinet cum idem conductor est qui ante fuit, l. item quæritur 13.§.qui impleto D. locat. Ergò si verum amamus, Ne quidem pactum hoc de augmento dotali præstando necessariũ videri potest, sed potius voluntarium, Nec quod propter defloration em debetur ad rem facit. Cùm non ex comparatione virginitatis constituatur, quæ nullo certo precio æstimari potest,vt de hominis salute ratiocinatur Paulus in l.pen.§.1. D. de donat. Sed ex comparatione dotis, quæ tantò minor esse deberet, quanto certior esset virginitas. Neque verò pragmatici negant, Bonis immobilibus in dotem datis.quæ fortassis maximæ sint æstimationis, eam solã quantitatem pro dotis augmento deberi, de qua conuenerit. Nam quod diximus ad tertiam vsque æstimationis partem deberi ex consuetudine apud nos inueterata,tum obtinet,cum specialis de ea re pactio nulla interceßit, Ne alioqui ab egregia dote accipienda, & consequenter à contrahendo matrimonio deterreatur maritus,eo metu ne immẽsi dotalis augmenti onere prægrauetur,vt in l. Iulianus 42. De acquir.hæred Quantò minus igitur dici potest necessarium esse pactum de lucranda dote, & necessariam alienationem ex eo pacto secutam si casus lucri euenerit? Admitto tamen quod volunt interpretes,Pro dotis lucro laudimium nullum deberi. At non ratione illa quam adferunt, quod sit hæc alienatio necessaria,sed alia longè diuersa, qđ ex hoc pacto

quantum-

quantumuis valido nulla fiat alienatio, Ex eo autem solo actu laudimium debeatur, ex quo dominium trãsfertur. quid enim aliud est Pacisci maritum de lucranda dote, quã conuenire vt soluto matrimonio dos penes maritum remaneat dict. l. 2. & dict. l. si pater 12. in princip. De pact. dotal. Nimirum non alia lucri acquisitione maritus indiget, cui dos ipsa totaiam acquisita est ex ipsa constitutione, quam traditio secuta sit, vt in præcedentibus probauimus, Indiget tantum ne soluto matrimonio dos ab eo aut ab eius hæredibus restituenda sit, quod nos lucrum dotis appellamus. Neque sanè ex solo pacto lucrandæ dotis transferri dominium vllũ posset in maritum, sed necessaria esset traditio, l. traditionibus 20. C. de pact. Porrò noua traditio fieri non potest marito cui iam ex causa dotis res omnes dotales sint traditæ, vt neque magis fieri posset dominus ex posteriore causa is, qui iam esset ex priore leg. non vt ex pluribus 159. De regul. iur. §. sic itaque instit. de action. Neque verendum est, vt hæc nostra sententia iniuriam faciat domino directo, cui laudimium deberi volumus ex ipsa dotis constitutione propter dominium ex dotalium rerum traditione translatum in maritum, qui proindè duplicis laudimij præstatione onerare-tur si pro dotis quoque lucro nouum laudimium præstare cogeretur, cum vna tantum sit acquisitio licèt duæ sint cõuentiones in duplicem casum conceptæ. Quòd si quis pactum huiusmodi de lucranda dote ideò necessarium esse cõtenderet, quòd non aliter fuerit maritus contracturus, sequeretur nec aliud dicendum fore tametsi ab extraneo, & ex mera voluntate non ex necessitate dos data proponeretur. Mariti enim accedentis ad matrimonium contrahendum certis legibus, quid interest à quo dotem accipiat, aut cum quo paciscatur? Et tamen non est ex interpretibus qui non fateatur laudimium deberi pro lucro dotis, si ex voluntate non ex necessitate dos constituta sit. In quo ipso nihilominus errant. Nos enim eo quoque casu deberi vllum negamus, Eadem ipsa ratione, quàm modo attulimus, quòd eueniens casus nullam secum lucri nouam

uam acquisitionem trahat, neque nouam, vllam traditionem, sed priore illa contentus sit, quæ ex dotis constitutione secuta fuit, & propter quam ius habuit dominus directus petendi laudimij, vt ipsi quoque interpretes fatentur etiam cum inæstimatus fundus in dotē datus est. Distinctionem enim illam, vtrum æstimatus fuerit fundus dotalis, necne ad eum casum restringunt quo dos à patre vel ab alio qui dotare tenebatur data sit, non ab extraneo. Cur ergo duplici laudimio maritū onerari patiuntur pro eadem eiusdem dominij acquisitione? Respondebunt haud dubiè, quia ad validitatem pacti De lucranda dote consensus domini directi requiritur. Hoc verò est quod nego, Et illud magis quod addunt, Non sufficere vt dominus consenserit dationi dotis, nisi etiam pacto De lucro dotis expressim consentiat, Nam siue talis casus proponatur in quo dos constitui potuerit ex bonis feudalibus vel emphyteuticis etiam inuito nedum ignorante domino directo aut ex ratione iuris communis, puta si alia bona non fuerint ex quibus congrua dos dari potuerit, siue ex generali illa consuetudine quæ apud Gallos, & apud nos non modò emphyteuses verum etiam feuda reduxit ad instar patrimoniorum, Nego consensum esse necessarium in pacto De lucro dotis, cum sit accessorium ad dotem, & inutile quantum ad translationem dominij quod per dotis constitutionem, & traditionem translatū iam fuit. Et quantumuis esset necessarius, nō ideò tamen consequens statim esset laudimium deberi, quippe quod non propter consensum debetur sed propter translationem dominij, & approbationem noui emphyteutæ, qui hoc casu nullus est. Quamquam nec illud ferre possum, vt dominus qui semel consenserit dari in dotem bona feudalia vel emphyteutica quæstionem de lucro dotis faciat marito, siue lucrum illud maritus sibi vindicet ex pacto, siue ex statuto. Maximè verò si ex statuto, quod dominus non ignorauerit, Non ratione illa quam adfert Amedeus, quod quisquis vult antecedens velit etiam consequens, Id enim non nisi de necessario consequēti intelligi potest, quale hoc esse iam negauimus, quod

& Crauetа

& Craueta fatetur d. conſ. 79. nu. 4. Sed quia pactum de lucro dotis cum ſit non modò acceſſorium ad cõſtitutionem dotis, ſed etiam ex more, & conſuetudine apponi ſolitum apud eos maximè apud quos eiuſmodi ſtatuta vigent, ſatis approbatum ipſum quoque videtur per contractus dotalis approbationem. Debetque ſibi imputare dominus quod conſentiendo dari in dotem bona feudalia vel emphyteutica non dixerit legem apertiùs l. veteribus 39. D. de pact. nec prohibuerit huiuſmodi pacta dotalia quæ proſpicere debuit futurum vt interponerentur, adeoque vt etiamſi expreſſa non eſſent pro expreſſis tamen, & interpoſitis haberentur authoritate ſtatuti quod conuentionis vicem, & authoritatem ſupplet. Præſumendi enim ſunt contrahentes velle contrahere, vt ſecundum leges, ita & ſecundum ſtatuta loci in quo contrahunt l. ſi fundus 6 D. de euict. Nam, & ſolemus dicere, Ea quæ ſunt moris, & conſuetudinis venire in bonæ fidei iudicijs l. quod ſi nolit. 31. §. quia aſſidua D. de ædilit. edict. Qui ergo conſentit, vt bona feudalia vel emphyteutica dentur in dotem illo etiam caſu quo alioquin dari non poſſent, hoc ipſo conſentit vt dentur adiectis pactionibus quibuſlibet dummodo ſolitis licitis, & honeſtis in quarum numero hanc eſſe nemo ambigit, etiam vbi ſtatutum hac de re nullum eſt. Quare nec valde intereſſe arbitror an ſtatutum dominus ſciuerit an ignorauerit. Quod ſi ponas talem caſum eſſe, in quo dos conſtitui potuerit ex bonis feudalibus vel emphyteuticis etiam inuito domino, quod alia bona nulla ſint, & à patre aut ab alio qui dotare tenebatur, dos conſtituta fuerit, Sicuti conſenſus domini non eſt neceſſarius ad conſtitutionem dotis, etiam interpretibus ipſius fatentibus: Ita neque ad validandum pactum de lucro dotis. Enimuerò quamuis conſenſus ille eſſet neceſſarius nihilomagis laudimium deberetur ex eo pacto, Ex quo ſcilicet numquam transfertur dominium ſiue nobiſcum ſentias fuiſſe iam tranſlatum per cõſtitutionem dotis, ſiue quod nullam ex eo pacto traditionem ſequi vnquam neceſſe ſit, aut poſſibile. Alioqui maritus iam lucratus do-

tem cogendus, esset hæredibus mulieris dotem reddere aut illam ipsam dotis partem quam lucratus esset, vt posset ab ijs postmodum accipiendo nanciscì dominiũ, quod esset absurdissimum. Pro illo autem dotis augmento consuetudinario quod apud nos obtinet, ac de quo diximus, licèt necessarium esse existimetur, non tamen dubito quin laudimiũ debeatur domino directo si in bonis feudalibus, & emphyteuticis constitutum proponatur, licèt vt plurimum constitui soleat in pecunia numerata, Iisdem nimirum rationibus quas attulimus vt probaremus, Pro fundis quoque dotalibus laudimium deberi etiamsi dos à patre constituta sit.

ANTONII FABRI
I. C. SEBVSIANI
In Supremo Sabaudiæ Senatu Præsidis Primarij.

DE LAVDIMIIS,
DECAS IV.
ERROR PRIMVS.

De laudimio ex permutatione debito Ad l. vlt. C. de iur. emphyt.

NON defuerunt ex interpretibus qui dixerint Ex permutatione laudimium nullum deberi. Inter quos ita sensit Io. Montanus in vsus Feudor. lib. 6. cap. 4. Ratione illa moti potissimum vt videtur quod Iustiniani constitutio quæ hoc ius induxit in l. vlt. Cod. de iur. emphyt. diserte constituit vt pro laudimio quinquagesima pars pretij præstetur. Pretium aũt nullum esse potest nisi cum emptio, & venditio est l. naturalis 5. §. 1. D. de præscript.

præscript. verb iunct § pretium Inst. de empt. & vendit. l. 1. D. de contr empt. Atqui permutatio differt toto genere ab emptione licèt origo emendi vendendique à permutationibus cœperit dict. l. 1. cum in permutatione pecunia nulla interueniat, in qua cõstitui pretium necessariò debet, ideòque nesciri possit vtra res sit merx, vtra pretium, vter emptor, vter venditor l. 1. D. de rer permut. Deinde emptio contrahitur, & perficitur nudo consensu d. l. 1. De contr. empt. Permutatio autem re ac traditione, & vt scriptum est in d. l. 1. De rer. permut. in permutatione res tradita initium obligationi præbet, Emptio non transfert dominium nisi secuta demum traditione, adeòque nec secuta quoque traditione nisi etiam pretium solutum sit aut fides habita de pretio l. quod vendidi 19. D de contr. empt. §. venditæ Inst. de rer diuis. At permutatio transfert dominium cum incipiat à traditione nec quicquam aliud exigat quod traditionem sequatur. Vnde illud etiam fit vt alienæ rei venditio valeat quantum ad contrahendas inter emptorem ac venditorem empti, & venditi obligationes quamuis res emptori auferri possit l. rem alienam 28 De contr. empt. At rei alienæ permutatio fieri non potest Id enim est quod aiebat Pedius, Alienam rem dantem nullam contrahere permutationem d. l. 1 De rer permut. quod, & nomen ipsum permutationis sonat, vt alibi docuimus, significat enim mutationem nõ possessionis tantum, sed etiam dominij eamque efficacem, vt aliquid addat syllaba per quæ cum additur augere semper solet. Cum ergo tam multæ sint inter emptionẽ & permutationem differentiæ vt cæteras taceamus quę sunt nõ paucæ, difficilè videtur vt Iustiniani legem de emptione duntaxat locutam ad permutationẽ protrahere debeamus. Sed tamen ab omnibus ferè interpretibus hæc sententia meritò explosa est, tanquam quæ & legis verbis repugnet, & multò magis menti Iustiniani. Nam vt prætermittam quod scriptum est in l. statuliberi à cæteris 29. §. 1. D. de statulib. legem ipsam duodecim tabularum cum de statuliberis locuta est, & de implẽda per statuliberũ cõdicione, emptionis

appellatione omnem alienationem complexam esse. Exipsis etiam verbis Iustinianeæ constitutionis apparet generalem eam esse, nec tantum ad emptionem, & venditionem, sed ad cæteras quoq; alienationes pertinere. Quæstio.n. quæ in ipsius legis initio proponitur, de omni alienatione est, & de qualibet iuris emphyteutici in alium translatione, vt apparet ex illis verbis alienare, vel ius emphyteuticum in aliũ transferre. Deindè in ipsa legis dispositione ita scribit Iustinianus, vel si ius emphyteuticum ad personas non prohibitas, sed concessas, & idoneas ad soluendũ emphyteuticũ canonem transponere emphyteuta maluerit. Tũ verò cũ laudimij modum, & quantitatem præscribit ne possit dominus plus q̃ quinquagesimam precij partẽ exigere, subiungit statim ne quis fortè ad solã emptionis causam restringi legem velit, vel æstimationis loci qui ad aliã personam trãsfertur. Et paulò post si autem nouum emphyteutã, vel emptorẽ melioratiṍ [sic enim legendum est non meliorationes] suscipere dominus noluerit. Et postremò ad finem legis licere emphyteutæ etiam nõ consentientibus dominis, ad aliũ suũ ius, vel emphyteumata transferre. Loquitur ergò cõstitutio non de emptore tantũ sed de quolibet nouo emphyteuta, & acquisitore qui p̃ quãlibet speciẽ alienationis in prioris emphyteutæ ius successerit. Nec sanè ratio vlla est cur domini directi ius aliud sit, & deterius permutata re feudali, vel emphyteutica, aut aliter alienata, quàm si fuisset vendita. Quid enim ipsius refert, quonã titulo dominium nactus sit is, qui nouus possessor, & nouus emphyteuta inuenitur? Quocunq; igitur titulo facta sit alienatio, laudimium domino deberi dicendum est. Et vt sciatur ad quam vsque pecuniæ quantitatem ascendat laudimium ineunda est rei feudalis, vel emphyteuticæ æstimatio ad cuius ratam laudimij quoque æstimatio sumatur, vt tractat Amed. q. 28. post Capell. Tholos. quæst. 27. Chassan. in consue. Burgund. Tit. Des censes. §. 7. num. 1. & alios ibi allegatos. Nec enim omnis æstimatio facit emptionẽ, sed ea tantũ, quæ fiat animo contrahendæ emptionis, vt in superioribus diximus sæpius ex l. æstimatis. 50.

D. solut.

D.solut.matrim.l si inter 21. C. de iur. dot.l.cum post 69. §. cùm res D.eod. Nec istorum errorem adiuuat quod denunciatio illa quam Iustinianus præcipit fieri ante alienationē, vt declaret dominus an velit eodem precio, quod ab alio emptore offertur, rem feudalem, vel emphyteuticariam retinere, permutationi conuenire non potest, in qua precium nullum versatur. Vulgo autem creditum est post Bartolū ad l.& ideò in princ. D.de condict.furt.quòd cùm quæritur, an soluendum sit laudimium prius inquirendum est, an in alienatione sit necessarius consensus domini. Vt si res absq; eius consensu alienari possit, nullum laudimium debeatur. Quasi consensus domini sit causa, quæ effectum laudimij præcedere debeat,& cessante causa cesset effectus. Nam respondemus, quod nec interpretes ignorarunt de duplici consensu loqui Iustinianum, quorum vnus interponitur ante contractam emptionem, si dominus pro eodem precio retinere rē nolit, eamq; in alium transferri patiatur, alter post contractam, vt nouus emphyteuta in possessionem mittatur, aut in possessione retineatur. Prior consensus non inducit obligationem præstandi laudimij, sed tantùm interponitur ad effectum illū, Ne dominus possit iure illo prælationis vti, quod ei Iustinianus dedit, Neve ob non factam denunciationem causari aliquando possit rem in commissum cecidisse. Posterior verò consensus ille solus est, pro quo laudimium debetur. Prior cōsensus ad emptionem duntaxat pertinet, in qua sola ius prælationis locū habet pro eodē precio si dominus rē retinere malit,& si quis alius contractus est, adeò emptioni similis vt si non habeat precium, habeat saltem aliquid, q sit loco precij, qualis est datio in solutum, quæ in vicem precij habet eam ipsam pecuniam quæ debetur, & pro qua res in solutum datur l.à Diuo Pio 15 §.si pignora D.de re iudic. l.si quis aliam 46. D.de solut.l.si non sortem 26.§.si centum D.de condict.indeb. Itaq; de hoc consensu nihil tractari potest, cùm res aut permutatur, aut donatur, aut legatur, quia neq; his casibus ius prælationis locum habet. At posterior consensus omni casu necessarius est ad nouum emphyteutā

in possessionem mittendum, aut in possessione retinendum: Ergò in his omnibus etiam casibus laudimium debetur. Atque ita supradictam Bartoli conclusionem Amedeus intelligit, & restringit quæst. laudim. 53. scilicet vt procedat vbi cõsensus simpliciter, & absolutè nullus requiritur, id est neque antè, neque post contractum. Quod tamen vereor ne nõ satis conueniat menti Bartoli qui hac in re vt, & in alijs plerisque nimis generaliter, & indistinctè locutus videtur, ac de promoillo consensu solo sensisse quem Iustinianus exigit ante contractam emptionem. In quo sanè deceptus fuit, sicut & decipiuntur meo iudicio cæteri interpretes qui tùm quoque cùm emptio contrahitur duplicem consensum requirunt, vnum qui ante contractam emptionem interponatur, Alterum qui post contractam. Cùm enim prior consensus à domino præstitus est declarante nolle se rem feudalem, aut emphyteuticam pro eo precio retinere, quod Titius offerat [emptoris enim persona nominanda, & designanda est] quid obsecro necesse est alium eiusdem domini consensum interuenire vt emptor qui volente domino cõparauit, postmodum in possessionem mittatur. An enim veremur ne quæ domino fiat iniuria, qui semel voluit? l. in diem 9. §. 1. D de aqua, & aquæ pluu. arcend. Aut cur ista superuacua sollennitate emptorem onerare volumus, cum id quod semel placuit, posteà displicere amplius non possit? vulg. iuris Pontificij regula, iunct. l. hæc stipulatio 14. in fin. D. vt legat. seu fideic. seruand caus. caueat. Neque ad hunc casum vt arbitror illa Iustinianeæ constitutionis pars pertinet, qua constituit, vt secuta alienatione non possit dominus contradicere sed nouum emphyteutam per se suasvè literas, aut saltem persuam depositionem suscipere compellatur, sed ad illum potiùs de quo in præcedentibus verbis legis, id est quo dominus accepta denúciatione noluerit voluntatẽ suam intra duos menses declarare, ita vt emptorem alium verus emphyteuta quæsiuerit, Alium in quam ab eo, quem prius nominauerat. Nec enim illa nominatio impedit ne alius emptor, quæri possit dummodò sit idoneus ad soluendum canonem,

& ex

& ex ijs personis in quas alienatio prohibita non est vt ipsa quoque habet constitutio. Cæterùm si, & ille ipse emat qui domino fuit nominatus, & expressus domini cõsensus interueniat, nihil certè impedit quominus post factam à vẽditore traditionem, quæ omnimodo necessaria est, & ad transferẽdum in emptorem dominium, & ne emptor potiùs prædo videatur l. si ex stipulatione 5. De acquir. poss. liceat emptori propria auctoritate, & irrequisito domino ingredi possessionem eamque pro arbitrio nanscisci, & occupare. Grauisque hic interpretum nostrorum error est, quòd existimant hoc casu rem cadere in commissum, si nouus cõsensus domini ante apprehensam possessionem non fuerit requisitus ex dict. l. vlt. C. de iur. emphy quæ de hoc sanè casu non loquitur. Nec tamen eo minus debetur à nouo emphyteuta laudimiũ propter dominij translationem, quæ in eum facta est per traditionem, licet irrequisito domino secutam, cùm fuerit dominus ante emptionem requisitus, & emptioni cõsenserit. Planè si alium emptorẽ venditor quęsierit, quàm quem domino directo nominauerat, nouum domini consensum merito lex exigit, non vt liceat emphyteutæ rem suam alij vendere, sed ne ignoranti, aut inuito domino directo nouus emphyteuta acquiratur de quo nihil adhuc audierit. Ex quo intelligimus, quàm verum sit, quod toties inculcauimus, Laudimium non magis propter hunc posteriorem cõsensum deberi quã propter priorem, sed propter solam dominij translationem, & emphyteutæ ac possessoris mutationem. Alioqui nullum hodiè laudimium deberetur cùm moribus nostris possit quilibet rem feudalem, vel emphyteuticam vendere, & emptorẽ in possessionem inducere, licèt nec à venditore dominus requisitus sit ante contractam venditionem, nec ab emptore post perfectam emptionem. Sunt enim duæ istæ requisitiones quas constitutio exigit in eo differentes, quod prior à venditore facienda est emptorem nominante, Posterior ab emptore venditorem designante, quia, & laudimium ab emptore debetur, non à venditore. Ad obligandũ verò emptorẽ vt laudimiũ præstet sufficit, quòd nouus sit, & dominus, & pos-

sessor rei emphyteuticæ, vel feudalis. Quemadmodum, & quod prioris requisitionis necessitas hodie sublata est non efficit quominus saluum sit domino ius prælationis, si pro pretio quod alius iam non solũ obtulerit, sed etiam soluerit, rem retinere malit. Quam in rem spatium trium mensium præstitutum est eo Sereniſſimi Ducis nostri edicto, quo prælationis ius illud quod priscis moribus nostris antiquatum fuerat, restitutum tandẽ fuit, vt in Codice nostro scripsimus: Idque siue de feudo agatur siue de emphyteusi. Nam, & in feudis habet locum ius prælationis Cap 1. §. porrò, vbi glo. & alij Qualit. olim feud alien poter Eamque communem esse sententiã testatur Amed. à Ponte dict. quæst. 13. vbi multos citat Denique licentia vendendi hodie nulla impetranda est, quæ olim erat impetranda, non tanquam necessaria ad inducendum ius prælationis, sed tantùm vt sciri posset an dominus directus iure suo vti vellet, præferrique emptori. Sed non eo minus etiam post perfectam emptionem iure suo vti potest si velit, similiter, & sublata necessitas est impetrandæ licentiæ ad possessionem apprehendendam, sed perinde tamen laudimium debetur ac si ea de re dominus requisitus fuisset, & consensisset. Consensus igitur omni casu sufficit vnicus tum quoque cum duplex olim requirebatur, Eumque consensum satis est ex postfacto interuenire, qui olim præcedere debebat, vnus quidem venditionem, alius vero possessionis apprehensionem. Nam si dominus directus post perfectam emptionem approbet nouum emphyteutam, quod facere intelligitur, siue innestituram ei concedat, siue ab eo laudimium petat satis iuri prælationis renunciare intelligitur, & suam voluntatem declarasse, quod eo iure vti nolit: Eaq; contractuum distinctio, quam suprà diximus, solo illo casu retinenda est quo erat olim denunciatio necessaria, id est quo etiam hodie ius prælationis habere locum potest, Vt differat emptio, itemque datio in solutum à cæteris contractibus, in quibus nec pretium vllum est, nec quicquam loco pretij non in laudimio, sed in iure tantum prælationis: Differat autem in duobus, Primum in eo quod modò

diximus

diximus vt in emptione, & datione in solutum prælatio locũ habeat, nõ in cæteris. Deinde in eo si ius scriptum inspicias, non quo vtimur hodie, vt denunciationem præcedere oporteat in emptione ac datione in solutũ, non item in cæteris. Rursus in emptione quoq; distinguere olim oportebat, An emptor ille esset, qui nominatus erat in denunciatione facta domino, an alius, Vt si idem ille sufficeret vnicus, & primus consensus, nec secundus requireretur: si verò alius emptor esset, nouũ consensum in apprehendenda possessione interuenire necesse olim erat ne res cõmitteretur. Hodie non est hæc distinctio necessaria siue prælationis iure vti dominus velit, siue laudimium petere. Vtroque n. casu suppletur consensus facto, & voluntate domini præsupponentis vẽditionẽ valere, quã nec posset impugnare tametsi maximè vellet, cũ nostris moribus nũquã ex hac causa res hodie in cõmissũ cadat. Cæterũ variæ possunt occurrere species circa permutationẽ de quibus dubitari quear, An ex permutatione laudimiũ debeatur. Aut. n. permutatio sit rerum ex vtraque parte feudalium, vel emphyteuticarum, vel rei feudalis, & emphyteuticæ ad rem liberã, & allodialẽ Illũ enim casum quo res allodialis cum allodiali permutetur, etsi frequenter potest contingere, consultò tamen prætermittimus quia nullũ huic quæstioni locum relinquit. Sed & interdum contingit vt res feudalis cum emphyteuticaria permutetur: qui casus nouam etiam habere quæstionem potest apud eos qui rectis, & proprijs vtuntur feudis, quæ permulta habent à iure emphyteutico separata, si permutatio fiat rei feudalis ad feudalem, vel emphyteuticariæ ad emphyteticariam, magis communiter probatum est, laudimium nullum deberi, siue quod sine consensu domini possit fieri huiusmodi permutatio, vt tractat Bald. ad l. si domus 71. §. vlt. de legat. 1. Rip. ad l. qui Romæ 122. §. duo fratres De verb. oblig. & ad l. 2. in princ. num. 38. D. de reb. credit. Siue quod reperiatur persona iam approbata vt ratiocinatur Amedeus à Ponte quæst. laudim. 28. Vbi tamẽ addit exceptionẽ Dummodò bona fide facta sit permutatio. Nam si in fraudẽ facta esset, id est, vt explicat

Iul.

Iul. Clar. in § emphyteusis quæst. 17. si effectu ipso emphyteuta rem venderet, sed verbis contractus allegeret se permutare vel donare, vt priuaret dominum iure prælationis, nihilominus posset dominus directus fraude probata, vti suo iure prælationis, vt ex Baldo, & Ripa concludit Clarus: Addens fortè etiam de iuris rigore dici posse, quod hoc casu emphyteuta propter huiusmodi alienationem cadat à iure emphyteutico. Arq; ita multos sensisse ait, licet non audeat ipse affirmare sententiam eorum veram esse. Ego verò sicuti cum fraus in permutatione admissa est defendo intrepidè, Emphyteutam omni iure priuandum esse, adeoque ipso iure rem sic permutatam in commissum cadere, perinde acsi in quauis alia parte circa ea quæ ad alienationem rei feudalis, vel emphyteuticæ pro forma præscripta sunt, peccatū esset, Ita cessante fraude contendo ex permutatione huiusmodi laudimium deberi. Atque vt ab eo casu exordiamur, quo fraudem admissam esse constet, quis ferat impunitam esse fraudem vassalli aut emphyteutę id agentis, vt dominum directum cuius beneficio rem habet, iure suo priuet ac spoliet? Nam si ratione agendum est, an nō aperta ingratitudo est eius, qui aduersus dominū à quo beneficium accepit [nā & emphyteusim dare beneficij species quædam est] iniuriā machinetur? & consequenter digna quæ commissi, & vt vocant, caducitatis pœna coerceatur? Præclarè Seneca, Nullam iure nostro ingrati actionem comparatam esse, quod tāto sceleri nulla par satis, & congrua pœna irrogari posse videretur. Quid verò iustius, adeoque humanius quam vt in eo saltem in quo peccauerit, puniatur, vt in specie l. rescriptum 6. D. de his quæ vt indign. l. Paulus 24. in princip. D. ad leg. Falcid. Etsi verò fraus omnis punienda est, nec dolus malus debet vnquam manere impunitus, ne tum quidem cum alij nulli nocet, l. procurator 11. § 1 D. de dolo mal. except. odiosior tamen illa fraus est, quæ fit clam & per cuniculos, q̄ quæ aperto dolo. Ideoq; grauius puniri solet, qui clam peccat quàm qui palàm, Propterea quod palam delinquentes, vt errantes maiore pœna excusantur, Clam verò committē-

tes

tes vt cõtumaces plectuntur, inquit Paulus in l. vlt. in fin. D. de rit nupt. iunct l. pupillus 5. §. sed si per interpositam D. de author. tutor. Et grauius quoque peccare intelligitur, qui in fraudem legis aliquid facit, quam qui directò contra legem, quia contra legem facit is demum qui id facit, quod lex fieri prohibet. In fraudem verò legis ille, qui saluis verbis legis sententiam eius circumuenit, l. contra legem 29. D de legib. Ergo & in proposito similiter fatendum est Vassallum aut emphyteutam qui rem feudalem vel emphyteuticariam permutare se dicit quam reuera vendit, neq; id alia mente, quã vt domino directo ius offerendi præripiat, peccare grauius quàm si contra legem apertè venderet extraneo, nulla prius facta domino denunciatione. Et ideò quamuis suprà diximus, sublatam esse nostris moribus necessitatem illam quam Iustinianus induxerat denunciationis faciendę domino, & requirendi an velit ipse præferri necne, nec proinde rem hodie cadere in commissum etiamsi non sit seruata forma quam constitutio illa præscripsit, Non idcircò tamen consequens est, vt eo quoq; casu quo fraus admissa sit pœnã commissi, & caducitatis pariter sublatam dicere oporteat, cum longè maior sit ratio eius retinendæ, quando tanta fraus admissa est, quàm si per imperitiam, aut iniuriam duntaxat emphyteutæ, ac sine dolo malo legis solemnitas omissa fuisset, præsertim cum ea omissio non auferat domino ius prælationis propter quod volebat lex fieri denunciationem. Nec quòd hodie feudalia bona, & emphyteuticaria redacta sint ad instar patrimoniorum, facere debet, vt vassallo vel emphyteutæ permissum videatur impunè fraudem domino facere in bonis feudalib & emphyteuticis, quę nulla fieri potest in allodialibus. Alioqui sequeretur, nec vlla domino directo laudimia hodie deberi ex feudalium, vel emphyteuticorum bonorum alienatione, quia neque ex allodialium vlla deberentur, quod tamen falsum est. Nihil enim aliud facit hæc consuetudo nisi vt tam vassallus, quam emphyteuta liberam habeat de bonis etiam feudalibus, & emphyteuticis etiam irrequisito domino disponendi facultatem,

tatem, neque verendum habeat ne ex hac causa res in commissum cadat. Sed ita tamen vt salua maneant iura cætera omnia domini directi, maximè verò quàtum ad laudimium, & ius prælationis. Cæterum non inducit hæc consuetudo fraudandi licentiam, nec proinde tollit pœnam quæ fraudi debetur. Alioqui corruptela dicenda esset non consuetudo, nec valere posset quæ vasallum, & emphyteutam ad delinquendum inuitaret, l. iurisgentium 7. §. illud nulla D. de pact. l. vltim. Cod. eod. Pœna igitur commissi, & caducitatis quam Iustinianea lex induxit, sublata videri hoc casu non potest, adeoque si nulla adhuc lex hac de re lata esset, nouam vtique ferri oporteret, ne dolus maneret impunitus. Neque enim punitus videri debet, ob hoc solum, quod perinde ad solutionem laudimij emptor condemnetur, qui emit sub specie permutationis acsi palam emisset, itemque vt perinde directus dominus habeat ius prælationis. Hoc namque modo nihil aliud consequimur, nisi vt nullum fraudis suæ fructum contrahentes sentiant, at nō etiam vt eorum dolus coerceatur: Aliud siquidem est lucrum quod ex fraude sperabant ipsis aufferre, aliud verò dānumijs aliquod infligere, l. quod autem 6. §. simili modo dicimus D quæ in fraud. credit. l. 3. De vi & vi armat. Damnum autem aliquod propter fraudem semper infligendum est d. l. procurator 11. §. 1. De doli mal. except. l. Imperator 50. D. ad S. C. Trebellian. Deinde hac ratione puniretur emptor solus non etiam venditor si res in qua fraus facta est, non caderet in commissum. Ius enim prælationis emptori tantum rem auffert, non etiam pretium venditori, qui iam in alium rem transtulit, & similiter laudimij solutio ad emptorem spectat non ad venditorem. At pœna commissi, & caducitatis venditorem potissimùm afficit, qui pro re quam amittit, nullum pretium aut à domino directo, aut ab emptore consequitur. Quamquam si iam emptor pretium venditori vltrò soluisset, difficile esset dicere dandam ei aduersus venditorem vllam repetitionem si particeps ipse fraudis fuisset, cum in pari causa, & turpitudine melior debeat

esse

esse conditio possidentis,& eius qui conuenitur,l 2 §. vltim. l.3.4.& penultim.D.de condict. ob turp.caus.iunct. l. si æ rei 16. l. si in emptione 34. §. 1.ibi nisi vltro quod conuenerit præstet.D.de contr.empt. Nam qui scit,& fraudem participat non ab alio decipitur, sed à seipso, l. nam si scit 26. De rei vindic.l. 1.& tot.tit. Quæ in fraud.credit. nec quicquam æquius est, quàm vt consilium malum consultori ipsi sit pessimum, l. consilij 47. De regul. iur. Sed si fraus nulla in permutando interuenerit, dico adhuc tamen ex permutatione laudimium deberi, tametsi rerum vtrimque feudalium, & emphyteuticarum permutatio facta sit.Cum ex vtraque parte dominium transferatur, & laudimium ex quacunque dominij translatione, ac vasalli aut emphyteutæ mutatione debeatur, æstimatione scilicet facta rerum permutatarum, vt ad ratam æstimationis quantitas laudimij certa constitui possit. Ex dict.l. vltim. Cod. de iur. emphyt. Nec me mouet quod nostri obijciunt. Non esse hoc casu necessarium consensum domini. Nam si de eo consensu intelligunt,qui præcedere debet acquisitionem,Iam diximus toties in præcedentibus, nihil commune habere consensum illum cum iure laudimij, cui causam dat sola dominij translatio, non etiam domini consensus ante contractum præstitus, Maximè in eo genere contractuum in quo nihil de iure offerendi tractari potest neque de iure prælationis, in quo genere, ac numero permutatio est. Si verò de illo consensu loquuntur, quem Iustiniani lex vult interponi post contractum,& ante apprehensam possessionem, & quem hodie sufficit etiam post apprehensionem possessionis interuenire,falsum est non esse hunc consensum necessarium, Cùm vel ab initio, id est ante possessionis apprehensionem adhiberi debeat,vel saltem ex postfacto, id est intra tempus, intra quod petenda, & concedenda est inuestitura; Ne alioqui nouum vasallum, aut emphyteutam dominus directus inuitus habeat, licèt consentire cogendus sit si non habeat iustam contradicendi causam, hoc est dum ne facta sit alienatio in personam prohibitam, vel minus idoneam d.l. vlt.

Cod.

Cod.de iur.emphyt. Neque contrarium est quod habet iuris regula, Ea quæ alio inuito fieri possunt, fieri etiam posse illo ignorante l qui potest 26. de regul.iur. Id enim tum verè dicitur cùm ea de re agitur quæ potest fieri alio inuito simpliciter, & absolutè. Hoc verò non est eiusmodi, cùm aliquo casu possit euenire vt non tit cogēdus dominus consentire, Nimirum si iustam aliquam contradicendi causam habeat. Scire igitur debet vt videatur non contradicere, quemadmodum in l 2.§.vltim.D solut.matrim. Sed, & eo casu quo contradicere non potest, nihilominus æquum est approbari ab eo nouum vassallum, aut emphyteutam, ob eamque approbationem laudimium ei præstari tanquam verò eius rei domino dict.l.vltim.Cod de iur.emphyt.cum translatio,quę ex causa permutationis facta est nō impediat quominus maneat ille dominus directus, Cùm habuerint permutantes dominium duntaxat iuris illius feudalis, vel emphyteuticarij, quod inuicem transtulerunt, non etiam proprietatis rerum permutatarum dict l si domus 71.§. vltim. de legat.1.l.1. & 2.D.si ager vectigal vel emphyt esse dicat. Minus me altera illa ratio mouet, quod persona vtriusque emphyteutæ iam sit à domino approbata: Non enim facit vetus approbatio quin sit opus noua quoties noua dominij translatio sit. Nec quicquam vetat esse quem idoneum ad solutionem canonis pro vna re debiti, qui tamen non æquè esset idoneus, ad soluendum canonem pro alia re, quæ onerata esset vt quotidiè accidit.grauiore pensione: Et vt maximè sit idoneus, & eum admittere cogendus dominus, Perindè tamen laudimium deberi dicendum est, quia verum est nouum hunc esse vassallum, nouumque emphyteutam, & possessorem huius rei, quam ex permutatione acquisiuit, & cuius nomine numquam fuit approbatus. Neque verò inspiciendum est an causa aliqua sit propter quàm, aut approbari debuerit, aut potuerit non approbari, sed tantùm an approbarit, Imò verò an paratus sit approbare. Hoc enim sufficit, vt ius habeat laudimij petendi, quod per eum non stet quominus approbet, & suscipiat nouum possessorem. Nam

etsi

etsi vellet dominus directus contradicere qui tamen nullam satis iustam contradicendi causam haberet, non idcircò petendi laudimij ius amitteret, sed siue de prælationis iure, siue de caducitatis pœna iniustè contenderet, non alia contra eum sententia ferri posset, quàm vt laudimio contẽtus esse cogeretur. Quomodo Senatus noster passim pronunciat. Tumque demùm inciperet ei competere ius agendi ad pœnam commissi, & caducitatis, cùm nouus emphyteuta laudimij solutionem iniustè denegaret. Semper enim iustum est desiderium domini directi, ad commissi pœnam agentis, cùm nouus emphyteuta per contumaciam, & dolo malo recusat, vel laudimium soluere, vel quid aliud facere, quod vel ex lege inuestituræ, vel ex iuris siue feudalis, siue emphyteuticarij ratione facere, & præstare teneatur. Cùm ex sola ipsa debiti, & officij denegatione appareat quanti referat, & interfit directi domini, talem vassallum, aut emphyteutam non habere. Solet tamen Senatus noster summo æquitatis temperamento quoties talis casus emergit, locum relinquere pœnitentiæ, nec priùs pœnam commissi, vel caducitatis irrogare, quàm præterierit tempus quod ei præstituit Senatus ad soluendum laudimium, aut ad faciendum, id de quo faciendo iustè vrgetur, Non quidem quasi concepta condemnatione sub conditione quod fieri numquam debeo sed quomodo concipi pronunciationes solent, vulgaribus his verbis à faute de payement des louds, & autres choses demandees dans le mois. Quibus verbis laudimiorum solutio non in condemnatione est, sed tantùm in præstatione, vt in l. 1. De pen. legat. l. 1. §. item si ita D. ad legem Falcidiam l. cùm sine præfinitione 19. l. si penum 14 D. quand. dies legat. ced. l. nuda 5. Cod. de contr. & committ. stipulat. Nihil igitur causæ est cur hoc casu ad inducendam laudimij præstationem exigamus cum Amedeo à Ponte dict quæst 28 vt in recognitionibus hoc ipsum expressum sit vt ex permutatione quoque rei feudalis, vel emphyteuticariæ etiam cum alia re feudali, vel emphyteuticaria laudimium debeatur. Frustra namque in pactum deducitur, quod iure communi

concedi-

conceditur l. si quis duas 6. alias l. si in venditione in fin D. communi. præd. Debuerat potius Amedeus casum illum excipere quo res permutatæ aubæ quidem feudales essent, aut emphyteuticariæ. at non respectu eiusdem domini directi, sed, quod plerumque accidit, respectu diuersorum. Hoc enim casu cessant duæ rationes illæ quibus nostros mouerit diximus vt nullum ex permutatione laudimium deberi putent. Quidni enim hoc casu consensus vtriusque domini sit necessarius, non quidem ad permittendam permutationem quam, & irrequisito, & inuito vtroque domino fieri posse admittimus, sed ad nouum vassallum, aut emphyteutã approbandum, qui vtique nondum potest videri approbatus, cùm fiat non modò nouus emphyteuta, sed etiam noui domini, in re illa quam ex permutatione acquisiuit. Nec sanè puto quemquam esse tam imperitum rerum æstimatorem qui nõ hoc saltem casu aemitterc debeat, Ex permutatione laudimium deberi.

ERROR SECVNDVS.

Si res feudalis, vel emphyteuticaria permutata sit cum allodiali, vel feudalis cum emphyteuticaria.

IVNT plerunque permutationes rei alicuius feudalis, vel emphyteuticariæ cum re allodiali, Nec tamen, sine fraudis suspicione apud eas gentes quæ rectis, & proprijs feudis vtuntur: Quorum natura, & condicio illa est vt morientc vassallo sine masculis, ea ad dominum reuertantur, etiam filiabus ex vassallo superstitibus tit. 8. De succes. feud. in vsib. feudor. lib. 1. Solent enim qui præuident fore, vt breui absque prole moriantur, eiusmodi res feudales cum allodialibus permutare, quarum commodum sine vllo metu ad hæredes quantumlibet extraneos sint transmissuri. Et quamuis in emphyteusi aliud sit, quæ sui natura ad quoscunque hæ-

redes

redes si nõ sit ecclesiastica transmitti potest. Euenit tamen aliquando vt hac parte idem iuris sit in emphyteusi, quod in feudo, siue quod ab initio lex talis emphyteusi dicta sit, quæ semper haud dubiè seruanda est l. 1. C. de iur. emphyt. Siue quod ita ferat loci consuetudo, quæ in his potissimum quæstionibus maximè attenditur, dummodò neque legibus, neque bonis moribus repugnet, vt interpretes omnes consentiunt. Suntque apud nos huiusmodi emphyteuses nõ paucæ, quas nos vulgò talliabiles appellamus, & quas sub nomine vel homagio talliabilitatis recognitas esse satis est, vt appareat reuerti eas debere ad dominum si contingat possessorẽ sine liberis mori, quoniã qui apud nos sunt fundi talliabiles recti feudi naturam quodammodo retinent, quantũ ad onus reuersionis, nisi quod in feudis rectis, & proprijs fœminæ nõ succedunt, sed in ijs tantum quæ non habent propriam naturam feudi, de quibus in vsib Feudor. Tit. De feud. non habent. propr. natur. feud. lib. 2. In feudis verò talliabilibus apud nos etiam fœminæ succedunt plerisque in locis, quamuis non in omnibus pro varijs locorum, & prouinciarum moribus, vt in Codice nostro clarius à nobis explicatum est. Vnde fit vt notarij nostri, qui censualium recognitionum instrumenta stipulantur, nomina ista feudi, & emphyteuseos confundant, & passim pro synomis accipiant, scribantque talem possessorem recognouisse talem rem in feudum, & emphyteusim à tali domino directo, Cum tamen non possit eadem res, & feudalis esse, & emphyteuticaria. Feudum enim merum infeudantis beneficium continet licèt vix sit vt non aliquod habeat onus admixtum. Emphyteusis verò emphyteutam onerat ab initio vt rem alioqui sterilem, aut minus vberem impensa sua faciat meliorem, & vberiorem, propter quam causam contractus hic emphyteuticus etiam contractus meliorationis appellatur, Et meliorationes cum iuribus emphyteuticis confunduntur in d. l. vltim. & tot. tit. Cod. de iur. emphyt. Neque rursum dare feudum omnes possunt, vt constat ex Tit. feudor. Qui feud. dar. poss. At emphyteusim constituere quilibet potest

§. adeò Instit. de locat. sicut, & vendere, & locare. Ex quibus differentijs aliæ pleræque nascuntur de quibus nunc dicere nihil attinet, quia nec de ijs inter nostros dubitatur. Licet dici soleat, In ijs omnibus in quibus aliud expressim constitutum non est in feudo, quam in emphyreusi, regulis ijsdem regi emphyteusim quibus, & feudum regitur. Quomodo de venditione, & locatione solemus dicere, de quibus tamen nemo dubitat quin diuersi sint, & separati contractus l. 2. l. item si pretio 22. §. vltim. locat. Sed, & sunt apud nos pleræque emphyteuses sic ab initio contractæ vt moriente quandocunque sine liberis emphyteuta fundus ad concedentem reuertatur, adiecta nonnunquam in conditione qualitate masculorum, vt non impediat reuersionem, quod dominus filias reliquerit. Nonnumquam etiam prætermissa, vt ad excludendum dominum sufficiat emphyteutæ superstitem, vel vnam filiam reliquisse. Quas etiam emphyteuses pragmatici nostri appellare talliabiles solent, minùs honesto sanè ac apud nos propemodum infami licèt frequenti vocabulo. Parùmque verè, cùm sola conditio reuersionis non faciat rem talliabilem. Alioqui feuda omnia recta, & propria quantumuis nobilia, possent dici talliabilia, quod stultum esset. Siue igitur feudalis res esse proponatur, siue emphyteuticaria quę ex conuentione reuerti ad dominum debeat moriente quandocunque emphyteuta sine liberis, Quæritur sæpissimè, Vtrum si talis res permutata sit cum allodiali, valeat permutatio, quasi hoc ipso fraudis suspicio non leuis incurrat. Quid enim si præterea illud concurrat vt ab infirmo facta sit? Quid si etiam illud, vt ex ea infirmitate post breue tempus, vt puta post vnum aut alterum mensem decesserit is, qui rem istam permutauit cuius reuersionem verebatur? His sanè concurrentibus putant plerique non modò suspectam, sed etiam euidenter fraudulentam esse permutationem, ideòque faciendam irritam; vt ea non obstante perinde res permutata reuertatur ad dominum acsi in permutantis bonis mansisset. Atque ita in Camera Pedemontanæ

tana iudicatum fuisse in persona illius qui iam in infirmitate constitutus,& sine prole rem feudalem cum allodiali permutauerat,& ex ea infirmitate post duos menses decesserat, Amedeus supradicto loco testatur. Ego verò, quod salua tantorum Iudicum dignitate tantique viri authoritate dictum sit,aliter iudicatum vellem. Ita enim esto,vt qui rẽ aliquam possidet siue feudalem,siue emphyteuticariam, quam scit se moriente absque liberis ad dominum reuersuram, si cùm se,& infirmum, & spe habendæ prolis destitutum videret, eam rem cum allodiali permutauerit, ea mente id fecerit, vt ius domini excluderet ac spem reuersionis extingueret, Nego tamen inde fieri vt in fraudem domini quicquam feciſſe videatur. Cùm sibi potius prospexerit ne rei suæ iacturam faceret, & vt hæredibus quos habiturus esset siue testamentarijs,siue legitimis opulentiorem hæreditatem relinqueret:quod certè nullo iure prohibitum est: Sicut enim dicimus non videri dolo facere illum qui fraudem excludit l.cùm pater 77.§.Titio fratri antep. De legat. 2. Sic neque dolo facere videtur,qui agit quantum potest ne cum via bonorum quoque suorum iacturam incurrat,licet eo modo futurum sit vt lucri spem alteri adimat. Non enim damnum vllum intelligitur in iactura lucri, quod sperabatur l. quod autem 6. §. simili modo dicimus D. quæ in fraud. credit. l. 3. in princip. D. de vi,& vi armat. Et quamuis verum sit quod ait Vlpianus ita licere cuilibet facere condicionem suam meliorem dum ne vicini deteriorem faciat l.1.§ sed & fossas D.de aqua,& aquam pluu.arcend.l. quidam Hiberus 13. D. vrban.præd.l. sicut 8.§.Aristo.5.D.si seruit.vindic. Attamen illud quoque verum est,aliud esse nocere,aliud non prodesse dict.l.1.§.sicut autem De aqua,& aquæ pluu.arcend. Prodesset sanè domino directo mori hunc emphyteutam, & sine liberis,& possessorem rei feudalis,vel emphyteuticariæ, vt ea res ad dominum reuerteretur.Sed cùm emphyteuta rem permutat ob hoc ipsum ne ad dominum reuerti possit,non tam nocet domino directo quam non prodest, impediendo ne lucrum ei deferatur: quod cùm fit, non ideò tamen domi-

nus sit pauperior cui lucrum eripitur, quemadmodum nemo dicitur ob id factus locupletior quod alieno beneficio consecutus sit ne expenderit pecuniam quam alioqui fuerat expensurus l. 5. §. concessa §. si maritus §. cum igitur, & sequent. De donat. int. vir. & vxor. Denique nulli interdictum est lucri occasionem alteri præripere ne damnum ipse sentiat, nec in eo fraus vlla versatur l. quia autem 6. §. si patronus in fi. D. si quis omiss. caus. test. Adeò vt nec suos creditores fraudare dicatur is qui delatā sibi hæreditatē aut legatū repudiat licet ex eo futurū sit vt creditores morentur in damno quibus ex hæreditate si adita fuisset, aut ex legato si nō fuisset repudiatum satisfieri commodè potuisset l. quod autē 6. in princ. & §. 1. D. quæ in fraud. cred. Quod ego sic intelligo, Etiamsi fecerit eo animo vt creditoribus suis noceret. Non enim ijs nocet nisi hactenus quod eis prodesse non vult, cū posset si vellet: Nec cogēdus est alieni cōpendij causa hæreditatē adire extra causam hæreditatis fideicōmissarię ex Trebelliano restituēdæ l. nā quod 14. §. non omnis l non est cogendus 53. D. ad SC. Trebell. nec similiter prohibendus id facere per quod sibi prospiciat, ne damnum incurrat, etiamsi ex eo futurū sit vt alius lucri spe fraudetur. Est enim sic à natura cōparatum, vt omnes sibi malint bene esse quam alteri, nec attēdenda sunt etiā damna, quæ non accidunt nisi per consequentias d. l. quod autem iunct. l. 1. & l. quod dicitur 7. D. de author. tutor. Alioquī paulatim eò absurdi decurrendum erit in proposito, vt neque huic emphyteutæ nullos habenti liberos permittamus vxorem ducere ex qua liberos sperare possit, Ne dū liberorū spem sibi parat, domini directi spē diminuat, & hoc ipso eum fraudare velle existemur. Quid enim refert vtro modo sibi cōsulat, aut vxore ducta, aut re permutata? Nam quod in ea specie quā Amedeus tractat, proponitur emphyteuta infirmus iā fuisse tempore permutationis, & ex ea infirmitate decessisse, fraudem inducere non potest sed necessitatem potiùs capiēdi prudētis cōsilij, & prouidēdi, ne quid ex præuisa morte damni hæreditas patiatur. Itaque vel dolus hic nullus est, vel si qs sit bonus est,

quem

quem ciuilis legislator laudat potiùs quàm improbat l. 1. D. de dolo malo. Et verò quid absurdius esse potest, quàm huic emphyteutæ imputare cur eam rem feudalē, vel emphyteuticariam quam sciebat se mortuo ad dominum reuersurā non retinuerit diutiùs ob hoc solùm vt ad dominum reuerti posset? An nō tale hoc esset, quale si velles alicui testato imputare, quod intestatus non decessisset? vt argumentatur I. C. in l. posthumus 6. in prin. D. de inoffi. testa. Nam quemadmodum ait ille non posse hoc dici, quia nemini interdicitur factio testamenti, ita, & in proposito possum dicere, Non posse emphyteutæ imputari consilium fraudis ob id solùm quod infirmus, & cœlebs si voles rem feudalem vel emphyteuticariam vendiderit aut permutauerit, Nec enim cuiquam interdicitur permutandi vendendive potestate. Sed & me illud valdè mouet, quod negari non potest, quin per eiusmodi permutationem etiamsi maximè in fraudem facta esset dominium in eum, cui permutatio fit, transferatur, neque tantum si emphyteuta solus consilium fraudis inierit, sed etiam si acquisitor quoq; fraudem participauerit l. si sciens 26. in fin. D. de contr. empt. vbi hæc differentia perelegans ponitur inter eum qui emit à prodigo, aut ab alio quem Prætor ex alia causa prohibuerit alienare, Et eum qui emerit à debitore fraudante suos creditores. Ob eamque nimirum causam necessaria est actio reuocatoria, quæ alienationem hanc rescindat vt res in fraudem vendita reuerti possit ad bona debitoris §. item si quis Institut. De action. & tot. Tit. Quæ in fraud. credit. D. & Cod. quæ porrò non datur, nisi contra scientem acquisitorem, qui fraudem participauerit l. 1. l. ait Prætor 10. §. sciente te, & pass. D. ill. tit. Fingeigitur in ea specie quam tractamus, Eum qui rem allodialem emerit, non fuisse conscium fraudis, quam emphyteuta meditabatur; quod facilè potest contingere siue quòd putet eque allodialem illam esse, siue quòd reuersionis conditionem ignoret, Vt est alieni facti ignorantia semper non modò tolerabilis sed etiam præsumenda l. vltim. D. pro suo l. doli 19. §. diuersum D. de nouat. Quæro, quanam

ratione vel actione possit dominus directus huic ius aufferre qui nactus est ex rei feudalis vel emphyteuticæ permutatione? Nam vtique reuocatoria hoc casu non competit quæ nec in casu edicti prætorij daretur contra eum qui particeps fraudis non fuisset. Et tamen si verum est quod interpretes omnes adfirmant dominiū quod illi vocant vtile transferri in accipientem, fieri certè nequit vt postquam ei acquisitum fuit qui rem allodialem permutauit, ei postmodum inuito auferatur l. si ego 9. §. si res D. de iur. dot. cum alieni facti, & doli pœnam pati non debeat. Ergo debuerat Amedeus hunc saltem casum excipere quo rei allodialis permutator fraudem vasalli vel emphyteutæ non participasset. At neque video, quænam fraus ex parte huius acquisitoris excogitari possit, cum dat rem allodialem pro emphyteuticaria vel feudali: Nec rursus, quodnam adeò magnum damnum pati videatur dominus directus ex permutatione huiusmodi, cum æquè spem reuersionis habiturus sit, etiam rata manente permutatione. Quid enim vetat etiam hunc allodialis rei permutatorem quamuis tempore permutationis, & infirmus sit, & liberos habeat, priorem tamen mori sine liberis, ita vt per eius obitum ea res ad dominum reuertatur? An non ea rerum humanarum vicissitudo, & inconstantia est, vt quotidie tale quid accidat? Quod etsi nō tam citò eueniret quoniam aliud est, Posse eum quoque qui inuenis, & sanus sit citò mori, Aliud verò, Non posse infirmum aut senem diutius, viuere, An ideò tamen fit vt spes domini quæ differtur tantum, etiam aufferatur ei, & intercidat? Minimè verò. Postquam eo iure vtimur ex consuetudine plerisque Senatus nostri consultis approbata, vt condicio illa si sine liberis emphyteuta decesserit, non adeò sit personalis quin transferatur in nouum possessorē, Ita vt moriente eo quandocumque sine liberis res ad dominum reuertatur, licèt ille ipse qui recognouit aut adhuc viuat, aut moriens liberos reliquerit, quasi condicio sit realis potiùs quam personalis, & afficiat possessionem personamque cuiuslibet possessoris. Quod tamen sit ex consuetudine apud nos inueterata po-

tius

tius quam ex iuris ratione quæ condiciones omnes pro personalibus habet, nec patitur vt eius cui adscriptæ sunt personam egrediatur l.qui hæredi 44.l.Mæuius 55.l. à testatore 109.De condicion & demonstrat.l.cum pater 77.§.ab instituto De legat.2. Sed neque video qua ratione possit dominus directus ob huiusmodi spē dici creditor vt in eius fraudē facta permutatio dici possit,& vt aliquo modo pertineat ad Tit.Quæ in fraud.credit.Nihil enim vasallus aut emphyteuta ei debet hoc nomine, & quod moriente vasallo vel emphyteuta sine liberis,res ad dominum reuersura est,onus & qualitatem rei respicit non personæ. Itaq; non facit hæc ratio dominum creditorem, Cui sufficit quod eueniente cōdicione rem vindicare possit quasi suam, & iure directi dominij, quod impedit potius ne id quod iam suum potest dicere,adhuc sibi deberi possit dicere l.nō vt ex pluribus 159. De regul. iur. cum magis eius fieri non possit §. sic itaque Institut.de action. Nihil enim aliud addit euentus condicionis,nisi quod possessoris ius extinguit, quo durante dominus rem licèt suam vindicare non potuisset l. 1.& tot. tit.D. si ager vectig.vel emphyt.ess. dicat.l. lex vectigali 31. D.de pignor. Cæterum extincto iure dominij vtilis,vt vocant,solum directum manet,quod liberam domino,& directam dat vindicationem,impeditque ne quid sibi debitum possit dicere: Exemplo eius quod scriptum est in l.si hæres 70.in principio D. ad SC. Treb. Si hæres institutus rogatus sit de restituenda hæreditate Titio, & rursum Titius de eadē hæreditate post aliquod tempus eidem hæredi reddenda, tempore aduenient sufficere hæredi actiones directas, nec vlla eum restitutione indigere. Atqui creditorem esse dominum directum oporteret, vt posset conqueri fraudatum se ex permutatione. Nec enim qui dominium habet fraudari in re sua potest, adeoque nec qui creditor est pignoratitius, cuius quippe ius per nullam alienationem deterius fieri potest, licèt dominium rei obligatæ in alium transferatur l.debitorem 15.C.de pign.l.1.§.1.D.eo. Idque est quod sæpe monuimus Tit.quæ in fraud.credit.nō ad pignoratitios,sed ad chi-

rographarios tantum creditores pertinere. Porrò non aliter potest existere condicio reuersionis quam si is qui moritur sine liberis possessor inueniatur, & dominus vtilis tempore mortis suæ quoniam ea condicio ad tempus mortis relata est. Ergo quandiu vasallus viuit aut emphyteuta liberum ei est permutare citra suspicionem fraudis, & vēdere, adeoque donare dummodo bene merentibus personis, & inter viuos vt dicemus in sequentibus, Solumque ei est interdictum ne quid per legatum aut aliam speciem vltimæ voluntatis relinquat, vt de liberto, cui non malè hic comparatur de quo agimus, scribit Iulianus in l. viuus 9. D. si quid in fraud. patron. qui textus ad hanc nostram sententiam confirmandam omnium accommodatissimus est Nam, & qui ipsi sunt tallia biles, & dediticiæ apud nos condicionis, quandiu tamen viuunt liberam de bonis suis inter viuos disponendi facultatem habent, solaque testamenti factio ijs interdicta est quia viuunt liberi quamuis moriantur quodammodo serui vt in nostro Codice scripsimus sub Tit. De dedit. libert. tollend. Quantò magis eadem alienandi libertas illi relinquēda est, qui plenam, & romanam libertatem habet, licèt rem possideat quæ moriente eo absque liberis ad dominum sit reuersura? In summa non fraudat qui impedit ne condicio aliqua existat ex cuius euentu alius lucrum sentire potuisset d. l. quod autem 6. § 1. D. quæ in fraud. credit. nec prohibetur quisquam hæredibus suis perinde ac sibi ipsi prouidere l. si pactum 9. D. de probat. l. tale pactum 40. §. vltim. D. de pact. Obstant tamen huic nostræ sententiæ quidam iuris loci de quorum sententia dicendum nobis est, vt tota hæc quæstio quę in foro satis frequēter occurrit melius tota discutiatur.

ERROR

ERROR TERTIVS.

Si permutatio rei feudalis vel emphyteuticæ fuerit simulata, Ad l. si filia 5. D. de diuort. & ad l. filiæ meæ 59. D. solut. matrim.

HIS quæ proximo capite disputauimus pro permutatione ab ægro, & cœlibe facta rei feudalis aut emphyteuticariæ, quæ ad dominum directũ reuersura sperabatur, cum re allodiali, & quidẽ ea mente vt ius reuersionis impediretur, Valde obstare videntur quidam iuris loci, quorum authoritate mouentur qui contra nos sentiunt vt permutationem hanc irritandam putent, quasi in fraudem domini directi factam. Primus locus est in l. si filia 5 D. de diuort. vbi Vlpianus scribit, si filia emãcipata idcircò diuerterit vt maritum lucro dotis adficiat, eam fraudare patrem qui profectitiam dotem potuisset petere si constante matrimonio filia decessisset. Et idcò patri succurrendum est, inquit, ne dotem perdat. Non enim patri minus quam marito succurrere Prætorem oportet. Danda igitur ei est dotis exactio, ait Vlpianus, atque si constante matrimonio filia decessisset. Alter locus est in l. filiæ meæ 59. D. solut. matrim. vbi Iulianus, Filiæ meæ, inquit, emancipatæ, & ægræ vir in hoc repudium misit, vt mortua ea dotem potius heredibus eius, quam mihi redderet, Sabinus dicebat vtile mihi eius dotis recuperandæ iudicium dandum esse: Non alia vtiq; ratione quam quod non nisi in fraudem meã diuortium hoc factum esse videatur. A quibus non est valde alienum, quod Paulus tractat in l. pater 71. D. de euict. Si pater nomine filiæ in dotem dederit fundum, qui postea sit euictus, patri permittendum esse vt contra venditorem suum agat vel ex empto, vel ex duplæ stipulatione, quasi damnum ipse quoque patiatur. Etsi enim non sicut mulieris dos est, ita & patris esse dici potest, vt ex eo colligere licet quod pater hic dotem à se profectam non cogitur fratribus

suis

ſuis conferre conſtante matrimonio, Ipſius tamen intereſt, inquit Paulus, filiam habere dotatam, & ſpem quandoq; recipiendæ dotis, omni caſu quo filiam eo viuo mori contingeret ſiue in matrimonio, ſiue poſt diuortiũ. Vtiq; ſi filia fuit in poteſtate, quę ſine patre repudium nec mittere poteſt, nec admittere. Sed ſi emancipata proponatur, Vix poterit defendi ſtatim committi ſtipulationẽ, Cum minus intereſſit patris habere hanc filiam dotatam, quandoquidẽ non niſi vno caſu ad eum regredi dos poſſit, id eſt ſi cõtingat eam in matrimonio mori, Vt proinde non prius videatur ei permittendum agere, quàm mortua in matrimonio filia potuerit dotem repetere ſi euictus fundus non eſſet. Sed tamen concludit Paulus hoc quoque caſu intereſſe patris dotatam habere filiam ita vt promiſſorem euictionis ſtatim conuenire poſſit quod magis, inquit, paterna affectio inducit. Ex quo Pauli loco probatur, Videri damnum pati etiam eum, qui ſpem habet alicuius rei quandoq; recipiendæ ſi eam ſpem amittat, Nec aliud probandum eſſe, tametſi de ea re agatur, quæ vno tantùm caſu reuerſura eſſe ſperetur. Ergo vt hæc omnia ad propoſitam quæſtionem accommodemus, Cur non dicamus damnum pati dominum directum cui per factam à vaſſallo vel emphyteuta alienationẽ ſpes eripitur habendæ rei, quæ ſi permutatio nulla facta eſſet, ad eum fuerat reuerſura? Quidni etiam videri in eius fraudem, & dolo malo factam permutationẽ, quam ponimus ea mente factã fuiſſe, vt reuerſionis ius illud impediretur, & quã alioqui vaſſallus, aut emphyteuta facturus non fuiſſet? Speciosa ſanè obiectio eſt, & quæ non parum difficultatis habere videatur: Sed quam tamen facilè diluemus ſi diſtinguamus, quod interpretes, & pragmatici noſtri diſtinguere neſciuerunt, An ſimulatè facta ſit permutatio à vaſſallo, vel emphyreuta. An verò tantum eo animo, & cõſilio vt ius reuerſionis impediatur. Quicquid ſimulatè fit, ſemper in fraudem fit: Quorſum enim ſimulandi conſilium caperetur, ſi nulla fraudis cogitatio interueniret? Sed tamen deterioris conditionis eſt ſimulatio, quàm fraus in eo, quod ſimulata nullius omnino ſunt momenti, &

pro

pro infectis habenda sunt, l. si ex pretio 8. C. si cert. pet. in illis verbis simulatis pro infectis habitis. Et tot. tit. C. plus valer. quod agit. quam quod simul concip. Quæ autē in fraudē gerūntur, ēt participante fraudē eo cū quo cōtrahitur, ipso iure tenent quousque irrita facta sint per actionem reuocatoriam l. si sciens 26 in fin. D. de contr. empt. l. quoties 44. D. de acquir. hæred. l. 1. & tot. tit. D. quæ in fraud. credit. Et rursum non quicquid in fraudem fit, etiā simulatē fit: sed vt plurimū eo animo vt suum effectum habeat. Vtriusq; propositionis exemplum apertū est in ea permutatiōne de qua tractamus. Potest enim talis permutatio rei feudalis, vel emphyteuticæ cum allodiali simulatē fieri si fortē nō ea sit mente vassallus aut emphyteuta, vt rei suæ dominium in alium trāsferre velit, sed fingere duntaxat trāslationem, hoc acto priuata cautione inter contrahentes, vt si ex ea infirmitate saluus euaserit, res ei restituatur: sin mori eū contigerit, hæredibus eius recepta ab eis re allodiali quā in vicem suæ permutator hic acceperit. Potest etiā fieri eo animo vt omnimodo, & cū effectu ex vtraque parte dominium transferatur, remq; acceptā sibi quisque ex contrahentibus retineat, sed tamen non alia de causa nec alio fine, nisi vt impediatur ne moriente vassallo vel emphyteutā sine liberis res ad directum dominū reuertatur. Priore casu admittimus permutationem, & simulatē & in fraudem factum esse, ideoque nec valere posse, nec domini directi ius extinguere. At non tam quod in fraudem facta sit, quam quod simulatē. Nam si nihil ei noceret, nisi quod in fraudem facta esset, vtique teneret ipso iure quousq; rescissa esset, ac reuocata. Cum autem simulata est adeo inanis, & irrita est ipso etiam iure vt nulla opus sit reuocatione, sed tantum simulationis probatione. Neque enim remedium vllum iure nostro contra simulationes comparatum est, quia nec fuit necesse. Sed hic casus, & ea species permutationis ad quæstionem nostram nil pertinet. Ponimus enim factam esse permutationē veram, & animo permutandi, transferendique dominij, nulla restitutionis faciendę exacta cautione, sed tamen hoc consilio, vt reuersio quæ per vassalli

aut

aut emphyteutæ mortem ſperabatur, impediretur. Tractamus itaq; de poſteriore ſpecie permutationis, quam ſicuti nemo dixerit eſſe ſimulatam, ita in fraudem domini factam dici poſſe negamus. Dic ſi voles factam eam eſſe in damnum, & diſpendium domini, ad quem ſi ea facta non fuiſſet, res feudalis, vel emphyteuticaria hodie per mortem vaſſalli vel emphyteutæ ſine liberis reuerteretur. Hoc ego admittam facilè, ſed negabo ſemper, in fraudem domini factam eam videri Ex rationibus ſuperiore capite diſputatis. Et illa potiſſimum, quòd nec lædit nec fraudat quemquam is, qui iure ſuo, & communi vtitur, l. ſi duorum 42. D. de action. empt. ſicuti nec læſus dici poteſt, qui iure communi vſus eſt, l. inter eos 51. §. penult. D. de fideiuſſ. l. vlt. C. de in integr. reſtit. minor. Negabo rurſum, quod pragmatici ſupponere videntur, Videri factam huiuſmodi permutationem nocendi animo duntaxat: quod ſi ita eſſet, vtiq; rata ea nunquam haberi deberet, cum malitijs non ſit indulgendum l. in fundo 37. D. de rei vindic. Id enim primum agit quiſquis hoc animo reuerſioni obnoxiam rem permutat, vt ſibi primum conſulat, deinde vt ſuis hæredibus, quibus tanto locupletiorem hæreditatem relicturus eſt, ſi res illa ad dominum non reuertatur. Quod autem eiuſmodi permutatio nocet domino directo, & ius reuerſionis ei competens ſi non extinguit prorſus, ſaltem minuit, & remoratur, non fit niſi per conſequentiam quandam, quæ non poteſt non eſſe licita, cum antecedens ſit licitum, l. cum eo 9. l. inter ſeruitutes 15 D. vrban. præd. l. ex quo 12. §. 1. C. de ædific. priuat. His ita conſtitutis, facilè eſt ad ſupradictos Vlpiani, & Iuliani locos reſpondere. Nã vtroque loco agitur de diuortio, quod non alio conſilio ſiue à filia ſiue à marito factum erat, quàm vt patri noceretur, adeoque quod non verum erat, ſed ſimulatum, ac proinde fraudulentum. Diuortium enim non eſt, niſi verum, quod animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem fit, vt Paulus ſcribit in l. 3. D. de diuort. Atqui apud Vlpianum in dict. l. ſi filia 6. eod. tit. filia proponebatur, & emancipata fuiſſe, & idcirco tantum diuertiſſe, vt maritum lucro dotis afficeret,

Cum

Cum fortè conueniſſet, quæ olim frequens, & iuſta erat conuentio, vt dotem lucraretur maritus, à quo vxor temerè ac ſine cauſa diuertiſſet, aut quæ culpa ſua iuſtam diuortij cauſam præbuiſſet: An verò poteſt videri animum habuiſſe conſtituendi perpetuam diſſenſionem inter ſe ac maritum, quæ id vnum egit, vt maritum dotis lucro adficeret? Quid verò maius præſtare illa marito potuiſſet? aut quam enixiorem præbere ſuæ erga maritum, & beneuolentiæ, & obſeruantiæ ſignificationem? Finxit ergo duntaxat, & ſimulauit ſe diuertere cum nihil minus, quam de perpetua diſſenſione inter ſe ac maritum conſtituenda cogitaret: Neque id verò vt ſibi ſuiſque hæredibus prodeſſet, ad quos nihil vnquam per occaſionem illius diuortij peruenire poterat, ſed tantum vt prodeſſet marito, noceret patri, eique profectitiæ dotis recuperandæ ſpem omnem eriperet. Ideoque bene Vlpianus dignum putat eſſe patrem cui ſuccurrat Prætor data ei dotis actione, viua quoque adhuc filia perinde acſi iam illa in matrimonio deceſſiſſet. Nec enim expectandum eſt, vt in matrimonio decedat filia quę dicit ſe verè diuertiſſe. Nam ſi ad maritum poſtea redijſſet, dummodò breui tantum interiecto temporis ſpatio, nec diuertiſſe videretur, ſi fortè per calorem iracundiæ repudium miſiſſet dict. l. 3. vbi exemplum hoc proponitur diuortij, non veri quidem, ſed tamen nec ſimulati. Non enim ſimulatum dici poteſt, cum à muliere miſſum eſſet repudium animo perpetuam conſtituendi diſſenſionem, Niſi euentus docuiſſet per calorem iracundiæ potius quam certo iudicio id factum fuiſſe. Quia quicquid in calore iracundiæ, vel fit vel dicitur, non prius ratum eſſe debet quam ſi ex perſeuerãtia apparuit iuditium animi fuiſſe, vt lex ait, Non omne diuortium non verum, ſimulatum etiã eſt, licet omne ſimulatum ſit non verum. Cuius exemplum non aliunde peti clarius poteſt, quàm ex ſpecie, dict. l ſi filia. In qua vix ſanè eſt vt fraudis conſilium maritus non participaſſet cuius lucro, & commodo hæc tota cedebat ſimulatio. Quæ res tanto iuſtiorem faceret, ac fauorabiliorem cauſam patris, cui ſuccurrere Prætorem debere ait Vlpianus nõ

minus

minus quam marito. Sed tamen etiamsi poneres fraudis huius conscium maritum non fuisse, perinde tamen cum Vlpiano dicerem non fuisse permittendum filiæ, vt fraudaret patrem, qui eo solo casu reuersionem dotis sperare poterat si filia emancipata in matrimonio moreretur, Ne scilicet, & filiæ præmortuæ, & amissæ dotis iacturam sentiret l. iure succursum 6. D. de iur. dot. Qui locus ostendit, cur in d. l. si filia, sic loquatur Vlpianus, vt dicat, Prætorem patri succurrere oportere. Nam si verum est vt est, quod diximus simulata pro infectis habenda esse, Vtrumque mirum videtur, & succurri patri, & egere patrem vt ei succurratur: si enim diuortium nullum factum esset, non prius haberet maritus dotis profectitiæ repetitionem, quàm filia in matrimonio decessisset. Et tamen placet Vlpiano, Dandam esse patri statim dotis exactionem non expectata morte filiæ. Rursum si perinde habenda est filia, quæ per simulationem diuertit acsi eo ipso simulati diuortij die in matrimonio decessisset, quid necesse est, vt patri succurratur, qui vno illo casu sine dubio repetere dotem potuisset? Verum respondendum est, Filiam quæ diuertit in fraudem patris, habendam esse pro mortua, quia per eam factum est ne postea mori in matrimonio vnquam possit, atque ita ne possit vnquam existere conditio, quæ proinde cum amplius non pendeat habenda est pro impleta potius quàm pro defecta, quamuis secus esset si post simulatum diuortium pendere adhuc posset, vt in l. hæc conditio 10. in princip. secundum veram, & rectam Cuiacij emendationem D. de condict. & demonstrat. Eget autem patet, vt ei à Prætore succurratur, quia etiamsi filia in matrimonio decessisset, adhuc tamen succurri ei oporteret, cum non tam ex iuris potestate dos ad eum redeat, quæ marito per constitutionem, & traditionem semel acquisita fuit, quā ratione illa miserationis, ne & amissæ filiæ, & dotis iacturam sentiat d. l. iure succursum. Sed cum morte quidē filiæ solutum est matrimonium succurritur patri à iure ipso, vt ea lex ait, cum autem non nisi per simulatum, & fraudulentum diuortium solutæ sunt nuptiæ, patri non potest iure

succur-

ſuccurſum eſſe, quia in hunc caſum nihil à iure prouiſum eſt. Ideoque neceſſario ſuccurrendum ei eſt a Prætore, vt quod à iure omiſſum eſt, nnn omittatur religione Prætoris, vt loquitur Papinianus in l. quæſitum 13. D. de teſtib. ad quem ſcilicet pertinet, vt non minus patris quam iuris rationem habeat, vt in l. pater 10. §. 1. D. de captiu. & poſtli. Tanto enim dignior pater eſt commiſeratione, quanto durius eſt, vt pater à filia ſua fraudem patiatur, maximè verò in dote quæ à patre ipſo profecta ſit. Ex parte vero mariti mirum quoq; illud eſt, quod tractat Vlpianus an ei ſuccurrendum ſit, ſed illud magis quod negat ei ſuccurrendum eſſe. Nam cum rei dotalis dominiũ nactus ſit per ipſam dotis conſtitutionẽ, & traditionẽ, vt diximus, quid eget ille vt ipſi ſuccurratur, cũ ſit dominus ipſo iure ac iuſti dominij exceptione tueri ſe poſſit? Aut ſi indiget, vt ei ſuccurratur, quidni potius ipſi ſuccurrimus, quam patri, cum ſuæ vxoris fraudem non participauerit? Hunc enim caſum ab Vlpiano tractari ex hoc ipſo conſtat, quod diſputat an ei ſuccurrendum ſit. Quis enim ſuccurrendum ei putaret, qui fraudis particeps, & conſciũs ipſe fuiſſet? Verum reſpõderi poteſt, Præſuppoſita illa quæſtione, an ſuccurrendum ſit patri aduerſus fraudem filiæ, illã quoque quæſtionem ſtatim emergere, An non marito etiam ſuccurrendum ſit contra patrem eo ſcilicet caſu quo maritus fraudẽ vxoris ignorauerit, non vt fiat dominus dotis, ſed vti ne patri ratione miſerationis dotem reſtituere teneatur. Nam & ipſe commiſeratione dignus eſt, ne factum vxoris ei neſcio, & ignoranti noceat, vt dotem citius patri reſtituat, quam potuiſſet fortaſſis numquam reſtituere, Nimirum ſi filiam aut poſt diuortium verum, cui cauſam ipſa dediſſet, aut conſtante quidem matrimonio, ſed poſt mortem patris decedere contigiſſet. Denique ſi patri ſuccurrat Prætor in hac ſpecie potius quam marito, faciet ſanè vt marito dos auferatur cui tamen nihil imputari poſſit, quòd à communis iuris regulis alienum eſt, l. Titia 62. in fin. D. de iur. dot. l. 2. D. quod vi aut clam. Sed tamen concludit Vlpianus patri potius ſuccurrendum eſſe, quàm marito, quia licet in eo par

vtriuſq;

vtriusq; causa sit, quod neutri potest imputari, nec cuiquam eorum fraus filiæ nocere debet, In hoc tamen fauorabilior est pater, quòd ab eo dos profecta fuit, & minus fauorabilis maritus, q̃ nulla fert amplius onera matrimonij. Ponimus n. diuortium durare quamuis simulatè factum, & non verè, nec redijsse mulierem ad virum ne simulatio detegeretur. Quid ergo si redire quandoque vellet? Non puto ei permittendũ, post ius quæsitum patri, Ne alioqui nouæ fraudis excogitandæ materiam ea res filiæ præbeat, vt iterum patri noceat. Nec distinguendum arbitror an breui post reuerti velit, an interiectio longiore temporis spatio. Ea namque distinctio tunc locum habet cum calore tantum iracundiæ non certo iuditio repudium missum est, vt in d.l.3. De diuort. At diuortium de quo in d.l.si filia, non eo minus certo animi iuditio factum videri debet, quod simulatè factum sit, habetque effectum licet non causam diuortij. Quamquã si redintegrare matrimonium filia vellet, paternę pietati, & adfectioni sanè conueniret, vt maiorem honoris filiæ, quàm sui commodi rationem haberet, sicuti non facilè permittendum ei est vt bene concordans matrimonium turbet, tum quoq; cum habet filiam in potestate, l. 1 § vlt. D. de liber. exhib. Atq; hoc casu si Vlpiano fuisset ille propositus, fortassis putasset ille, marito potius q̃ patri succurrere Prætorem oportere, scilicet si prius vellet filia redintegrare matrimonium, quàm de dote recuperanda pater egisset. Accepto enim iuditio nullus planè locus pœnitentiæ relinqueretur. arg. l. si Titius 9. l. si insulam 84 De verb. oblig. cum per litis contestationẽ quasi contrahatur, l. 3. § idẽ scribit D. de pecul fratq; species quędam delegationis, l. delegare 11. § 1. l. aliam 29. D. de nouat. Eadẽ omnino tractari possunt, circa speciem illam de qua Iulianus in d.l. filiæ meæ 59. D. sol. matrim. Nam & ibi diuortium fuit simulatũ, nec tam animo constituẽdæ dissensionis perpetuæ factũ quàm in fraudẽ patris, vt ei noceretur nullo commodo fraudatoris. Hac sola differentia, quòd maritus ille erat, qui fraudem fecerat, neque rursum vt vxorem suam quam perditè amaret lucro aliquo afficeret, quod minus

indi-

indignum videri potuisset, sed vt hæredibus mulieris fortasse adhuc incertis, vel incognitis dotem restitueret potius quã socero à quo eam accepisset. Quo casu cum maritus nullo penitus fauore dignus sit quod hanc fraudem ipse commentus sit, minor erat dubitandi ratio quin aduersus eum patri succurrere Prætorem oporteret. Restabat vt ad Paulum in d.l.pater 71. De euict. qui contra nos quoque vrgere videretur aliquid responderemus, sed quia longiores hic iam fuimus, & de illius loci sententia ac emendatione pluribus tractandum est, totã rem, & quod dicendum supereſt de laudimijs ex permutatione præstãdis in sequens caput reijciamus.

ERROR QVARTVS.

De Triboniani manu, & insciti obseruata in l.pater 71. D. de euict.



TSI de huius loci sententia iam aliquid scripsimus in libris Coniecturarum, cum quæstionem illã tractauimus, Andos à patre data filiæ emãcipatæ reuerteretur olim ad patrem mortua in matrimonio filia, Nondum tamen satis plenè omnia diximus, quæ hodie circa illius legis interpretationẽ, & emendationem occurrunt. Habet lex duas partes, Vtra que est de fundo in dotem dato à patre nomine filiæ, & posteà euicto, sed prior pars de dote nomine filiæfamilias, Posterior verò de ea q̃ data sit nomine filiæ emancipatæ. Prior pars argumentũ suppeditat aduersarijs, vt probent contra nos, Videri permutationem factã in fraudẽ domini directi si vasallus vel emphyteuta iã ægrotus, & sine prole rẽ feudalẽ vel emphyteuticariã permutauerit cum allodiali ea mente ne defuncto ipso sine liberis res ad dominum reuerteretur. Vident. n. Paulũ in d.l.pater, apertè scribere, Patrẽ damnũ pati aliquod videri si fundus dotalis euincatur, & spes recipiendæ quandoq; dotis ei aufferatur. Sed fortius argumentũ præbet pars posterior, quæ idẽ ius tribuit patri, vt statim

possit agere ex empto aut ex duplæ stipulatione, tum quoque cum dos data fuit pro filia emancipata, quamuis in illa specie vno tantum casu dos reuerti potuerit ad patrem, Nimirum si filia emancipata in matrimonio decessisset viuo patre quâuis casus ille mali omnis plenus esse videatur, & contra votum patris l. cum tale 72. in princ. De condic. & demonstr. l. nam etsi 15. in princip. D. de inoff. testam. l. Iulianus 26. in fin. D. si quis omiss. caus. testam. Quidni enim similiter dicemus in proposito, Nõ eò minus videri damnũ pati dominũ ex fraude vasalli vel emphyteutę quod vno tantum casu res ad ipsum reuerti potuisset, scilicet si res illa in tempus vsque mortis in bonis vasalli vel emphyteutæ mansisset. Nos, vt hoc primum expediamus, ad vtramque obiectionem respondemus, In priore illius legis specie duplicem rationẽ adferri, propter quã videatur damnum pati pater ex fundi dotalis euictione, quarum neutra quęstioni nostræ conuenit. Vna est, quod interfit patris dotatam habere filiam, quæ sit in eius potestate, Altera, quod spem habeat recipiendæ quãdoque dotis: Aut potius vna tantum ratio est ex his duabus conflata, Quod patris interfit dotatam habere filiam in potestate propter spem quam habet recipiendæ dotis quandoque, id est quandocunque, vt in l. hæres quandoque 54. D. de acquir. hæred. l. verbis ciuilibus 7. De vulg. & pupil. substit. hoc est, omni casu siue soluatur matrimonium diuortio siue morte aut ipsius filiæ aut mariti. His enim omnibus casibus dos ad patrem reuertitur, aut si adhuc filia viuit communis est dos, & actio de dote patri, & filiæ, sed ita vt solus pater agere possit, & debeat dummodò ex filiæ cõsensu, & voluntate l. 2. §. 1. & vltim. D. solut. matrim. ita tamẽ vt eam seruet si quando posteà iterum nubere filia velit Auth. sed quamuis Cod. de rei vxor. act. In posteriore verò specie, quod pro sententia nostra maximè facit, lex fatetur non ideò posse patrẽ agere de euictione, quod spem habeat recipiendę dotis, quia inquit, hanc spem non habet, nisi vno illo casu quo filia emancipata in matrimonio moriatur. Qui casus præterquã quod vnicus est, etiam abominalis est patri, cuius votum est,

quale

quale parentum omnium vt præmoriatur ipse filiæ non vt ei superuiuat d.l. cum tale. Ideoque vix est vt conueniat bono patri dicere,& credere,sua quicquã interesse, quod mortua in matrimonio eo viuo filia,dos ad eum reuersura sit,vt argumentatur Papinianus in l.seruus 7.iunct.l.præced.§ 1.De seru. export. & dict.l. cum tale. Non enim videtur interesse nisi ex honesta probabili, & optabili causa interfit l.3.§. sciendũ D.ad exhib.l.tum 15.11.D.de furt.Ergo similiter,& in proposita specie dicere possumus, Nihil interesse domini directi quod vendita sit à vasallo vel emphyteuta res feudalis aut emphyteuticaria,quæ ad ipsum reuersura erat, si vasallus vel emphyteuta sine liberis decessisset. Nam & mortẽ liberi hominis, vt & aduersum alium quemlibet casum expectari perinde nefas est,& vt Paulus loquitur in l.inter stipulantem 85.§.sacram De verb.oblig. neque ciuile, neque naturale l.si in emptione 34.§.si liberũ hominẽ D.de contr. empt. Atqui,inquies,non dubitat Paulus in dict.l.pater,quin patri qui filiæ emancipatæ fundum in dotem dederat,postea euictum danda sit actio de euictione, tum saltem cum casus euenerit,vt filia in matrimonio moriatur. Quidni igitur per inde dabimus actionem domino directo nõ quidem quãdiu vasallus aut emphyteuta viuit, sed eo tãdem sine liberis defuncto vt rem alienatã reuocet,quã si alienata nõ esset,nunc haberet? Verum respondeo esse ista longè dissimilia. Hic n. danda esset actio ad reuocandum id quod iure licito factum fuisset, idque ob casum superuenientẽ qui cum negotij gesti tempore sperari minimè deberet, fraudis materiam vel occasionem præbere non potuit. Fraudem namque præsentem esse oportet,inspecto eo tempore quo negotium geritur,neque ex eo quod postea contigit æstimari potest l.quoties 44. D.de acquir.hæred. §.item si quis in fraudem Inst.de action. At in specie d l.pater,datur actio patri non ad reuocandum ex superueniẽte casu aliquid antè gestum, Sed actio iã antè nata,& cõpetens ex contractu emptionis, & quã secuta euictione iam inde ab initio exercere pater potuisset si non ei ratio illa obstitisset quod nihildũ eius intererat,quamuis spẽ

iam haberet dotis profectitiæ vnico illo casu, quem diximus recipiendæ. Actio autem quam pragmatici nostri dant domino directo ad reuocandam alienationem rei feudalis vel emphyteuticæ, nõ incipit competere, vt illi ipsi fatentur nisi à casu, id est à quo tempore vasallus vel emphyteuta sine liberis decesserit Nec enim ex inuestitura eam cõpetere quisquam dixerit. Vt neque ex contractu alienationis, Adeòque nec ex ea fraude, quam fingunt ipsa in alienatione interuenisse, Quoniam actio fraudatoria, & reuocatoria exigit fraudem quæ interuenerit non tantum consilio, sed etiam re, & euentu. Nihil igitur ex supradicto Pauli responso ad propositam quæstionem inferri potest. Sed indiget respõsum illud maiore luce ac interpretatione vt à Triboniani iniuria Paulus vindicetur. Neque.n. verũ esse puto, nec proinde à Paulo scriptũ esse, quod habet posterior pars legis, si pater fundum pro filia emancipata in dotem dederit qui posteà euictus sit, permittendum esse patri, vt statim, & constante licèt adhuc matrimonio agat de euictione, quod eius interfit hoc quoq; casu dotatã haberem filiam quamuis emancipatã. Nam, & hæc ratio falsa est, cum patris qui semel dotẽ dedit pro filia emancipata, nihil penitus interfit, an maneat illa dotata, necne siue respectu ipsius filiæ, siue respectu etiam mariti. Namque si mariti ius, & personam inspicias, certũ est, quãuis, & fundus dotalis ei euictus sit, maximeq; ipsius interfit habere vxorem non indotatam, nullam tamen eum habere posse de euictione, nec contra illum qui patri fundum vendiderat, quandoquidem cum eo non contraxit, nisi ponas ei cessas fuisse à patre actiones l. si res 59. D. eod. tit. neque contra patrem qui dotẽ dedit si modò bona fide dederit, quod in dubio præsumendũ est, nec de euictione saltẽ nuda pollicitatione se obstrinxeritit l. 1. C. de iur. dot. quæ addit, Nec si mulier ipsa dotem dederit aliud probandũ esse, Nisi dolo malo fundus alienus in dotẽ datus sit, quo casu si extraneus fuit qui dotẽ dedit, de dolo actio marito dãda est l. cum post 69. §. cum res D. eod. aut in factũ si mulier ipsa vel mulieris pater d. l. 1. in fin. Satis.n. marito esse debet & in casum quẽlibet

libet restituendæ dotis quá ipse restituturus sit, quod ostendunt verba illa Pauli in d.l.pater, potuit dotem repetere si euictus fundus non esset, vt intelligamus euicto dotali fundo sicuti nulla marito de euictione actio competit, ita neque actionem de dote contra maritũ vllã superesse. Ne alioqui cogatur restituere id quod nõ habet, Potestate sc. euictionis tollẽte intellectũ traditionis vt in alia specie loquitur Papinianus in l.si patroni 55.§.vlt.D.ad SC. Trebell. iunct l.mulier 22.§. sed enim eod. Quamuis possit dici insputare eum sibi debere, quod promissionem euictionis non exegerit ab ea persona quæ dotem dedit. Sed nemo iudex propitijs auribus mulierem audiat hoc obijciẽtẽ si ea ipsa sit quæ dederit, aut si eius pater arg.l.si extraneus 33.D.de iur.dot. Nam si extraneus fuit, nullius interest præterquã mariti apud quẽ remanere omnimodo dos olim debebat nisi extraneus eam sibi reddi fuisset stipulatus, quod tamen hodie immutatũ est, l.vnic.§.accedit C.de rei vxor.act. Si verò in patre qui fundũ alienũ postea euictũ in dotẽ dedit, nihil nisi ipsius patris personã, & ius intueamur, Dico nihil eius planè interesse an filia emancipata dotẽ aliquã habeat, necne. Primum.n. verendũ nõ est ne iterũ dotare illã teneatur, cũ semel habuerit dotẽ, & pater bona fide [hoc.n. semper requirimus] officio suo functus sit. Nec eo minus cogebatur eo iure ip Pauli tẽporibus obtinebat, totá dotẽ quã maritus accepisset cõferre fratribus si ab intestato cũ ijs volebat succedere Tot.tit. De collat.dot. Etiãsi nihil à marito cõsequi, & repetere potuisset, vt Iustinianus testatur in Nouell.97.de æqual.dot.c. 6.§.illud quoque. Vnde sumpta est Auth. quod locum C de collat. vbi nullũ ille dat auxiliũ filiæ emancipatæ aduersus hoc incõmodũ. Ei verò quæ in potestate retenta sit, nõ aliud nisi vt actionẽ quamuis inanẽ fratribus cõferens, liberetur. Neq; hoc semper, sed ita demũ si patri aliquid possit imputari potiùs quã filiæ quod in propositæ specie nõ contingit. Quid.n. possis patri imputare qui fundũ in dotẽ dedit alienũ quidẽ sed tamen bona fide quemq; suũ esse, & venditoris sui fuisse arbitrabatur. Nec.n. quod in casum euictionis duplũ

mori patre viuo contingat, quia quod omni casu euenturum est, vtique omnimodo extiturum est, & perinde habendum ac si iam extitisset, l. quod si ea conditione 18. l. Iulianus 60. De condict. indeb. l. si quis ita scripserit 33. D. de hæred. inst. l. si pupillus 9. §. qui sub conditione D. de nouat. Nec quicquam absurdi est in vniuersalitate casuum aliquem cõtineri qui per se sit abominabilis, sicut dici solet, multa per vniuersitatem transire quæ alioqui per se singula non possent alienari, l. 1. §. 1. D. de fund. dot. l. quædã 62. De acquir. rer. dom. Non est autem abominabilis patri casus soluti matrimonij per mortem viri, cum ex humanæ naturæ conditione necesse sit vtrumque coniugem mori, & alterutrum præmori. Casus autem diuortij est quidem etiam abominabilis, cum dos detur eo animo, & voto vt penes maritum perpetuò remaneat, l. 1. D. de jur. dot. quod interueniente diuortio fieri non potest: Abominabilior autem ille quo fiat diuortium in ipsius patris fraudẽ à marito, vt in l. filiæ meæ 59. D. solu. matr. Maximè verò si ab ipsa filia, vt in l. si filia 5. de diuort. de quarum legum sententia, & ratione proximo capite scripsimus, Sed tamen cum cæteris iunctus hic casus non censetur abominabilis, quia consideratur sub formalitate, vt loquuntur genericа, id est tanquam casus soluendi matrimonij, non tanquam talis casus. Itaque licet essent omnes casus abominabiles singuli, & per se, tamen simul iuncti non essent abominabiles, quia sunt necessarij, non quasi sit necesse, vt præmoriatur filia, vel vt fiat diuortium, sed quia necesse omnino est solui tandem, & quoquomodo matrimonium, aut morte alterutrius coniugum, aut diuortio. Si morte, aut mariti, aut vxoris, si diuortio, vel vero, vel simulato, & in fraudem facto licet perpetuo. Quòd si in fraudem patris, vel à filia ipsa, vel à marito. Atqui omnibus his casibus habet spem pater recipiendæ dotis profectitiæ quam pro filia familias dedit. Verum igitur est interesse patris dotatam habere talem filiam quandiu matrimonium durat dicatur hæc quoq; dos abscessisse à bonis prĩs, & eris alieni loco esse si tantùm promissa sit, l. vlt. D. de dot. collat. Dices, posse dari

casum, in quo dos etiam profectitia data filiæfamilias nomine ad patrem non reuertatur, Nempe si pater ipse præmoriatur manente filiæ matrimonio. Nam nec ad patrem qui iam defunctus sit reuerti potest, neque ad ipsius hæredes siue extranei sint, siue sui, in quibus scilicet non habet locum eadem ratio miserationis quæ in patre d. l. iure succursum 6. D. de iur. dot. Sed respondeo, Imò verò reuerti hoc casu dotem, non quidem ad patrem iam mortuum sed ad hæreditatem, cùm ab intestato cogatur filia dotem conferre minùs accipiendo ex hæreditate, & bonis patris tot. tit. D. de dot. collat. Facto autem testamento siue filia exhæredata sit, siue ex minore quàm ex legitima portione instituta, imputare sibi dotem in legitimam ex l quoniam nouella 29. C. de inoffic. testa Vt proinde hoc quoque casu quo pater sit præmortuus, opulentiorem tamen hæreditatem propter hãc dotem reliquisse videatur: quod non esset si per euictionem fundi dotalis amitti do ẽ pateretur. Quidni ergo permittamus ei statim agere ex stipulatione duplæ si qua interceserit, aut ex empto si nulla aduersus venditorem qui rem alienam vendidit, & euictionis nomine se obligauit: At in filiã emancipata sunt omnia dissimilia, vt ostendimus, quia siue mariti morte, siue diuortio soluatur matrimoniũ, dos ad patrem non reuertitur, sed filiæ emancipatæ soli, & dos, & dotis actio acquiritur d. l. 2. in prin. l. Titiã 2. D. solut. mat. nisi cùm simulatè, & in fraudem patris factum diuortiũ est, vt in d. l. si filia, & d. l. filiæ meæ. Quo casu redit dos equidẽ ad patrem, at nõ tanquã in casum diuortij, sed tanquã si morte mulieris solutum esset matrimoniũ, cùm per fraudem alterutris cõiugũ factũ est, ne amplius in matrimonio mori filia possit. In quo egregiè falluntur, qui vnũ illum casum, de quo Paulus loquitur in d. l. pater, sumendũ putãt ex d. l. si filia, & d. l. filiæ. Quasi pater eo casu succedat alia ratione, quã illa ipsa qua succederet, si in matrimonio filia decessisset. Quod tamẽ falsum est. Quænam enim fraus patri à filia fieri posset aut socero à genero, si quod isti existimant, ita ius olim fuisset vt mortua in matrimonio filia emancipata dos ad patrẽ reuer-

teretur?

teretur? Imò verò tota fraus in eo est quod per tale diuortiũ fit vt casus alter mortis filiæ in matrimonio euenire nunquã possit. De quo plura scripsimus lib. 13. Coniect. Nõ igit̃ de hoc cãsu fraudulẽti diuortij qui longè abominabilior est, sensit Paulus in d.l. pater, sed de illo quo morte filiæ emãcipatæ matrimoniũ soluatur, Nec ideo tamẽ duo sunt casus sed vnus, quia casus fraudulẽti diuortij pro casu mortis habetur. Q. eadmodum casum seruitutis casui mortalitatis cõparamus l. seruitutẽ 209. de reg iur quia seruus iã ,p mortuo habetur, nec proinde expectandũ est vt amplius moriatur cũ bis mori nemo possit l. quod attinet 32. eod. Illud tantũ in filiafamilias, & in emãcipata simile est quod vtraque si ab intestato velit succedere dotẽ confert Tot. tit. de collat. dot. Sed facto testamento sicuti de collatione nullus olim quæstioni locus erat, ita neq; de imputatione in legitimam si ius illud inspicias quod Pauli temporibus obtinebat ante Leonis, & Iustiniani cõstitutiones in l. quoniam 29. & seq. C. de inoffi. test. siue instituta esset filia emancipata, siue exhæredata, siue præterita, quoniã dos data à patre pro filia emãcipata omnino abscessit à bonis patris, Multò magis quàm quæ data est pro filiafamilias, de qua in l. vlt. D. de dot. collat. Nimirum quia nõ nisi vno illo casu quẽ diximus ad patrẽ reuertitur. Ergo benè Paulus noster in d.l. pater, sententiã suã restrinxerat ad eam speciẽ qua fundus in dotẽ datus esset pro filia in potestate, ijs videlicet verbis vtique si in potẽstate sit, Q. òd si emancipata est, vix poterit defendi, statim cõmitti stipulationẽ: cũ vno casu ad eũ dos regredi possit. Nec poterat apertiùs aut elegãtiùs qd in filia emãcipata sentiret, exprimere. Solẽt. n. prudẽtes nostri cũ aliquid modestiùs negãt ita scribere vix põt dici, vix puto, vix defendi põt, aut aliud qd simile: Aut quomodo Papinianus in l. 1. in prin. D. de pig. Fatẽor verũ esse quod vulgò iactatur, Id quod vix fit tamen fieri. Sed quod prudentes nostri dicũt se vix putare id nullomodo putãt, & modestè quidem, sed apertè negant. Et tamẽ Tribonianus quasi morẽ hũc loquendi prudẽtibus tãtopere frequentẽ ignoraret, existimauit indecisã à Paulo quæstionẽ

relin-

relinqui, vt locum aperiret dubitationi, & per dubitationem opinioni quam cõtra iuris rationem Pauliq; sensum obtrudere volebat, & quæstionẽ latiùs ita concepit, Numquid ergo tum demum agere possit cùm mortua in matrimonio filia potuit dotem repetere, si euictus fundus non esset? An & hoc casu interest patris dotatam filiam habere vt statim cõuenire promissorem possit? Quibus verbis rationes vt appareat in vtramq; partem adfert quibus moueri quis posset, vt & pro patre, & cõtra patrẽ responderet, Concluditq; tandẽ pro patre contra Paulũ ijs verbis quod magis paterna affectio inducit. Sed ita tamen vt facilè intelligas nõ moueri eũ ratione illa quã attulerat, quasi ex iure sumptã, q̃ hoc etiã casu interfit patris dotatã habere filiã, licèt emancipatam, sed ratione sola adfectionis. Quasi verò patris adfectio aliquid possit in ijs q̃ pendẽt non ab ipsius voluntate sed à mera iuris ratione. Fuitq; perpetuus error Triboniani in eo quod adfectioni personarũ indulgẽda esse multa credidit cõtra manifestã iuris rationẽ. Quale illud est, vt ex vnius stipulatione alteri actio acquiratur qui neq; in potestate stipulatoris fuerit neq; habuerit eum in potestate, vt in l. Caius 45 D. solu. mat. de cuius sententia, & emẽdatione scripsimus lib. 13. Cõiect. c. 5. & fusius lib. 19. c. 19. Sed quis obsecro color hic fuit paternæ adfectionis ad ius violandũ? Cũ etiãsi fauere velles patri inuita iurisprudẽtia vt statim cõuenire venditorem suum posset, nõ tamen cõmodo filiæ ea res cederet, sed ipsius patris, qui nõ idcircò, quod per actionẽ ex empto aut ex stipulatione duplæ cõsecutus esset, filiæ dare cogeretur, sed sibi retineret, cũ impunita sit patri euictio tã quod ad filiam quam quod ad maritũ quoties bona fide fundũ quãuis alienum in dotẽ dedit. Nec æquũ videri potest, cogi patrẽ vt quod per alterutrã illarum actionum consequetur præstet marito pro dote filiæ, vt hoc saltẽ habeat filia ex bonis paternis, vt in l. dotem 6. D. de collat. bon. Non enim habet actionẽ de euictione pater ob dotẽ sed propter suã emptionẽ, nec in dote dãda quicquã aut de euictione, aut de actione quã in casum euictionis haberet cauit. Tũ verò si duplę stipulationẽ præ-

staret,

staret, maiorẽ dotẽ ex causa haberet filia quã quæ ipsius nomine fuisset ab initio cõstituta. Deniq; multo esset iniquius eã fieri iniuriã vẽditori, vt quia inter esset mulieris cũ qua nihil cõtraxisset citiùs cõueniri posset à patre eodẽq; emptore, cuius nihil adhuc reuera interesset, & cuius nunquã fortasse intererit putà si extra matrimoniũ filiã emancipatam mori contingat. Idq; apertius erit si de actione nõ ex stipulatione duplæ tractemus, sed ex empto, quæ sui natura nõ datur nisi ad id quod interest, nec proinde alij quam ei qui sua probet interesse l. si in venditione 60. D. de evict. iunct. l. vlt. De prætor. stipul. Manifestissimũ igitur est, totam illã additionẽ ab ijs verbis numquid ergo Triboniani esse nõ Pauli cũ, & à iuris ratione, & à Pauli sensu omnino aliena sit, quẽ tam apertè præcedẽtia declarant. Redeamus iam ad tractatum nostrum vnde digressi sumus, De laudimio ex permutatione petito, & cõcludamus, Ex ea quoque permutatione quæ ab infirmo paucis ante obitũ mensibus aut diebus facta sit, laudimium deberi quidem vt ex alia qualibet permutatione rei feudalis, vel emphyteuticariæ cũ allodiali, aut quod interpretes addere debuerunt [eadem enim ratio est] cum alia feudali æquè vel emphyteuticaria, sed cuius dominiũ directũ ad alium pertineat, sed dominiũ vtile quod in compermutãtem translatum est, nullomodo quasi in fraudem alienatum reuocari posse à domino directo. Etsi autem de permutatione tantũ tractauimus, Eadem tamen in venditione quoq; locum obtinent, & in donatione, de qua in sequentibus dicemus. Nec enim minùs integra laudimia debentur ex alijs contractibus ex quibus dominium per traditionem trãsfertur quàm ex permutatione, nec rursum ex permutatione minùs quàm ex alijs contractibus. Quamuis pleriq; apud nos locis vt, & apud Sebusianos meos non nisi dimidiata præstentur ex inueterata quadam consuetudine potiùs quàm quod vera sit sententia Guid. Pap hoc tẽperamentũ inducẽtis quæst. 92. Nã alijs locis quãplurimis, præsertim verò in ea prouincia quã specialiore nomine Sabaudiã appellamus, integra debẽtur, vt à nobis in Codice nostro traditũ est sub Tit. De iur. emphyt.

ERROR

ERROR QVINTVS.

De tertia venditione ex permutatione in qua vel pecunia interuenit, vel donatio, & quid si fundus permutatus sit cum speciebus recipientibus functionem in suo genere.

NONDVM absoluimus omnia quæ de laudimio circa permutationem tractari possunt. Nam sicuti varijs modis permutatio fit, ita alijs atque alijs distinctionibus opus est, & alij casus alijs sunt dubitabiliores. Aliquando ita fit permutatio vt cum re interueniat pecunia ex vna tantum parte, & quidem principaliter non accessoriè, scilicet quando precium illius rei quæ permutatur maius est quàm sit valor alterius rei cum qua fit permutatio, secus si esset minus. Cum enim precium est maius, venditio potiùs quàm permutatio contrahi videtur, Vt tractat Amedeus à Ponte quæst. laudim. 28. ex Iacob. de Sanct. Georg. in tract. de roydis nume. 33. & Guido Pap. quæst. 92. Vbi verò precium minus est quàm sit valor rei, credibile est videri appositum precium additamenti causa, & ad supplendum rei valorem iustum potius quam animo contrahendæ emptionis, neque mutare debet ea res substantiam actus, nisi de contraria voluntate contrahentium appareat, vt de venditione ac emptione potius, quàm de permutatione contrahenda cogitarint, Ex Canonistarum traditione ad c. ad quæstiones. Extr. de rer. permut. Andr. Tiraq. de retract gentilit. §. 30 glos. 1. in prin. & num. 11. & seq. Placet autem videri satis constare de voluntate illa contrahentiũ, non modò si maius sit precium quam sit valor rei cũ qua fit permutatio. sed ẽt si sit æquale aut parũ distet ab æquali. Hoc enim casu licet verbo permutationis contrahentes vsi sint, verius tamen creditur, præsumendam esse in dubio emptionem, Vt supradicto loco concludit Amedeus ex Aff. post Bald. in prælud. feudor. nu. 87. & Alciat. lib. 3. De

verb.

verb. signific. & in l. 2 nu. 19. De verb. oblig. vbi etiam dicit, Non nisi pro dimidia soluendum esse eo casu laudimiũ propter mixturã contractus, Cum in cæteris permutationibus, de consuetudine inquit, nullum præstetur. Mihi videtur tota hæc inspectio non tam ad quæstionem De laudimio, quam de tertia, vt vocant, vẽditione pertinere. Nam quod ad laudimium pertinet, iam diximus ex ratione iuris, quod nec Alciatus negat, integrũ deberi, Adeòque ex cõsuetudine apud nos plerisque in locis licet in alijs non nisi dimidiatum. Et cum in ea specie quam Alciatus tractat fatendum sit fraudem factam esse ab eo qui permutationis colorem quæsijt vt veram faceret emptionem, Illud quoque fateri nos oportet, Iis etiam in locis in quibus consuetudo inualuit, vt vel nulla penitus vel dimidiata duntaxat laudimia ex cæteris permutationibus debeantur, hoc tamen casu deberi integra, Ne alioqui fraudis suæ fructum quem totum sperauerat, saltem pro parte emptor sentiat, quem sentire improbus fraudator nũquam debet l. ne ex dolo 12. D. de dolo. mal. l. procurator 11. §. 1. D. de doli mal. except. Nec mixtura illa contractus quę tãto magis coniecturã fraudis inducit, fauere debet emptori at nocere potiùs vt plus valeat q̃ actũ est reuera, quã quod simulatè conceptũ. Tot. tit. Cod. plus valer. q̃ agit, quã quod simul concip. Idque apud nos passim obtinet, vt quoties in permutatione pecunia interuenit, etiam additamenti dumtaxat, & supplementi gratia, quod pragmatici nostri, & notarij appellant vulgari vocabulo les tornes, laudimia integra pro rata saltem pecuniæ debeantur, Tùm quoque cùm alia nulla ex permutatione peti possunt ratione fundi permutati. Quasi pro ea parte non tam permutatio quàm emptio inita videatur. Sed quod ad aliud emolumentum dominij directi, quas vulgò, & barbarè vendas vocant, Gallicè les vends, alegantiùs, vt sibi videntur tertiam venditionem, Necessaria inspectio, & distinctio illa est, An contractus qui permutationis dictus est à contrahentibus, dicendus sit potiùs contractus emptionis. Nam siue vendas, siue tertiam venditionẽ appelles nomen

ipsum

ipsum sonat non deberi laudimium hoc nisi ex venditione. Ergo non ex permutatione, vt neque ex alio vllo contractu, quamuis ex eo dominium transferatur, si modò venditionis appellatione contineri non possit cap. 1. vbi Panormit. De ijs quæ fiunt à Prælat. & l. fin. C. de præd. decur. lib. 10. Maximè verò in statutis quæ semper sunt odiosa hoc ipso quo derogant iuri communi, multò magis si sint pœnalia, licèt non desint qui putent in fauorabilibus permutationem contineri appellatione venditionis quantum ad mentem licèt non quantùm ad verba. Post Baldum in l. fin. vers. extra hoc nota D. de condict. ob caus. quem Amedeus loco supradicto refert. Alia tamen, meo iudicio, ratio est dationis in solutum. Etsi enim is quoq; contractus reuera distinctus sit à contractu vēditionis, & in eo maximè diuersus quod vēditio fit nudo cōsensu, nec inducit trāslationē dominij, si vēditor non sit dominus l. ex empto 11. D. de act. empt. iūct. l. 1. §. vlt. D. de cont. empt. Datio aūt in solutū à datione incipit, id est à dominij trāslatione quæ fit per traditionē l. si quis aliā 46. l. qui res 98. in prin. De solu. l. si nō sortē 26. §. si centū D. de cōdict. indeb. Attamē accedit tā proximè ad venditionē quę à domino facta sit si effectū inspicias potiùs quā originē, & causā cōtrahendi, vt parū ab ea distare videri possit. Nihilq; esset facilius quā fraudē domino directo facere si nō venditionis iure datio in solutū hac parte cēseretur, Cùm in datione in solutū pecuniā quoq; interuenire necesse sit, iā q dē debitā, sed quæ tamen iusti pretij loco esse possit l. ā Diuo Pio 15. §. si pignora D. de re iud. l. 2. C. de exec. rei in caus. iudic. pign. c. si l. si prędium 4. C. de euict. Quid enim refert an is cui res acquiritur soluat pretiū venditori tanquām emptor, mox aut illud ipsum numero aut tantundē recepturus tanquā creditor à debitore eodēq; vēditore, An verò in solutū eius pecuniæ quæ debetur accipiat rem debitoris. Vereq; hoc casu obtinet quod dici solet æstimationē facere emptionē l. 1. & 2. D. pro emp. aut saltē contractū simillimū emptioni, & qui emptionis appellatione cōtineri debeat, etiam in statutis, vt puto, quantūlibet odiosis, quibus nō magis fraus fieri debet

quàm

quàm si essent fauorabilia. Cùm id quod directè fieri prohibitũ est nec indirectè permittendũ sit l. magis puto 5. §. si pupillus D de reb. eor qui sub tutel. l. scire oportet 21. §. 1. D. de legi. tutor. Quáquá non video, cur odiosum videri debeat ius, quod habet dominus directus petẽdi vel laudimium vel tertiã venditionem, aut aliud quodlibet sui directi dominij emolumentũ, Cũ percipiat tanquá rei suæ propriæ fructũ, & cõmodum, & ex lege quã ab initio rei suæ dixit nõ aliter eã, aut vasallo, aut emphyteutæ traditurus l. vlt. C. de pact. int. empt. & vend. l. 1. C. de iur. emph. In traditionibus enim rerũ quod cũq; pactũ appositũ sit, id valere certũ est l. in traditionibus 44. D. de pact. tũ quoq; cùm tale est quod alioqui non valeret l. vẽditor 13. D cõmu. præd. l. ei fundo 19. D. de seru. vrba. præd. At ex pmutatione admitto facilè quod pragmatici volũt, licèt laudimiũ omnimodo debeatur si cõsuetudinẽ contrariã excludas. Tertiã tamen venditionẽ non deberi, quia permutatio vera nec vẽditio est, nec hac parte similis venditioni cũ pecunia nulla intercedit, in qua preciũ cõstare necesse est §. preciũ Inst. de emp. & vẽdit. Vt & substantiã emptionis ex precio l. pacta conuenta 71. D. de contr. empt. Ideòq; excipienda est ea species permutationis quę fit pecunia interueniẽte, si modò præter pecuniã fraus quoq; interueniisse probetur. Nec enim sufficiet interueniisse pecuniã si additamenti tantũ causa id factũ sit, & ad supplendũ ex vna parte valorẽ rei qui in permutatione ex vtraq; parte par, & æqualis esse debet. Cũ inter permntantes nõ id agatur quod in emptione, & venditione naturaliter cõtrahentibus licere dicitur vt se inuicem decipiant l. in causæ 16. §. idẽ Pomponius D de minor. l. item quæritur 13. §. vlt. D. locat. l. si volũtate 8. C. de rescind. vend. sed vt æqualiter quantũ fieri pót vna res cũ altera permutetur, dũ mauult quisq, alienã rẽ habere quam suam Quod si cõmodè fieri non possit nisi pecunia aliqua supplendi causa data, nihil vetat quantitatem aliquam eo nomine dari salua permutationis substantia, vt nõ idcircò degeneret permutatio in emptionem. Sed tunc tantum cũ pecunia quæ vna ex parte datur æquiualet valori rei

ab

ab alia parte datæ, aut parum ab est quin æquiualeat. Qua de causa etiam ex permutatione hoc casu tertia venditio debebitur, tanquam ex venditione ob fraudem in permutãdo factã. Sed extra hunc casum debebitur quidem laudimium vt ex alia qualibet permutatione, sed tertia venditio nulla debeatur. Neque mirum id videri debet, cum aliter venditiones fiant, aliter permutationes: quomodo argumentatur Vlpian. in l. sciendum est 63 De ædili edict. Illa sanè distinctio necessaria est quam interpretes adferunt, An permutatio rei alicuius fiat cum re quæ ab initio detur æstimata, necne, Vt priore casu nõ tam permutatio quam venditio facta videatur. Sic enim Gordianus Imperator in l. 1. C. de rer. permut. Si cum patruus tuus, inquit, venalem possessionem haberet, pater tuus pretij nomine licèt non taxata quantitate aliam possessionem dedit, idque quod cõparauit, nõ iniuria iudicis nec patris tui culpa euictum est, ad exemplũ ex empto actionis non immeritò id quod tua interest, si in patris iura successisti, consequi desideras. Ex quibus tamen verbis apparet non illud exigi vt interpretes exigunt vt res quæ permutata est fuerit æstimata, sed sufficere vt ex vna parte res fuerit venalis. Ex alia verò tradita sit res nomine pretij, licèt non taxata quantitate. Nã si taxata quãtitas esset, duplex cõtractus foret: Primus venditionis, quę cõtracta esset per taxati pretij conuentionẽ, Secundus dationis in solutum, quæ & ipsa venditioni similis esse dicit in d. l. si prædiũ 4 C. de euict. Vtroque autem casu secuta euictione datur actio ad id quod interest, quemadmodum si ex empto ageretur l. si in venditione 60. D de euict. Quod ita videtur accipiẽdũ, Non vt æque agi non possit ad id quod interest euicta re permutata quæ non fuerat venalis [nã, & eo casu euicta re competit actio in factum ad id quod interest l. 1. §. 1. D. eod. l. si permutationis 29. C. de euict.] Sed vt priore casu cùm ex vna parte res fuit venalis, non possit dari condictio quæ scilicet ex causa venditionis nunquam datur, sed omnimodo, & præcisè agendũ sit ad id quod interest. Altero autem casu electionem habeat is qui euictionem passus est, an agere malit ad id quod

interest,

interest, an condicere rem quam dedit. Id enim significant verba illa si hoc elegeris posita in secunda parte d. l. 1. C. de rer. permut. vt alibi fusius à nobis explicatum est. Ergo non tantum si vna res ex permutatis fuerit æstimata, sed etiamsi venalis tantùm fuerit non modo laudimium debebitur, sed ēt tertia venditio, tanq̄ ex emptione, & vēditione, neq; hoc casu obijci poterit quod Paul. scribit in l. naturalis 5. §. 1. D. de præscrip. verb. Addit Amedeus supradicta q. 28. Idem esse dicendum etiamsi effectus, & executio pendeat ęstimationis ab initio factæ. Vt puta si dictum sit in permutatione quòd possit quis recuperare rem permutatam pro centum aureis. Hoc enim casu, & laudimiū debebitur ex permutatione statim & tertia venditio ex posteriore contractus parte, Non quidem statim sed tunc cum oblato eo pretio rem recuperare alter ex contrahentibus volet. Hoc verò ēt rectè. Apertū enim est, in hac specie æstimationem facere emptionem, sed nō statim, at eo demum tempore quo executio pacti fiet. Nā neque ex solo pacto transferri potest dominium, quod tamen translatum esse necesse est prius quam vel de laudimio vel de tertia venditione tractari possit. Nec ad rem pertinet quod ijsdē interpretibus vulgò placet, Ex noua translatione dominij, quæ in præcedentis contractus executionem facta sit nouum laudimium aut aliud directi dominij emolumentum nullum deberi, vt plurib. tractat Amedeus quæst. 37. ex Angel. Bert. & alijs ibi citatis. Id enim si quando verum est, de quo alibi scripsimus, tunc procedit, cum ex priore contractu illud ipsum emolumentum quod petitur iam solutum est, vt idem Amedeus benè explicat quæst. 26. Alioqui, inquit, si præcessisset promissio de vendendo, & secuta esset venditio, dicendum esset laudimium nullum deberi, quia fieret talis venditio in executionem pacti de vendendo: quod tamen absurdum esset dicere, Nempe quia ex promissione vendendi sicut non fuit translatum dominium, ita nec laudimium vllum vel debitum extitit vel solutum. In hoc autem toto tractatu semper meminisse oportet, In omnibus contractibus ex quibus neque laudimium, neque tertia

venditio deberi solet diligenter, & subtiliter inquirendum est quid actũ sit propter fraudes quas vasalli vel emphyteutæ quotidie aduersus dominos directos comminiscuntur, aduersus quas digni sanè sunt domini directi quibus succurratur, benigna semper dummodò iusta interpretatione, Vt semper plus valeat quod actum est, quàm quod simulatè cõceptum. Nec bona est ratio Andr. Tiraquell. in locis supra relatis, cum ait, Non versari nos in dubio sed in casu claro, cum permutationis verbo contrahentes vsi sunt. Cùm in ijs, quæ suspecta sunt, nihil periculosius sit aut stultius quàm si partium assertioni stetur, vt bene contra Tiraquellum disputat Amedeus dict. quæst. 28. ex Bartolo in l. si fortè D. de castrens. pecul. & notat in l. si donatione Cod. de collat. l. qui testamentum deprobat. l. Titia testamento 34. §. codicillis De leg. 2. Textus est omnium optimus in l. ex conducto 15. §. Papinianus aliàs l. si vno D. locat. vbi ex Papiniano scribitur, pro transactione accipiendum esse in illa specie cõtractum, quem contrahentes dixerant esse donationẽ. Guid. Pap. quæst. 186. in fin. Dec. cons. 164. num. 3. Fit etiam interdum permutatio ita vt merces permutentur ex vna parte non cum alijs mercibus, sed cum fundo. Quod cum accidit, quæri solet apud interpretes, qui nullum ferè casum intactum reliquerunt, An ex eiusmodi permutatione laudimium aliquod debeatur, & an ius prælationis eo casu competat domino directo si tantundem frumenti vel olei dare paratus sit fundo permutato. Et pleriq; putant, Etiam ius prælationis in hac specie locum habere ex l. vlt. Cod. de iur. emphyt. propter identitatem vt inquiunt rationis, Quamuis in statuto difficilius id obtinere putent propter strictam in statutis vocabulorum interpretationem, vt post Petr. Iacob. ratiocinatur Amedeus dict. quęst. 28. ad fin vbi tamen concludit, Etiamsi ex statuto agatur laudimium hoc casu deberi, Nimirum vt ego quidem interpretor, suppositа etiam consuetudine, quod ex cæteris permutationibus laudimium nullum debeatur, vt illa facti circumstantia quòd permutatio facta sit speciei quæ functionem recipiat in suo genere aliquid

quid addat iuri communi. Huius verò ſuæ ſententiæ rationẽ illam adfert quod pecuniæ appellatione veniant omnia quę pondere, numero, menſura ve continentur, & in genere ſuo functionem recipiunt. Ex l. pecuniæ 178. in princ. De verb. ſig. vbi ſcriptum eſt, Pecuniæ verbum nõ ſolũ numeratã pecuniam complecti, verum omnẽ omnino pecuniã, id eſt omnia corpora. Nã pecuniæ appellatione corpora quoq; contineri neminẽ eſſe qui ambigat. In quo tamẽ nemo nõ videt, quantopere vir doctiſſimus fallatur. Quod n. Vlpianus ſcribit in d. l. pecuniæ, apertum eſt nõ ad verbũ illud pecuniæ referri quo vtimur cũ de emptione tractamus, & cũ dicimus p̃cium in pecunia conſiſtere debere, eſſeq; emptionẽ ſi qs det pecuniã vt rẽ accipiat l. naturalis 5. §. 1. D. de præſc. verb. nã id nõ niſi de numerata pecunia intelligi debet §. preciũ Inſt. de emp. & vendit. l. 1. D. de cõtr. emp. l. 1. D. de rer. permut.] Sed ad verbum pecuniæ quo vſa eſt lex duodecim tabularũ cũ dixit: Vti paterfamilias ſuper pecunia tutelave rei ſuę legaſſit ita ius eſto. l. ſæpe 53. iũcta l. verbis legis 120. De verb. ſignif. Eo namque pecuniæ nomine cum totum ciuis Romani patrimonium lex comprehendere voluerit quod non tãtum in pecunia numerata, ſed etiam in omni genere corporum poteſt conſiſtere, Nec dubitandum eſt quin omnia corpora contineantur. Quo exemplo illud etiam non malè receptum eſt, vt ſi quis hæredem à ſe inſtitutum rogauerit de tota pecunia reſtituenda perinde accipiendum ſit acſi de tota hæreditate reſtituenda rogaſſet, Ita vt & tranſeant actiones, & Trebelliano ſi hæres vltrò adierit, & totam hæreditatem reſtituerit, & cogi poſſit ex Pegaſiano adire ſi ſuſpectam dicat l. nam quod 14. §. vlt. D. ad SC. Treb. Tritum ſiquidem eſt priſcis illis temporibus præcipuam viam patrimonij cuiuſque in pecoribus, & pecudibus conſtitiſſe, indeque nomen pecuniæ deriuatum fuiſſe, quo patrimonium vniuerſum ſignificaretur. Nam & ſimiliter in alia lege duodecim tabularum ita ſcriptum erat ſi furioſus quis exiſtet, agnatorum gentiliumque in eum pecuniamque eius poteſtas eſto, vt teſtatur author ad Herennium. Itaque æquiuocũ eſt

nomen pecuniæ, sed quod semper accipiendum est, aut pro pecunia numerata, secundum communem vsum loquendi, Aut pro omni eo quod est, & esse potest in patrimonio, si quis priscam illam significationem retinere velit, Numquã verò pro mercibus in pondere, numero, vel mensura consistentibus. Quid enim magis commune aut simile habet pecunia numerata cum hoc genere mercium quam cum cæteris rebus siue mobilibus, siue immobilibus? An non, & merces istæ per numeratam pecuniam æstimandæ sunt, vt res cæteræ, non pecunia per res istas? l. si ita fideiussorem 42. D. de fideiuss. Alioqui paullatim dicendum erit, Emptionem ita quoq; fieri posse vt pro fũdo merx aliqua detur quæ pondere vel mensura constet, perinde acsi pecunia daretur, quod euidenter falsum, & ridiculum est d. l. 1. De contr. empt. & d. l. 1. D. de rer. permut. Falsum igit est, quod vult Amedeus, si permutatio fundi facta sit cum frumento aut vino, vel oleo, deberi ex ea permutatione laudimium vel tertiam venditionẽ, quasi facta venditione potius quam permutatione, perinde acsi permutatus esset fundus cũ pecunia, nisi nobiscum sentias, Ex permutatione qualibet etiam fundorum, & rerũ immobilium, nulla licèt interueniente pecunia laudimium deberi. Nam quod de fundis dicimus, etiam in permutatione vini vel frumenti, vel olei perinde dici verè potest. Neq; verò harũ rerum tractatus seiungi vix vnquã solet, nisi cũ agitur de mutuò contrahendo, quod sicuti in pecunia numerata cõsistit, ita etiã in ijs rebus, quæ pondere ac mensura constant: at in rebus immobilibus constitui nõ potest l. 2 §. mutui D. de reb. cred. Et ideò certi condictio ex mutuo competit, nõ minus si frumentũ creditũ sit, quam si pecunia. l. vinum 22. eo. tit. licèt latius pateat condictio certi quam mutuum, cum ex omni alio contractu competat etiã ex quo fundus petatur, si modo agatur ad pecuniã numeratã, Alioqui triticaria cõpetit, & quidẽ sola l. 1. D. de condict. tritic. vt in præcedentibus Decadibus explicauimus. Fateor quod Amedeus subiungit, Non adeò restringendã esse hanc materiam vt dominis pereant directa eorum iura, directique dominij commoda,

deturq;

deturq; ſubditis anſa fraudandi: Nec quicquam eſt in quod magis incumbere bonos iudices vellẽ, quam vt prouiderent, ne qua fraudibus via pateret, & vt ſi quãdo fraus aliqua admiſſa probaretur, ea non tantum laudimij præſtatione exactiſſima, ſed etiam ipſius rei, dominiiq; vtilis amiſſione vindicaretur. Sed nego futurum vt periculum ſit, ne qua fraudis materia conquiratur ſi non ita ius conſtituetur, vt etiam ex permutatione quæ in vino, vel frumento, alijſq; huiuſmodi ſpeciebus facta ſit laudimium debeatur. Aliter.n emptiones & venditiones, aliter verò permutationes contrahuntur, vt ſuperiore capite dicebamus ex l. ſciẽdũ. 63. D. de ædil. edict. Planè ſi poneres quod ab vſurarijs pleriſq; factitatum eſſe ſcio, in vicẽ certæ quantitatis pecuniæ, de qua conuenerit, permutatas fuiſſe eiuſmodi merces ea mente, vt ex earũ venditione preciũ redigeretur, quod cõuentæ quantitati reſpõderet, Non negarẽ manifeſtã directo domino fraudẽ factã videri, ne quid laudimij vel tertiæ venditionis nomine ex eo contractu petere poſſet? Ac quamuis ſoleã hac parte diſtinguere laudimiũ à tertia venditione vt ex permutatione laudimiũ ſemper debeatur, Tertia venditionũ quã, quippe quæ vt nomen ipſum ſonat ex ſola venditione deberi poſſit, In propoſita tamẽ facti ſpecie nullũ huic diſtinctioni locũ relinquo, quia fraus facit vt quã contrahentes permutationẽ dixerunt, ea verè dici emptio potiùs ac venditio debeat: Vt quẽadmodũ fraus ſine dolo malo eſſe numquã põt, ita neq; impunita vnquã remaneat, ſicuti nec cuiuſquã dolus manere impunitus debet, Ne tum quoq; cum alteri quã ei qui dolũ feciſſet, profuturus eſſet l. procurator 11. §. 1. D. de doli. mal. except. Extra hunc caſum admittere non poſſum vt ex permutatione vini aut frumenti laudimium aliquod debeat ex ſpeciali aliquo iure, vt Amedeus noſter exiſtimat, ſed ex generali potius illa iuris ratione quã in p̃cedentibus probauimus, vt ex pmutatione qualibet ſi neq; cõſuetudo vlla neq; ſtatutũ vigeat in cõtrariũ, laudimia p̃ſtari oporteat, Nimirũ ſuppoſitis, vt ſolemus dicere, terminis habilibus, id eſt quãrũ ad fundos q aut feudales, aut emphyteuticarij eſſe, pponũt.

Neq;.n.vina,frumenta,& aliæ res eiuſmodi quæ ſiue põdere, ſiue numero, ſiue menſura cõſtant laudimij obligationẽ aut p̃ſtationẽ admittere poſſunt,Nõ magis quàm vt vel feudalia vel emphyteuticaria exiſtimẽt,tametſi ex fundo feudali,vel emphyteutico percepta ſint: quiã nõ q̃ ex feudali re vel emphyteutica perceptum eſt, continuò feudale vel emphyteuticariũ dici debet quando nec niſi prædia in feudum vel emphyteuſim dari ſolent:quippe quorũ fructus aliquis eſſe poſſit ſalua eorũ ſubſtantia,non etiã earum rerũ quæ & ſeruando ſeruari nequeunt,& non vtendo conſumuntur.Eſt autem hęc noſtra ſententia quod ad tertiam venditionem pertinet tanto clarior, quantò tertia iſta venditio creditur eſſe odioſior laudimio, quod nec Amedeus diffitetur: Siue quod grauior ſit laudimio,in quantitate pecuniæ,quæ hoc nomine p̃ſtanda eſt,ad tertiã ſemper vſq; partem precij [qua de cauſa mallem dicere tertiam venditionis quam tertiã vẽditionẽ] ſiue quod onus hoc ſoleat accedere oneri laudimiorũ Durumq; ſit duplici onere quẽ prægrauari l. iure ſuccurſum 6.D.de iur.dot.l. Vitia 34. §. qui inuita De legat. 2. Proinde ſtrictiùs accipi debent verba contractus,cum de tertia venditione agitur quam cum de laudimio,nec tã facilè capienda illa interpretatio,vt qui ſe permutare dixit,vẽdere potius voluiſſe intelligatur.Et quãuis placeat quod idem Amedeus ſubijcit, Verba contractuum quamuis ſtrictè accipiantur, non eſſe tamen iudaicè accipienda. Nihil tamẽ eſt q̃ verendum ſit ne iudaicè fiat ſi permutationem pro permutatione accipiamus, venditionem verò pro venditione: Eſſetq; potius dicenda iſta rerum, & verborũ fœda confuſio ſi his diuerſorum cõtractuũ nominibus promiſcuè vteremur: Vt in ſpecie nõ diſſimili loquit̃ Iuſtinianus in l.vlt.C.de legit.tute. Nec ſimile eſt quod veteres legimus vſos fuiſſe promiſcuè nominibus emptionis,& venditionis,Itemque locationis,& cõductionis l.veteres 19.cum l.ſeq.D.de act emp.Nec enim alia emptionis, alia venditionis contrahendæ ratio eſt cùm vnus ſit contractus, licet pro diuerſitate perſonarum quas in eo contractu interuenire neceſſe eſt, diuerſa ſortiantur

nomi.

nomina, Quod & in locatione, & conductione tractari similiter potest vt ad earum legum interpretationem alias docuimus contra Cuiacium, quem non puduit scribere, Veteres adeò malè ac impropriè locutos fuisse vt venditionem aliquando dicerent pro locatione, & emptionem pro conductione, Cuius tamen improprietatis tantæ ne quidem vestigia vlla in libris nostris possum agnoscere, quoniam ita ius semper fuit, vt aliter venditiones, aliter locationes contraherentur d.l.sciendum. Quamuis dici soleat, & verissimum sit venditiones, & locationes ijsdem fere iuris regulis consistere l.1.& 2.l.item si pretio 22.§. vlt. D. locat. Sed quantò dissimilius venditiones, & permutationes contrahi certum est. Vt proinde nulla prorsus ratio sit cur vllo casu venditionem pro permutatione accipiamus, aut contra; Nisi cum in fraudem domini directi permutationis color quæsitus est ad subdolam venditionem faciendam. Perpetua enim est, & sine exceptione illa iuris propositio, Plus valere quod agitur quam quod simulatè concipitur l.1.& tot.ill.ti.C.plus valer. quod agit. De iur.prælationis minor dubitatio est quin competat domino directo in re feudali vel emphyteuticaria quę cum vino vel frumento alijsque huiusmodi mercibus permutata sit, Cùm habere locum debeat in qualibet alienatione etiam ex qua nullum alioqui laudimium debeatur, propterius antiquius dominij directi quod in ea re dominus habet, vt cæteris omnibus non modò tanquam posterioribus iure pignoris sit eo vti malit, sed etia iure dominij præferatur arg. l.in liberto 77. D. de solut. l. ex facto 52. D. de pecul Nam quid interest domini, an res feudalis, vel emphyteuticaria cum fundo permutetur, an cum vino vel frumento cũ vtroq; casu perinde fiat vt res illa feudalis vel emphyteuticaria verè alienetur, aliumque dominum, & possessorem sortiatur? Quod vtique sufficit, vt iuri prælationis locus esse, & possit & debeat. Hoc verò quia nec interpretes ipsi negant, pluribus non confirmabimus.

ERROR SEXTVS.

De laudimio petito ex donatione.

X pura donatione laudimia nulla deberi plerique interpretum crediderunt, secuti Spe. in Tit. De locat § nunc verò aliqua vers. 107. & Petr. Iacob. in Tit. de actio. in rem pro re emphyt. vers. nẽ excepta donatione. Moti ea potissimũ ratione, qp in donatione pretiũ nullũ interueniat, nec iuri prælationis locus esse possit. Quotus enim quisque est, qui non sibi potius quàm alij donatum vellet? siquidem sic à natura comparatum est, vt omnes sibi bene esse malint quam alteri. Videtur autem Iustin. in l vlt. C. de iur. emphyt. præstandi laudimij necessitatem non alijs casibus induxisse, quam in quibus etiam ius prælationis locum habere possit, Non quasi in eundem casum eandemq; personã duo hæc iura concurrere debeant, Sed vt quemadmodum nulla de laudimio superesse potest quæstio, cùm directus dominus prælationis iure vti mauult, Ita dicendum sit eo demum casu de laudimio tractandum esse, quo potuisset dominus vti iure prælationis si maluisset. Et consequenter, vt quo casu nihil de iure prælationis tractari potest, nec de laudimio tractandum quicquam supersit. Hinc verò fit, vt ijdem interpretes qui ex pura donatione laudimia nulla deberi volunt, aliud iuris constituant in donatione, quæ certa lege, & sub modo facta sit. Vt puta si conuenerit de alimentis donatori præstandis, & vt eius creditoribus satisfacere donatarius teneatur. Nimirum quasi pretij cuiusdam, aut saltem permutationis vice iungi debeat onus, quod donatario iniungitur, ex cuius oneris comparatione quinquagesima pretij constitui possit. Sic enim Capell. Tholos. quæst. 178. Sed neque desunt qui putent rem emphyteuticariam donari non posse irrequisito domino directo quin cõtinuò, & ipso iure cadat in commissum Quam sententiam, & refert & probat Guid. Pap q. 46. vbi rationem illam adfert, quod alioqui nullo remedio nullaq; actione prouisum esset domino directo aduersus donatarium,

tarium, cum personalis obligatio eum sequi non possit, l. eris alieni 15. C. de donat. vt nec alium quemlibet singularem successorem, l. 1. §. si hæres D. ad S. C. Trebell. l. vltim. § 1. de contr. empt. Neq; rursus posset dominus directus commissi pœnam petere ob factam donationem non requisito ipsius consensu qui ex iuris ratione requiri nullomodo debuisset. Qua de causa sunt, qui remedij loco inducendam putauerunt mediam quandam sententiam vt possit quidem emphyteuta rem emphyteuticã donare etiam irrequisito domino, quod sanè frequentior Doctorum schola sentit, sed tamen debeat consensum domini requirere ad possessionem accipiendam, vt non nisi per manus domini rem accipiat, ideoq; laudimium offerre cogẽdus sit, ne alioqui res in commissum cadat. Quæ Salyceti primùm sententia fuit ad d. l. vlt. C. de iur. emphyt. & aliorum quos supradicto loco idem Guido Papius commemorat, Vbi addit se credere quod ista sit veritas, quia inquit sic subuenitur domino directo circa conseruationem iuris sui emphyteuticarij. Quoniam donatarius recipiendo inuestituram à domino directo, & ei soluendo laudimia (sic enim scribere debuit non sibi) obligatur eidẽ domino ad solutionem canonis in futurum, & ad præstationem aliorum iurium emphyteuticorum. Ex quo infert quod emphyteuta vendendo vel donando rem emphyteuticariam non transfert dominium in donatarium nec in emptorẽ donec per dominum directum fuerit retentus, & inuestitus. Etiam posito, quod in vẽditione aut donatione interueniat precarium, vel retentio vsusfructus per quã transferri aliàs solet possessio, & cum possessione dominium ex l. quod meo 18. D. de acquir. poss. l. quisquis 28. C. de donat. Quia, inquit, hoc est verum quod donans vel vendens transfert possessionem per precarium, aut retentionem vsusfructus in donante vel vendente rẽ francam seu allodialem, sed in re emphyteuticaria secus. Verba sunt Guidonis Papij hanc Salyceti mediam sententiam probantis. Alij tamen sunt qui Christophorum Porc. secuti ad Tit. Inst. De locat. existimant posse totam hanc controuersiam æquiore temperamẽto sic dirimi

vt qui rem emphyteuticariã donare vult, denunciet domino directo priusquam donet, sub hac forma, Ego volo donare Titio melioramenta, vnde tibi notifico vt scias per quẽ possideas. Eamq; sniam apostillator ad Guid. Pap. prestatiorem esse putat, quasi per eam prouideatur melius, & donatori ne res in commissum cadat, & donatario ne laudimium vllũ eo nomine soluere teneatur, & deniq; domino directo vt ex eo tpe possit à donatario tanquam à nouo possessore canonem annuum accipere, quem si donatarius vltro non offerat, cogi possit ad eius præstationem aut per actionẽ negatoriam, aut per directam rei vindicationem. Mihi longè alia de his omnibus sententia est, nimirum, Posse quidem donari rem emphyteuticam irrequisito domino hactenus, vt non sit denunciandum domino directo an velit rem retinere, Ne sit in potestate domini directi alienam liberalitatem donatario eripere, & in se transferre inuito donatore, qui non domino directo, sed amico donatum voluit, quod esset absurdissimũ, & iniquissimum. Sed non ita vt alienatio per donationem fieri possit inscio domino directo. Cuius certè interest scire, quem habiturus sit rei suæ emphyteuticariæ dominum, vt vocant vtilem, & possessorem. Non solum vt ab eo possit exigere canonem annuum quem alius præstare non debet, quàm qui possidet, sed etiam quod fieri possit vt in eum collata sit donatio, quem in emphyteutam nouum admittere directus dominus cogendus non sit. Quid enim si is homo sit qui capitales cum domino directo inimicitias gerat? Aut tam infamis vitæ, vt dedecori futurum sit directo domino habere emphyteutam adeo ignominiosum, vt in l. 3. §. si emancipatus D. de bonor. poss. contr. tabul. Quid si donatum sit Ecclesiæ, quæ rem semel factam ecclesiasticam alienare posteà numquam possit? ita vt exinde nulla consequendorum vnquam laudimiorum spes domino directo sit superfutura? An non ipsius interest eiusmodi donationem non admitti? Nam & inde comparatum est, vt si quando tales donationes fieri cõtingat, indemnitatem domino directo præstari oporteat, quã pragmatici nostri amortisationẽ vocant.

Denique

Deniq; tã ex ſupradictis cauſis, q̃ ex alijs plurimis, quæ conquiri, & congeri poſſent, negari non põt quin domini directi interſit non minus ſcire donationẽ quæ facta ſit rei emphyteuticarię quàm ſpeciem aliam quamlibet alienationis: neq; bona conſecutio eſt, vt qm̃ ſcientia, & denunciatio illa quã requirimus nihil profutura ſit ad ius prælationis, adeo contemni debeat dominus directus, vt inſcio eo, & ignorante donatio fieri impunè poſſit. Exquirenda igitur ſemper eſt directi domini voluntas, vel ob hoc ipſum, vt ſciatur an donationi conſentire velit, quamuis verum ſit cogendum eum conſentire, ſi nullam habeat ſatis iuſtã cõtradicẽdi cauſam. Neq; rurſus bona eſt alia illa conſecutio quæ fit à pleriſque Doctoribus, vt quia non põt dñs directus habere ius prælationis in re donata, laudimiorũ quoq; iacturam pati debeat. Cum tãto magis laudimia deberi æquũ ſit pro eo incõmodo quod ſentit dominus directus, vt in hac ſpecie nullũ ius prælationis poſſit obtendere: Itemq; q̃ laudimiorũ præſtandorum obligatio à Iuſtiniano inducta ſit non in conſequentiã iuris prælationis, ſed in eũ potius caſum quo iure prælationis vti dominus noluerit. Quid enim refert an vti nolit, an non poſſit etiamſi maximè vellet? An non eſſet, quod magis imputaretur domino, qui iure iſto prælationis vti noluiſſet cũ potuiſſet, quàm ei qui non potuiſſet, quamuis voluiſſet. Verùm neq; audiendus eſt nouus emphyteuta ſi ad recuſandã laudimiorum præſtationem velit imputare domino cur ſuo iure prælationis vſus nõ ſit. Cum ex eo facto commodũ ipſe ſentiat, qui alioquin rem emphyteuticariam hodie non haberet arg. l. ſi extraneus 33. l. cum in fundo 78. §. quod ſi mulier D. de iur. dot. In ſumma ſunt hęc iura prælationis, & laudimiorũ diſtincta omnino, & ſeparata, vt proinde ab vno ad alterum inferri nihil poſſit. Sufficitq; ad inducendã laudimiorũ obligationẽ mutatio emphyteutæ, quę cõtigerit per quamcũq; ſpeciem alienationis, & quod nouum emphyteutam in poſſeſſionem inducere, vel admittere dominus părătus ſit, vt in præcedentibus à nobis ſæpius diſputatum eſt. Proinde nec illam diſtinctionem probare poſſum Capellæ Tholoſanæ

quæſt.

quæst. 278. An donatio purè facta sit, an sub modo, & certa lege: Neutro enim casu potest dominus in re donata ius vlũ habere prælationis. Vtrũque autem sicut perinde verum est alienationem ex casu donationis factam esse, Ita & laudimia deberi fatendum est. Nec quod in donatione facta certis legibus aliquid sit quod pretij loco esse queat, nõ item in pura donatione ad rem facit, Cum non propter conuentionem pretij laudimia debeantur, sed propter emphyteutæ, & possessoris mutationem, licèt laudimij præstandi quantitas ex comparatione pretij sumatur, scilicet cum pretium aliquod conuentum est. Quod si factum non fuerit ad ineundam rei alienatæ æstimationem recurrimus, ex cuius similiter comparatione laudimij quantitas æque sumi possit. Quid enim potest interesse an res emphyteuticaria quæ alienata fuit æstimata sit à contrahentibus, an per probos viros officio iudicis æstimari possit? Nisi quod cũ à contrahentibus ipsis æstimata est, standum est conuentioni pretij nec alia vel maior vel melior æstimatio facienda est. Idq; verba etiam ipsa Iustinianeæ constitutionis euincunt. Miror verò magis quid in mentem illis venerit qui scripserunt, Ideò non posse fieri donationem irrequisito domino, quod alioqui nullo remedio posset domino esse consultum qui neque ad cõmissi pœnam agere, neque personalem obligationem contra emphyteutam exequi posset. Nam quid attinet de personali obligatione tractare, aut in perquirenda ea laborare, cum dubitari nõ possit quin dominus directus vindicationem directã habeat contra quemlibet possessorem nulla exceptione repellendus ne quidem ab ipso emphyteuta cum quo contraxit si non offeratur ei pensio de qua in emphyteusi ipsa constituenda cõuenit l. 1. & vlt. D. si ager vectig. vel emphyt. petat. Quantò minus ergo licebit extraneo vindicantem summouere, prætextu illo solo quod personalis obligatio nõ sequatur singularẽ successorem? Sanè quod alij volunt posse hoc casu agi negatoria aduersus donatarium, prorsus ridiculum est. Neque enim comparatæ sunt actiones negatoriæ, nisi seruitutũ petendarum gratia, non autem pro rebus corporalibus,

ralibus, licèt, & ipſæ ſint vindicationes l. 1. l. loci 4. §. competit, & paſſ. D. ſi ſeruit. vindic. Nec ex exemplo ſeruitutũ ẽt pro alijs iuribus huiuſmodi actiones dantur, fauere huic errori poteſt. Nam cũ dominus directus nõ tantum verè dominus ſit, ſed ẽt ſolus dominus, cõſequens eſt vt nullum planè aliud ius quã dominij aut in re ſua, aut in rẽ ſuã habere poſſit, cum nemini res ſua ſeruiat l. vti frui 5. D. ſi vſusfr petat l. in re cõmuni 26. D. vrban. præd. Adeò nimirũ potens, & magnum eſt ius dominij, vt cætera omnia aut cõplectatur aut abſorbeat. Ius verò ipſum emphyteuticũ totũ pẽnes emphyteutã eſt, Vt ſcilicet ius habeat retinendi rẽ ẽt inuito domino, dũ ne ceſſet in ſoluenda penſione, præſtandiſq; cæteris de quibus ab initio cõuenit dict. l. vlt. Cum. n. dominũ emphyteuta nõ habeat, nihil niſi ius illud in re habere põt. Qua de cauſa nec illud probare poſſum, quod pragmaticis noſtris paſſim video placere, Dandã dño directo ẽt actionẽ hypothecariã in rẽ ipſam emphyteuticã ad auocandã poſſeſſionẽ ſi fortè emphyteuta ceſſat in canonis annui aliorumq; iuriũ emphyteuticorum præſtatione. Qui. n. fieri põt vt concurrat ius dominij cum iure pignoris in vnam eandemque rem, & perſonam? vulg. l. neque pignus 45. De reg. iur. l. penult. §. 1. in fin. D. de except. rei iudic. Scio reſponſuros pragmaticos diſtinguendũ eſſe hac parte duplex dominiũ directũ, & vtile, nec abſurdum eſſe vt dominus directus qui non niſi directũ dominium habet, etiam vtile obligatum habeat, etiã quod eſt penes emphyteutam. Sed præterid quod ridicula, & tota commentitia eſt hæc diſtinctio duplicis dominij, vt toties inculcauimus, Inauditum etiam eſt vt qui dominium habet directum, etiam vtile obligatum habeat, aut obligatione vlla dominij vtilis indigeat, ad ſuum cõſequendum Quemadmodum enim ſolemus dicere, Non indigere vtili actione illum qui directam habeat, vt neq; honoraria indiget is, qui habet ciuilem l. 1. D. de public. in rem act. l. 2. §. item Varus D. de aqua, & aquæ pluu. arcend. ac l. ſi hæres 70. in princip. D. ad SC. Trebell. Ita neque dominij vtilis aliqua vtilitas contingere põt ei, qui directum habeat, Cum neq; dominiũ

illud

illud vtile impetrare vnquam possit tanquam q̃ per consolidationẽ ipso iure extinguitur, Neque vtilis dominij distractionem vnquã vrgere q̃ nec emere ipse vnquã possit, nullo etiam se offerente extraneo emptore. cum nõ magis emptio quam pignus rei propriæ consistat l. suæ rei 16. D. de cõtr. empt & d.l. neque pignus. Quænam aũt põt esse vtilitas pignoris q̃ neque distrahi vnquã possit neque em ià creditore nec demq; dominium eius impetrari l. si conuenerit 4. D. de pignor. act. l. mulier 17. C. de distract. pign. l. 2. C si in caus. iudic. pign. capt. sit. Nec simile est q̃ obijciunt pragmatici, Pro legato nõ solũ vindicationẽ cõpetere cum actione personali, sed etiam hypothecariam ex l. 1. C. cõmun. de legat. Nam vt alibi docuimus, debet ea cõstitutio sic accipi vt hypothecariã habeat legatarius pro re legata nõ in rem ipsam legatam, sed in cæteras quæ non sunt in legato, Ne contra iuris rationem manifestissimam vindicatio cum hypothecaria concurrat: quod fieri nullo casu põt. Sed & illud scio, Placere vulgo interpretibus, Feudũ itèmq; emphyteusim speciẽ quandam esse seruitutis, qua ratione potissimum moueri deberent qui pro iuribus emphyteuticis dant negatoriã. Sed si ita est, vtiq; fateri nos oportet seruitutẽ esse emphyteutæ debitam, non quam emphyteuta domino debere possit, cui res sua, vt iã diximus, seruire nequit. Cogitur nãque dominus pati vt emphyteuta rẽ retineat. Et qđ vicissim emphyteuta canonem annuum præstare cogitur, & laudimia, & si quid aliud est in horum numero iurium quæ emphyteutica appellantur, nonrtã sunt ista iura domini directi, quam fructus, & emolumenta quædã directi dominij, Non alio planè iure ad dominum directũ pertinentia, quam quia dominus est, Eodẽ prorsus modo quo vsusfructus quẽ ijdẽ interpretes causalẽ vocant, ad ipsum rei dominũ pertinet, Nempe nõ tam vsusfructus quam plenæ proprietatis iure d.l. 5. D. si vsusfr. petat. l. si alij 19. D. de vsufr. legat. l. qui vsumfructũ. 58. De verb. oblig. Ergo si quis volet defendere, Non posse rem emphyteuticariã donari irrequisito domino, Non ratione illã moueri debet qua mõueri se testatur Guido Papius, quod alio-

qui

qui nullo remedio succurri domino posset aduersus donatarium, sed illa potius, quod nõ sit cogendus dominus emphyteutã nouũ admittere quẽ vel nolit, vel nesciat. E contrario nec bona illorum ratio est, qui rem emphyteuticariã irrequisito domino posse donari ideò volunt quod non possit directus dominus prælationis ius vllũ in re donata prætendere. Nihil.n.vetat cessante propter ius prælationis denunciandi necessitate aliam causam supersesse propter quã fieri denunciationem oporteat, sc.vt sciat dominus, quem possessorem, & emphyteutam sit habiturus, & à quo sui dominij cõmoda & emolumẽta petitur us. Quoties.n.duæ sunt eiusdẽ effectus causæ sublata vna sufficit alterã supersesse vt idẽ effectus aut maneat, aut sequatur l.cum is 32.§.mulier D.de condict.indeb.l.quoties duplici 91.De regul.iur.sed grauior Guidonis Papij error in eo est q̃ putat, Nouũ emphyteutã cogendum accipere nouã inuestiturã vt eã accipiendo, & laudimiũ soluendo, se obliget in futurũ ad præstationẽ canonis annui, & cæterorũ iuriũ emphyteuticorũ. Q̃ asi verò nõ sit obligatus nisi soluat laudimiũ. Q̃ id.n.si nolit laudimiũ soluere? at neque inuestiturã recipere? An non erit obligatus vt ei laudimium præstet, & in futurũ ea faciat omnia, quę prior emphyteuta facere, & præstare tenebatur? Imò erit; Non quidem præcisè vt ille qui ex suo ac proprio contractu conuenitur, sed necessitate, vt vocant causatiua, id est si rẽ emphyteuticariã retinere sibi velit, nec malit eã amittere. Cũ nihil habiturus sit, q̃ obijcere possit domino rẽ suã vindicanti si nõ pareat legibus contractus, quamuis inter alios celebrati: Neque verò necesse est, vt de cõmissi pœna quicquã quæratur, quia & priusquã res cõmittatur, perinde cõpetit vindicatio domino, acsi iam commissa esset, Nec aliud adijcit commissi pœna, nisi vt possessor vindicantẽ dominum submouere nequeat nec si paratus sit leges contractus implere, quomodo posset si adhuc cõmissa res non esset.d.l.vlt.D.si ager vectig. iun&.l.commissa 14.D.de public.vectig.& commiss.Etsi lex illa de commissis est earum rerum quarum dominium ante commissi pœnam ad alium pertinebat. Nos autem de eo

commisso

commisso tractamus, quod nullum domino directo nouum acquirat dominium, sed tantum noui possessoris,& emphyteutæ ius totum extinguat.

ERROR SEPTIMVS.

De pluribus qui eandem rem emphyteuticariã diuersis temporib. emerunt quorum posterior inuestituram prior acceperit.

QVæstionem hanc cogimur interferere, non vt ea retractemus quæ à nobis in superioribus Decadibus iam satis superq; disputata sunt circa interpretationem l. quoties 15. C. de rei vind. Sed vt Guidonis Papij sniam confutemus, qui supra dicta q. 46. existimat, id quod scriptum est in d. l quoties, & verũ esse fatentur omnes, Ex pluribus emptorib. in causa, & quæstione dominij præferendum esse non qui prior emerit, sed q prior ex traditione rem acceperit, non nisi ad res francas, vt ipse loquitur, & liberas pertinere non etiã ad emphyteuticarias. Quod si verum esset, vtiq; sequeretur parum abfore, quin eã legem pro abrogata haberi oporteret cum res ferè oẽs immobiles, præsertim apud nos, sint emphyteuticariæ: Paucæ admodum liberæ, & allodiales. Mouetur autẽ ex eo potissimum, q. scriptum est in l. vlt. C. de iur. emphyt. Emphyteutã si aliter versẽt in re emphyteuticaria, quàm secundũ eam formam quæ ibidem à Iustiniano præscripta est, cadere à iure suo. Quod nihil aliud est, inquit, quàm amittere illum, & dominium, & possessionem: quo admisso fit consequens, vt nec dominium nec possessionẽ transferre in emptorem possit. Ne alioqui contra iuris regulas plus in aliũ transferat, quàm habeat ipse. Atq; secundum hanc sniam bis à Senatu Gratianopolitano iudicatum fuisse ibidem testatur. Fortassis q. eo tempore nondum ioualuisset generalis illa consuetudo, quæ posteà inualuit vt non tm emphyteuses, sed ẽt feuda redacta sint ad instar patrimoniorum, & bonorum allodialiũ, nisi quantu m ad ius succedendi, vt idem Papius loquitur

decis.

decis.59.nu.2.quæ tamen consuetudo posteà latius accepta est ẽt quod ad ius alienandi;vt apud eũdem Guid.Pap.notat Ranchinus d.q.59. & pragmatici omnes Galli recentiores. Nã admissa eiusmodi consuetudine generali dici certè non potest,Cur in quæstione d.l.quoties,potiùs quam in cæteris admittenda sit distinctio an res vendita plurib.libera sit, & allodialis, an emphyteuticaria. Neq; verò Senatus noster eã distinctionem vnquam secutus est, tametsi sæpius,ac sæpius inter plures emptores de dominio rei venditæ inter se contẽdentes iuxta sententiam d.l.quoties pronunciauerit. Cùm.n. iam exoleuerit ꝙ Iustiniani constitutio in d.l. vlt.induxerat, vt non prius fieri posset alienatio rei emphyteuticariæ,quàm alienaturus emphyteuta consensum dñi exquisiuisset, eique ex hac cã denunciasset, nec aliud hodie ius sit hac parte dñi directi,nisi vt venditionem etiam se inscio factam approbare,& laudare teneatur,emptoremq; in ea possessione tueri in quam venditor eum induxerit,apparet neq; dominij, neque possessionis translationem à persona venditoris in personã emptoris impediri hodie ex eo solo posse,ꝙ nondum venditioni dominus consenserit, Ideòq; eandem iuris rõnem,quæ olim faciebat ꝙ emptore cui priori tradita res esset,vt priori emptori tardius possessori facto anteponi deberet, ẽt hodie durare,neq;ex iuris emphyteutici quo nunc vtimur,rõne immutatam esse. Maximè verò apud eos populos qui dñum directum iure prælationis vti minimè patiuntur, quomodo apud nos obtinebat non ita dudum, vt nullum dominis esset ius prælationis,quemadmodum in nostro Codice scripsimus. Quod etsi posteà restitutum fuit speciali edicto ante octo circiter annos condito: Non ideò tamen correctũ fuisse putandum est ius quo anteà vtebamur, quantum ad translationem dominij,& possessionis rei emphyteuticariæ,nullo etiam requisito domini consensu. Quia etiam hodie non nisi post perfectam venditionem secutamq; traditionem vtitur dominus hoc iure prælationis, nec vti prohibetur ob id, ꝙ iam translatum sit dominium itemq;possessio in emptorem, cum in re emphyteuticaria semper sit anterius ius dñi quan-

diu non laudauit alienationem, nec possessorem nouum, aut in possessionem induxit, aut in possessione retinuit, arg l. ex facto 52. D. de pecul. l. in liberto 77. D. de solut. Sed etsi hodie vteremur eo iure, ꝙ à Iustiniano certas leges, & regulas accepit, inter quas est ius illud prælationis: Non tñ statim esset consequens, ꝙ vult Guido Papius, vt ob eam causam præferri deberet is, qui prior inuestitus à dño fuisset, ei qui prior à venditore possessionem rei emphyteuticæ accepisset. Imò si bona esset rō qua mouetur Papius, nullus q̃stioni huic locus fieri vnquam posset. Ait. n. ideò præferri non posse illū cui priori res tradita est à dño vtili, quòd venditor non denunciando directo domino venditionem, aut aliam, quā facere velit alienationem, statim & ipso iure, ipsoq; facto cadat à iure suo, vt proinde, neq; dominium vllum, neq; possessionem vllam habeat, quam transferre in emptorem possit. Atquin si ita est prima statim venditione ius oē suum amisit, & consequenter nihil ei superfuit, quod alij posset vendere, nisi eo sensu quo dicimus, Etiam rem alienam vendi posse. l. rem alienam 28. D. de contr. empt. Sed quæstio nostra in rei alienæ venditionem non cadit, quia certissimum est, re aliena vendita quantumlibet tradita neutrum ex emptorib. potuisse dominium sibi acquirere ab eo, qui dominus non fuit, Et quamuis per eiusmodi traditionem vera possessio transferatur, dominium tamen transferri nullum posse. l. traditio 20. D. de acquir. rer. domi. & d. l. rem alienam. Et vt quæstioni nostræ fieri locus possit, necessariò ponendum est venditorem fuisse dominum, & traditionem ab eo factam fuisse posteriori tantùm emptori, non priori. Nam si priori facta esset à dño, & cætera concurrerent, quæ ad transferendū ex causa venditionis dominium requiruntur. i. vt vel solutum esset pretium, vel habita fides de pretio, quis dubitaret quin potior eius causa esse deberet, qui & prior emisset, & possessor factus prior fuisset? Itaq; potuit Guido Papius, & debuit ea potius moueri rōne, vt pro priore inuestito rñderet; quòd solus habeat causam à domino: Cum verissimum sit quod in hoc tractatu toties inculcauimus, solum rei emphiteuticarię

domi-

dominum esse illum quem directú appellant: Emphyteutam verò nihil, nisi ius illud in re emphyteuticaria habere, vt q̄diu pensionem soluet auferri res ab eo non possit. l. 1. & vlt. D. si ager vectig. vel emphyt. petat. Qui ergo prior à domino directo inuestitus est, ille est, qui à vero dño emit: qui verò ab emphyteuta, ille est qui à non domino. Et consequenter dubitari non pōt quin præferendus ille sit qui à domino inuestitus est quemadmodū contingit quoties ex duob. vnus emit à domino, alius a non domino. l. si ea res 31. in fin. D. de act. empt. Quòd si ambo inuestiti sint à dño directo, is vtiq; præferetur, qui prior inuestitus fuerit, vt & alius quilibet, q̄ prior à domino possessionem acceperit. Cum inuestitura propriè nihil aliud sit quam possessio, licet abusiuè dicatur inuestitura quando hasta, vel quid aliud corporeum porrigitur à dño feudi dicente se facere inuestituram. Tit. 2. quid sit inuestit. in vsib. feudo. lib. 2. Quidni verò præferetur is, qui prior fuit inuestitus à domino, Cum & ex pluribus, qui ab eodem non domino emerunt, præferendus ille sit, cui priori res tradita est l. siue autem 9. §. si duobus. D. de public. in rem act. Sed & admissa illa duplicis dominij directi, & vtilis distinctione, non facilè possum probare quod vult Guido Papius translationem possessionis impediri si res emphyteuticaria à domino, vt vocant, vtili alienata sit nulla p̄cedente denunciatione, & contra Iustiniani constitutionem. Etsi. n. venditio & alienatio quælibet districtè a Iustiniano ꝓhibita est, quousq; domini voluntas exquisita sit. Quis tamen nescit, Etiā ex contractu inutili, & prohibito transferri possessionem. l. 1. §. si vir vxori. D. de acquir possess. quippè quæ facti sit magis quèm iuris, vt ibidem scriptum est, & in l. deniq; 19. D. ex quib. caus. maior. l. 1. §. Scęuola D. si is, qui testam. lib. ess. iuss. sit. De dominio autem etiam vtili, quamuis difficilius sit, vt contra legis prohibitionem transferatur. l. vltim. C. de reb. alien. non alienan. Si tamen venditio incipiat à traditiobe, quod fieri facilè potest, puta si tractatus, & pactum de vendendo certo pretio præcesserit (nec. n. pactum de vendendo venditio est) & venditor postmodum tradat eā rem illo p̄tio;

Non puto dubitandum quin idem dici debeat, vt hoc casu dominium quoque vtile in emptorem transferatur. Quandoquidem supradicta Iustiniani constitutio factum ipsum notat venditionis aut alterius alienationis perfectæ non solam, nudamque faciendi voluntatem. Nemo.n.dixerit, Ob id solum quod emphyteuta rem emphyteuticariam vendere aut ius suum emphyteuticarium alienare, & in alium transferre voluerit, cadere illũ à iure suo: Neque verò Iustiniani constitutio hoc habet. Sed postquam prohibuit Iustinianus initio legis ne liceat emphyteutæ sine consensu domini meliorationes suas alijs vendere, vel ius emphyteuticum trãsferre, subijcit in fine legis sin autem aliter fuerit versatus, quam nostra constitutio disposuit iure emphyteutico cadat. Quod ipsum nihil aliud est, quam si diceret, si emphyteuta melioratione suas vendiderit alij, aut ius suum emphyteuticum in alium transtulerit. Non igitur impedit lex venditionem, aut iuris emphyteutici translationem faciendam, sed factam punit, & irritam facit quantum ad vtilitatem dominidirecti. Qui si iure suo, ac beneficio Iustinianeæ constitutionis vti nolit, siue expressa, siue tacita voluntatis declaratione, quis dubitat quin valitura sit venditio, dominijque vtilis translatio inter venditorem, & emptorem? Vt si fortè velit venditor eam rem quasi non venditam nec alienatam vindicare, perinde sit repellendus exceptione rei vẽditæ, & traditæ ac alius venditor quilibet l.1. & tot. tit. De except. rei vendit. & tradit. Quemadmodum dicimus, pactũ inter debitorem, & creditorẽ inuitum vt creditor onus tributi prædij pignorati non agnosceret, sed eius soluendi necessitas ad debitorem spectaret, quãtum ad rationem quidẽ fisci seruandum nõ esse l. inter debitorem 42. D. de pact. sed inter ipsos paciscentes iustum, ideòq; seruandum esse l. epistola 52. §. pactum eod. Nec.n. Iustinianus supradicta constitutione id egit vt emphyteutæ noceret, sed potiùs vt dño consuleret, ac prospiceret ne quid ei factũ emphyteutæ nocere posset. Itaque nolente domino directo ius suum exequi, adeòq; quandiu pendet an iure suo sit vsurus, remanent oĩa

in

in dispositione iuris communis,& in eo statu in quo essent,si constitutio illa non interuenisset.In eoq; interpretes omnes consentiunt,non vsq; adeò rigidè ac iudaicè,vt loquunt,eã constitutionem accipiendã esse vt nõ sit opus declaratoria sententia,id est p quã pronuncietur emphyteutã contra legem fecisse, & caducitatis pœnã incurrisse. Superest.n. adhuc illa ex facto,& iurisdictione pendẽs quæstio,An factũ sit aliquid contra legem,& quidem ita vt nullã excusationem mereat, quomodo in dissimili quãuis specie,Claudius Tryphoninus ad Scæuolã notat in l.filię 88.D.de solut.Adeò vt si emptorẽ ab extraneo possessore vindicantẽ eã rẽ emphyteuticariã quã non requisito aut directi consensu emisset summouere vellet eo prætextu quasi nullo iure ageret tanquã qui per eã emptionẽ & secuta traditione dominus fieri non potuisset, vtique non esset audiendus, Propterea p esset exceptio illa de iure tertij,Exclusiua quidẽ iuris agentis sed nõ aliter quã si tertius velit.In quo exceptionũ genere vt receptissima,ita verissima est Bartoli traditio ad l.2.D.de excep.rei iudic.nõ esse illas admittendas.Neq; rursus in iure nostro nouũ est vt ex aliqua iusta cã dominiũ interim trãsferatur, p tñ posteà pro numquam translato haberi debeat, Vt euenit in re sub condicione legata,q̃ interim pleno iure est hr̃dis, fitq; emptoris si eã hr̃s suspensa adhuc cõditione alij vendiderit. Et tñ si qñcunq; posteà existat condicio legati,neq; heredis neq; illius qui ab ipso emit,vnq̃ fuisse intelligitur,sed,à testatore ad legatariũ recta pueniss̃e l.& post litẽ 12.§.res quę D. famil.ercis.iunct l.is cui via 11.§.1.D.quemad.seruit. amitt. l.quædam 15.D.de reb.dub.l. generaliter 29.§.1. D.qui & à quib.manu.l.de hr̃ditate 19 §.pater D. de castrens. pecul.p & in donatione inter viuos per traditionẽ sub condicione factã iuris est l.2.§.si pecuniã D de donat.& alijs pleriſq; casibus alibi p nos adnotatis.Quod si dñus directus approbet venditionẽ,et quę posteriori emptori facta sit,eũq; intelligat an non manifestè declarat nolle se vti iure suo? Alioqui nõ posset approbare,& confirmare vẽditionẽ q̃ nulla esset,Nec sufficeret ad translationẽ dñij p vẽditionẽ approbaret si nõ

ẽt ipſe venderet: Cùm aliud longè ſit vendere, aliud vendẽti conſentire: vt habet iuris regula 160. de reg. iur. Proinde cũ iure ſuo non vtatur, remanent omnia in iuris cõis diſpoſitione, vt q̃ prior fuit in poſſeſſione acquirenda, potior ſit in retinenda. Nec q̃ poſterioris tãtùm emptoris gratia q̃ inueſtitus fuit, credendum ſit dominum directum ius ſuum remiſiſſe, poteſt anterioris ius lædere. Non enim acquirit ius ſuum ex inueſtitura, quæ ſcilicet alij non ipſi facta eſt, ſed ex ſuo contractu ſibi q̃; facta traditione, Exemplo non inelegãti eius q̃ ſcriptũ eſt in l. conditionibus 5. D de condic. & & demonſtr. Pupillum etiam ſine tutoris authoritate conditionibus parere poſſe, Nec in contrarium moueri quemquã ex eo debere quod ita futurum ſit aliquo caſu vt ſine tutoris authoritate neceſſarius hæres fiat. Id enim iure poteſtatis fieri, non vi expletæ conditionis. Proxima ſiquidem, & immediata cauſa inſpicienda eſt, tanquam quæ magis influit, non quæ remota. Eſt autem remota cauſa illa, & extrinſeca, quod directus dominus iure ſuo vſus non ſit: Hæc verò proxima, & immediata, quod hic emptor, & emerit, & prior per traditionẽ rem acceperit. Sed neq; cauſari poteſt alius emptor, qui prior quidem fuit inueſtitus, ſed poſterior accepit poſſeſſionem, quod nõ aliter voluerit dominus directus ſuũ ius remittere quam ſi poſterior emptor priori præferretur: Nam præter id quod eiuſmodi interpretatio tũ demùm habere locum poteſt, cum domini intereſt, qui non aliter ius ſuum remiſſurus fuerat, vt de creditore pignoratitio ſcriptũ eſt in l. voluntate 8. D. quib. mod. pig. vel hypoth. ſoluit. Hic autem nihil intereſt domini directi, qui laudimia quæ à poſteriore poſſeſſore non poſſit petere, à priore habiturus ſit, atque ita plenam indemnitatem conſecuturus. Illud etiam apertum eſt poſterioris emptoris, qui prior inueſtitus fuit nõ eſſe allegationem hanc, ſed domini directi, qui ius ſuum remiſit. Quamquam nec domino directo eſſet permittendum, vt iuris ſui remiſſionem à ſe factam reuocaret eo prætextu quaſi contractus quem approbare voluiſſet, effectum non habuiſſet. Satis enim effectum habuit, cum effecit, vt ob ſecutam

eutam euictionem regressum habere possit hic prior inuestitus contra suum venditorem, Non habiturus si dominus iure suo vti, ac venditionem irritam facere voluisset, quasi factam cõtra legis prohibitionem. Venditionem enim aliquã præcedere necesse est, vt actio de euictione nasci possit quæ nihil aliud est quàm actio ex empto l. ex empto 11. & pass. D. de actio. empt. l. si in venditione 60 D. de euict. Venditio autem alienæ quidem rei valet d. l. rem alienam, sed eius quæ alienari prohibita, & interdicta sit non valet, ne quidem ad actionem de euictione producendam, d. l. vlt. C. de reb alie. non alienand. l. si creditor 7. in fin. D. de distr. pign. Nullus igitur dari casus potest, in quo melior, ac potior causa esse debeat eius qui prior à domino directo inuestitus fuit, quàm illius, qui prior à venditore, eodemq; domino vtili possessionem acceperit: Etiam inspecto eo iure, q circa emphyteuses Iustinianus induxit. Multò minus si inspiciatur ius quo vtimur hodie redactis feudis, & emphyteusibus ad instar patrimoniorũ, & allodialium. Post restitutum quoq; dominis directis ius prælationis, q contraria cõsuetudo ijs abstulerat.

ERROR OCTAVVS.

De laudimijs petitis ex legato vel ex hæredis institutione.

QVI ex donatione laudimium deberi putant, ijdẽ existimant deberi perinde ex legato, & ex hæredis institutione, vt ex cõmuni Doctorũ sententia tractat Amed. à Ponte q. 31. post Bert. cons. 78. incip. ex casu vol. 1. par. 2. Iaf. in l. vl. nu. 50. C. de iur. emph. c. 141. An quando is cui, siue quod legatum quoq; donatio sit, l. legatum 36. De leg. 2. & apud Iusti. §. 1. De legat. Hæreditates verò per institutionis titulũ pleniore liberalitatis honore deferantur, l. filiũ 5. §. sed etsi portio D. de legat. præst. Siue etiam, quòd laudimia propter alienationem dominij q; mutationem potissimum debeantur, vt sæpius docuimus ex d. l. vlt. C. de iur. emphyt. quæ alienatio, & mutatio nõ minus per legatũ inducitur, & per hæredis institutionẽ aditione se-

secuta quam per donationem l. à Titio 64. D. de furt. l. cum hæredes 23. D. de acquir. poss. Addunt tamen exceptionem, præterquam in hærede suo, vel qui ab intestato in emphyteusi vel in feudo esset alioquin successurus, & alienatio ista hoc casu sit necessaria. Ex Aret. in l. is potest 18. in fin. D. de acq hæred. fitq; in successurum qui ex tenore primæ inuestituræ reperitur vocatus, vt supradicto loco Amedeus scribit, Addens ob hanc ipsam rationem idem dicendum esse in legatario qui sub prima inuestitura sit comprehensus. Puta si si inuestituram quis acceperit pro se, & hæredibus, & successoribus, multò magis, si addita sit dictio, quæ vt plurimum addi solet quibuscunq;. Sic enim Saly. etiám secluſa dictione quibuscunq, ad d. l. vlt. col. 4. vers. quæro an res. Quod tamẽ alij sic intelligunt, vt successorum appellatione ita demum legatarij contineantur si ex ijs sint, qui alioquin absque dispositione testatoris essent de vocatis puta ex descendentibus à primo inuestito ex Soc. iun. cons. 70. vol. 3. Apud nos quæstio hæc planè ociosa est Habemus enim Statutũ Ducale quo expressim cautum est, ne qua laudimia de bonis hæreditariis debeantur, nec de legatis vel fideicommissis, nec de bonorum diuisione. Nec tamen desunt qui putent etiam citra statutum idem dici ex iuris ratione debuisse quantum ad hæredis institutionem, inter quos fuit Ioannes quidam Raynaud in suo comprehẽs. feud. §. habiro nu. 19. quẽ Amedeus supradicto loco refert, & cuius sententiá in tertijs quidem venditionibus omnino procedere admittit, sed in laudimijs non item, non dubitans quin de iure communi debeantur tam ex hæredis institutione, quàm ex legato. Mihi nihil improbabilius dici posse videtur. Nam siue illorum sententiam sequamur, qui putant obligationem præstandi laudimij ex eo descendere, quod ante omnia consensus domini sit exquirendus, vt rei emphyteuticariæ alienatio licitè fieri possit, siue aliorum, qui totam causam ad alienationem referunt, nulla certè ratio est propter quam laudimia ex hæredis institutione vel ex legato vlla peti posse, fateri debeamus. Non illa quidem prior, quoniam absurdum esset dicere,

Non

Non aliter in bonis emphyteuticarijs valere posse institutionem aut legatum q̃ si prius sit exquisitus, & præstitus directi dñi cõsensus. Cum iuris ciuilis regula certissima sit à priscis illis temporibus iam olim constituta, Testamentorum iura per se firma esse ipsa oportere, nõ ex alieno arbitrio pendere l. illa institutio 32. princ. D. de hæred. instit. iunct. l. captatorias 70. eod. tit. Itaq; vel negandũ est absolutè bona emphyteuticaria legari posse, quomodo de bonis feudalibus scriptum est in Titul. 9. qualit. olim feud. alien. poter. §. donare. Et Tit. 55 de prohib. feud. alie. per Frider. vers. habito lib. 2. in vsib. feud. [quod etsi Doctorũ pleriq; crediderunt, minus tamen cõiter probatum est si Iulio Claro credimus in §. emphyteusis, q. 15.] Vel fatendum est posse legari etiam irrequisito domino. Alia verò illa ratio quam pleriq; adferunt propter quam laudimia debeãtur, ad alienationem relata, multo minùs ad casum nostrum pertinet. Quæ enim à testatore in hæredem fit alienatio, non tam ab homine fit quàm à lege, nec tam voluntatis quàm iuris potestate, Nisi quod in extraneis hæredibus necessaria est aditio, vt quis hæres, ideſt dñs fiat l. cum hæredes 23. D. de acq. poss. Cæterũ lex illa est quæ & hæreditatem, & hæredẽ facit siue ex testõ, siue ab intestato l. filius familias 18 D. ad leg. Falc. l. 12. & 2. D. de hæred. petit. l. lege obuenire 130. D. de verb. sign. Et consequẽter cùm alienatio fiat ab ipsa lege, quamuis subsequente voluntate testatoris cum testm̃ factum est, de lege potius quam de testatore conqueri debet dominus directus, si quam iustã querelæ causam habeat, quod ipsius consensus nõ fuerit exquisitus. Nec sanè verius dici quicquam potest, quam quod scio etiam veteribus placuisse, inter quos Petr. Iacob. quem citat Amedeus à Ponte, Ex nulla dominij translatione quæ ipso iure fiat posse deberi laudimium: Sicut neque ius prælationis dño directo aduersus hæredem institutũ competere vllum potest. Quid enim absurdius esset, quam vt ob institutionem collatam in alium directus dominus inuaderet bona testatoris, atque ita supremum defuncti iudicium euerteret, qui hæredem alium restituendo nihil minus quam

de

de directo dño cogitauit? Nec quod remedij loco adferunt quidam interpretes, præsertim Iulius Clarus d.q. 15. in fin. vt bona defuncti per viros probos æstimari oporteat, eamque æstimationem à directo dño præstari, ne infructuosa sit hæredi hæreditas, aut legatario inutile legatum, huius iniuriæ potiùs quam iuris iniquitatẽ potest corrigere. Ita.n. semper fiet, vt ad extraneum bona defuncti perueniant cõtra ipsius voluntatem fortassis expressam, si quod plerunque fit, bonorum suorum alienationem hæredi prohibuerit, vt ea perpetuò in familia remanerent. Deinde quis æquum putet, vt pro corporibus bonorum quæ ad hæredem peruenire testator voluit, cogatur hæres contentus esse æstimatione? An non hoc esset inuitum eum cogere vt res suas venderet, quod tamen iniustum semper esse lex ait, siue iustum, siue iniustum ẽt & immodicum pretium offeratur? l. nec quasi 70. D. de rei vindic. l. non.n. 9. D de rer. amot. Rursum an nõ ẽt hoc esset supremi iudicij libertatẽ constringere, quæ semper ampliandа potiùs est, restringenda numquam l. cum duobus 52. aliàs 1 si fratres § idem respondit societatẽ D. pro socio. Fieret.n. plerunque vt eo metu reuocaretur quis, & deterreretur à cõsilio testandi, ne dum id ageret vt testamentarium aliquem haberet hæredem hoc ipso directum dominum ad bona sua inuitaret, quem exosum fortassis iustissimè habuisset. Impugnat igitur hæc sententia publicam vtilitatem, quemadmodum de quadà Iuliani sententia Marcellus dicebat in l. Iulianus 42. D. de acquir. hæred. Nec vnquam imputandum est testatori cur non potiùs intestatus decesserit l posthumus 6. §. 1. D. de inoff. testam. Quamquã si interpretibus credimus, nec prodesset quicquã defuncto, quod intestatus decessisset. Etsi.n admittunt, nulla per hæredem ab intestato succedentem laudimia deberi, quod alienatio illa sit necessaria, Intelligunt tamen de eo hærede qui ab intestato possit in emphyteusi vel in feudo ideò succedere quod ex tenore primæ inuestituræ vocatus reperiatur, vt Amedeus tractat dict. quæst. 31. Atqui facilè fieri põt, vt successor intestati non sit agnatus proximus, nec de comprehensis in inuestitura. Quid.n. si

mater

mater sit aut alius proximior ex linea materna, qui cognatus tantum sit, non et agnatus? Nulla siquidē hodie quantū ad successionem intestati differentia est inter agnatos, & cognatos Nouell. 118 De hæred. ab intest. venient. An fortè adhuc imputabimus patrifamilias, cur matrē legitimam hęredem habere vòluerit, aut aliū quemlibet proximiorem cognatum? Id sanè consequens omnino est huic interpretum traditioni, Aut fateri eos necesse est: Numquā successorem intestati debiturum laudimia, nec si ex ijs sit, qui in priore inuestitura cōprehensi non fuerunt. Cumq; necessarium omnino sit, aut testatum, aut intestatū decedere quemlibet, & ita, siue per testati, siue per intestati successionē bona sua in hęredem aliquem alienare. Quis non videt oīmodo necessariam esse alienationē illam, quæ per viam hērditatis à defuncto fit in hæredem, ac proinde nullo casu posse deberi ab hærede si verum est, q̄ ijdem interpretes volunt, & nos admittimus, nunquam deberi ex necessaria? Etsi nec illud facilè possum admittere, vt alienatio quæ sit per viam successionis intestati necessaria videri debeat: Cum in potestate sit cuiuslibet habentis testamenti factionem actiuā, vt testando intestati successores eludat, qui nec alio iure succedunt quoties nullum testm̄ factum est, quàm quasi scripti, racitoq; defuncti iudicio ad hæreditatem vocati. l. 3. l. conficiuntur 8. §. 1. D. de iur. codici\. l. ab exhæredati 126. de legat. 1. ideò vt si quis fundum non tantū prohibitus sit alienare extra familiā sed ētiam in familia relinquere iussus fuerit, videatur fecisse cōtra voluntatem si se intestatum mori passus sit, vt ab intestato hæredē haberet eum qui non esset ex familia. l. penult. §. penul. de legat. 2. Sed quænam, obsecro, ista rō est, vt ex institutione hērdis debeātur laudimia, quòd alienatio illa sit voluntaria, non debeantur autem ex successione intestati, q̄ hæc sit necessaria? An non. n. æquè necessarium est, vt quis testetur si nolit intestatus decedere, quàm vt intestatus decedat, si testari nolit? Deinde verò in persona hæredis legitimi etiamsi sit ex agnatis, quænam alienationis necessitas est, cum possit hæreditatem, si velit, prætermittere? Nec. n.

quisquam

quiſquam inuitus ſit hæres extra cauſam neceſſariorũ hęredum, l. cet inuito deferatur hæreditas. Qđ verò ad neceſſarios ſuoſq; hæredes pertinet, æquè mihi abſurdum eſſe vr vt ob id ſolum à præſtandis laudimijs ſint immunes, ꝙ in eorũ perſona ſit hæc alienatio neceſſaria. Etſi. n. ipſo iure exiſtũt, apparéntq; hæredes, ita vt nec aditio in iis vlla requiratur. l. in ſuis 14 D de ſuis, & legit. nec hęreditas vlla eſſe videatur l. in ſuis 11. D de liber. & poſth. cum tñ habeant beneficium abſtentionis per ꝙ in effectu tantum conſequuntur, quantũ hæredes non eſſent, ſitq; in eorum arbitrio, vt vel abſtineãt, vel non abſtineant. l. ei qui 12. l, neceſſarijs 57 & paſſ. D. de acquir. hęr. l. & ſi 6. §. ſi filius de bon. libert. l. ex contractu 44. D. de rei vindi. quis non admittat ẽt in perſonis ſuorum hæredum eſſe hanc alienationẽ planè voluntariam? Nã & cæteris hĩrdibus, qui tãtùm neceſſarij ſunt non ẽt ſui ferè idem obtinet, cum licet beneficium non habeant abſtentionis, habeant tñ ſeparationis ſi modò nihil attigerint hĩrditariũ l. 1. §. vlt. D. de ſeparat. quamuis nõ eo minus ſint, & maneãt effectu ipſo hæredes quantũ ad bona, quæ à defuncto ad eos peruenerunt. Quo ſolo reſpectu admitto poſſe hanc alienationem dici neceſſariã, ſed aliam præterea à nullam, quæ fiat per viam ſucceſſionis At neq; põt dici neceſſaria, niſi ex parte hæredum neceſſariorum. Non ẽt ex parte teſtatoris, quia nemo inuitus neceſſarium hæredem habere cogitur. l. poteſt 36. D. de vulg. & pupil. ſubſtit. Ne quidem ſuum, ſiue quòd ẽt ſuĩ hæredes poſſint exhęredari. d. l. in ſuis 11. De lib. & poſth. Siue quod tum quoq; cum non exhęredantur nulla ſubſiſtẽte ſatis iuſta exhęredationis cã, poſſint inſtitui ſub cõditione põteſtatiua dummodò in defectum conditionis exhęredẽtur. l. ſuus quoq; 4. D. de hęred. inſtit. Quo caſu fiunt vtiq; ex neceſſarijs hęredibus volũtarij, quemadmodũ ſi apertiùs filium quis ſuum ſub hac conditione ſi volet hæredem inſtituiſſet. l. verba hæc 12. D de cõdic. inſtit. Nulla igitur eſt ex omnibus iſtis alienationibus, quæ abſolutè dici poſſit neceſſaria. Proinde vel nullo penitus, vel omni prorſus caſu dicẽdum eſt ex hæreditaria ſiue teſtati, ſiue inteſtati ſucceſſione

laudi-

laudimia deberi. In legatis verò, res multò apertior est, cum alienatio, quę fit ex cā legati per vindicationē relicti adeò solam legis potestatē pro cā proxima, & immediata habeat, vt dñium rei legatæ transeat recta via à testatore in legatariū, numquam factum hæredis. l. legatū 80. de lega. 2. & acquiratur legatario, ēt dormienti, & ignoranti. l. cum pater 77. §. surdo eod. quāuis non inuito. l. si tibi homo 86. §. cum seruus de legat. 1. l. quædā 15. D. de reb. dub. Vt intelligamus non magis esse necessariā hanc quoq; alienationem, q̄ cæteras, de quib. diximus quæ fiunt per speciē vltimæ voluntatis. Ideò aūt loquor de legatis per vindicationē relictis, quia iuris veteris rō ita faciebat, vt id legatorū genus in eo, quemadmodū in alijs multis differret à cæteris, teste Caio, i. cōq; Vlpia. in Instit. Hodie tñ in omnib. idem iuris est, postquā iustiniano placuit vt oīum legatorum vnà, eademq; natura sit, & ex oībus vindicatio competat. l. 1. C. commun. de legat. quę res translationē, & acquisitionem dominij præsupponit tanquam necessarium antecedens, cum non alij possit vindicatio cōpetere quàm dño. l. in rem 23. & pass. D. de rei vindic. l. quintus 27. §. argento. D. de aur. & argent. legat. Scio plerisq; Sabaudiæ nostræ locis, vt apud Maurianenses in vsu esse, vt dominis directis ad mutationem cuiuslibet dñi vtilis aliquid p̄stetur, qđ illi placitum vocant Gallicè le plait, siue mutatio illa contingat per mortem, siue per aliā speciē alienationis, quæ facta sit inter viuos. Adeoq; interdum etiamsi solius directi domini persona mutetur. Sed id fit, aut ex conuētione aliqua, aut ex consuetudine, quæ nihil commune habet cum iuris ratione, de qua disputamus.

ERROR NONVS.

An ex pignore laudimium debeatur.

ABsurdum à bonis Iureconsultis videri possit hęc quęstio, cum sit iuris certissimi ex cā pignoris nullā fieri alienationē, cum per eā nō trāsferatur dñium, sed sola possessio si

pignus

pignus propriũ contractum sit, non hypotheca l. cum & sortis 35.§.1. D. de pign. act. l. pignori 13. D de vsuca. quamuis p causam pignoris aut potiùs per occasionem perueniatur interdũ ad alienationẽ ꝓ eo iure ꝙ habet creditor pignoris distr ahendi l. qui à creditore 18. & pasſ. C. de distract pigno. Vnde factum videtur quod Iustinianus constituit in l. vltim. C. de reb. alien nõ alienand. vt prohibita siue per legem, siue per hominem alienatione pignoris quoque datio prohibita esse intelligatur. Quomodo iã olim ex oratione Diui Marci, & Senatusconsulto ad eam facto oppigneratio suburbanorum vel rusticorum prædiorum minoris perinde interdicta erat, atq; alienatio l. 1. l. si pupillorum 7. §. & seqq. De reb. eor. qui sub tut. Sed aliud est alienare, aliud verò alienandi viam, & rationẽ quærere aduersus prohibitionem alienationis. Prohibita namq; alienatione censentur prohibita quoq; omnia, per quæ alienandi ratio aliqua inueniretur l. magis puto 5. §. si pupillus eo tit. quia prohibitio aliquo fine, censentur prohibita etiam omnia ad illum finem tendentiã ne quod directè fieri prohibitum est, per indirectum permittatur l. scire oportet 21. §. 1. D. de legit. tutor. At non ideò consequens est, vt cum de alienatione permissa tractetur, vt putà cum de laudimijs agitur, alienationis appellatione comprehendantur omnia quæ prohibita alienatione etiam prohibita cẽserentur. Quia nihil est quod in casu permissæ alienationis facere debeat, vt alienare videat is qui dat pignori, quomodo è contrario alienatione prohibita pignoris quoque datio prohibita intelligitur, Non quia fit alienatio, vt dixi, sed ne inuenta sit alienandi ratio contra prohibitionẽ, cum per constitutionem pignoris etiam ad alienationem tandem perueniatur, vt dixi. Certum igitur est etiam apud interpretes, Laudimia quæ ex præcedẽtis alienationis causa debentur, ex pignoris datione deberi nulla posse, Cum vt toties in hoc tractatu diximus, ea demum alienatio dicenda sit per quam proprietas, & dominium transfertur l. 1. C de fund. dotal. l. alienationis 28. l. alienatũ 67. De verbor. signific. Hancque conclusionem probari video ab interpretibus

non

nō minus in feudo, quam in emphyteusi, licèt inter feudum, & emphyteusim hac parte differentia illa sit quod feudum pignori dari non potest irrequisito domino: At emphyteusis potest, vt ex communi nostrorum sententia concludit Amedeus quæst. 33 post glo. & DD. in cap. 1. De alien feud. & Iaf. in l. vltim. nu. 78 C de iur. emphyt Sed tamen dubitandi, & aliter atque aliter distinguēdi casum plerisque interpretibus dedit, quod sæpè ac sæpiùs huiusmodi contractus pignorum contrahuntur in fraudem domini directi ab ijs qui potiùs id agunt, vt venditio emptioque contrahatur. Cuius fraudis materia, & occasio inde proficiscitur, quod contractus pignoris eo saltem casu quo antichresim permixtam habeat, quod plerumque fit, proximè accedat ad contractum venditionis factæ sub pacto de retrouendendo: Quandoquidem vtroq; casu, & possessor fit, fructusq; lucratur is, qui rem accipit, & redhibendi, ac recuperandi spem retinet is qui tradit, restituta sc. ea pecunia, quæ siue pro venditionis pretio, siue debiti nomine accepta fuit: Vt proinde si rei effectum inspicias potius quā modum contrahendi, parùm referre videatur an vendas mihi fundum certo pretio sub pacto de retrouendendo, an mihi des in antichresim pro eadè quantitate. Indeq; primum distinguendi occasionem sumunt interpretes, mox errandi. Prima autem, quæ ab ijs adhibetur distinctio illa est: An res feudalis vel emphyteuticaria pignorata sit pro æquiualenti pretio rei, vt verisimiliter nulla sit spes luitionis, an pro minore. Vt priore casu non sit permittenda oppigneratio sine consensu domini, & ideò laudimium ex huiusmodi contractu pignoris, quasi in fraudē laudimiorum facto debeatur. Ex Bald. in d. l. fi C. de reb alien. non alienand. & in c. 1. in princ. Notab. 1. de prohibit. feud. alien. per Federi & Alex. cons. 169. in fi. vol. 6. Per text. in l. qui habebat 101. de leg. 3. Alia distinctio est an oppignerationem secuta sit actualis traditio nec ne. Vt si secuta sit, vēditio magis contracta esse videatur quàm pignus. Ita enim Afflictus ad d. c. 1. nu. 42. & 46. & distinctionem hanc rōnabilē videri ait Amed. d. q. 33. & à Senatu Pedemontano cō-

probatam.

probatâ. Per tex. in tit. 5. quib. mod. feud. amitt. lib. 1. vers. aut si libellario. Et per Alex. in l. 1. §. per seruũ corporaliter circ. fin. De acq. poss. Tertia distinctio, & quæ omnium probabilissima videri possit, An is cui pignus datum est fructus percipiat quos alioquin suos non faceret, inquit Amedeus, nisi ex translatione dominij. Quasi hoc casu dubitandum proinde non sit quin id actum sit inter contrahentes, vt dominium transferretur, velut in necessarium antecedens: quo præsuppositio, consequens necessario est, vt laudimium debeatur. Ego, quod pace tantorum virorum dixerim, omnes istas distinctiones inanes ac nugatorias esse arbitror. Et generaliter concludo, Numquam ex contractu pignoris laudimia deberi, nisi fraudis consilium probetur, simulatione cõtractus próbata, & quod id egerint contrahentes, vt sub pignoris nomine venditio contraheretur. Hæc enim necessario subijcienda est exceptio, quia numquam fraus impunita esse debet in ea re præsertim quæ tam multis fraudibus obnoxia est, Cum nemo nesciat id passim agere feudatarios, & emphyteutas quantum possunt, vt vndequaque coloribus quæsitis dominos directos fraudent suis iuribus, præsertim quantum ad laudimiorum præstationem. Sed non ideò fit consequens, vt quisquis fraudem comminisci potuit, statim voluisse ac fecisse credendus sit, quandoquidem à posse ad esse non valet argumentum, vt aiunt philosophi: Quod Doctores nostri sic exprimunt vt dicant, Probationes non debere à possibili concludere, sed à necessario, l. vlt. C. vnd. legit. l. neq; natales 10. & leg. non epistolis C. de proba. Atqui constat contractum pignoris licitum esse nec prohibitum in emphyteusi etiam irrequisito domino, vt præfati sumus, & aliter pignora contrahi, aliter venditiones, vt Vlpianus ratiocinatur in l sciendum 63. D. de ædilit. ædict. quemadmodum, & aliter venditiones quæ fiunt sub pacto de retrouendendo. Aliter verò antichreses, quæ nihil aliud sunt, quam pignora eo pacto data, vt liceat creditori frui pignore in vicem legitimarum vsurarum, l. si is qui 11. §. 1. D. de pignor. l. si pecuniam 33. D. de pign. actio. Non ergo statim atq; con-

tracta

tracta est antichresis, dicendum est contractam eam esse in fraudem domini directi, & in vicē pacti de retrouendendo, sicuti nec in dubio præsumenda est facta esse in fraudē legitimarū vsurarum, quamuis natura contractus ad hoc longè sit procliuior l. si ea pactione 14. C de vsur. Sed fraus omnimodo probanda est, & quidē aliter q̄ ex fructuū perceptione sola Nam probāda est fructuū quantitas immodica, vt probari possit facta antichresis in fraudem legitimarū vsurarū d. l. si ea pactione. Et similiter probanda est intentio cōtrahentium, q̄ voluerint vendere, & emere sub pacto de retrouendendo, vt antichresis possit dici facta in fraudem laudimiorum. Alioqui statim inducetur fœda, & nominum, & rerū confusio si contractum pignoris, & antichresim pro ea venditione accipiamus, quæ facta sit sub pacto de retrouendendo. Præsertim cum è contrario, Pactum de retrouendendo adeò sit suspectum apud interpretes, vt venditionē quæ sub eo pacto facta est plerique interpretum habeant pro contractu simulato, & pignoratitio antichrestico si qua læsio dū ne modica interuenerit. Quamuis Senatus noster aliorum sententiam magis probare soleat qui exigunt præterea fœnerandi consuetudinem in emptore, vt in Codice nostro scripsimus. Ita fiet circulus, & circuitus perpetuus si, & venditionem factā sub pacto de retrouendendo habeamus pro antichresi, & vicissim ipsam antichresim pro venditione facta sub pacto de retrouendendo. Sed & ratio illa falsa est, qua mouentur nostri vt antichresim habeant pro contractu suspecto, & in laudimiorum fraudem facto, quod non possit creditor fructus, suos facere quos ex pignore percipit, nisi per mediam translationē dñij. Etsi. n. verum est regulariter fructus non percipi nec acquiri nisi iure soli d. l. qui scit. 25. §. 1. D. de vsur Non est tñ id perpetuum Alioqui nec bonæ fidei possessor fructus suos vnquam faceret cum non sit dñs soli, nec vsufructuarius, nec conductor. Quæ tñ omnia falsa sunt l. si fructuarius 13. D. quib. mod. vsusfr. amitt. l. bonæ fidei 48. De acqui. rer. domin. l. si seruus 61. §. locaui de furt. Nimirū ad fructuū acquisitionē sufficit, q̄ p̄cepti sint ex dñi

voluntate, vt scriptum est in dict. §. locaui. Percipit autem ex domini voluntate non minus creditor cui pignus traditū est, quam fructuarius, & conductor cum rem obligatam ab ipso creditore ac per ipsius manus acceperit. Ideoque facit suos fructus creditor pignoratitius tum quoque cum nulla antichresis contracta est nec de fructibus percipiendis quic quam conuenit, sed hac tamen differentia, quod ita suos eos facit, vt iā ipsos non lucretur, sed perceptos cogatur in sortē imputare, vt ait l. 1. 2. & aliæ pass. C. de pignorat. act. quod antichresi cōtracta diuersum est, quippe quæ facit vt fructus lucretur creditor nec eos in sortem imputet, quoties licita est. Inde namque nomen suum sumpsit antichresis quod sit quædam veluti contrafruitio, Vt dum fruitur debitor pecunia creditoris vicissim ac vsurarū loco fruatur creditor pignore, & re debitoris. Quemadmodum alio loco scripsimus, Bonæ fidei possessorem percipiendo facere fructus suos, & quidem statim atque à solo separati sunt dict. l. bonæ fidei, & dict. l. si fructuarius, Sed tñ non prius eos lucrari quam vel consumpserit, vel vsuce perit l. 4. §. post litem D. fin. regund. iunct. l. 4. §. lana D. de vsucap. l. certum 22. C. de rei vindic. Proinde illa quoque distinctio superuacua est, An rei pignoratæ traditio actualis facta sit, necne, Quia pignoris natura illa est, vt requirat actualem rei obligatæ traditionem, aut eam saltem, quæ fiat per clausulam constituti. Cum sit ex eorum contractuum genere qui re cōtrahuntur §. creditor Instit. quib. mod. re cōtr. oblig. iunct. l. 1. §. creditor quoq; D. de oblig. & act. l. si rem 9 §. propriè, & dict. l. cum & fortis 35. §. 1. De pignorat. act. in eoque maximè differt pignus ab hypotheca dict. §. Propriè, licet quantum ad formulam hypothecariam non differant, l. 5. §. 1. D. de pignor. Sed neque distinctio illa placere pōt an pignus datum sit pro debito, quod æquipolleat iusto rei precio, an nō, Etsi. n. ita ferè obseruari solet vt pignus sit maioris æstimationis, quo magis cautum sit creditori [quæ præcipua vel potius vnica pignoris dandi causa est l. si mandatu 59 §. vltim. D. mandat. l. 4. §. addici D. de fideic. libert.] nihil tñ vetat dari pignori rem æquiualentem,

adeoque ẽt quæ sit minoris æstimationis si quando ita conuenerit, Neque.n.tam alienum illud est à natura pignoris, vt non facilè hanc patiatur conuentionem. Nec verum est eo casu videri pignus venditum aut datum in solutum, quasi nulla spe reliqua luitionis. An.n pignus eo minus lui potest, quod pro æquiualenti pretio sit obligatum? An non illa saltem luendi vtilitas superest debitori quod luendo rem suam recuperaturus sit si fortè malit eam habere quam pecuniã, Puta quod aliquam iustam habeat causam, & affectionẽ ad rem retinendam, quam nec iusto nec iniusto pretio venditã vellet, vt in l. si in emptionem 35. D. de minor. l. 1. §. & alias videamus D. si quid in fraud. patron. l. lex quæ tutores 12. C. de admin. tuto. Denique nemo dixerit rem pignori datã pro æquiualenti summa eo magis alienatã videri, quamuis nulla luitionis vtilitas sperari posset, Quia certi sunt, & legitimi transferendi dominij, Inter quos hic non est, vt pignus pro summa æquiualenti detur, Semperque remanet pignus in dominio debitoris, quandiu ius dñij impetratum non est à creditore secundum formam à Iustiniano præscriptã. in l. vlt. C. de iur. domin. impetr. Generaliter igitur verum est quod defendimus, Numquam ex causa pignoris deberi laudimium quod ex ea nullo penitus casu dñium transferatur, Cum nõ sit titulus habilis ad inducendã dñij translationẽ nec si millies actualis traditio secuta proponatur l. numq̃ 31. D. de acquir. rer. dom. iunct. d. l. pignori 13. D. de vsucap. d. §. proprie & d. l. cum, & sortis §. 1. Si modo venditioni factæ sub pacto de retrouendendo color pignoris quæsitus sit. Tunc.n. venditio potius contracta videri debet, vt plus valeat quod verè actum, q̃ quod simulatè conceptum fuit: Cum tñ apud nos directi dñi pleriq; omnes conquererentur quod per emphyteutarum fraudem passim contractus pignorum per antichresim fierent, venditiones verò iam ferè nullæ, Placuit edicto Sereniſſimi Ducis nostri nouũ ius induci, vt ẽt ex eiusmodi contractibus si antichresis per decennium durauerit, laudimia ex decennij præteriti die debeantur. Quod tñ ipsis edicti verbis ad futuras antichreses restrictũ est ne q̃s fortè

ius nouum,& à legibus noſtris alienum ad præteritas quoq; vellet extendere, nec ſi per decennium ab edicti publicati die duraſſe proponerentur. Idque nonnullis etiam Senatus noſtri decretis ita interpretatum eſt.

ERROR DECIMVS.

De locatione ad longum tempus,& an laudimiũ ex ea debeatur.

DErinde abſurda videri poſſit hęc quęſtio atq; illa de qua proximè diximus apud eos q omnia æſtimant ex mera, veraque iuris ratione. Tam enim certum eſt ex locatione dominium transferri nõ poſſe quàm ex pignore cũ neuter titulus habilis ſit ad transferendũ dñium l.non ſolet 39.D.loca vbi quod dicitur nõ ſolere locationẽ dominiũ mutare, nõ ita accipiendũ eſt quaſi aliquo caſu mutet, ſed ſic potius vt nullo caſu poſſit mutare. Cum ne quidẽ poſſeſſionem transferat, quia conductor non ſibi ſed dño poſſidet, l.2.C.de p̃ſcript.30.vel 40.ann. quamuis in poſſeſſione illũ eſſe neceſſe ſit, vt re conducta frui poſſit. Sed aliud nimirum eſt poſſidere, aliud eſſe in poſſeſſione l.ſi quis ante 10. D.de acq. poſſ. In eoq; melior condicio eſt creditoris pignoratitij quàm cõductoris. Creditor enim etſi æquè ſcit rem alienã ſe poſſidere, l.pignori 13. D.de vſucap. ſibi tamen non debitori poſſidet, quod ad omnia, præterquã quod ad cauſam vſucapionis, l.ſerui noie 16.eod.tit. Conductor verò in poſſeſſione tantùm eſt, fruendi dũtaxat gratia, eoq; nomine præſtat penſionem dño, qui per eam penſionis perceptionẽ non tantum rei ſuæ poſſeſſionem retinere, ſed ẽt re ipſa frui intelligitur, l.non vtitur 38.cũ ſeq.D.de vſufr. Vnde illud etiam eſt, quod creditores pignoratitij tanquam verè poſſidentes habent interdictum vti poſſidetis, quod nõ habent conductores, & cæteri qui tãtum ſunt in poſſeſſione l.3.§.creditores D.vti poſſid.iunct.l.officiũ 9. D.de rei vindic. Ergo ſi ex cauſa pignoris laudimium numquam debetur vt ſuperiore capite diſputauimus, multò magis dicendũ eſt ex conductione nullũ deberi: Adeo vt nec fortaſſis in locatione

tione adhibēda sit illa exceptio, quam in pignore antichre-stico adhibuimus, nisi in fraudem dñi directi ac laudimiorū facta locatio proponatur. Non enim video qua ratione vel arte possit per locationem fraus fieri laudimio, vel quonam demùm casu possit locatio euadere in alienationē, cum nullum ius cōductor habeat percipiendorū fructuum, nisi beneficio pēsionis quam locatori annuam soluit, vt ex pensionis solutione appareat locationē durare, quæ porrò cū acquisitione dominij nō pōt consistere l. neq; pignus 45. de reg. iur. Vnde est, quod nec si per 30 vel 40. annos durauerit, vlla tamen conductori potest cōpetere præscriptio, nec magis 30. vel 40. quam 10. annor. d. l. 2. C. de præscrip. 30. vel 40. annor. Atq; ita interpretes quoq; omnes sentiunt in locatione quę facta sit ad breue tps, id est quod sit breuius decēnio, tametsi sæpius renouata fuerit, atq; ita per plures annos durauerit. Et eo sensu admittūt procedere omnia, quæ modò diximus. Sed in locatione facta ad longum tps non minùs decennio, aliud esse volunt magis cōiter, vt eiusmodi locatio species quædam sit alienationis, ex qua proinde laudimium debeatur. Sic enim ex communiore nostrorum sentētia concludit Amedeus noster Q. æst. laudim. 34 ne authores hic omnes congeram, quos ille refert contra Boer. q. 234 & alios ibid. citatos. Ratio vnica, quā omnes adferunt, illa est quod per huiusmodi locationem transferatur ius in re, & vtilis in rem actio conductori acquiratur, Ex l. vltim. D. si ager vectig. vel emphyt. perat. & lege prima § quod ait D. de superfic. Quibus tamen locis non simpliciter de conductione agitur, quæ facta sit ad longum tempus, de qua nunc loquimur, sed de fundo vectigali, vel emphyteuticario, vel superficiario, qui locatus sit, vel in perpetuum, vel saltem ad non modicum tempus non solùm constituta certa pensione annua, sed illa etiá lege adiecta, vt quandiu vectigal aut pensio soluetur non possit dominus rem auferre conductori, vt scriptum est, in l. 1. D. si ager vectig. Hęc enim pactio illa est, quę ius in re & in rem præbet cōductori, propter ius retentionis quod ei tribuit, vt inuito etiam domino possit rem sibi reti-

nere: quod in cæteris vulgaribus, & ordinarijs conductionibus diuersum est. Ex qua l. 1. supplendũ est q̃ scribit Paul. in l. id est 74. D. de rei vind. Superficiariũ eum esse qui in alieno solo superficiem ita habet vt certam pensionem præstet, nimirũ eo prętereà cõcurrente, vt quandiu pensio pręstabitur, aufferri ei res à dño non possit, Alioqui simplex erit conductor superficiei, non ẽt superficiarius. Accedit. n. proximè ius superficiei ad ius vectigale aut emphyteuticũ, Sicut & vtrũque ius hoc vectigale, & emphyteuticarium proximè accedit ad locationẽ, Ita vt dubitatũ olim fuerit apud ipsos ẽt prudẽtes an emphyteusis esset locatio, vt Iustin. refert in § adeo Instit. de loca. & conduct. Nempè propter magnã similitudinẽ q̃ habet id genus contractus cũ locatione. Sed tñ qm̃ habet etiã pleraq; differentia, nec minùs proximè accedit ad venditionẽ, vel ob id maximè quod alienationis speciẽ quandã continet, cùm faciat vt ab inuito possessore dñs auocare rẽ non possit. Ideoq; beneplacuit nouũ hoc esse, & tertiũ genus contractus à locatione ac vẽditione distinctum: A quo proinde nihil inferri põt ad locationem quandoquidẽ, vt est in vulgari nostrorum brocardico non benè à separatis infertur vulg. l. Papin. 20 D. ex quib. caus. maior. Nã si poneres locationẽ non modo ad longũ tps factã esse, sed hoc ẽt addito vt quandiu solueẽ pensio nõ possit locator rẽ suã à conductore auocare, iã erit emphyteusis nõ locatio, & hoc demum casu admittã, & habiturũ conductorẽ ius in re, & per consequens laudimia debiturũ q̃ ex emptione aut alia qualibet alienatione debuisset. Nã & emphyteusis species proculdubio q̃dã est alienationis l. vlt. C. de reb alien. non alienand. Non eo sensu quo in eadem lege dicitur ẽt pignoris dationem alienationis nomine cõtineri, quippè quod per eam ad alienationem perueniatur, vt superiore capite explicauimus, sed per se, & absolutè, quia quisquis rẽ accipit in emphyteusim iam inde ab initio totum ius suum nanciscitur rei in perpetuum ẽt inuito dño retinendæ, nec si per mille annos rẽ retineat plus iuris sibi acquirere vnquã post, quamuis ex varijs causis, & pluribus casibus amittere rem possit l. vlt C. de

iur.

iur.emphyt. Neq; tñ hoc volo sic accipi, vt putẽ cum interpretibus in cõductorẽ,& possessorẽ fundi vectigalis aut emphyteuticarij dñium vtile tranferri. Semper n.negaui & negabo, aliquod esse dñium vtile quod separari à directo possit,sed quia vix est vt non alienatũ quodammodo videri debeat id quod neq; dñs vindicare vnq̃ possit neque possessor inuitus cogi,vt dño restituat propter ius illud q̃ habet,vt diximus,retentionis. Qua de causa videtur Tribonianus,licẽt propriẽ loquendi parũ studiosus in d.l.vlt.C.de iur emphyt. cum de venditione per emphyteutam facta loquitur,non ita loqui vt dicat emphyteutam rem ipsam vendere aut in aliũ transferre sed emphyteusim tñ, id est meliorationes in rem alienã factas,& ius suum emphyteuticũ, Vt doceat rẽ ipsam emphyteuticariã,quia nõ est emphyteutæ nec alienari ab eo nec transferri posse,sed tñ à dño directo, tanq̃ qui solus sit dñs rei. Habet tñ vtilem actionẽ in rem. Fateor, quam.s.dat Prætor ex æquitate non ex legibus: neq; ex iuris ratione, Ob idq; appellatur vtilis, & dicitur à Paulo in l tutor 16.ſ.1.de pign.act.vbi quod scriptũ est, superficiario dari vtiles actiones hodie,satis ostendit neq; olim datas fuisse, neq; dari hodie ex natura,& vi ac potestate cõtractus,sed ex mera æquitate,& indulgentia Prætoris. Nempe quia rem illam habet in bonis suis, ob idq; habet eum Prætor pro dño bonitario, quod sufficit vt det illi vtilem actionẽ in rem, vt cernere ẽt est in Publiciana quam idem Prætor dat ei qui in cursu tantum vsucapiendi est, necdum vsucepit tanquã habenti rem in bonis licet iure ciuili nullomodo sit eius dñs l.1. & pass. D.de Public.in rem act.& §.namque Instit.de actio. Non est igitur bona illa interpretũ collectio, vt quia conductor ad longum tps habet aliquod ius in re, & ob id actionẽ in rem habendus tamen sit pro domino saltem vtili: quia non omne ius in re aut in rem parit dominium, Alioqui etiam creditor pignoratitius dicẽdus esset dñs saltem vtilis, cum negari non possit, quin habeat ius in re quandoquidem certissimum est vinculo pignoris rem ipsam affici,non personam,l. pignoris 17.D.de pigno.l.pignoris 15.C.eod.Sed neq; verã

est cuilibet conductori ad longum tps competere ius in re; aut tam generaliter interpretandum esse quod ait d.l. vlt. si ager vectig. vt de quolibet conductore ad longum tps intelligatur. De illo enim solo intelligi debet, qui præterea ex cõuentione ius illud habet, vt quandiu pensionem soluet, non possit ei res auferri. Qua pactione interueniente vereor ne ide n sit dicendum, etiamsi conductio non ad longum tẽpus facta proponatur. Cum in d.l. fin. nõ adhibeatur hæc distinctio quam desumunt, & supplent interpretes ex d l. 1. § quod ait D. de superfic. quo tamen loco non de conductore fundi agitur, de quo in d.l. vlt. sed tantùm de conductore superficiei, quem tantò minus iuris habere æquum est quantò minus est habere ius in superficie, quam in fundo ipso. Vt difficilior sit Prætor in dãda actione aliqua vtili, superficiario, quàm ei qui fundum habet vectigalem, vel emphyteuticariũ. Nam in his non distinguit, an conduxerint fundum vectigalem vel emphyteuticarium in longũ tempus, an in breuius: quomodo distinguit in superficiario d. §. quod ait. Et superficiarium minus iuris hac parte habere quam cæteros, ex eõ quoq; apparet, quod Prætor edicto suo speciale interdictum superficiario proposuit. De quo in tit de superfic. & in l. Aquilius 27. D. de donat. secundum eam loci illius emendationẽ, q̃ in præcedentibus attulimus, cũ docuimus pro fructuario legendũ ibi esse superficiario. Quo interdicto vtilem quoq; actionẽ de superficie causa cognita daturum se Prætor pollicitus est, qui tñ de cæteris ius aliquod in re habentibus nihil nominatim edixit, nec interdictũ aliquod speciale proposuit, contentus sola rei æquitate, & suæ iurisdictionis potestate. Multa enim facit Prætor pro sua iurisdictione citra edictũ. Sicut, & multa sunt quæ authoritatẽ edicti exigũt, vt ea Prætor facere possit. Ergo non illud tantùm inspiciendũ est, q̃ vnũ inspiciunt interpretes, an locatio facta sit ad longum tps, sed hoc potissimum, an facta sit eo pacto adiecto, vt quandiu pensio soluetur possit conductor rem retinere. Qđ si neq; pactio hęc sufficit in superficiario, nisi ẽt illud cõcurrat vt superficiem ad longum tps conduxerit, Quanto magis

dicen-

dicendū est in cęteris conductoribus qui minus iuris habēt, quam superficiarius in eo, quod eiusmodi conuentione non nituntur; nihil eis prodesse debere quod ad longum tps cōduxerint: siquidem plus potest ista pactio ad rem affirmandā, q̄ longi tpis ratio. Nam si tps per se non est modus tollendæ aut inducendę obligationis personalis, l. obligationum ferè 44. §. placet de verb. oblig ita vt ne quidē pollessio lōgi tpis cōiuncta cū titulo, & bonafide dñium vllum posset tribuere sed tantum præscriptionem, & exceptionem Tot. tit. C. de præscript. long. temp. l. præscriptio 45. in princ D. de vsucap. Quantò minus poterit esse modus p se acquirendi, vel amittendi dominij Q̄d si ponas ita factā esse locationē, vt quādiu pēsio soluet̄, nō possit res auferri cōductori siue ad lōgū siue ad breue tps facta sit, iam nō erit simplex locatio, sed in aliū degenerabit contractū, fietq; ex locatione emphyteusis, q̄n & ad tps constitui emphyteusis potest, licèt in fundis vectigalibus aliud sit quos necesse est in perpetuū fruendos dari d. l. 1. in princ. si ager vectig. Emphyteusis enim omnes formas, & conuentiones admittit quæ cōtrahentibus placent, nec aliam habet naturam, quàm quæ certis cōuentionibus cōstituta est l. 1. C. de iur. emphyt. Cæterū citra emphyteusin non potest in locatione cōmuni valere conuentio, vt non liceat domino eidemq; locatori rem suam à conductore auocare, l. cum precario 12. D. de precar. egrediturq; ea res notissimos locationis terminos, vt loquitur l. Lucius 24. D. depos. Ex quo intelligimus, contractum locationis minus capacem esse fraudis comminiscendæ aduersus dominum directum, quàm sit cōtractus pignoris. Quoniam in antichresi valdè suspecta est illa pactio, si conueniat inter debitorem, & creditorem, vt ante certum tempus lui pignus non possit. Debet enim libera esse debitori luitio pignoris non solum ne antichresis in fraudem legitimarum vsurarum facta esse videatur, in quo Theologi quoq; cum interpretibus nostris consentiunt, sed etiam ne quid in fraudem domini directi, & laudimiorum excogitatum dici possit. Et ad has demum antichreses, id est sic factas, vt non liceat debitori pignus

luere

luere ante certum tempus, putabam ego restringendum ius illud nouum quod edicto Principis nostri inductũ diximus, De laudimijs ex contractu antichrestico post decennium soluendis quod solæ illæ sint suspectæ, & ad venditiones propiùs accedãt. Pluribus tamen placuit, tandemque obtinuit contraria sententia, vt in qualibet antichresi etiam quę liberè lui posset idem iuris constitueretur.

ERROR VNDECIMVS.

De moderatione laudimij ex locatione ad longum tempus facta debiti. Et de venditione fructuum, & de constitutione vsusfructus.

QVI defendunt ex locatione ad decennium facta laudimiũ deberi tanq̃ ex alienatione, in eo maximè laborant, & laborandũ hñt. Ad quam vsq; quantitatẽ laudimium ęstimari hoc casu debeat. Et fateri tandẽ coguntur ratã esse moderandã arbitrio iudicis, vt concludit Amedeus à Ponte quæst. 34. Nam q̃ Iustinianus constituit in l. vlt. C. de iur. empyt. vt sit quinquagesima pretij, certum est ad hunc casum aptari non posse. Cum neq; pretiũ vllũ sit in locatione, neque integri decennij pensiones possint æquiualere vero rei pretio, vt manifestissimũ est. At neque rursus potest, in hoc casu remediũ illud induci, q̃ in alijs contractibus alienationum quæ pretium nullum habent inducere solemus, vt in permutationibus, donationibus, & dotibus. Vt scilicet res alienata æstimetur, & pro laudimio quinquagesima pars æstimationis præstet̃, aut alia portio quanta laudimiorum nomine ex loci consuetudine præstanda est, Iuri siquidem scripto hac parte derogatum est generali locorum ferè omnium consuetudine, nec vspiam gentiũ, q̃ sciã quinquagesimæ vllus amplius vsus est. Quis enim æquum putet, vt locata res æstimetur, & ex æstimationis comparatione quinquagesima sumatur: Cum is qui rem suam locat certis pensionibus non id agat vt rem suam aut ipse æstimet, aut ab alijs æstimari velit, sed tantum vt rei suæ fructus annuos tanti faciat quanti pensio est in singulos annos

nos

nos constituta. Qua ratione fatendum sanè est locationem accedere propiùs ad fructuum venditionem, licèt ab ea in plerisque differat vt alio loco docuimus: Sed ex hoc ipso intelligimus tantò magis distare locationem à venditione rei, quantò distat longius res ipsa à fructibus, & pretium rei à pretio fructuũ. Idque nec diffitentur ij ipsi interpretes, qui contra nos sentiunt, Fatentur enim, quod & verissimum est, ex venditione fructuum, quantucumque temporis illa sit laudimia nulla deberi, quod ex ea, inquiunt, nullũ ius in re, nec in rem transferatur, vt ex Aluaroti, & veterũ omnium sentẽtia scribit Amedeus d.q.34. Licet subijciat aliter pronunciatũ fuisse à Senatu Pedemontano, vt ẽt ex fructuum venditione vltra nouennium facta laudimium debeatur quod tñ mihi prorsus improbabile videtur nec minus ab interpretũ traditionibus, q̃ a iuris ratione alienum. Et tñ apertissimum est propius accedere venditionem fructuum ad ipsius rei venditionem quam accedat locatio, Quoniam licèt locatio sit rei non fructuum, nihil tamen in conductorem transfert nisi commodum, & emolumentum percipiẽdorum fructuũ, Vt proinde duplici extensione aut potius conuersione opus sit ad transmutandã locationẽ quantumuis longi temporis in alienationem, Vna est vt ex locatione fiat vẽditio, Altera vt venditio fructuũ fiat venditio rei, quæ tñ posterior multò facilior est, q̃ prior. Cum nõ fiat de vna specie ad aliã speciẽ contractus, sed tantum de vna contractus materia ad aliam eiusdem contractus materiã. Aliter namq; venditiones contrahuntur, aliter locationes l. sciendũ 63. D. de ædilit. edict. Non ẽt aliter venditio rei, aliter venditio fructuum, quãdo is aliæ atque aliæ sint conuentiones. l. in ædibus 9 §. 1. D. de donat. Vnde ẽ fit vt multò facilius sit fraudes comminisci per venditionem fructuum q̃ per locationẽ fundi ad longũ tempus, in necem domini directi ne laudimia ei vlla deberi vnquam possint. Quæ sola ratio errandi causam tribuit illis qui ex vẽditione quoq; fructuũ laudimiũ deberi volunt. Igit̃ cum neq; in locatione ad longũ tempus, neque in fructuum venditione precium vllum sit, neq; ratio vlla inundæ æstimationis

mationis rei, quæ ipsa vendita non est, sed tantũ locata, aut cuius tantũ fructus sunt venditi. Apparet nihil esse ex cuius cõparatione laudimij quãtitas, & cõputatiõ iniri possit. Nihil siquicẽ cõmune habet æstimatio rei cũ æstimatione fructuũ, vt circa legis Cinciæ interpretationẽ quæ certũ modũ donationibus imposuerat, Pomponius tractat in dict l. in ædibus 9. §. 1. D. de donat. Nec illud quoque possum prætermittere quod nondũ dixi, Non posse fieri venditionẽ fundi ad tempus, quoniã iuris ratio non patitur vt dominia vnq̃ ad certũ tempus transferantur, Ideoque nec ex causa tempo rali transferuntur sed ex perpetua tantum l. 1 D. de iur. dot. quia vbi semel acquisitũ est dñium nõ põt amitti nisi certis modis, inter quos non est tempus. Fac ergo siue locationem fundi siue venditionem fructuum, in q̃ longũ tempus voles. Numq̃ allequeris vt dominiũ vllũ translatum intelligatur, quia non nisi ad tempus illud translatum esse posset: q̃ ratio iuris non admittit. Sed etsi poneres venditionem fructuum factam esse in perpetuũ, etsi maxima subesset suspicio fraudis excogitatæ. Vix tñ adhuc credere ẽ laudimia deberi, quoniam ad vitam emptoris ea cõuentio referri potius deberet, vt de societate in perpetuum inita scriptum est in l. 1. D pro socio. Ne alioqui semper abscedente commodo fructuum inutilis maneret proprietas penes venditorem. Quomodo dicimus fore vt inutiles essent proprietates constituto vsufructu nisi ita comparatum esset vt certis modis vsusfructus amitteretur l. 3. D de vsufr. Quod si adderes, Etiam de hærede locutam conuentionem vt ad eum quoque perpetua illa fructuum venditio pertineret [nemo. n dubitat qui conuentione id fieri possit, cũ ex cæteris ferè causis omnibus quisquis sibi stipulatur ẽt hæredibus suis prospicere velle censeatur, tametsi de ijs nihil prorsus exprimat vulg l. si pactum 9. D. de probat.] adhuc tamen dicerem, Ita interpretandam conuentionem vt primi hæredis personam nõ egrederetur, quemadmodum de vsufructu à Iustiniano constitutum est in l. antiquitas 14. C. de vsufr. Quid ergo, si venditio fructuũ sic cõcepta est vt omnes hæredum gradus ẽt remotissimos cõplectatur?

plectatur? Non eò magis ñ admittam deberi laudimiũ ex eiusmodi venditione, nisi addas constitutum ea venditione vnicum pretium pro fructibus omnibus in perpetuũ percipiendis. Quo certè casu sicuti non posset dubitari, quin precium illud esset ipsius rei potius q̃ fructuũ tam propter abdicatam spem omnẽ rei vnq̃ recuperandæ, q̃ quia vel viginti duntaxat annorum fructus computati ad ratam vsurarum quincunciũ iusto rei pretio æquipollere credantur, quemadmodum vsu. æ quincunces anno demũ vicesimo æquare fortẽ: Ita certè fatendum esset, si aliud nihil obstaret, laudimium deberi ex comparatione pretij, ꝙ perpetuæ fructuum venditioni vnicum esset constitutum. Nihil n ex eo absurdi sequereẽ. Sed si poneres venditos in perpetuũ fructus annuos certo pretio in singulos annos constituto dicerem nullum deberi posse laudimiũ quia neq; pretiũ vllũ esset, neq; aliud quicq̃ vice pretij ex quo posset sumi comparatio ad ineundã & computandam laudimij quantitatẽ, nisi fortè vellet quis dicere tot esse soluenda laudimia, quot essent pretia in singulos annos constituta ꝙ, esset absurdissimũ. Quis n. dicat tot esse hoc casu venditiones quot sunt anni? Cum ẽt si in annos plures annuum quid stipulatus aliquis proponatur, non tot stipulationes esse placeat quot sunt anni, sed vnicã duntaxat stipulationem, quamuis in legato annuo diuersum sit l. si Stichum 16. §. 1. De verb. oblig. Porrò si plures nõ sunt venditiones, nec illud sanè fieri põt vt plura laudimia debeantur. Enimuerò vt ne vnum quidẽ laudimium deberi existimem, illud ẽt me non parum mouet, ꝙ post factam quoq; perpetuã fructuũ venditionem, nihil vetat dominũ ipsam rem alicui vendere ac tradere, atq; ita eius dominiũ in aliũ transferre: Verissimũ. n. est, ꝙ pragmatici nostri iactitant, Locationem dissolui per venditionẽ fructuum, Ipsam verò fructuum venditionem, per subsequentem venditionem fundi. Nec videri põt hoc casu eadem res duobus vẽdita, vt & emptor fructuũ potior haberi debeat, tanq̃ cui priori res tradita sit ex l. quoties 15. C. de rei vindic. & in crimen falsi aut stellionatus incidat vẽditor, qũo incidit is q̃ eandẽ rẽ duobus vendidit aut pigno-

pignorauit.l.qui duob.18.D.ad leg.Cor.de fal.l.si quis 11.§. 1.D.de pign.l.4.§.1.de crim.stelio. Cum aliud sit rē vēdere, Aliud verò rei fructus,vt iam diximus ex d.l.ædib. 9.§.1.D. de donat. Nec certē minus alieno nomine possidet emptor fructuum q̄ conductor, licèt fructus cogat suo nomine tanq̄ emptor l.Pomponius 29.D quib.mod.vsusfr.amitt. Quis uerò æquū putet,vt is,cui in perpetuum fructus sunt venditi p. inde teneat̄ laudimia soluere, atq; si alienatio rei in eū facta esset,& ei tñ res auferatur ab illo, qui posteà fundum emit? Quinimò si verum amamus,quo fieri potest, vt venditio illa fructuū quantumuis perpetua, venditionis fundi,& alienationis vim habeat,cum impedire nō possit,quominus alteri fundus vendi possit? Alioqui duę erunt eiusdē fundi venditiones in solidū & duo eiusdem rei dñi vtiles in solidum: q̄ planè iuris rō non admittit. Ex quo intelligimus tū quoq;cū facta esset ꝓpetua venditio fructuum vno p̄tio,adhuc tamen posse defendi nullā intelligi factā alienationem, nullaq; laudimia deberi,si non p̄tereà illud concurrat, vt cōuenerit,ne res illa vendi possit constituto emptori iure in rē ipsam p obligationem pignoris specialē,aut generalem quidē,sed cum clausula cōstituti,q̄ impediat ne alienatio sequi possit,iuxta l.si creditor 7.§.vlt.D.de distrac.pign.de cuius tamen sniā,& emendatione videri volumus,quæ alibi scripsimus. Denique aliquod ius in re acquisitum esse oportet emptori fructuū,vt ex doctrina quoq; interpretum venditio fructuum venditionem,& alienationē ipsius fundi includat. Qūo euenire diximus in fundo vectigali,vel emphyteuticario. Quia quandiu fundus auferri possessori, & alienari pōt, nullomodo alienatus videri debet,tametsi cōpetitura sit emptori fructuū, aut conductori actio personalis ad indemnitatem.i.vt quicquid eo nomine ipsius intererit præstetur. Nihil enim commune habet actio personalis cum iure dominij, adeoq; nec cum iure vllo,quod rei cohęreat. Potest autem venditioni fructuū siue temporali, siue perpetuæ, quæ non vno pretio facta sit, sed constituto pretio in singulos annos, melius conuenire pactio illa, vt quandiu pretium venditionis fructuum solue-

tur

tur non possit res auferri emptori. Nam cum vno pretio facta venditio est, solutumq; semel pretium, nihil faciendum supereſt ex parte emptoris, vt facere possit, vt ad venditorẽ eundemq; dominum res redeat vllo casu, ideoq; difficilius est, vt id genus contractus in emphyteusim trãseat, aut quid simile habeat cum emphyteusi. Vt proinde tantò ẽt alienius sit, vt ex eiusmodi cõtractu laudimium debeatur. Quid ergò si vsusfructus vẽditus fuerit, aut aliter constitutus ab eo, qui constituendi ius habuerit? Est enim longè aliud fructus vẽdere. Aliud verò, vsumfructum constituere: cum vsusfructus sit quid distinctum à perceptione fructuum, quia vsusfructus in iure consistit, fructuũ aũt perceptio in facto. l. si vsusfru. 66. D. de iur. dot. Nec rursum negari potest, quin vsufructuarius habeat ius in re l. 2. D. de vsufr. prohibitaq; alienatione etiam vsusfructus constitutio prohibita intelligatur. l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. An ergo erit consequens, vt ex vsusfructus constitutione laudimium debeatur? Ita plerique putant, distinguentes constitutionẽ vsusfructus à venditione fructuum, vt refert Amedeus à Pont. d. q. 34. post apostil. l. ad Bald in c. 1. in verb. alienationes de his qui feud. dar pos. Ita ut feudatarius vel emphyteuta fructus quidem possit vẽdere, sed alium vsufructuarium facere non possit Glos. in c. 1. §. præterea de capit. Corrad. Perr. Iacob. in verb ita etiam quod nu. 14. Alex. cons. 18. nu. 6. vol. 5. Cremon. sing. 85. Hippol. de Marsil. ad l. 1. §. cum quidam de quæst. Ego tamen adhuc contra putò. Sunt. n. omnino separata iura vsusfructus, possessionis, & proprietatis, neq; permisceri debent, vt ait l. penultim. D. de acquir possess iunct. l. naturaliter 12. §. nihil commune eodem. Et quamuis prohibita siue per legem, siue per hominem alienatione, vsusfructus quoque constitutio prohibita intelligatur d. l. vlt. C. de reb. alien. non alienand. Non ideò tamen bona consecutio est, vt qui vsumfructum alicuius rei constituit, rem ipsam ideò alienare censeatur, non magis quàm qui dat pignori, de quo diximus in præcedentibus, & cuius tamen æquè mentio fit in d. l. vltim. Imò contradictionem implicat, vt qui in re aliqua, vel pignus, vel

vsum-

vsumfructũ constituit, licèt transferat ius in re, ipsam tñ rẽ alienare existimetur cum fieri nequeat vt eiusdem rei idem, & dñs sit, & fructuarius, aut pignoratitius l. vti. frui. 5. D. si vsusfr. pet. l. neque pignus 45. De regul. iur. Quis. n. dubitat quin ille ipse qui vsumfructum alicui constituit, possit adhuc eiusdem rei proprietatem alteri vẽdere? Idque in vsufructu tantò certius est, q. sui natura finitur ille certis, & pluribus modis, nec vnquam patitur illam conuentionẽ vt sit perpetuus, & æternus, Ne vt iam dixi maneat inutilis proprietas semper abscedente vsufructu d. l 3. §. 1. D. de vsufr. Nec q. vsufructuarius habeat ius in re ad vtendum fruendũ inuito quoque proprietario, & ius retentionis eiusmodi vt inuito ei quandiu vsusfructus durabit, aufferri res non possit, facere põt, vt vsusfructus constitutio alienationi, aut emphyteusi similis videri debeat, Cum neque directum, neq; vtile dñiũ habeat fructuarius, quemadmodũ nec olim habebat bonitarium, non magis q̃ quiritiarium, adeoque nec veram, & ciuilem possessionem, sed naturalem tantum quæ in detentatione mera consistit dict. l. naturaliter 12. in princip. D. de acquir. poss. quia scilicet non sibi possidet sed dño quamuis sibi, & suo nomine fructus percipiat vt, & conductor l. certè 6. §. is qui rogauit D. de precar. Qui ergo fieri põt, vt ob constitutionem vsusfructus laudimia vlla debeantur, cum nullo casu ne per fraudem quidẽ possit vsusfructus constitutio in alienationem aut emphyteusim degenerare? Fateamur igit quod res est, neque ex locatione, neque ex vẽditione fructuũ, neq; ex constitutione vsusfructus laudimia deberi vlla posse. Poteram addere varias quæstiones alias ad hunc tractatum De laudimijs pertinẽtes nec insubtiles, & in quotidiano vsu forensi positas. Sed quoniam Chiliadis meæ portum hic iam video, & ex ijs quæ hucusque disputauimus, quid de alijs sentiendum sit intelligi facilè potest, Tam multa de laudimialibus quæstionibus dixisse sufficiat.

FINIS.

CAROLI ANTONII BLANCARDI I. C. CESPITELLENSIS,

Sereniſſimi Sabaudiæ Ducis Fiſci Patroni.

NOTÆ LAVDIMIALES.

Ex eiuſdem manuſcriptis Annotationibus, nunc primum decerptæ,

Et Quæſtionibus Amædei à Ponte accommodatæ.

NOTA I.

Nominis derivatio. Deſcriptio, cur laudimia excogitata, & quomodo inter naturalia emphyteuſeos.

Ad l. 1. VTI lege Pompeia debebant omnes hi, qui Buleutæ legebantur, pro introitu certam pecuniæ quantitatem dare, teſte Plinio epiſt. 113. lib. x. ita Iuſtinianea ſanctione omnes, in quos emphyteuſis transfertur, iubentur certam pecuniam domino inferre, ex qua colligimus, quæ prædia ſint emphyteutica, vel non. Menoch. conſ. 409. num. 81. quæ præſtationes hodie confeſſione omnium laudimia quaſi à laudando appellãtur. Duaren. c. 13. de feudis. nu. 9 Roſentall. c. 6. concl 66. num. 1. quoniam laudare veteribus idem valeat, quod approbare Gellius lib. 2 noct. Atticarum. cap. 6. nominare, appellare q; tenetur. §. ſi tibi vt ibid. Goth. ex Feſto Nõ Macrob. 2. Satur. cap. 16. l. 6. D. de actio. empt. Gell. 3. cap. 16. quaſi huiuſmodi præmia, ſeu honoraria ideo præſtari videantur, quod à domino

mino directo nouũ emphyteutam laudari, nominari, approbariq; deceat, vt inde commissi pœnam effugiat, aut non videatur parum dignus, in quem emphyteusis transferretur; aut dominus se inscio alienationem secutam deinceps obijcere, iusuè prælationis proponere minimè posset. Quapropter non malè Connan. commentat. iuris lib. 7. cap. 5. & Rosentall. d. nu. 1. post Budeum, & Alciat. docent laudatiuũ latinius dici quam laudimium à laudo: quemadmodum donatiuum à dono. Cuiac. ad l. 1. C. de iur. emphyt. ait appellari εἰς δοχικόν. in Nouell. Leonis 13. De perpetuis emphyteusibus quasi scilicet datum admittendi, & suscipiendi possessioris causa. Inde Franciscus obseruat. lib. 5. c. 9. Gothofre. l. vlt. C. de iure emphyt. laudimia recipere quasi εἰς δοχικὰ, quæ ab emphyteuta nouo præstantur, vt à directo domino recipiantur. Imperiti sanè, qui laudamentum cum laudimio confundunt, quid enim aliud laudamentum significat, quam arbitrium, iudicium, consilium. vt annotauit Cuiac. de feud. lib. 1. tit. 17. & tit. 20. rursus lib. 2. tit. 20.

3 Variè describitur à recentioribus, nam Rosentall. cap. 6. concl. 66. post Afflictum, Frecciam, & alios, ait esse id quod pro inuestituræ renouatione, seu feudi in aliam personã translatione consuetudine, vel pactis domino pręstari solet. angusta descriptio, vt apertiora, grandioraq; vitia reticeamus vtpotè, quæ feudatarijs laudimijs duntaxat adaptari videatur, cum emphyteutæ præsertim iuris communis sanctione ad laudimij præstationem obstringantur. l. vlt. C. de iure emphyt. Duaren. verò de feudis. cap. 13. num. 9. ita describenda censuit honoraria quæ pro renouatione vtiliq; dominij cõfirmatione à beneficiario dominis tribuantur, & tamen Iustinianus in d. l. vlt. possessionis trãslationem magis quam dominij considerasse videtur neq; enim iussit à domino nouum emphyteutam in dominium suscipiendum, sed in possessionem, in his verbis, necessitatẽ autem habere dominos nouũ emphyteutam in possessionem suscipere per se, vel per literas suas, vel per depositionem apud magistratum censuum, vel præsentibus tabellarijs per attestationem in prouincijs

apud

apud Præsides, vel defensores celebrandam. & ne tenti domini auaritia magnam molem pecuniarum propter hoc efflagitent non amplius eis liceat prosubscriptione sua, vel depositione, nisi quinquagesimam partem pretij, vel estimationis loci, qui ad aliam personam transfertur accipere. Sufficit igitur. quod venientē nouum emphyteutam in possessionem dominus suscipiat reique alienationi in eum factę consentiat. Sola ad Decreta Sabaud de iure emphyt. glo. 1. nu. 1. Oinot. §. adeo n. 12. Inst. de locatione. Cuiac. l. vlt. C. de iure emphyt. esse quinquagesimam partem pretij, vel æstimationis eius rei, quæ venditur, vel alienatur. verba quidem sunt Iustiniani, & verissima in d. l. vlt. quibus molem, & quantitatem laudimij se designasse apertè ostendit, non autem eius naturam, quam nisi descriptio ea qua fieri potest ratione delineet, & adūbret inutilis censenda est. l. 1. D. de dolo laudimij moles, & quantitas quamuis iure definita sit, pro morū tamen, & regionum diuersitate, eā immutatā experimur, at substantia, vt ait I. C. in l. pacta 72 D. de contrah. empt. immutata remansit non inuulgatū enim est, accidentia mutari posse immutatis subiectis. l. sed & si 26. §. 2. D. de acquir. rer. dom. & l. naturalium. 5. §. 5. eod.

Alij dicunt esse prȩmium domino superiori debitum ob nouum emphyteutam, vel beneficiarium in possessionem susceptum, & cōsensum alienationi scriptis interpositum. Nō spernenda si detraxeris ea verba domino debitum, id enim controuersum, cum pleriq; velint deberi domino duntaxat, vt Franciscus N. obser. 5. c. 9. Alij verò frequentius deberi etiam vsufructuario. Molina de primogen. lib. 1. c. 22. nu. 12.

3 Hinc facilè prospicimus cur laudimiorum præstatio excogitata, dissentiunt, hac in re nostri, plerique censent deberi ob nouam inuestituram actualemq; possessionis traditionem nouam emphyteutæ factam. vide Surd. decis. 200. num. 3. Riminald. cons. 579. nu. 19. Rodoan. de reb. ecclesiæ non alien. q. 66. num. 2. & 3. Bursat. cons. 56. nu. 16. Alij propter approbationem alienationis in nouum emphyteutam, aut propter translationem dominij vtilis in nouum emphy-

teutam, vel beneficiarium. Menoc. conſ. 226 nu. 66. & conſ. 291. nu. 14. 15. 16. Alij ob nouam inueſtituram, & laborem quem dominus patitur, dum nouum emphyteutam in poſſeſſionem inducit Surd. deciſ. 31. nu. 8. quamuis dubium nõ ſit, quin domino cõſentiente propria authoritate nouus emphyteuta poſſeſſionem ingredi poſſit. Iuſtinia. apertè ſcripſit ob Domini ſubſcriptionem, & vt d. l. verbis ſuperius tranſcriptis propalam fit.

Præſtari propter conſenſum domini Marta Voto. 33. nu. 2. in ſuis nouiſſimis deciſionibus idem Sola ad decreta antiq. Sab de iur. emphyt. nu. 40.

Alij deberi ratione contractus non eorum, quæ veniũt in conſequentiam Ripa l. 1. num. 59. D. ſi certum petatur, Bald. Rub. C. de rer. permut.

4 Cum autem in contractu emphyteutico ſicuti, & in cæteris quatuor peruulgata reperiantur ſubſtantialia ſcilicet, naturalia, accidentalia, ſolemnia, laudimium inter emphyteuſeos naturalia reponendum eſſe conſtat: cum apertè fateantur omnes id eſſe de natura contractus, Surd. deciſ. 31. nu 6. Verum ex iuris diſpoſitione Menoch. conſ. 297. num. 14. 15. Alex conſ. 123. num. 7. verſ. præterea lib. 5. vbi Natta annotauit id ſingulariter animaduertendum. & Menoch. conſil. 444. num. 15.

Ideoq, non mirum eſt ſi priuatorum pactionibus, regioniſque conſuetudine augeri diminuue poſſit Chopp. de morib. Pariſior. lib. 1. tit. 3. nu. 5. Natta conſ. 49. nu. 18. lib. 1.

Imò, & prorſus tolli, quoniam naturalia contractuum dũmodo ſubſtantiam non reſpiciant in arbitrio contrahentiũ ſita ſunt. l. pacta conuenta 72. D. de contrah. empt.

NOTA II.

Varia laudimiorum nomina. Eſſe rerum onera, & odioſa.

Ad q. 2. IMmenſi eſſet operis ſingularia laudimiorum nomina aliarumvè penſionum, & præſtationum, quæ ſuperioribus

ribus dominis prælatari consueuerunt recensere, de ijs ad satietatem scripserunt. Molina de contract. disp. 159. num. 1. versic quot autem. Gerard. decis. 45. lib 4 Chopinus de morib. Paris. lib. 1. c. 4 & 3. & plerique alij à Mainardo adducti. Alex. cōs. 14. lib. 5. in fi. Pereg. de iure fisc. lib. 6. tit. 4. nu. 46. Faber definitione 54. de iure emphyt. Marta de iurisdict. parte 4 cen. 1. casu 17. Otnot. inst. de locat. §. adeò nu. 12. Hinc orta trezena, accapita, retrocapita, releuia, capsolda, pensiones, præstationes annuæ, & sexcenta huiusmodi, quæ tedet recensere, appellatur & decima quædam Menoch. cons. 297. num. 33. Surd. decis. 31. num. 15. Sed cur hic immoror? hominum arbitrio cū singularum regionum, & ciuitatum vsu varientur mutenturque nomina. l. Labeo. 7. § tubero. D. de supp. legat. in quibus imperitorum vsus, imo error dicitur facere ius l. suppellectili 3. §. vlt. D. eo. vt explicat. Gouean. lib. 1 variar. cap 6 Cuiac. obser. 10. c. 13.

An verò odiosa habenda sit laudimij præstatio dissentiūt nostri: nam Menoch. consil 444 nu. 42 acriter defendit esse fauorabilem, tum quia excogitata sit, vt ad munificentiam dominos directos incenderet, & opulentos, qui latifundia amplissima possident, ad eorum distributionem; tum quia tametsi respectu emphyteutę onus vulgo appelletur, id tamē à lege approbatum est, de qua non nisi bene sentiendum. l. prosp. exit 12. D. qui & à quibus.

Tùm, quia præstetur in dominij vtilis recognitionem, q̄ ab emphyteu. alteri traditur. Vt dixi not. 1. ex l. vlt. C de iur. emphyt. odiosum tamen in causa feudali ab omnibus appellatur. Quoniam in his, & debetur, & præstatur aduersus propriam naturam feudi: nam iure communi feudali inspecto inuestituræ gratis fieri deberent. Henningius Goed. cons. 25. cent. 1. Rosent. de feudis cap. 6. conclus. 66. litera. a. in fi. qui hanc ob rem existimauit laudimia pro feudis, neque deberi, neque posse peti, nisi in ijs casibus, in quibus inueterata consuetudine id introductum, & receptum reperitur, tametsi adesset eadem iuris ratio. Rosent. cit. litera. D ex Sigism. Neap. cons. 14. num. 14. mihi tota hæc quæstio de odio,

vel fauore, tam in tractatione laudimij, quam in cæteris, ex eorum genere esse videntur, quæ in vtramque partem facilè circumuoluuntur, quod enim vni damnum inferre videtur alterius lucro cedit, cur igitur potius à damno, quam à lucro denominationem accipiet? emolumẽta potiora, & optatiora sunt, ideoque fortiora, & propterea ab ijs denominatio facienda, l quæritur 10 D. de statu hominum, & cur malint laudimij præstationem damnosam appellare, eo quòd emphyteutæ incommoda sit, quã lucrosam, in eo qđ domino directo non minimum emolumenti afferat cũ sint correlatiua in quibus à dominante perpetuò fit denominatio, & docet Iul. Pacius aduersus. Coras. C. de seru. & aqua, & l. vlt. C. eod. ex tit. Instit. de seruit. §. 1. & 2.

Scio ipsum Menoch. alibi simpliciter laudimium appellasse onus reale cons. 297. num. 1. Surd. decis. 31. num. 3. Cæsar Manent. de contractu liuellar. pacto 9. num. 1. ideoque eius gratia minus rem vendi, ex Valasc. decis. 70. nu. 14. neque ambigendum, quin sint rerum onera. Vndè venditor teneatur id notum facere emptori, quando laudimiarijs præstationibus res subijcitur Sola ad decret. antiq. Sab. de iure emphyt. num. 30.

NOTA III.

De feudo præstentur laudimia.

Ad q. 3. NIhil esset facilius, quam eorum errorẽ refellere, qui opinantur sicuti iure emphyteutico cautum est, ex emphyteusis alienatione dari laudimium, ita iure feudali præscriptum, vt ex alienatione feudi, vel pro inuestitura aliquid domino præstetur. verum nos hoc onere liberarunt. Rosental. de feud. c. 6. concl. 66. Innumeri ab eo relati in allegationib. lit. A. Menoch. cons. 444. nu. 16. Surd. decis. 200. num. 2. Boer. in consuetudines Bituricenses tit. de feud. & cens § 5. verbo dominus directus. Hartman. Pistorius lib. 1. quæst. iuris. q. 50. nu. 61. Schrader. par. 10. cess. 2. num. 49. Fachin.

chin.lib.7.contr.iuris.cap.98.cur enim nouo onere vaſſallos abſque lege,& ratione prægrauare? Duaren.de feud.cap.13. nu.9.Faber definit.44.C.de iure emphyt.excipiunt, vbi pacto, vel conſuetudine introductum, aut conuentum eſt, vt aliquid pro inueſtitura præſtetur. Roſental.cit.

Proindè varia referuntur arreſta ſupremarum curiarum in Gallia,quib.deciſum attenta vniuerſali,& inueterata regni Francici cõſuetudine deberi laudimia,ſiue de nobili,ſiue de cuiuſuis generis feudo agatur,Maynard.deciſ.33.li.4. Chopp.de legib.And.capit.4. numero 2. Ranchi. in annotat.ad Guid.Pap.quæſt.167.Duaren.cap.13. nu. 9. de feud. Eadem conſuetudo contra ius commune in Sabaudia recepta eſt Faber.d.def.44.Sebuſianis exceptis.

In pleriſque Germanæ regionibus,& in Ducatu Montẽſi in Epiſcopatu Colonienſi.Roſental.d c 6.cõcl.66.nu.2.

In Hiſpaniæ Prouincijs, & de Cathaloniatellatur Peghuera deci.159.& ea de re adeſſe Caroli.V.cõſtitutionem.

In Regno Neapolitano.Afflic.deciſ 248.265.Capyc.deciſ.415.Marin.Freccia lib. 2. de ſub feudo Baronis auth. 3.

NOTA IV.

Quam varia laudimij quantitas. in ea obſeruanda eſſe regionum conſuetudines,etiamſi iuri ſcripto repugnent.

Ad q.4. IN omnibus ferè prouincijs,& regionibus varij sũt laudimialium præſtationum ritus, vnde alibi eſt decima æſtimationis, & pretij alibi quarta,alibi quinta, alibi ſexta, octaua,vt videre licet apud Follerium, Mauricium Burg.ex Rendella.de iure prothomiſeos in verbo per emphyteuſim. num. 32.

1 Tantæ varietatis ratio apertiſſima eſt:quoniam in laudimijs perſoluendis obſeruandæ ſunt locorum regionumque conſuetudines. Anton.Piagius de conſuetud.quæſt.11. nu. 334.ex Burſat.conſ.165.cauſa.num. 61. lib. 2. Matta deci-

sione nouissimorum Collegij Pisani voto. 33. num. 9. & Riminald. iunior cons. 38. lib. 1. num. 22. at quot loci tot ferè consuetudines. Piagius de consuetud. quæst 11. num. 446. vndè dicitur consuetudinis ius esse locale. A Piagg. quæsti. 9. & num. 4. 6. & seq. De consuetud.

Hanc tamen laudimiorum quantitatis varietatem, & cũ
2 iure communi, quo quinquagesima pretij duntaxat danda est, quasi repugnantiam à conuentionibus pactisque cõtrahentium oriundam esse censet. Sola ad decreta antiqua de iure emphyt. num. 8. 9. & 10. Cùm in emphyteuticarijs instrumentis pactiones cõscriptas obseruari sanxerit. Iustinianus l. in emphyteuticarijs. 2. C. de iure emphyt. potuit sanè, & pacto, & cõsuetudine introduci aduersus ius scriptum: quoniam. § & ne Auaritia. l. vlt C. eodẽ Ius vtilitatemque priuatam principaliter respicit, cui licet pacto renũciare. l. pen. C. de pact. & consuetudines tametsi legibus Iustiniani repugnantes seruandæ sunt. Alex cons. 23 lib. 5. Henricus de Bartholomæis, Cardinalis Hostiensis in sua summa in titulo de locato. cum leges non solum suffragio legislatoris, sed etiam tacito consensu omnium per desuetudinem abrogentur. l. de quibus. 32. l. sed & ea. 35. l. imo magnæ. 36. D. de legibus. Neque obstat quod Fulgos. consil. sexto,
3 contrarium sentiat nullaque consuetudine recè introduci posse dicat, vt plus quinquagesima Iustinianea lege præfixa pro laudimio præstetur motus forsan. l. consuetudinis. 2. C. quæ sit longa consuetudo, vbi consuetudinis non tanta dicitur esse authoritas, vt vincat legem. Respondendum enim huius legis sententiam esse, quod consuetudo in suo genere non est fortior, & robustior lege, nõ maiorem vim habet, quam habeat lex in suo, sed est ei æqualis. Itaque sicuti lex posterior priorem abrogat & legem, & consuetudinem, l. vltima. D. de constit. Principum, l 1. D. ad leg. Aquil. l. 1. D. ad leg. Falcidiam, ita & consuetudo posterior legem præcedentem abrogare poterit, Data tamen paritate legis, & consuetudinis, vt scilicet consuetudo generalis, æque fortis sit atqui generalis lex; consuetudo in specie in vno municipio

atqui

atqui ius municipale. Igitur q̃uis consuetudo hæc posterior legem abroget Iustiniani de quinquasima pretij, vel æstimationis pro laudimio danda, ob id non dicitur lege fortior: quoniam etiam alia lex posterior legem Iustinianeam abrogare poterat, quemadmodum iustinianus ead. l. vltim. abrogauit anteriores, aut leges, aut mores, quib. plus quinquagesima pro laudimio dari introductum erat. l. sedet posteriores. D de legibus, l vlt. C. quæ sit longa consuetudo. latè Bart. d. l. de quib. d l. vlt. D de constit. l 1 ad leg aquil. l. 1. ad leg Falcid. l 1 §. si serui D. de quæstionibus. Duaren. lib. 2. di sput ann. c. 32. ad titulum de legibus cap. 12.

4 Ex his infertur, si emphyteuta in alienationibus pro laudimio quinquagesimam offerat, & dominus maiorem quantitatem, aut pacto, aut consuetudine deberi contendat, onus probandi incumbere Domino, quia intentio emphyteutæ est iuri cõmuni scripto subnixa, & consuetudines sunt locales pactaq; sũ. facti l. si vrus. D. de pact. ideoq; probãda. Sola. de iur. emphyt ad antiqua decreta Sab. num. 2. & Alex. cons. 5. lib. 5. & alij Hostiens. de consuetudin. num. 9. Bart. d. l. de quib. num. 7. Crau. cons. 234. ex datione num. 2. Dec. cons. 2. num 22. & in specie consuetudinem iuri communi repugnantem cuiusmodi est, si pro laudimio sexta, vel octaua, uel decima ab eo probandam esse qui eam allegat Menoch. cons. 8. num. 16. cons. 32. num. 65. cons. 37. nu. 92. Petrus Santerna de spõsionib. mercatorum, qui trãctatus est insertus in trãctatu de fideiussoribus Taurini impresso 1615. parte 3. nu. 6. Illustrissimus, & Eruditiss. Iacob Puteus Cardinalis Nicensis. decis. 306. Piagius de consuetud. quæstione decima. num. 1. & seq.

5 Quot verò Annorum curriculum ad huiusmodi consuetudinem maioris laudimij præstandi introducendam necessarium? Manent. de cont. liuel. pacto 9. num. 17. censet requiri continuam Annorum quadraginta obseruationem, ex Alex. cons. 5. num. 13. lib. 5. eo quod hæ præstationes, præsumantur extorsiones, non spontaneæ solutiones, ideoque in futurum non obstringant, vi enim metuve extorta seruitia

tia obligatione efficacem non pariunt Couar.c. posſeſſor. §. 4.nu.1.de reg.iuris in 6.

NOTA V.

Tractatur proportione pretij rei alienatæ oneribus detractis, vt ex hæreditatibus ære alieno deducto, & qua ratione laudimium rei pretium diminuat.

Ad q.5. QVantitas laudimij, ſiue quinquageſima ſit, ſiue ſexta, aut maior, debetur proportione pretij quo res diſtrahitur, non autem valoris. Sola de iure emphyt. Ad decreta
1 antiqua.num.1.& Crauetta conſi.398. Hugho Celſus conſ. 60.num.27. Rendella. de iure prothomiſ. in verbo per emphyteuſim, num.32. Viuius deciſ.496.nu.8.

Idque locum ſibi vindicat quamuis pretium conuentum iuſto rei valore longè minus, vel maius ſit Crau.d.conſ.398. Sola.d.num.1.vt enim & ſi minus ſit pretiũ, tunc incommodũ eſſe volunt Domini. Ita ſi maius eiuſdem commodo debet cedere, l. ſecundum naturam de reg. iur. vt hac ratione commodum cum incommodo compenſari poſſit, & ait l.1. §.vlt ff.de aqua pluu.arcend.

2 Vndè his caſibus quibus ex hæreditate, vel fideicommiſſo laudimium dandum eſt. Earum rerum ratio duntaxat habenda erit, & æſtimatio facienda quæ aere alieno detracto ſupereſſe reperientur. Sola loco citat. num.22. Celſ. conſil. 60.nu.27. ratio verò eſt quoniam, ex l.vlt.C.de iure emphyt. habetur rõ æſtimationis, vel valoris. tantum autem valere dicitur hæreditas, & æſtimari quantum ſupereſt aere alieno detracto. l.tantum.88 D.de verb.ſignific. l.ſubſignatum, 34. §.bona, D.eo.l.7.§.1.D.de collat.bonor. l.1.D.de iure fiſci. l.vlt.§.4.C.de Bonis q; liberis. §.vlt.inſt.ad.l.Fal.

3 Hinc cum onera, & penſiones rei pretia diminuant Cæſar Manentus de contractu Liuellario pacto 9 num.1. Cagnol.l.2.C. de pactis inter empt.num.236.ad diminuendum rei pretium, vt minor laudimij quantitas ab emptore detur,

com-

computabitur duplum eius, quod pro pensione canoneque soluitur, quæ detractio fit duplicatione vnius in singulis viginti, vt declarat Rendel. de iure prothomys. in verb. per emphyteusim nu. 32. exempli causa fundus valet centum aureis soluitur annuatim aureus pro Canone, dum vendetur fundus detrahetur decima, vel octana pars pro laudimio, & ita supersunt nonaginta, iam aureus, annuus qui pro pēsione soluitur duplicabitur, ad rationē vnius pro singulis viginti, qđ onus cum sit perpetuum, & ab emptore dandum verū pretium emptori soluendum erit septuaginta aureorum.

4 An vero in æstimatione rei pro laudimio dando faciēda, ratio haberi debeat ædificiorū, quę in fundo postmodum constructa reperiuntur negant Vinius decis. 496. nu. S. Boer. decis. 16. nu. 3. fructuum itaq; habebitur ratio, nos inferius.

NOTA VI.

Ex pretio, quo æstimatur pactum de retrouendendo simile sue commoditates ab emptore reseruatæ, non debetur, neque desumptibus alienationum.

Ad q. 6. CVm pactum de retrouendendo pars pretij esse dicatur si incontinenti venditionis contractui adijciatur l. fundi partem. 79. D. de contrahen. empt. l. si venditor. 6. §. 1. D. de seru. expor. l. vlt. C. de pact. inter empt. & vend. & quando liberum atque perpetuum pars tertia pretij existimetur. Tiraquel. de retractu conuentionali in præfat. num. 20. & 25. Ludouic. decis. 97. non abs re quærunt an ēt pro portione illius æstimationis laudimium detur. porrò. l. vlt. C. de iure emphyt. indistinctè quinquagesimam pretij, vel valoris dari iubet. Rectè tamen subducendum huius pacti pretium cum Cagnol. & Ponte omnes concludunt Valasc. decis. 70. num. 14. Pantaleon. d. l. 2. C. de pact inter empt. num 265. Onus enim tale pactum est, & facit rem minoris pretij ideoque verum pretium diminuit, ita vt res, quæ esset digna noningentis aureis, non æstimetur nisi sexcentis

sibi-

si huiusmodi pactũ contractui insit, dicitur igitur pars pretij tertia, non p faciat rẽ tanto pluris valere, sed quoniã tertium pretij tunc detrahatur, neque iusta rei æstimatio esse dicatur, iustumvè pretium, nisi subducto quanti minoris ob tale pactum res sit, vt ait Ludo. d. decis. 97. Tiraquel cit. d. l. fundi partem, sed ex his, quæ de pretio rei subducuntur, remq; minoris ualoris reddunt non datur laudimium, DD. d. l. vlt. C. de iure emphyt. & dixi nota. 5.

Hinc sæpius respondi de tertio minoris sub quo debitoris bona in executionem indicati licitatoribus deficientibus creditori addicuntur factis prius subhastationibus iuxta formã constitutionum Sabaudiæ sub tit. *delli Incanti, & deliberamenti de' beni stabili*.

Non deberi laudimium, sed tantum de pretio, quod eo tertio subducto supereſt, ex his, quæ traduntur hic à Ponte quoniam non de toto eo pretio quo res digna laudimium debeatur, sed de eo tantum quo apud emptorẽ æstimatur, & quod ab eodem persoluitur, aut pro quo accipitur, siue pluris, siue minoris res valeat, vt alibi dixi ex Sola de iur. emph. nu. 2. & probat. l. vlt. §. pen. C. de iure emphyt. ibid. DD. Ias. Coras. Cuiac.

Sumptuum qui extra rei pretium impenduntur pro salario Tabellionis p xenetæ, vel hodiè p vectigali insinuationis similibusvè de causis nullam habendam rationẽ in laudimijs Viuius decis. 496. nu. 8. quamuis fateatur hæc regulariter rei pretium augere, vel diminuere.

NOTA VII.

Neque de fructibus à solo separatis; neque de alijs mobilibus, vel se mouentibus.

Ad q. 7. RAtio verò, cur ex fructibus à solo separatis, cæterisq; mobilibus laudimia non dentur, apertissima, nam emphyteusis cõstituit tm̃ in his, quæ sunt soli, & immobilib. Angel. Faber. Mynsinger. in §. adeò Institu. de locatione

Ias.

Iaſ.Cuiac.l.1.C.de iure emphyt.& l.2.& 3.perpetuo immobilium fit mentio,quæ dantur ad meliorandum. Vndè quæſtiones an ob ſterilitatem,ob chaſma, & huiuſmodi Canon diminuatur Guil.obſer 23.lib.2.Gothofred.l 1.lit.a.facit l. 1.& vlt. ff ſi ager veſtig.vel emphyteutic. auth. de alien.& emphyt. & nouella Leonis de perpetuis emphyteuſibus. Laudimium autem de alienatione emphyteuſeos tãtum debeatur,l.vlt.C.de iure emphyt. ergò nõ debebitur neque de fructibus ſolo ſeparatis,neque de cæteris,aut mobilibus, aut ſe mouẽtibus ſeruis pecudibus annuis redditibus breui duraturis,l.& ſi chorus de leg.3. veſtib.& aliis l.penul.C.de iure dotium.l.vnic. d. cũ autea,C.de reiuxor de quib.l.1.D.de ædil. ædict.l 93.de verbor.ſign.vbi Alciat.ex l.2.§.certè de furtis Connan.lib.3.com.iur.ciuilis,c.2.num.11.

NOTA VIII.

Aedificia,& Aluuionis Incrementa.

Ad q.8. CVM Aedificia cedãt ſolo cui ſuperpoſita ſunt, vt docer quidam ex recentioribus in princ.inſt.de act.nu. 16.earumq; proprietas, & ciuili, & naturali ratione eius ſit cuius eſt ſolũ, vt ait Alciat.ex §. cũ in ſuo ſolo. inſt.de rer.diuiſ. l.adeo 7.§. ea D. de acquir. rer.dõmin.tametſi viuus deciſio.496.vt ſuperius notaui aliter tradiderit parsq; fundi cẽ ſeantur l. 81. §. qui fundum de leg. 1 & meliorationes ideo emphyteuſeos naturam induere videantur ſi fundus,& ſolum talia ſint, & de his ẽt laudimijs præſtandum.

Pro his,quæalluuionis beneficio acceſſerũt, ſubdubiã reddunt Amedei ſnîam ſcripta ab eruditiſs.Menochio conſ. 26. 1.vbi validiſſimis rationibus Amędei ſententiam conuellit, & ni fallor conſultus reſpondit pro ea ipſa cauſa quam à Senatu Pedemontano deciſã refert Amed & aduerſus Amedei ſententiam iudicarat Senatus Pedemont. apud Theſ. deciſi. 140.licet in cauſa reuiſionis Amedei ſententiã ampliſſ.ordo amplexus ſit:attamen valdè vrgent rationes Menochij, &

Ozaſchi

Ozaſchi conſ. 48. & nouiſſimè Fachine. lib. 2. controuerſ. iuris cap. 6. qui contrarijs ſatisfacit, & alluuionis incrementum ad primum emptorem libere pertinere docet ex l. 1. C. de periculo, & cõm. rei vend. l. id quod D. eod. l. ſi id quod §. vlt. D. de reſcind. vend. l. pen. C. de ſolutionibus, quæ ſententia ſi uera eſt, vti incrementum alluuionis in retrouenditionem non veniet. Ita neq; pro eo iura emphyteutica dominus ſuperior expoſtulare poterit vel canones, vel laudimia, vel quidpiam aliud, quoniam emphyteutica non euadant, quæ alluuionis beneficio prædio emphyteutico accedunt de alluuione eiuſq; iuribus fusè Pereg. de iure fiſci lib. 8. nu. 67. vſq; ad num. 82.

NOTA IX.

Laudimium ab emptore ſoluendum.

Ad q 9. 1 AD emptorem rei emphyteuticæ pertinet onus laudimij perſoluendi Fachin. controuerſ. iuris lib. 11. c. 58 à quo propterea petendum eſt, & præſtandum Menochius 414. nu. 17. Vinius deciſ. 496. nu. 4. ſicuti in his locis in quibus gabella pro inſtrumento ſoluenda eſt ab emptore præſtatur quoniam commodum contractus principaliter ad emptorem pertinet, qui dominium acquirit. l. ſecundum naturã de reg. iuris maioris enim momenti res ſoli quam pecunia, iuuat. l. debet. D. de ædilit. edict. quamuis Bartol. & Cępolla in d. l. debet, æqualiter ab vtroque perſolui ſcripſerint. Primo, quia ſint correllatiua emptor, & venditor quorum eadem diſpoſitio. l. vlt. C. de iud. vid. tol. Secundo quia contractus fiunt gratia vtriuſque l. actionum. D. de act. & oblig. Tertio quia dict. l. debet interpretandam cenſeant quando vel ita conuentum, vel ita iure municipali ſtatutum, vel de parte laudimij, & gabellę non de toto. vide Ripam Cagn. in Rub. D. ſi cert. petat.

2 Extenditur, vt etiam in feudis ſoluendi laudimij onus ad eum pertineat, qui inueſtituram expoſtulat. Marta voto 33. nu. 19.

nu. 10.& 11.quoniam onus huiusmodi reale est, & à rei successore siue vniuersali siue singulari subeundum, atque ita decidit Rot. in R. in nouissimis decis. 464.p. 1. nec refert Freciam & alios existimasse dari pro laudimio personalẽ actionem erit enim personalis in rem scripta, quæ datur quidem contra personam sed ratione rei Alciat. Bologn. in Rub. D. si certum petat. reuera tamen Marin Frecia lib. 2. auth. 3. nu. 4. de feud. quẽ videtur sequi Surd. dec. 200. n. 2. qui re vera cẽ set dari merè personalẽ ꝛõ in rem scriptam ideoq; non competere contra successorem eiusque præstatione rem non esse affectam fatetur tamen Surd. num. 4 pertinere hoc onus ad emptorem,

Hinc quoties agnatus iure gentilitio consanguinit. vel vicinus alio iure congrui rem extraneo venditam extorquet, & retrahit. vbi primum rem consecutus est ad laudimium tenebitur, pro quo primus emptor erat obnoxius. Rendella de iure prothimiseos in verbo per emphyteusim num. 34. Maurit. parte 1. inspect. 3. nu. 4. & 6. de laudimijs si à priore non sit solutum, nam si solutum à primo emptore, eidem à retrahente restituendum est. Rendella cit. nu. 34. Sola nu. 2. vbi quando ipsemet venditor retrahit ad antiq. decret. Sab. pag. 205. ad Decretũ ex frequentib. glo. 4. par. 1. Imo addit Rendella quamuis primus emptor laudimia non soluisset eo, qđ eidem donatum, aut remissum à domino directo adhuc tamen posse id consequi à retrahente iure prothimiseos, & ita decisum Laurent. Decis. 26. nu. 3. Rendella cit. nu. 34.

5 Hinc si prior emptor non dederit domino laudimium dat̃ actio aduersus oẽs posteriores emptores quasi onus hoc rem sequatur ad quemcunque transeat Marta voto 33. nu. 13. In decisionib. nouissimis, & Ita vidi cõdemnari eũdem emptorem ad duplicis laudimij præstationem, alterum pro alienatione sibi facta. alterum pro alienatione, auctori suo facta ex qua laudimium nondum solutum esse constabat in causa D. Equitis Maglioni.

NO-

NOTA X.

Datur ab nouum feudum.

Ad q. 10 APpellatione noui emphyteutæ, vel vassalli venit is q. sub priori inuestitura nõ cõprehendebãtur. Marta. in decisionib. Collegij Pisani voto 33. n. 8. qui dicta Amedei comprobat, & toto eo voto ostendit propter feudi in nouam personam translationẽ dari laudimium. De nouo feudo Rosental de feud. c. 2. cõcl. 9. nouum de nouo acquisitum quod in primi acquirẽtis persona consistit neque adhuc vlla successione ad alios peruenit, vel qđ quãuis per descendentes primi acquirentis propagatum, tamen respectu collateralium qui ex primo acquirente non descẽdunt appellabitur nouum, quis respectu alterius lineæ esset antiquum de eodem Duaren. de feud c. 4. & alij copiosè à Rosental. adducti qui omnibus pro solus sufficere poterit.

NOTA XI.

Ex prima alicuius rei in feudum emphyteusim siue constitutione, & datione.

Ad q. 11. VIdentur omnes eo ipso fateri ex prima hac constitutione, & datione non deberi cum tantum dubitent de emphyteusi, vel feudo semel iam ineſſe producto ab emphyteuta, vel feudatario alienando. Rosentall. c. 6 concl. 66. per totũ. Marta voto 33 decis. Collegij Pisan dari ob mutationẽ feudi, vel emphyt. Cuiac. & Coras. & DD. l. 1. & vlt. C. de iure emphyt. certè cum vniuersum ius laudimiorum sĩ leg. vlt. C. de iur. emphyt. moderetur & ea de ijs tantũ alienationibus, quæ ab emphyteuta fiunt, disputet, de his inquam in quibus expostulãdus dñi consensus: in quibus habet locũ ius prælationis, ius etiã retẽtionis in quibus propterea post duos menses à die oblationis, dominus superior expectãdus

vnde ea lecta nullum adeò peruicacem, futurum arbitror qui hac de re amplius digladiandum putet.

Imo in Sabaudia non solum ob primam dationem, quæ vt plurimum gratuito fit. Verùm etiam si ad dominũ feudi, & subfeudi vtrumque aliqua ratione rediret, & deinceps diuersis personis eodem tamen tempore ab eodem venderetur nulla laudimia præstanda, quasi per acquisitionem ad priorem naturam reuersa fuerint prioriq; dationi hæc noua vẽditio assimiletur. Fab def. 3. C. de iure emphyt. Id etiam patet ex vulgato discrimine inter libellarium cõtractumuè colonarium, & emphyteusim quod in illo pro introitu quædam summa pecuniæ pendatur, iuxta Galliæ consuetudinẽ vt notat Gothof. l. 1. C. de iure emphy. in prin. litt. R. ex Paponio, & alij secus in emphyteusi.

NOTA XII.

De alienatione in alterum ex comprehensis in inuestitura, vel agnatis, vel successoribus. De Prælato qui antecessoris emphyteusim nanciscitur.

Ad q. 12. OB alienationem in alterum ex his, qui inuestituræ verbis ad emphyteusim vocantur, vti si agnati sint, fratres, socij, successores, laudimium non esse præstandum, docuerunt Cranetta consil. 251. num. 4. vers. quod dictum magis ex Brun. Ripa. item consil. 215. num. 8. vbi ex inde infert, re emphyteutica data in dotem propriæ filiæ non deberi laudimium, quia alienatio in eam facta, quæ inuestitura comprehendatur ex Bald. consil. 353. nouiter scripta Amedei recensuit, & approbauit Viuius decis. 496. num. 4. 5. & 6. cuius rei ratio multiplex afferri potest. nam l. vlt. C. de iure emphyt. nominatim laudimium à nouo emphyteuta præstandum iubet. at qui in inuestitura comprehenditur haud quaquã nouus emphyteuta est. Marta. voto 33. num. 8. altera ratio, quoniam omnia verba, & pacta quæ emphyteu-

seos alienationem vetant, aut alienatione subsecuta quid piam præstandum suadent, interpretantur de alienatione quæ fiet in extraneos non vero in cognatos fratres qui inuestituræ verbis continentur, & aliquando ad emphyteusim admitti possunt, in quos propterea inuito, vel ignorante Dño Superiore res transferri potest. Cephal. consil. 104. num. 12. lib. 1. licet aliter scripserit consil. 257. nu. 32. propriè enim alienari res non dicitur, quæ in eum qui in inuestitura continetur transfertur cap. 1. §. etsi clientulus. de alien. feudi.

Idem iuris est in alienatione feudi, quoties enim in eum abalienatur, quem inuestituræ verba ad ipsum feudum vocant, nullum debetur releuium, vel laudimium, vt scripsit Roland. consil. 41. num. 19. lib. 2. ex Afflicto, & alijs. Marta. Viuius locis superius adductis, tum prædictis rationibus quod videlicet hæc alienatio verà non sit, & quod insscio domino fieri possit. Imò quamuis quis promiserit non alienare, in huiusmodi tamen personam alienare potest, ex Io. Ray. Oldrad. Paris. & DD. in cap. 1. de alienat. feudi paterni, quia etiam refutatio potius, vel renunciatio censeatur quam alienatio, dum fit in vocatum. multo magis si in successores: At ex renunciatione successori facta quamuis complures contenderint laudimium deberi, quorum argumenta recenset Afflict. cap. 1. §. sed, & res per quos fiat inuestitura, num. 22. vera tamen sententia est. non præstari. Rossentall. cap. 6. concl. 66. nu. 8. ex Alex. Bruno, Freccia.

Excipiunt quando id fieret in fraudem domini directi, vt si omnia bona renunciarentur. arg. l. quæ in fraudem. l. omnes. §. lucius D. quæ in fraudem creditorum. Excipe quando cõsuetudine, vel pacto stabilitum vt ex quacũq; alienatione præstaretur laudimium, vel quomodocunq; re in alium trãslata, ea enim verba omne trãslationis genus siue inter viuos, siue per vltimam voluntatem complectuntur Afflict. cit. nu. 25. per l. 1. C. de oper. libertorum. Rossental. cap. & concluſ. prædicta. hinc oritur elegantissima ratio, cur ob donationem filio factam laudimium non debeatur, qua de re deinceps.

Hinc

Hinc in altera quæstione de laudimio, vel relevio præstando, quando in locum prælati demortui qui feudum, vel emphyteusim habebat nouus prælatus substituitur; non aliena à ratione negantium opinio est; quorum Antesignanus extitit Isernia in cõstitutiones Regn. incip. post mortem, & cap. 1 de cap. Conradi nu. 15. ibidem Afflict. § similiter, nu. 17. eamque pluribus probat Marta cit. casu 17. num. 9. vsq; ad num. 21. parte 4. de iurisdictione neque ob frequentes vnius alteriusue prælati in eo casu laudimiales præstationes Principi seculari factas præscriptum censeri ius laudimium ab alijs non consentientibus deincepsque in Ecclesia succedentibus consequendi. Afflicti distinct. explosa. vti etiam censuit Menoch. consil. 409. num. 84. cum enim omnes in inuestitura comprehendantur, absque laudimio rem possunt obtinere, neque antecessorum solutiones successoribus nocere poterunt, nisi omnia ad præscribendam laudimij exigendi facultatem requisita interuenissent.

NOTA XIII.

An immunis à laudimio, cui alienare licet Domino irrequisito.

Ad q. 13. ASseuerandum est q̃uis domino irrequisito emphyteusim alienare liceat, ad huc tamen deberi laudimium, si post alienationem, vel admissionem, vel inuesturam à Domino expostulare, aut consequi oporreat ex Cuiac. l. vlt. C. de iure emphpt. Marta voto 33. num 6 & 7. Viu. decis. 496. ex Bald. Ias. Corbulo, idque validissimo argumento quoniam in l. vlt. C. de iure emphy. non solum constituitur, vt domini expectetur consensus per bimestre antequam emphyteumata in alium transferrentur à die requisitionis, & interpellationis, sed etiam vt siue cum consensu, siue sine consensu domini alienatio facta sit, rursus alienatione secuta interpelletur ad nouum emphyteutam admittendum in possessionemque suscipiendum, & vt vulgo dicunt, inuestiendum, laudimium non datur ob voluntatem, & consen-

sum à domino alienationis tempore, vel antea præstitum, sed pro susceptione admissioneque in possessionem, et inuestitura subsequenti, vt probat §. necessitatem, autem iuncto §. & ne auaritia ibi magnam molem pecuniamuè propter hoc esflagitantes. qui versiculus agit de laudimio, & decã & ratione propter quam debeatur, ideoque adijcitur dictio, propter, quæ dicitur causalis, seu causæ connotatiua. § sanè. in proemio decretaliũ, l. 1. §. 1. D. quod vi, aut clam, l. 1. §. ex incendio, D. de incend. ruin. & naufrag. igitur cum duret ad huc causa laudimij, licet quis irrequisito domino alienare possit, vtpotè cum nouum emphyteutam adhuc admittere, & approbare oporteat. non debet cessare effectus, & laudimij præstatio, durante enim ratione legis, & ipsa lex durat, l. illud 32. D. ad l. Aquil. l. Lucius 46. D. de

Quapropter licet in inuestitura ampliſſima alienandi facultas emphyteutæ, vel feudatario data sit ob id non censetur condonatum onus laudimij. Corbulus de causis ex quibus emphyteuta suo iure priuetur tit. de causa priuationis ob alienationem irrequis. domino factam ampliat. 1. num. 7. Viuius, & Marta locis præcitatis.

Rursus licet plerisque locis inualuerit consuetudo non requirendi, vel expectandi domini consensum, quando de alienatione emphyteuseos agitur, non ob id infertur, eximi eadem consuetudine à laudimij solutione, vti obseruatur in regionibus Pedemontanis teste Sola de re emphyt. num. 6. ad decreta antiqua post Purpur. & Amedeum. quemadmodũ etiam in Sabaudia vbi feuda sunt ad instar Patrimonialium Faber. C. de re emphy. def. 8. Idem receptum in Gallia Io. Faber in auth. ingressi, C. de Sacrosanctis Ecclesijs. Sola d. num. 6. quod obtinere deberet, vbicunq; adaucta est laudimij quantitas, plusque pretij, vel æstimationis quinquagesima præstatur ex Sola Tiraq. Freccia de auth. & potestate Baron. lib. 2. §. pluribus q. 27. num. 80. 82. &c. vt oneratus in vno in alio releuetur. l. ex empto. 11. §. 2. D. de act. empt.

Hæc autem facultas alienandi domino irrequisito ex sẽtentia Solæ priuat dominum prælationis iure, licet aliter sen.

sen. Pedemõtanus iudicauerit, & operatur ne cesset dispositio l. quoties 15. C. de rei vind. in emphyt. re absque domini consensu distracta.

NOTA XIIII.

An Dominus censeatur remisisse ius laudimij, data facultate libere rem abalienandi.

NOn amisit dominus laudimij exigendi ius, quamuis in inuestitura, vel feudi, vel emphyteuseos, vel alibi scriptũ reperiatur, concessum emphyteutæ in quemcunque volet nullo consensu domini adhibito, rem libere transferre in quemcunq; voler. Rosental. de feud. cap. 9. concl. nu. 12. post Iserniam Afflictum, Vesembecium, Martâ voto 33. nu. 6. idque duplici de causa, prima est quoniam licet amplissima alienationis facultas data sit, adhuc tamen necessarium esse domini consensum plures arbitrantur Roland. consil. 2. num. 134. lib. 1. qui asserit frequentiori DD calculo id approbatum Marta voto 32. per totum asseuerans hanc esse communem verissimamq; sententiam num. 3. ex Riminald. iun. cons. 18. num. 87. lib. 1. vnde Ozasch. decis. 163. num. 11. & alijs ostendit, licet feudum Francum factum sit atque à seruitijs liberum, ob id tamen non euasisse absq; domini cõsensu alienabile, quoniam verba secundum naturam actus intelliguntur. l. si stipulatus D. de vsuris. hanc tamen rationẽ non amplectitur Rosental. d. cap. 12. concl. nu. 12. ait enim data facultate alienandi posse rem etiam feudalem absque domini consensu alienari. Altera ratio est quoniam non dependet laudimium ab eo consensu, sed ab inuestitura vel approbatione, & in possessionem, vel dominium translatione. vt dixi Notis superiorib ideoque ex diuersis non valet illatio l. Papinianus exuli. D. de minorib l. vlt. C. de Calumnia. neque data facultate alienandi, colligi potest laudimialis prestationis liberatio, qa remissio, & donatio cessat, nisi alia interpretatio adhiberi possit quam liberalitatis exercen-

dæ, l. cum indebito, D. de ꝓbat. Menoch. de arbit. caſu. 88.

Et de emphyteuſi quod conceſſa facultate alienandi nõ cenſeatur ius laudimij exigendi remiſſum. Surd. deciſ. 200. num. 4. & 5. Corbul. de cauſ. priuat. ob alienat. ampliat. 2. num. 7. Contrarium quidem conſuluit Cẽphalus conſ. 699. num. 30. frigidis tamen rationibus eius opinio ſubnixa eſt ideoque non abs re à Surdo num. 5 refutata. Iuuant ſcripta Fabri def. 49. Theſ. deciſ. 169. Papij deciſ. 48. alienandi licentia conceſſa ceſſare ius ꝓlationis. l. quoties ab omnibus. 11. C. de fide icom. quemadmodum etiam ſi cogente magiſtratu venditio publicè contrahatur: niſi vbi contraria inualuit conſuetudo. Non tamen ob id volunt ceſſare ius laudimij expoſtulandi.

NOTA XV.

Ad q. 15. A Mẽdei diſtinctionem vtrum dominus emphyteutam approbauerit alienationiq; conſenſum adhibuerit poſt factã alienationẽ vel ante. priori caſu videri amiſſũ, & remiſſũ laud. non aũt poſteriore cõuellere auſus nõ eſt, Surd. dec. 200. nu. 6. dominũ quidem ſubijcit num. 7. videri in culpa ſi tranſlationi poſſeſſionis, & cõtractui aſſentiat ante laudimij receptionem, ex Mar. Freccia lib. 2. de feud. auth. 3. nu. 4 ideo ſibi imputare ſi quidpiam damni ex inde percipiat c. damnũ. De regul. iuris in 6. verũtamẽ cur is q ex parte ſua cõtractum adimpleuit alienæ fidei confiſus, ob id implementum ex parte ſocij expoſtulare prohibebitur? Roland. conſ. 69. lib. 4. Frãc. Bcecius conſ. 45. nu. 6. l. cum proponas, C. de pactis.

NOTA XVI.

Quomodo Canonis receptio caducitatis condonationem arguat, & quàm varia de laudimijs ratio ſit.

Ad q. 16. PLerique ſinuoſæ huius quæſtionis anfractus indiſtinctè, celeriterque traſgreſſi veritatis planiciem

vix

vix potuerunt aſpicere, ideo cautius, qui duodenis capitibus diſtinctis eam introſpiciunt. Primum caput eſt. Dominus caducitatis non inſcius canonem futurum accipiens caducitatis pęnam condonare præſumitur, liberaſſeq; emphyteuticarium à pęna commiſſi. Cuiac. l. 2. q. 5. de iure emphyt. Ruin. conſ. 110. lib. 2. Bart. l. 2. num. 8. C. de iure emphyt. Iaſ. nu. 114. quãdoqdẽ iniuria diſſimulatione abolet §. vlt. Inſtit. de iniurijs. II. Idem obtinet ſi Canonem expoſtulauerit. Cuiac. cit. Iaſ. l. vlt. num. 128. quemadmodum pretiũ petendo receſſiſſe à lege ſua videtur l. Aemilius Largianus, D. de minorib. l. poſt diem. D. de lege commiſſi III. cęterum remiſſa pęna nõ p̃ſumitur ſi emphyteuta conuentus canonis ſolutionem abneget, l. pen. D. ne quis eum qui in ius vocatus eſt vi eximat. IV. quando Canonem recipit nihil prodeſt proteſtari ſaluum ſibi velle ius caducitatis. Iaſ. cit. nu. 124. Corbul. de iure emphyteut. cap. 15. declar. 25. num. 2. quoniam proteſtatio contraria facto inutilis d. l. Aemilius largianus 38. D. de minoribus l. 1. §. 1. D. ſi vſus fructus petatur, & qui facit actum iuri quæſito repugnantẽ, cẽſetur id remittere. l. poſt diem 7. D. de lege commiſſ. At hic, dominus ipſe ſecum pugnat, nam dum penſiones futuri temporis poſt caducitatem exigit vult eum in emphyteuſi perſeuerare. V. excipe ſi emphyteuta huic proteſtationi aſſentiatur, arg. l. vlt. §. vim ſi prædixit. D. Nautæ Caupones, ſtabul. non ſufficiet tacere. Menoch. lib. 3. præſump. 112. nu. 22. VI. dñus emphyteutę laici canonem præteritum recipiens, præſumitur laudimiũ, caducitatemq; remiſiſſe Sarmient. ſelect. interpręt. tationum c. 6. lib. 3. Imol. e. potuit, de locato nu. 4 cũ enim vti poſſit duplici iure, vel expulſionis, vel receptionis canonis, dum altero vtitur, altero priuatur. l. reſcriptum 10. §. ſi pactum, D. de pactis, l. 3. §. labeo ait; D. de doli mali exceptione. l. vlt. §. vlt. D. de eo, quod certo loco, ſed Cuiac. ad l. 2. q. 5. C. de iure emphy. cotrariũ ſentit cũ Fulgoſ. motus Nouel. 120. neque obſtare l. poſt diem, D. de l. commiſſ. & ſimiles. Nã ibi qui p̃tium exigit ideo rẽ petere poſtea non poteſt, quia variaret, & ſecum pugnaret. At qui exegit præteritas

pensiones, & postea laudimium, neque variat, neque secũ pugnat VII. Hoc tamen sexto casu protestatio reseruat ius laudimij,& caducitatis, argum. eorum quæ tradit Menoch. præsumptio. lib.3.cap.11.num.18. quia protestatio reseruat ius animumq; patefacit.l.si debitor.10.§.1. D.quibus mod. pignus,vel hypoth.soluit. VIII. Emphyteuta Ecclesiæ quãuis elapsi temporis canonem recipiat ob id non præsumitur renunciasse caducitati. Auth.qui rẽ C.de Sacrosanct.Eccles.& Nouel.120. Iaſ.l.2.nu.127.ibid.Cuiac.IX.Ignorãs caducitatẽ licet canonẽ recipiat non p̃sumitur iura ignota caducitatis remittere. Corbul.de iure emphy.c.15.declar.21.num. 14.quoniam nemo prę̃sumitur renuntiare iuri, quod ignorat sibi spectare,l.mater 206. D. de inoff.l.cum de indebito 25. D.de probat. X. Procurator cañonem recipiẽs caducitatẽ remittere minime præsumitur, vt enim ius quæsitum remittatur à procuratore, speciali mandato opus est, l. contra iuris, §.filij,D.de pactis, Ruin. cons.110.num.10.lib.3. Dec. consil.319.nu.3. XI. Nusquam receptio canonis laudimij remissionem arguit. Surd.decis.200. num.5. vers.sic videmus, qui fatetur male Amadeum hic fuisse subdubiũ. Primo quia donatio tunc temporis cẽsetur facta quoties alia actus interpretatio operantisuè intentio haud commodè assignari potest nisi liberalitatis exercendæ, nam si alia coniectura adsit, ea perpetuo recipienda est l.eleganter.§.qui reprobas D.de pign.act.l.si cum D. de solut. potiusque error, & fatuitas quam donatio præsumenda,l.etsi me putem,iuncta, l.1.D.de cond.indebit. Menoch.casu 88.de arbitrar.in prin. Secundo, quoniam quoties duo coniunctim sunt in obligatione, vti altera obligatio ex alterius omissione non proficiscitur, tunc etiam neque vnius protestatio alterius remissionem inducit à contrario casu,argu.l.3.§.labeo. D.de doli mali except. l.2. D.si quis caut.l.rescriptũ,10.§.si pactũ.D. de pactis iuxta vulgatum axioma, quemadmodum se habet oppositum in oppositò, ita propositum in proposito, l. vlt. §.vlt. de leg.3. Tertio,quoniam in petitione,præstatione q; laudimij,& canonis nullum adest obstaculum,quod vtriusq;

actio-

actionis concursum remorari possit, neque iniquum est, & laudimium petere, & canonẽ consequi, cum neq; ex hisdem fontibus exoriantur, neque inter se pugnent, neque tandem adsit vllum ex his quę actionum concursum impedire recẽsentur à Bart. Alciat. Cagnol. & alijs in l. edita. C. de edẽdo. Actionum scilicet origo, exercitium, sententiæ præiudicium, executioue, vt in l. 1. C. de furtis. l. si mihi, & tibi de leg. 1. l. cũ quęritur. D. de except. rei iudic. l. de eadem re. l. plures de act. & oblig. l. fundum de except. l. 1. D. si fam. furtum fecisse dicatur. Itaque multo magis diuersis separatisque iudicijs ꝓponi poterunt, neque alterius actionis institutio alteram perimere poterit. Quarto, namque separata toto cęlo sunt caducitas, & laudimium, diuersa penitus vtriusq; ratio, vnde mirum contrariæ sententiæ autores ideo ex canonis receptione præsumere laudimium remitti, quoniam ea pariat caducitatis prędsumptam indulgentiam, repugnante vulgato axiomate ex diuersis diuersam separatamq; rationem habẽtibus non valere argumentum l. Pap. exuli D. de minor. l. vlt. C. de calumniat. XII. Quoniã à Ponte, & alij plerique vndecimę assertioni refragari videntur. Subiungo postremã vulgo nullo discrepante receptã. Quoties canon recipitur, vel ab ignaro laudimialis obligationis præcedentis, vel ab eo qui apertè protestatur, se nullo pacto laudimium condonaturũ, vel ob emphyteusim Ecclesiasticã, vel à ꝓcuratore speciale mandatum renunciandi laudimij, non habente tũc absque dubio laudimiali præstationi ob canonis expostulationẽ, & receptionẽ subsequẽtes dñm renũtiasse nõ ꝓsumitur, huius veritas patet ex superioribus capitibus, & ex traditis à Corbulo capit. 15. declar. 21. num. 14 de iure emphyt. Menoch. lib. 3. præsumpt. 112. num. 22. Iaſ. l 2. num. 127. & seqq. & quoniam ius ignotum non præsumitur remissum, l. si quando, §. vlt. C. de inoff. ꝓtestatio conseruat ius protestãti competens l. & si quis §. plerique, D. de relig. & sumpt. funer. emphyteuta Ecclesiæ, in Nouell. de alien. & emphyt. §. si verò aut locator. De procurat. quoniã desiderat speciale mãdatum in ris quæsiti renunciatio d. l. contra iuris, §. filius, de pactis Berous conſ. 16. nu. 10. lib. 1.

NO-

NOTA XVII.

De amissione laudimij ob negligentiam, vel dissensum domini in nouo emphyteuta admittendo, & inuestiendo.

Ad q. 17. QVatuor assertionibus tota hæc res accuratè expediri potest. Assertio prima reuera. l. vlt. præfigere duorum mensium spatium domino directo ad consensum alienationi præstandum; idque traditur verbis expressis. §. vltim. eiusdem legis. Verum hos duos menses intra quos nouum emphyteutam debet admittere, distinctos esse ab alijs duobus quibus eidem domino denunciatur, an velit rem emere, necne, vt ostendit eadem l. vlt. §. sin autem duorum mensium coniuncto. §. vltim. & ibid. Cuiac.

Secunda assertio, nisi intra duos posteriores menses dominus requisitus, & testato conuentus nouum emphyteutã admiserit, his elapsis non esse necessariam susceptionẽ, neque dari quinquagesimam pretij, seu laudimium. Sed valere alienationem perinde, ac si fuisset nouus emphyteuta à domino receptus. d. §. vlt. & ibidem Cuiac. nam qui finit tempus labi dicitur renunciare concessionibus, & priuilegijs intra tempus impartitis. Bald. l. 1. C. de in integr. restit. atque ius concessum intra tempus postea dicitur denegatum. l. si vnus 27. §. 1. D. de pact. Limitatiq; temporis ea vis est, vt postea inducat contrariam dispositionem. l. fratres. D. de pœnis. Vnde colligimus, vel dominum renunciasse, vel exclusum duobus mensibus elapsis post factam alienationem.

Tertia assertio, incontinenti dominum posse emendare moram consensu adhibito, nouumque emptorem admittere dummodo priuationis laudimij iudiciaria declaratio nondum secuta sit. Primum quoniam exploratum est etiam in pœnalibus regulariter concessam esse moræ purgationem incontinenti. l. si seruum. §. sequitur l. si insulam. §. continuus. §. item qui insulam. l. si ita quis. §. Seia Cauit. D. de verb. oblig. Secundo quoniam ipsemet emphyteuta, de quo

ex-

expreſſim ſancitum eſt, vt iure emphyteutico cadat ſi aliter verſatus fuerit, quam Iuſtinianea conſtitutio præſcribat. d. l. vlt. § vlt. C. de iure emphyt. poteſt celeriter, & incontinenti neglecta erga dominum officia peragere, & moram emendare. text. in cap. potuit, de locato, vbi id expreſsè decidit. Sarmient. lib. 3. ſelect. interpræt. c. 5. Bald. l. ſi pacto quo pœnam. C. de pactis. Ang. l. & ſi poſt tres. D. ſi quis cautionibus. Menoch. de arbitr. caſu 7. Idem ius domino officio ſuo fungi negligente, & conſenſum procraſtinante concedendum, vt relatiuorum eadem ſit diſpoſitio. l. vlt. C. indict. vid. toll. l. 2. C. de cupreſſis, vt ſeruetur in contractibus æqualitas, & ne rigidiores erga dominum, quam erga emphyteutam videamur; maximè cum magis domino officiat mora emphyteutæ in canone præſtando, quam offendat emphyteutam, mora domini in conſenſu interponendo.

NOTA XVIII.

Non deberi laudimia ex feudo franco, niſi aliter conuentum.

Ad q. 18. NEgant deberi ex franco, & ex cæteris, niſi vel pacto in inueſtitura, ita conuentum, vel vniuerſali regionis conſuetudine id receptum, quod etiam fatetur hic Amedeus Roſentall. cap. 6. conclu. 66. Mar. Frecc. lib. 2. de ſubfeud. Baron annot. 3. nume. 2. Capic. Marin. Syluan de eo Marta voto 32. per totum, feudum francum hac in re à cæteris differre à veraq; fundi natura degenerare, vt ſit immune ab omnibus ferè ſeruitijs. Roſſentali cap. 2 concluſ. 59. nu. 1. & 2. cap. 8. concluſ. 8. num. 1. Surd. de alimen tit. 1. quæſtio. 55. num. 25. Decian. conſ. 19. num. 190. lib. 3. Verumtamen quamuis ſit à ſeruitijs militaribus liberum, vaſſallum debere, & conſilio, & taciturnitate domino opitulari. Roſſentall. d. concluſ. 59 num. 3. & 4. alioquin repugnantia contineret ſi eſſet feudum, & non eſſet fidelitati obnoxium.

Cæterum in amittendo, non dicitur ita francum, quin ijſdem quibus alia delictis, culpisq; deperdatur, excepta cauſa ſerui-

seruitiorum non præstitorum. Rossentall ibidem num.3. in allegat. Alex. consi.19.& 20.lib.1.Bald.prælud. feud.nu.53. Non esse immune à iuramento fidelitatis. cap.6.concluſ.39. num.3 Rossentall d.cap.2.concluſ.69.lit.A Tiraquel.in l.si vnquam,C.de reuocand.donat.numer.339. verſ. donatione largitus In repentinis debet succurrere domino. Rossentall cap.8.concluſ.21. nu.6. hostibus irruentibus, Turca, Tyranno,de quoidemagit cap.5. concl. 79. num.8.

Tandem inspicienda inuestitura est,quia ex pactis ibi adiectis plus minusvè præstabitur cap.8. concl.8.nu.1.

NOTA XIX.

An in commissum feudum emphyteusisve incidant: Laudimij solutione neglecta.

Ad q.19. LAudimij solutione, & præstatione neglectâ emphyteusim non incidere in commissum pœnamvè caducitatis decisum in Senatu Mantuano decis.200.apud Surdũ, nam priuationis pœnæ non nisi in casibus à iure nominatim expressis infliguntur.§.cum igitur.verſ.non est lex. Nouella de non elig.secundo nub.mulier. quinq; alijs rationib. hanc verissimam sententiam Surdus stabiliuit quem vide. Idem existimauit Sol.de iure emphyt.ad decreta antiqua Sabaud. num.32. nullumq; exstare tempus à iure præfixum intra cuius curriculum Laudimij solutionem non requisitus,& minimè interpellatus facere cogatur, ideoq; nunquam in mora, quia mora,aut per interpellationem, aut per diei lapsum cõmittitur l magnam C.de contrah.& committ.stipul.l.videamus.ff.de vsur. neque ẽt præfixum esse tempus ad inuestiturã petendã in emphyteusi secus in feudis, ex Burs.conſ.137. nu.48 sed hęc extẽditur prima snĩa vt idipsũ in feudis recipiat. Sola cit.&rationes Surdi id cõuincũt,licet de feudo nõ esset apud eum orta disceptatio,& quoniam mora,aut per diei lapsũ,aut per interpellationem dumtaxat regulariter contrahatur. d.l. videamus. d.l.magnam. ab his dissentire videtur

Molina

Molina de contractibus disp. 459. nu. 2. cuius sententia restringenda. quando alienatio fit domino inconsulto, alioquin erronea est, tamen in Pedemontio, licet absque domini consensu alienare. Sola loco citato num. 6. aperte dissentiũt Viuius decis. 496. Laurent. decis. 143. quorum opinio rigidior, quam vt amplecti mereatur.

Quid si interpellatus emphyteuta, vel feudatarius laudimij præstationem recuset affirmant plerique incidere in commissũ apud Viuium decis. 406. num. 13. ex Rom. consil. 12. num. 6. vbi Mandos. alij negant, alij distingunt, an alienatio agnato, an extraneo facta. Censeo si recuset, conueniendum, & condemnabitur non solũ ad laudimiũ, sed etiam ad interesse; hęc .n. est pœna morosi, quoties alia non est lege nominatim statuta. l. mora D. de vsuris omnes in l. quod te D. si cert. petat. idem conuincunt supra Sol. & Surd.

An verò supposito, quod alicubi receptum dari tantum annum, & diem ad laudimium præstandum, vti censet Viu. decis. 496. num 13. elapso eo tempore licitum sit emendare moram? negat Rota Auenion. apud Laurent. decis. 143. nu. 6. affirmat Viu. decis. 496. num. 14. versi. sed istam. cuius sententia sectanda, quoniam regulariter est concessa moræ purgatio in causa caducitatis antequam res declarata sit caduca, & ita decisum apud Rotam Rom. teste Cantuc. decis. 28. inter decis. diuersor.

NOTA XX.

An Laudimium pertineat ad proprietarium, vel ad vsufructuarium.

Ad q. 20. FRequentius in foro recepta sniã est, vt ad fructuarium pertineant laudimia, quæ durante vsufructu obueniunt Gutierrez de tutelis part. 3. c. 24. num. 16. qui ita testatur communiter frequentari ex Menoch. conf. 66. num. 36. lib. 1. Barbosa in l. diuortio. §. si vir num. 43. D. sol. matr. Faber C. de iure emphyt. def. 46. quamuis fateatur commissũ esse proprietarij, si dominium directum cum vtili consolidetur

tur ex Oldr.conſ.24.Pap.q.477.Lud.Molina de iure primogen.lib.1.cap.22.num.12.& 13. qui & vſufructuario deberi, & maioratus poſſeſſori luculenter diſſeruit. Sola ad decreta antiqua de iure emphyt.num.33. qui hanc ob rem ait in legatum vſusfructus venire laudimia,& relevia ratio in promptu,quoniam ſunt obuentiones,& inter fructus.

Hanc tamen ſententiam aliqui ex recentioribus abſurdiſſimam appellant Franciſcus N.obſer.lib.5.cap.9.in tractatu feudali. Et in emphyteuſi eam refellit Peralta apud Molinam in l.Titia cum teſtamento. §. Titia cum nuberet, D.de leg.2.n.9. verſ.alij vero,tametſi fateatur deberi maioratus poſſeſſori, mouetur Franciſcus N. quoniam obuentionum aliæ ſunt reales, quę propter rem ipſam, vel ex re ipſa debentur,quas æquum eſt poſſeſſori cõcedi, quia rei quoque onera ſuſtinet.l.vſufructu.7 §.1.l.vſusfructus 58. D.de vſufruct. aliæ verò perſonales, quæ propter ius perſonæ debẽtur veluti fidelitatis præſtatio lib.2.tit.5.& tit.26 Feudorum,vt reuerentia, & honor ſeniori præſtetur,ſicuti patrono à liberto.l.liberto 9 D. de obſeq. patrono præſtandis. l. generaliter, D. de in ius vocand. Sed laudimia non ob rem, ſed ob perſonam debentur, vt ſint teſtificationes, & recognitiones quædam autoris beneficij ſicuti cenſus qui ex prædiorum prouincialium venditione fiſco dabantur. l. 7. C.ſine cenſu vel reliq.igitur domino directo debẽtur, ita vt vſusfructuarius omnes quidem fructus ex re, vel ob rem prouenientes percipiat.l.meuius 66.§ penult.de leg.2. dict.l. vſufructu 7. D. de vſufructu. Vērum reſpuenda hæc ſententia, debẽtur enim laudimia ob rem ipſam,& ex re licet non niſi domini voluntate interueniente à quo inueſtiturã accipere oportet.arg.l. ſi ſeruus 61. §. locaui. iuncta l. falſus 43.§.vlt.D.de furtis.l.ſi quis mihi 25.D.de acq.rerum.Secũdo mouetur, quoniam vaſſallus fructuarium facere nõ poſſit quaſi is fructuarius ſit, cui alium fructuariũ facere non licet.l.ſi vſusfructus.66. D. de iure dotium. Verum id apertè falſum eſt,conſtat enim & vaſſallũ, & emphyteutam verum vſumfructum poſſe cõſtituere, ſaltem durãte eorum vitę curriculo

riculo. Molina de iure primogen. lib. 1. cap. 19. num. 23. & c. 20. nu. 6. Tertiò mouetur quoniam solius domini ius erit inuestire. l. vlt. C. de iure emphyt. igitur ēt ad eū solum pertinebit laudimia recipere. Respondeo verum esse ꝙ ius inuestiendi ad dominū, & proprietarium, non aūt ad vsufructuarium spectat, quia vsufructuarius dominus nō est. l. pen. D. de acq. possess. & nemo potest, aut dominium vtile transferre, aut translatum approbare qui dominus non sit. l. vltim. C. h. t. verum quid prohibet, quominus vni laudimia præstentur, & ab alio inuestituræ accipiantur? vt ait Faber loco citato &c. nam laudimia ad cōductorem pertinēt Aenn. Rob. lib. 3. c. 18. qui tamen laudare non potest.

NOTA XXI.

De emphyteusi à domino directo acquisita, & ita consolidata. an laudimium conductori præstandum sit.

Ad q. 21. VEndita emphyteusi vtiliue rei emphyteuticæ domino ipsimet domino directo iure prælationis aliavè ratione nullum laudimium considerari posse, neque per fructuum conductores ipsum dominū expostulari. Costa de retrotractionibus cap. 8. casu 11. numer. 6. Mauritius Burg. de laudimijs parte 1. inspect. 4. num. 49. Odofred. Alberic. Iason acquisito enim per consolidationem integro, & toto rei dominio omnia iura emphyteutica extinguntur, eo quod nemo possit esse dominus directus, & vtilis eiusdem rei non magis quam debitor, & creditor, l. debitori. 50. coniuncta l. hæres. 24 §. quod si stipulator, D. de fideiuss. l. vranius. Et quia facilis esse dicitur vniuscuiusque rei reditus ad suam naturam Can. quauis de consecrat. dist. 4. l. si vnus 27. § pactus ne peteret. D. de pactis, at natura sua omnes res sunt, & laudimiorum præstationibus, & alijs seruitijs, atq; oneribus immunes arg. l. altius. C. de seruit. & aqua, omnia natura sua libera.

NOTA XXII.

De eadem re. alienata scilicet emphyteusi Domino directo.

Ad q.22. QVærit. Rendela an si eo casu quo emphyteusis domino directo alienatur, & nullum præstatur Laudimium contigerit iure congrui ab eodem amoueri. Ita censeatur ius laudimij p cõsolidationẽ exstinctum, vt id repetere non possit, & asserit posse consequi, ac si reuera id persoluisset, nu. 34. de iure p. homiseos verbo p emphyteusim eiusdemq; sententię auctores citat Tiraquell. & alios.

Quærit sola si pro ea emphyteusi quę domino directo alienatur is Principem recognoscere teneatur an laudimium Principi consolidationis gratia dandum sit mihi videtur subdubius, & anceps, in eam tamen sententiam inclinat, vt non debeatur quoniam tunc extinguitur potius quam trãsferatur vtilè dominium pro quo laudimium debetur, l. vlt. C. de iure emphyteutic. sentirũt Faber, & Angel. Solæ opinio cẽsetur verior quẽ vide num. 26. de iure emphyteu. ad Antiqua Decreta Sabaudiæ, excipe nisi adsit consuetudo in cõtrarium quam seruari, & in laudimijs, & in cęteris, nisi aperte irrationalis sit, iurî cõsonum est, l. circa locationem 19. C. locati, l. venditor. 13. §. si constat D. communia prædiorum, c. vlt. de consuetud. l. de quib. de legib. l. vlt. C. quæ sit longa consuetudo Biaggius tractatu de consuetudine.

Iuuat quod tradunt acquisito feudo, per Principem, ius subfeudi extingui Faber. def. 1. C. de iure emphyt. vide Petrũ Gregor. Tholosan. Sytagr. iuris p. 3. lib. 45. cap. 16. num. 5. & 6. similiter acquisita emphyteusi per primũ emphyteutã à secundo emphyteuseos ius extinguitur, propterea nullum laudimium præstabitur.

NOTA XXIII.

Si fundus emphyteuticus in alterum ex plurib. dominis directis abalienetur.

Ad q.23. NIhil prohibet quin solutio laudimij, pro rata alij debeatur, quia laudimia sunt onera realia emphy

teuseos,

teuſeos, vel feudi quæ rem ſequũtur quocunque eat Chaſſan.
1 in conſuetud. Burg. rub. 11. gloſſ. 1. num. 9. res progrediuntur cum ſuo onere, l. alienatio 67. D. de cõtrah. empt. Dein-
2 de quoniam laudimia ſũt inter fructus, cum omnis vtilitas occaſione rei, pueniẽs fructuũ nõe veniat Cuiac. in Paratit. Digeſt. de vſuris & fructibus Alexand. l. diuortio, D. ſol. matr. l. cum autem 23. §. vlt. de ædil. edict. & æquum non ſit ſociũ à ſocio debita fructuum portione priuari, l. non debet actori de reg. iur. Tertio neque inconueniens dominium vtile, vel iura emphyteutica pro parte propria extingui, & confundi atque conſolidari, pro parte vero ſociorum inconfuſa, & integra remanere, vt in ſimili in l. frater à fratre, D. de cond. indebit. l. filium quem. C. fam. erciſc.

4 Quid è conuerſo ſi res emphyteutica inter plures ſocios fratreſue diuidatur? Dicendum diuiſionem quoque penſionis fieri, Verum ex ſingularũ portionum alienationibus laudimia D. directum conſecuturum; Faber C. de iure emphyt. def. 39. & def. 10. Duo tamen adnotanda ſunt, primũ diuiſionem factam debere apparere pro diuiſo certis portionib. & ſeparatim vnicuique adſcriptis, alioquin quandiu ita diuiſio facta non eſt ius Canonis eſſe indiuiduum, l. cõmuni 7. D. comm. diuid. arg. l. tale pactum, §. poſt diuiſionem, D. de pactis. Secundum duram, & ſumptus in diuiſo canone diſtribuendo poſſeſſorum fieri expenſis, neque dominũ ad aliud teneri quam inſtrumenta oſtendere, ne tantopere lędatur ius domini directi d. l. cõmuni 7. D. communi diuid. & niſi omnes ſoluãt poſſe emphyteuſin auocare, quoniã ea actio indiuidua natura ſua ſit, l. rem hæreditariam, 65. D. de euict. Faber locis citatis Polidor. Ripa, & Caballinus ad Bart. de diuid. & indiuid.

NOTA XXIV.

Cui dandum laudimium vbi adest feudum, & subfeudum, vel primus, & secundus emphyteuta. quid fisco emphyteusim ad se deuolutam alienante.

Ad q.24. VBi adest feudum, & subfeudum domino immediato feudi non superiori laudimia debentur Rossentall. de feud. c.6. cõcl.66. nu.10. Menoch.cons.226.nu.16. quoniam ad eum omnia feudi emoluméta pertinent Rossentall.cap.8 q.10.num.2.d.cap.6. q.63.num.1. laudimia autẽ sunt inter fructus, & emolumenta arg. l. mercedes 29. D. de petit. hæred. nos supra q.

Quid si fiscus priuato in sub feudo, vel emphyteusi succedat aliqua ratione, & ea bona alienet? Dicunt præstanda laudimia aliasque obuentiones quæ à priuato distrahente remque possidente in cuius locum successit persoluerentur Pereg. de iure fisci lib.6. tit.4. num.48. qui asseuerat in Cameris Reip. Venetæ id obseruari quoniam fiscus succedens priuato vtitur iure priuati, l. fiscus, 6. D. de iure fisci, l. cum quæritur 17. §.fiscus D. de vsuris.l. via.23. §.si fundus, D. de seru.rust. p̃dior. proinde sicuti priuato cuius bona ad fiscum deuoluuntur alienante daretur laudimium, idem in fisco statuendum, quia etiam fiscus vtitur iure communi nisi in casib. in quib. reperitur nominatim priuilegiatus l. non puto D. de iure fisci quam Gribaldus Cherienſis eleganti commentario illustrauit.

NOTA XXV.

De diuisione vni. ex socijs fratribusue totius rei assignatione à Iudice aut cohæredibus, aut socijs facta. Atque societatis redintegratione.

Ad q.25. CEssare laudimiorum onus in diuisione, inter fratres cohæredes, vel inter socios initaue repudiatis distinctioni-

stinctionibus hic à Ponte adductis solemniter coniunctis classibus edictum in Curia Parisiensi testatur L. Charondas responsorum lib. 7. cap. 207. in Curia Tolosana Maynard. decis. 43. lib. 4. num. 1. Molina de contractib. disp. 460. Gama decis. 242.

1 Itaque Sola de iure emphyt. ad decreta antiqua, num. 24. asserit quidem, distinctiones à Ponte vtrum emphyteusis vel feudum sit antiquum, paternum, vel nouum in Patria Pedemontana obseruari, & pro ea adduci posse Angel. in l. in fuga, C. ad l. Flau. de Plagiar. ingenue tamen fatetur iuri cõmuni haud quaquam congruere.

2 Quid si vni, ex coheredib. vel socijs res tota adiudicetur quę haud cõmodè recipit diuisionẽ non deberi laudimiũ oẽs cõsentiunt Sola, Molina, Maynard. Charondas, qui ita decisũ referunt in Curia Parisiensi, & Tolosana. Addunt Gabriel. consil. 84. Idque seruari etiamsi Iudex vni ex cohęredibus vel socijs non tanquam cohęredi, sed tanquam plus offerẽti adiudicet, solet enim iudex diuisorius rem quæ incõmodam diuisionem recipit licitationib. inter socios, vel cohęredes exponere, & plus offerenti assignare, vt vnus rem, alter pcij partẽ cõsequatur. §. si familiæ, inst. de iudicis officio, nec id domino superiori graue est, imo vtile rẽ non diuidi, ne à pluribus pensiones diuisim recipere cogatur, quod valde incõmodum, l. 3. D. famil. ercis. l. 3. D de alim. & cib. legat. l. cũ hi 7. §. vult igitur, D. de transact.

3 Quid si commodè res diuidi possit, vni tamen assignetur, respondent dandum esse laudimium Gabriel. d. consil. 84. Sola d. nu. 24. Maynard. d. decis. 43.

Alij distingunt, vel assignatur res vni, ex socijs aut cohęredib. ante diuisionem, vel post diuisionem priori casu non deberi laudimium, posteriori deberi, Molina disp. 460. nu. 8. de contractib. autores refert huius sententiæ Bartolum Cald. Sylvestrum, &c.

4 Benignior videtur sententia non deberi ex assignatione alteri ex socijs facta dummodo, vel ante diuisionem, vel in ipsa diuisione id fiat, neque caret ratione, naturæ enim lex est

commodum compensari cum incommodo, l. secund. naturam de reg. iuris, l. 1 §. vlt. D. de aqua plu. arcend. at ex assignatione totius emphyteusis vni facta dominus summum habet commodum, teneretur enim à pluribus petere, quod ab vno per hanc assignationem consequetur, quæ res cessat per Natta d. l. 3. fam. ercisc. igitur compensari hoc cõmodum poterit cum laudimij immunitate, qua huiusmodi assignationem gaudere decet, & certè si diuisio, quæ causat dominio incommodum, immunis à laudimio, est cur nõ, & assignatio quæ eidem vtilissima præsertim si iudicis auctoritate id factum sit, cuius factum dicitur ius, legisque facto æqui paratur, l. pen. D. de iust. & iure.

Cæterum si post diuisionem omnium portio vni tradatur alienetur ue, vel vnius alteri, etiam inter fratres æquum est dari laudimium, vt aiunt Molina Mayhard. Charũd & Sola locis citatis, quia tunc eadem ratio, quæ in alienatione extraneo facta, noua que inuestitura opus, & domini admissione, dominij que translatio interuenit propter quæ præstatur laudimiũ, l. vlt. C. de iure emphy. qua de causa Sol a id obtinere in feudis censet, quando dominus excludit fratrem, neque frater in inuestitura comprehensus, quoniam tunc cẽsetur extraneus, c. 1. §. cũ verò Conrad. qui feud. dare possit vti dicit Bar. de filia exclusa. l. 1 §. sciendum, D. de suis, & legitimis.

Quid si diuisione absoluta coheredes fratres, vel socij rursus societatem vellent renouare communionemque redintegrare affectent? Negant deberi laudimium Sola, & Pulp. loco superius. cit. nu. 25. de iure emphyt. ad antiqua Decret. Sab. quorum opinio duplici ratione validatur quoniam laudimium præstetur dominio translato d. l. vlt. hic non est translatio, sed potius communicatio, l. si tibi areæ D.

NO-

NOTA XXVI.

In alienatione necessitate vrgente facta, laudimia non deberi, excipiuntur aliqui casus. Agnatum qui rem retrahit laudimia refundere.

Ad q.26. CVm necessitatis innumera priuilegia, quæ id quod illicitum erat, licitũ reddit l. alienationes 13. C. famil. erciscund. l. minorib. C. de prædijs min. Hinc fit, vt siue publica, siue priuata necessitate suadente rei emphyteuticæ sequatur alienatio; regulariter laudimiorum onus cessare frequentius, & in foro, & in scolis traditum sit, vt præter Brunum, Crau. & Ias. testantur Roland. cons. 25. num. 16. lib. 1. Bart. l. & ideo D. de condict. furt. Maynard. decis. 44. lib. 4. vti si quis fauore religionis, libertatis, pacis, ædificiorum quæ ad Decus vrbis fiunt quis vendere cogatur, atq; ita sæpius decisum. vti etiã refert Chopp. de morib. Paris. lib. 1. tit. 3. num. 14. Idem tradit Faber def. 23. in fin C. de iure emphyt. etiamsi agatur de iuris feudalis necessaria venditione Guid. Pap. q 411. num. 2. Io. Papon. lib. 13. tit. 2. §. 22.

Excipiunt, quando postulante creditore bona debitoris publicè distrahuntur, tunc enim deberi laudimium inueterata consuetudine receptum. ait Faber def. 23. C. de iure emphyteut. duplici de causa. Prima quoniam non tam ex precisa necessitate id fieri dicitur, quin ex voluntate debitoris pendeat, qui id malle videtur, quam aliter soluere, Ranch. ad Guid. Pap. q. 48 l. si ob causam 13. C. de euict. secunda est quoniam licet huiusmodi distractio sub hasta postulante creditore fiat, intelligitur tamẽ à debitore non à creditore fieri not. in l. 1. & 2. C. si in causa iud. pign. cap.

Excipiunt secundo quoties adest conuentio inter dominum, & emphyteutam, vel feudatarium, vt alienatione quandocunque secuta, vel quomodocunque detur laudimium, virtute clausulæ illius vniuersalis, Sola de iure emphyteu. numero 37. ad Decreta antiqua Sabaud.

de quorum vī Crau.conſ.290. nu.4. alioquin videtur ea verba ſuperfluò adiecta, quod non eſt ſentiendum Crau.conſ. 84. num. 12.

Agnatum verò, qui iure retractus aduerſus emptorem vtitur, debere eidem refundere laudimium domino directo ſolutum, & ſi nondum ſint ſoluta debere ea domino directo præſtare voluit Curia Toloſana apud Maynard.deciſ.36.lib. 4.vide Charūdam lib.7.reſpōſ.c.21. Chopp.de morib.Pariſ. lib.1. tit.3. num.8. qui præterea cum Amēdeo ſentiunt vnū duntaxat laudimium etiam ſi retractus ſubſequatur, deberi.

NOTA XXVII.

De datione inſolutum. ſubhaſtationibus, iudicialique addictione in concurſu creditorum.

Ad q.27. ETiam ex datione in ſolutum præſtantur laudimia Theſ.lib.2.qu.forenſ.q.82.in princip. Fab. def.30. C.de iure emphyt. Theſ. deciſ.139. Contrarium tamen cenſuit Francus deciſ.277.p.2.in caſu ibidem deciſo.

Extenditur prima ſententia, primo ad dationes in ſolutū, quæ in executionem rei iudicatæ ſubſequuntur, vt creditori ſatisfiat præcedentibus ſubhaſtationibus, ita deciſum refert Faber. in Senatu Sab.def.30. & def.31. & def.38. quēadmodum de addictione bonorum authoritate iudicis facta deciſum refert Maynard. in Curia Toloſan.deciſ.30.num1. quamuis hac de re nō omnium eadem opinio, vt videre licet apud Franc. loco ſup.cit.in patria Pedem. res eſt extra controuerſiam ex quacunque datione in ſolutum præſtari laudimium, vt teſtatur Theſ.d. deciſ.139.

Extenditur ſecundo etiāſi addictio iudicialis fiat præuijs ſubhaſtationib. in cauſis diſcuſſionis ſententia iudicis creditorūq; cōcurſu interueniente, vti deciſum in Curia Toloſana ſcripſit Maynard.deciſ.42.lib.4.idque exacte obſeruari in vniuerſo Galliæ Imperio.

NO-

NOTA XXVIII.

An laudimium in permutatione locum habeat.

Ad q.28. SEnatus Tholosanus iudicauit regulariter cessare laudimium in permutationibus late Maynard.decis.37 lib.4.

1 Crebrior videtur contraria sententia, quam sequuntur Cuiac. l.vlt.C. de iure emphyt. in fin.Molina disp. 461. nu. 1. Laurent. decis.143. Viuius decis. 496. num. 9. probatur

2 que apertissimis verbis d.l.vlt. Prioris sententiæ sectatores varios casus excipiunt. Primo quando permutatio simulata, vel fraudulenta maxime quando fraus de contractu ad cõtractũ, vt si fingatur permutatio,& sit alia conuentio.C.plus valere quod agitur argum.l si sponsus,§.circa venditionẽ.D. de donat. inter virum, & vxorem.

3 Excipiunt secundo, vbi consuetudo contraria inualuit, quia consuetudo in laudimijs seruandà. Piag. de consuetudine cap.11.num.334.

4 Excipiunt tertio quando pro specie datur, & species, & precium,si precium rei valorem excedat quasi præponderãte pretio censetur contractus emptionis.Ita decis.Maynard. d.decis. lib.4.

NOTA XXIX.

Dos. Dotis augmentum.donatio propter nuptias. lucrum dotis perpetuò in laudimio priuilegiata.

Ad q.29. INter innumera dotis priuilegia hoc reponendum, vt sit à laudimijs immunis, siue quod ea alienatio necessaria & in Reip.vtilitatẽ l.1.D.solut.matrimonio,quę alienationes laudimiorum onera nõ sentiunt,Maynard.dec.44.lib.4.

1 siue quoniam mulier adhuc dotis domina perseueret l.si cõstante 24.§.si maritus, D. sol.matr.l. in rebus 30. C. de iure

dotium quamuis maritus vtile dominium, & bonitariũ nãciscatur, l. doce ancillam 9 C. de rei vind. l. quamuis 7 9. D. de iure dotium atque ita decisum in Curijs Gallicis Maynard. decis. 41. lib 4. Charond. & Ranchinus ad Guid. Pap. q. 48. in Sabaudia Faber. def. 55. C. de iure emphyt. in Regno Neapolitano Viu. decis. 496. nu. 9. in Pedemontio Sola ad Decreta antiqua, de iure emphyt. num 17. in Regno Lusitanię, alibi in Hispania, Gam. decis. 283. decis. 127. Molina de contractib. disp. 461.

2 Quid de lucro dotis? negat deberi laudimium Sola d. nu. 17. ex Bart. in l. 1. C. de impon. lucrat. descrip. Purpur. cons. 3. num. 2.

3 Quid de dotis augmento facto à marito? neque deberi censent Purp. & Sola locis citatis.

4 Quid de donatione propter nuptias? Molina, & Gamma distinguunt, si fiat à parente, non præstabitur. si verò ab extraneo præstabitur. Sed conuellitur huiusmodi distinctio ex his quæ scripsere Faber, Maynardus, Purpur. Barto. Sola, idque rationibus elegantissimis.

5 Quid si fundus in dotem datus æstimetur? neq; tunc deberi quamuis desinat esse fundus dotalis. Ita decisum refert Maynard. dicta decis. 41. num. 3. & 4.

6 Quid si dos in pecunia numerata promissa, & postea fundus datus fuerit in solutũ constante matrimonio? plerisque rationibus Faber ait tunc deberi laudimium neque enim esse contractum dotis, sed multum à dote differentem def. 55. num. 7.

7 Quid si dos ab extraneo promissa dataue sit? negãt Molina d. disp. 461. de contractibus Gamma d. decision. 6. Viuius decis. 496. num. 9. ex Prospero Paseth. cons. 137. nũ. 1. quãuis magis fauendum facienti actum, necessario quã volenter, l. vlt. C. de alim pupillo præstandis, l. si fideiussor. §. si necessaria, D. qui satisdare cogantur. Verumtamen apertissimè aberrant, neque enim laudimium præstaretur ab eo, qui actum facit, & à dotante, sed ab ea quæ dotatur, aut eius marito, ideoque non est fauor dotantis, imò dotatæ, vt laudi-

laudimium non præstetur? cum ab eo dandum sit in quem res transfertur, l. vlt. C. de iure emphyt. nullum inaq; discrimen ponēdum an dos à patre, aut ab extraneo cōstituatur, vtroq; enim casu adest æquabilis dotis fauor, & ita decisum in Curia Parisiensi, & Tolosana, Maynard. cit. dec. 41. lib. 4. Charondas Ranch. &c.

NOTA XXX.

Laudimium ex donationibus.

Ad q. 30 ARdua quæstio magnis contentionib. in Curia Neapolitana exagitata, nec tamē definita teste Franch. decis. 201. Rendella de iure prothomiseos in verbo pro emphyteusi, num 33.

1 Prima sententia est, iure communi inspecto laudimium ob donationem deberi, quam communiter receptam esse docent. Molina de contractibus disput. 461. numer 8 magis communiter Faber C. de iure emphyteut. def. 29. Viu. decis. 496. num 9. Laurent. decis. 143. num. 1. Intrigl. de feud. quæstio. 9. cent. 1. num. 208. Cuiac. l. vlt. C. de iure emphyt. propè finem.

2 Secunda sententia negantium indistinctè deberi, quam in iudicando amplecti solet curia Tolosana teste Maynard. decis. 41. num. 1. & 2. qui etiam asseuerat, ita esse magis communiter à nostris traditum, num. 1. ex gloss. Odofred. Iaf. l. vlt. num. 69. C. de iure emphyt.

3 Tertia sententia est distinguentiū an donatio sit pura, & simplex, an onerosa, vel sub onere, & conditione, priore casu non deberi laudimia, secundo deberi. Chassan. ad consuetud. Burgund. tit. des censes, &c.

4 Prior iuri consentanea, nam licet. l. vlt. velit pro laudimio præstari pretij quinquagesimam, tamen addit vel æstimationis, seu valoris; nihil itaque prohibet data æstimari, vt sciri possit laudimij quantitas. Itaque laudimiū est quinquagesima pretij in emptionibus. At in cæteris alienationibus

bus quinquagesima æstimationis, vt in permutationibus, donationibus, transactionibus, alijsque contractibus innominatis, non obstat deinceps quod donatio fieri possit absque domini superioris consensu, & laudimium ob consensum præstetur. d l. vlt. C de iure emphyt. requiritur enim consensus in possessione appræhendenda, cum debeat donatoris inuestituram efflagitare, quamuis in stipulatione, vel pacto quo fit donatio non requiratur, vel etiam quamuis neque in ipsa traditione, attamen l. vlt. expressim iubet etiam post rem traditam expostulandum domini consensum, & quidem in scriptis, seu approbationē, & inuestituram. Vbi autē inuestitura necessaria, ibi præstatur laudimiū, vt dixi Nota l. ex Surd. Menoch. &c.

5 Qui secundam sententiam amplectuntur excipiūt qñ appareret, factam esse donationem animo fraudandi dominum superiorem debito laudimio, vel si detegeretur simulatio ex notat. in l. ita donat. D. de donat. causa mort. Gerard. Maynard. d. decis. 41. lib. 4.

6 De donatione in qua donans vsum fructum sibi reseruauit. Rursus de remuneratoria, & ob causam latè Sola ad decreta antiqua Sabaud. de iure emphyt. gloss. 1. numer. 14, & 15. Non deberi nisi finito vsufructu, & pro portione causæ si ex donationibus non deberetur.

7 Quid de donationibus, quas parentes filijs, aut filij parentibus faciunt inter viuos iuramēto vallatis. Pronunciatum in Senatu Sabaudo nulla deberi laudimia Faber C. de iure emphyt. def. 71. ea ratione mouetur, quia nō tàm acquisitio est ex parte donatarij, quàm debitæ successionis præoccupatio quædam cum filij etiam viuo patre domini censeātur. l. in suis 11, D. de liber. & posthum. parentib. vero pietatis intuitu præpostero mortalitatis ordine filiorum bona debeantur. l. scripto 11. §. 1. D. vnde liber. l. nam & si 15. D. de inoff.

NO-

NOTA XXXI.

Quid si institutionis, legatiue titulo emphyteusis in alium transferatur.

Ad q.31. CRebrius haud dubiè recepta est Amedei de laudimio ob hereditariam successionem præstando distinctio, vti attestatur Sola ad decreta antiq. Sabaud. de iure emphyt. num. 17. non iniucundum tamen, infrugiferumve erit, quid alij deinceps ea de re scripserint admiscere. Cuiac. igitur in l. vlt. C. de iure emphyteutico contendit indiscriminatim institutionis iure emphyteusi in alium trãslata laudimium deberi, quod iuxta Nouellam Leonis τὸ δεκατικὸν appellat mouetur eadem l. vlt. dum Iustinianus ait præstari quinquagesimam pretij, vel æstimationis, vt pretium ad venditionem referatur æstimatio ad omne aliud alienationis genus, etiam per vltimam voluntatem vniuersali, siue singulari ve titulo. nego referre, quod virtute inuestituræ, aut pactorum cum superiore domino initorum in plureſque hæredes etiam domino inscio, imò & reclamante emphyteusis transire possit. quoniã etiam donare, permutareque licet legis authoritate absque domini consensu, & tamen nõ ideo minus dantur laudimia. Molina contra sententiam hanc iurasse videtur, ait enim indistinctè titulo hæreditario re in alium translata nusquam omnino deberi τὸ δεκατικὸν, idque subfrigidis rationibus confirmare studet. Tractatu de contractib. disput. 461. num. 11. quoniam Iustiniani verba in d. l. vlt. de translatione dominij per contractum facta tantum interpretari debeant etiam latè sumpta contractus appellatione. Quam rationẽ non alijs quam ipsius constitutionis verbis lubet conuellere, quæ hic transcribere supersedeo.

Secunda ratio Molinæ est, quoniã in hæredem transeat emphyteusis virtute primi cõtractus inter dominum, & emphyteutam celebrati etiam vnius decennij curriculo duraturi. §. adeo. Inst. de locato. Itaque non est necesse nouiter do-

dominũ requirere aut admonere, sed hęc ratio priore haud-
stabilior, neque enim verum est, cuiusuis generis hæredes pri-
mæ inuestiturę virtute ad emphyteusim semp admitti, ideo
cum communi distinguendum erat: non autem simpliciter
asseuerandum ob titulum hæreditariũ numquam deberi
laudimium, quod illemet prospiciens ad priorem rationem
recurrit, qua nixus addidit d.num. 11. vers. neq; imò, neque
deberi, tametsi minus capaci rés hæreditario titulo relin-
quatur, quoniã conuentio deficiat, in qua scripsit locum sibi
tantum vindicare laudimiales præstationes, quod absonum,
& ab omnibus refutatũ. Rectè hoc solum docet, incapacem
debere intra certum tempus alteri rem alienare, eamque ob
id non incidere in commissum. Manent. de contractu liuell.
pacto 9. num. Securius sentiunt qui è medijs pugnantium
opinionũ fluctibus euecti peruulgatæ distinctioni adhæren-
dum censent, videlicet an emphyteusis transferatur in eum
de quo prima inuestitura mentionem facit, an non. secun-
dum quam sæpius iudicatum legimus apud Viuium decis.
496. Franchum decis. 447. quam sequitur Rossent all cap. 6.
concluſ. 66. num. 7. quamuis alicubi consuetudinem inua-
luisse atteſtetur, vt semper hæres feudalis, vel emphyteuti-
carius aliquid præstet.

Quid statuendm quando testator remotiores in gradu le-
gitimæ successionis vocat ad emphyteusim proximioribus,
qui ab inteſtato succederent, exclusis, omnesq; in inuestitu-
ra comprehenduntur? Viuius ait iudicatum, neque tunc de-
beri d. decis. 496. nu. 6. eiusdemque sententiæ sectatores af-
fert Io. Vincent. de Anna. sing. 187. & in allegat. 106. resta-
men absq; controuersia non est, cum Franch. & alij d. decis.
447. p. 2. deberi censuerint.

Quid si extraneus instituatur in emphyteusi data pro se,
& hæredibus? neque etiam laudimium præstabitur, quoniam
emphyteusis pro se, & hæredibus data transit ad extraneos,
vt decisum est apud Franch. decis. 235 p. 2. ex Craue. consil.
251. num. 4. Paris. Hippol. Riminal. Gozad. Viu. decis. 496.
num. 1.

Ob

Ob acquisitionem iure legati factam semper deberi ait Cuiac.d.l.vlt.in fin. sequitur Sbla cit. nu. 17. Dissentit Molina qui negat vnquam titulo legati deberi d. disp.461.num. 11.asseritq; idem censuisse Lopez. quoniam legatarius dicatur quasi hæres l.id tempus §.1.de vsucap.& quoniam d.l. vlt. Intelligendam tantum arbitretur de alienatione conuentionali,quod & verbis,& rationi ipsius textus repugnat, apertaque est ratio diuersitatis inter hæredem,& legatarium, quoniam in singularem successorem non transeunt actiuè, & passiuè iura testatoris,l.vlt.D de contrahen.empt.quas in hæredem proficisci constat.l.1 & 2.C.de hæredit. actionib.l. hæreditas,D.de reg.iur.l.cum hæredes.D.de acq. rer.dom.

NOTA XXXII.

Deberi laudimia ex causa transactionis non tamen perpetuo.

Ad q.32. IVstinianeæ Constitutioni consentanea est eorum sententia,qui distingunt an constet transactione translatam esse possessionẽ, necne, priori casu dandum laudimium non autem secundo. secundum quam definitum videtur a-
1 pud Afflict. decis.232. Feudatarius & eam frequentius amplectuntur Doctores Nat conf.145.num.20.lib.1.conf.141. num.3.& 4.Rom.conf,146. initio Paris.conf.1.lib.1. Alex. conf.32.lib.2.Rol.conf.15.num.44.lib.1 conf.2.nu.18.lib. 3.Menoch.casu 171.num.74 Iaf.l.2. D. de off eius.l.si pro fundo 33.C.de transact.l.nulli 19. D.de transact.ratio vero in promptu, quoniam translata nouiter in aliquem rei emphyteuticæ possessio haud legitima est, nisi à domino approbetur,nouusque emphyteuta admittatur,atq; suscipiatur testatione adiecta prò qua re deberi, damque ἐπιδιαιτᾶν opi-
2 nantur in l.vlt.C.de iure emphyt. Hæc cessant vbi contraria consuetudo,vnde Monopoli,neque ex transactione, neque ex alio contractu præstatur,venditione, eaque voluntaria excepta,vt attestatur Rendella de iure prior homiseos,in verbo.p emphyteusim nu.33.vulgatũ.n.est in tractatu laudi

miali

miali consuetudines obseruandas. Piag. de consuet. quæst. 11.num.334.nos superius nota 2.

NOTA XXXIII.

De pignoratitio contractu, & Antichrisi.

Ad q.33. REgulariter ex pignoratitio contractu laudimia non debentur; nec abs re cum debitor rei in pignus traditæ dominium non amittat.l.rescriptum 12. D. de distract. pignorum.l.si pecunia 33.D. de pign. act. & consequenter in creditorem dominium nullum transferatur, l. cum & sortis 35.in fin.D.de pign.act.l.pign.13. D. de vsuris, ita decisum Tholosæ refert Maynard.lib.4.decis.40. In Senatu Sabaudo Faber defi.67.C.de iure emphyt. vide Neguz. de pignor. 2.p.2.Mem.num.43.& seq.

Extenditur hæc sententia, etiamsi per mille annos pignoris nomine res possideretur: nunquam enim eo iure possidendi dominium transfertur, semper que liberũ est debitori ius soluendi,& ex eius mera voluntate creditor pignus detinet. d. l.pign.13. D.de vsuris,at non translato vtili dominio,regulariter laudimia nõ debẽtur,l.vlt. C.de iur.emphyt. alia ratione corroboratur hæc sententia, quoniam nusquam traditum extat eum qui rem suam pignori dedit,aut iure sibi competentis alteri rem aliquam cesserit domini approbatione,& admissione,inuestitura ve indigere.

Extenditur secundo in Antichrisi quando videlicet debitor patitur creditorem percipere fructus rei oppignoratę in locum legitimi interesse,ea lege,vt non possit inuitus vrgeri ad sortis solutionẽ quamdiu creditorẽ re frui patietur de qua in l.sciendum 15.§.creditor,D.qui satisd. cogan. l.1. §. per seruum.l,qui pign.D.de acq. vel amitt. posl.l.si is qui 12. §.1.ff.de pignorib.l.si pecuniam 33.de pign. act,vti decisum referunt Maynard.decis.40.lib.4.Charondas libro legum,& morum Franc. in annotat. tit. de feudis in consuetud. reform. Paris. art. 20. quoniam Antichrisis verum pignus est,

quod

quod dominium nunquam transfert l cum & sortis 35. D. de pign. act. semperq; enim lui potest. l. 1. C. de licit. pign.

Cessat primo in Sabaudia vbi sancitum, vt ex pignore post decennium à die contractus laudimium debeat. Faber C. de iure emphyt. def. 74.

Cessat secundo, quando Antichrisis ita contracta, vt ante decennium ius luendi non competat, qui contractus tunc sustineretur si fructuum rei opignoratæ quantitas, ei, quod frequentius inest, respondeat, vt in l. cum debitor 8. D in quib. causis pign. vel hypotheca tacite contrahatur, vbi de Antichrisi tacita, nam expressam vix dicunt seruare legalē interesse mensuram. l. si ea portione 14. C. de vsuris, ratio huius receptionis, quoniam tunc conductioni æquiparetur, & ex conductione ad decennium laudimia prestari consueuerint, quasi trās feratur vtile dominium, vtilisq; actio in rem competat. l. 1. §. quod ait prætor D. de superficiebus. iuncta, l. vlt. C. de reb. alienis non alien. à Ponte quæst. 34.

Cessat tertiò si ostendatur titulum, & colorem pignoris à contrahentibus fraudandi laudimij gratia quæsitum. Faber def. 60. in fi. C. de iure emphyt. vti si pecunia mutuo accepta iusto ptetio rei æquiualeat, plus enim valere debet, quod agitur, quam quod simulatè concipitur tot. tit. C. plus valere.

NOTA XXXIV.

Non dantur laudimia conductionis gratia nisi fiat ad decennium.

Ad 9.34. NOn datur laudimium locationis gratia. Menoch. conf. 444. num. 16.

Omnes tamen admittunt frequentius præstari ob conductionem ad decennium. Faber defin. 74. num. 15. Viu. decis. 496. num. 10. Molina de contractib. disp. 461. num. 3. idem videtur sentire Lud. Molin. de iure primogen. lib. 1. cap. 21. num. 33. Valasc. de iure emphyt. q. 13. numer. 11. Cald. de renouat. emphyt. q. 13. nu. 10. & q. 16. num. 16.

Rationes excogitarunt, primò quoniam huiusmodi conductio

ductio dicatur alienatio,& emptioni assimiletur. cap.ad audientiam,de reb eccl.non alien.l.vlt.D. si ager vectig.Viu. Sylua com.opin.1007.tutores num.3. lib.3.

Secundò, quoniam dominium vtile transferri videatur,l. 1.§.quod ait prætor.D.de superficieb.iuncta l.vlt. C. de reb. alien.non alien.

Tertiò,quoniam neq; ab eo qui rem in decennium conduxit res inuito auferri possit, quod ostendit habere ius in re, & dominium vtile. Faber defin 60.num.2. C. de iure emphyt.defin 74.num.15 quamuis dicat Boerium contrarium verius existimare.

Quartò,quoniam non alia de causa qui rem locat ad decennium irrequisito domino ipsam rem amittit caducitatisque pœna coercetur Maresc.variar. resolut. lib.2. cap.25. num.9 Valascus cit.Caldas Molina, Viuius locis prædictis.

Dissentiunt Couuarr.lib.2. variar. cap.16. num.3. A. Pinell.l.1.C.de bonis matern.§.3. numero 71. Molina de iure primogen.cap.20.numer. 17. quoniam in pœnalibus verba strictè accipi debeant: Alijs tamen respondentibus in tractatu emphyteutico,quamuis de caducitatis commissivè pœna agatur, nunquam alienationis nomen angustè, & strictè accipiendum, alioquin dominium directum solummodo ostenderet,& consequenter nulla quæstio de commisso cum de dominio vtili transferendo duntaxat pertractetur.

NOTA XXXV.

De venditionis promissione, tractatu, & declaratione, alteriusque consocietate.

Ad q.35. NEque ex nuda venditionis promissione laudimium peti potest. Maynard. decis.40.lib.4. Faber de fin. 31. num.2. Sola num.12. Ad Decreta Sabaud. de iure emphyt. gloss. 1.

2 Neque ex tractatu de vendendo si re integra ab eo discesserint Maynard.cit. num.1.

3 Ne-

3 Neque si venditionis conuentio fiat pretio ab alio declarando, qui nunquam suam declarationem protulerit, Sola num. 13.

4 Neque si quis, & pro se emerit, & pro eo quem deinceps declarare volet vllum ob huiusmodi declarationem datur laudimium vt late ostendit Sola, nu. 11. cit.

Maximè .n. differt promissio, aut tractatus de vẽdendo à venditione, l. si voluntate 8. C. de rescind. vend. Io. Faber l. 1. C. quando liceat ab empt. discedere, l. contractus, C. de fide instrum.

5 Secus verò statuendum si interuenerit non solum tractatus, & conuentio de precio, sed etiam secuta sit rei traditio, tunc enim perfectus est venditionis contractus, & translata possessio pro qua laudimium solui debet, l. vlt. Cod. de iure emphyt. Sola cit. num. 4. & quamuis deinceps ab emptione discedant, non tamen ob id ius dño superiori quæsitũ diminuetur, neq; à laudimij solutione qui rem accepit, liberabitur, vt docet Maynard. cit. decis. 40 lib. 4. ex Mascerio arg. l. pen. C. de rescind. vend. & l. vlt. C. de iure emphyt. arg. l. vlt. D. de pact.

6 Adnotandum est, si forsan ob venditionis promissionem vel tractatum laudimium quis persoluerit, quod re vera tũc non debebatur venditione reiq; traditione postmodum subsequente aliud laudimium non esse præstandum, & priorem solutionem licet indebitam sufficere, & ita soluẽti proficere Faber def. 31 in prin. C. de iure emphyt. ex Iacobin. de Roydis num. 38. Sola d. num 12

7 Cæterum, quando venditione perfecta emptor alteri rẽ communicat, eumq; ea in re cõsocium accipit, pro quo neq; in toto neque in parte se emptionem facere contractus tẽpore declarauerit, tũc nouiter p portione Cõmunicationis & associationis laudimium præstabitur, nouus enim cõtractus est l. iurisgentium, §. adeo. D. de pactis, Sola cit. 1. de iure emphyt.

NOTA XXXVI.

Dantur laudimia ex contractu conditionali: & cui ex diuersis colonis existentib. contractus, & cessantis, purificatque conditionis tempore.

Ad q.36. TRactant hac de re Aenneus Robert. rerum iudicatarum lib.3.c.18. Io. Baptista Colta de retrotract. cap.8.casu 11. Thes. quæstionum forens.lib.2.q.82. Anton. Faber def. 30. C. de iure emphyt. Gomes. resolut. variar. tom.2. de empt. & vendit. c.2. nu.24. Sola de iure emphyt. gloss. 1.nu.44. ad antiq. Decret. Sabaud.

Cui verò ex diuersis colonis laudimia debeantur aliquot casus recensendos duxi.

Casus primus, in vēditionibus sub hasta si aliquis habeat ius dominij directi subhastationis tempore, dum res emptori expeditur, & in possessionem missio fit, alter verò deinceps dum redimendi tempora, sequestrique labuntur. laudimium debebitur priori non posteriori, siue de dominis agatur, siue de iuris dominici conductoribus, Ita eleganter Faber def. 30. C. de iure emphyteu. venditio enim perfecta est ab ipso expeditionis die, & pura, tametsi habeat conditionem resolutiuam si intra sex menses bona à debitore redimantur, debetur itaque laudimium priori, qui Dominij iure non custodiæ rem subhastatam possidere cepit. l. vlt. C. de iure emph. quia lapsus sex mensiū non transfert dominium, sed tollit reuocabilitatē, & laudimiū ob trāslationē dominij non ob qualitatem irreuocabilitatis præstatur.

Casus secūdus, idē dicendū videtur in omnibus alijs cōtractibus cōditionē legis cōmissoriæ addictionisue in diē resolutiuam in se habentibus, dominium enim in suspenso nō est, sed à die initi contractus in emptorē purè trāsfertur, l.1. D. de lege commiss. l. 2.D. de in diem addict. & fructus percepti tēpore primi cōductoris sunt illius, ergo etiā laudimiū venit enim fructuum nomine cum nascatur, & renascatur

argu.

argu.l. fructus. 7. alias est l. diuortio. §. si vir. D. sol. matr. ex Fabr. & Rob cit. ita decis.

Casus tertius, quando venditioni redhibitionis pactum adijcitur, laudimium debetur colono, qui tempore contractus fuit, non ei qui finita redimendi facultate, ita decisum in Senatu Parisiensi auctore Robert. rerum iudicatarum, lib. 3. cap. 18. apud quẽ elegantes huius sententię rationes videri possunt.

Casus quartus, Data re in solutum creditori nisi infra cõuentum temporis curriculum ei integrè satisfiat, neque dationis tempore vera rei ęstimatione facta, sed tantum lapso tempore conuento. Debebitur secundo colono laudimiũ vt decisum refert Thes. d. q. 82. quoniam re vera perficitur contractus dationis insolutum dum vera æstimatio fit, anteaque censetur nullus Io. Paponius lib. 11. tit. 3. arresto 2. at ex contractu nullo dominium nõ poterat esse translatũ l. 4. §. cõdemnato, D. de damno infect. l. si cũ nulla D. de re iud. l. marcellus, D. de iud. qua autem re cessante dominij translatione ante veram rei æstimationem laudimium debebitur l. vlt. C. de iure emphyt.

Casus quintus, quando conuentioni b. & alienationib. conditio suspensiua adijcitur, debetur tempore purificatæ conditionis Ita Robert. Thes. Faber tunc enim conditionis euentus inspicitur, l. plerunque. §. si ante. D. de iure dot. l. 2. §. si sub conditione D. pro emptore. l. necessario. D. de periculo, & comm. rei vend. Vnde sententia Costæ d. c. 8. c. 11. num. 2. Argentiæ; & aliorum aut intelligi debet de conditione resolutiua, aut aspernanda: licet eam tanquam veriorẽ æquioremque attollat. num. 5. longè enim elegantiores, & validiores sunt Fabri, & Roberti rationes quas hic cogor tacitus præterire. Notas enim describimus quæ vltra cõpendium increscere recusant.

NOTA XXXVII.

An duplicia laudimia præstanda sint venditione, retrouenditione quæ secuta, vi pacti de retrouendendo.

Ad 9.37. PRima sententia eorum est, qui existimarunt, quoties res redimitur à domino virtute pacti de retrouendē do, siue in continenti, siue ex interuallo pactum adijciatur, vel etiam si ius illud redimendi, alteri cedatur, qui postmodū 1 redimat vnū tantum laudimium domino directo deberi. Ita semper curia Tholosana, aliēq; plerēq; in Gallia iudicārūt, vt refert Maynard. lib. 4 decis. 38. num. 1. in fine, & seqq. de curiæ Parisiensis consuetud. Charond. in annotationibus ad ius Parisiense. art. 76. Mouentur quoniam quando 2 incontinenti retrouenditionis pactum apponitur, censetur esse pars contractus, eaque retrouenditio eiusdem executio l. lecta 40. D. si certum petatur. l. iurisgentium. 7. §. quinimò & § adeo, D. de pactis, l. fundi partem 78. & l. pacta conuenta 72. D. de contrahen. empt. Bart. Bald. Alciat. Donellus in l. petens 27. C. de pactis, Ideoq; dicitur esse tertia pars pretij cuius in venditione ob læsionem rescindenda sūma ratio habenda. Ant. Faber. C. de rescin. vend. def. 27. 28. & 29. Sanè quando pactum ex interuallo adijcitur vigor iu- 3 ris duplex laudimium exposcit retrouenditione subsecuta cum huiusmodi pacta, neq; in contractibus bonæ fidei, nèq; stricti iuris amplius censeantur esse pars prioris contractus quamuis in bonæ fidei contractibus renouationem causare dicantur re integra. d. l. 7. §. adeo. D. de pactis. l. 1. & 2. C. quā do liceat ab emptione discedere. beneuola tamen quadam iuris interpretatione communiter receptum testatur Maynard. vnico laudimio dñm debere esse contentū, vnum verò saltē deberi ratio aperta, quia verè translatum dñium est, cū adsit traditio, & iustus titulus. l. traditio. 20. D. de acquiren. rerum dominio. Thes. decis. 75. Salsona de laudim. coll. 10.

4 Secunda

4 Secunda sententia est asserentium duplicia laudimia præstanda esse, alterum ex priori venditione, alterum retrouenditione secuta. C. de iure emphy. quam Faber. defi. 30. nu. 20. 21. approbasse videtur, & huius sectatorem citat Thesl. qui videt aliter sentire, quoniam duplex traditio hic necessaria est, & duplex dominij translatio argum. l. ab emptione 58. D. de pactis, neque enim pactum de retrouendendo dominij translationem impedit l. 2. C. de pactis inter emptorem, & venditorem, at variæ dominij, possessionisque translationes laudimiorum similiter variam petitionem domino directo subministrant. l. vlt. C. de iure emphyt.

5 Neque obstant contraria, quamuis enim pactum de retrouendendo censeatur esse pars prioris cõtractus, cũ nullus vnquam asseruit retrouenditionem esse partem prioris venditionis; maxime enim differunt promissio de retrouendendo, & retrouenditio. l. contractus 17. C. de fide instrum.

Proinde cum hic adsint duo contractus, duæque traditiones, interueniãt & consequenter duplex dominij translatio cur potius præstabitur laudimium ex priore, quam ex posteriore, aut igitur dimidium laudimij ex vtraque, aut nullum debebitur: quę videntur absurda, aut ex vtraque integrum, cur enim duplicata causa laudimij duplex laudimium non causabit cũ cã in entibus ciuilibus posita põnatur effectus. l. si quis. D. de prędijs decurionũ. l. cũ. C. si aduersus rẽiudic.

Itaque contrariæ sententiæ autores magis consuetudine Gallicana quam rationibus eam submuniunt, tametsi æquitati congruentior videatur prior opinio. & vsitatior.

NOTA XXXVIII.

De resolutione alienationis.

Ad q. 38. NOn eo minus deberi laudimia quod dominio semel trãslato dissoluatur alienatio Faber def. 28. C. de iure emphyt. & def. 65. Specul. Io. And. Chassan. ab eo allati. potest verò resolutio huiusmodi tripliciter contingere primo vtriusque contrahentis consensu interposito l. ab

emptione 58. D. de pactis, l. prout. D. de solut. l. 1. & 2. C. qñ liceat ab emptione discedere.

Secundo vi, & auctoritate legis, vt in casu. l. si vnquam. C. de reuocand. donat.

Tertio, virtute pacti adiecti ipsimet alienationi contractus, vt in pacto de retrouendend. l. 2. C. de pact. inter emp. & vendit. & omni casu laudimia præstabuntur, saltem si dominium ex ea causa transferatur, quæ sui natura possit esse perpetuo, qualis est regulariter Cuiac. l. 1. D. de iure dotium.

Ius caducitatis saluum contrariam sententiam æquiorē, & Communiter receptam ait Maresc. lib. 1. variarum resolut. c. 5. num. 4. ex Alberico in emphyt. Ecclesiastica, vt scilicet per redemptionē rei alienatæ euestigio ab emphyteuta facta cessent. l. caducitatis pœnæ eamque sequi. Alb. Beroū, Riminald. Verumtamen re accuratius discussa fatetur Amedei sententiam etiam in emphyteusi obtinere, & ita frequētius existimare interpretes ex Iaf. Imol. Dec, atque ita iudicasse Rotam Romanam vnde hanc opinionem plerisq; rationibus exornat, aduersariorumq; argumentis latè satisfacit num. 7. vsque ad num. 22. quidam conduxerat, vide Solam ad Decreta Antiqua Sab. De iure emphyteut. num. 40. qui scripta D. de Ponte sequitur, & ampliat. affertque Bart. Io. de Platea, Loffred. Boer. Lud. in decis. Rot. Perus. decis. 114.

NOTA XXXIX.

De contractu nullo, vel re euicta.

Ad q. 39 NVlla deberi laudimia merito receptum est, quod enim nullum est, nullum potest producere effectū l. filium. 20. D. de bon. possession. contra tabulas, & lex vlt. C. de iure emphyteutico, dum ait, ob alienationem emphyteuseos quinquagesimam præstari, accipienda est, de ea quæ ritè facta est, ita vt si aliqua occasione nullius momenti sit non debeatur, vt in simili ait l. si se non obtulit. 4. §. condemnatum.

mnatum.D.de re iud.l.vnica.C.non licere habitatoribus metrocom.ita decisum Peghuera decis. 256. Faber definit.65. C.de iure emphyt.in princip.Sola de iure emphyteutico,nu. 37.in fin. ad Decreta Antiqua Sab. ex Crau.cons. 380.

Idque habet locum etiamsi cõtractus non à Principio nullus videatur, sed postmodum interiori vitio aliquo detecto annulletur. Faber.d.def.65. parum namque refert, an quid à principio inualidum an ex post facto annulletur. Ita decisum Peghuera.d.decis.356.num.3.& 4.nulla enim tunc dominij translatio facta esse potest arg.l. filius familias.§. diui, de leg. 1. l. peto. §.fratre de leg. 2. l. lex quæ tutores. C.de adm. tut.l.si in emptione de minorib. nihilque refert, quod rei traditio tunc forsan interuenerit, vera enim debet esse traditio iusteque, & habili causæ coniuncta, vt dominium pro ea transferatur, l. nunquam nuda 31. iuncta l. traditio 20.D.de acq. rerum domin.l.vlt.C. de minorib. & perpetuo laudimium cessare debet, vbi non adest validitas conuentionis, & alienationis argum.l. 1. & l. 2. §. si liber. D. de cõd.ob causã. Castr. in l.si ab emptione nu. 12. D.de pactis.

Hinc ex donatione inter virum, & vxorem non iurata nõ insinuata nullum laudimium præstatur, quoniã ipso iure nulla l. 1.& tot.tit.C.de donat.inter virum,& vxorem,ita definit Faber def.28.C. de iure emphyt. Verum cum morte confirmetur si donator in liberalitatis exercendæ voluntate perseueret.l.donationes quas parentes.C.de donat.inter virum, & vxorem,mortuo marito debebitur tanquam ex legato de quo dixi supra q.

Hinc ex rei alienæ venditione nulla quoque debẽtur laudimia Faber cit.def.74. licet enim alienæ rei venditio valere dicatur l.rem alienam. D de contrah. empt.id tamen non dicitur quasi dominium transferatur, quomodo enim transferre potuit,qui nõ habuit.l.nemo plus iuris 54.l.nemo 120. de regulis iuris. c.nemo 79. de reg. iuris in 6.l.traditio 20. D.de acq.rerum dominio, sed vt venditor intelligatur personaliter de euictione obligatus.l. si in venditione 60.l.euictare 70. D.de euict.

Excipiunt à prædictis, primo quando contractus à principio validus, & postea irritatur, aut partium consensu, aut alio emergente, quia non debet esse in contrahentium arbitrio ius domino directo quæsitum auferre l. potior. 11. D. qui potiores, & sufficit semel recte dominium translatum: semel enim acquisitum ius amplius nisi eo consentiente auferetur, l. habere 57 l. euicta 16 § si seruus, D. de euict. l. quod nostrum de reg. iuris. Vnde dummodo semel dominium p alienationem in nouum emphyteutam translatum, quamuis partes dissoluant contractum debitur laudimium Faber cit. definit. 65.

Excipiunt secundo, quando iureiurando contractus validatur. tunc neque soluta quamuis indebita repetuntur, & non soluta persoluuntur, vi iuramenti c. debitores, de iureiuran. Faber loco cit. def. 66. sublimitat nisi restitutio in integrum aduersus contractum, & absolutio à iureiurando expostuletur.

Excipiunt tertio, si re aliena vendita subsequatur domini approbatio, ea enim secuta cõualidatur rei alienæ venditio, & transfertur dominium, Faber def. 74. cum ratihabitio retrotrahatur, vt actus alioquin inualidus corroboretur. Io. Baptista Costa de retrotract cap. 8. casu. 4.

Quid euictione interueniente, vt puta si creditores alienantis hypothecaria rem extorquant? Distingunt. si iam solutum sit laudimium, non repetitur, si vero nondum solutum, amplius nõ præstabitur Costa de retrotract. cap. 8 casu 11. num 8. ex Collona. Burg. &c. Annotatione dignum videtur re euicta dominum directũ non teneri, nisi ad prætij restitutionem Fab def. 51. C. de iure emphy.

NOTA XL.

Si vsufructuarius dominium proprietatis acquirat, vel è conuerso proprietati vsusfructus consolidetur.

Ad q. 40. VSufructu in fundo feudali, vel emphyteutico constituto iuxta l. 1. §. & parui, D. quibus mod. vsusfr. amittatur

amittatur si deinceps contingat proprietatem ad vsufructuarium transferri laudimium dandum est, interueniunt enim hoc casu omnia ad laudimij præstationem requisita, alienatio scilicet rei emphyteuticæ, admissio, & approbatio noui emphyteutæ, atque inuestitura quorum gratia laudimiũ efflagitatur, vt notatur in l. vlt. C. de iure emphyt. quis enim ambigat adesse hic veram alienationem, cùm, & dominiũ, & possessio in vsufructuarium transferãtur, quæ translatio vera alienatio est l. vlt. de reb. alien non alienand. §. alienationes Nouella de non alienandis, c. nulli de rebus Ecclesiæ non alienandis l. alienationis de verb. signif. transferẽdum inquam dominium est, quoniam vsufructuarius non est dominus; cum vsusfructus sit seruitus, & consequenter in re aliena inst. de vsufructu in princ. Neque vllus rei propriæ dicatur vsufructuarius. l. pen. D. de acquir. possess. l. vti frui. 5. D. si vsusfructus petatur. Vnde dicitur ius vsusfructus extingui, vbi vsufructuarius proprietatis dominium acquirit. l. si tibi fundi 17. D. quib. modis vsusfructus, vel vsus amittatur. translato igitur nouiter in eum dominio, inuestitura, & approbatione domini superioris opus erit, & consequenter prę mia atque honoraria eam ob rem debita præstanda. Nec solum dominium nouiter in eum transfertur, verum etiam possessio. maximè si vera sit Baldi, Cumani, Romani, & aliorum sniſa existimãtiũ vsufructuariũ nequidẽ naturaliter sibi possidere, sed domino in l. naturaliter 12. D de acqu. possessio. & quamuis naturaliter proprio nomine rem detinuisse concederemus, integram tamen possessionem ciuilem scilicet, & naturalem proprietatis acquisitione nanciscitur, cum omnes fateantur plenè eum antea non possedisse Iaſ. Bart. Ripa. d. l. naturaliter. Fachi. lib. 8. c. 18. controuers. iuris. Quapropter interueniente, & dominij, & possessionis translatione, vbi vsufructuarius proprietatem acquirit, laudimium abnegare non poterit.

At è conuerso proprietario vsumfructum emente, aliaue ratione consolidatione secuta non dabitur laudimium tripliei de causa. Prima quia non acquirit vtile dominium cũ

perpe-

perpetuo illud retinuerit, neque enim seruitutis impositione dominium deperditur, Nec alia ratione vsufructus retētio dicitur species traditionis, quàm quod qui vsumfructum retinet, & seruitutem habet, fateatur alibi esse dominium, per l certa §. is qui rogauit. D. de precario, & probatur d.l. pen D. de acq. possess. & d.l. vti frui. At vbi dominium vtile non trāsfertur, laudimium non præstatur. altera ratio quia neque etiam transfertur possessio, dominus enim proprietatis semper possessor extitit, & per vsufructuarium possedit, Cuiac. obseruat. 9. c. 33. l. 1. §. quod ait prætor, D. quorum legatorum, l. acquiritur. 10. D. de acq. rerum dominio. l. sciendum. § possessor. D qui satisdare cogātur. Vnde si semper proprietarius possedit, vsufructu extincto, vel consolidato nouā possessionem non acquirit. At sine possessionis translatione non datur laudimium. Postremo quia per consolidationē vsusfructus cum proprietate non transit aliquid ab vsufructuario in proprietarium, sed tollitur, & extinguitur illud ius seruitutis. l. Pōponius querit 29. D. quibus modis vsusfructus amittatur, & de repente res euadit libera, in pristinumq; statum ipso iure restituitur. Quid igitur erit ab vsufructuario in proprietarium translatum, propter quod laudimium præstādum asseuerare possimus. cum iura vsufructuarij dicātur destructa, extincta, peremta, non transmissa. quis verò adeò supinus, vt ob ius aliquod extinctum laudimia deberi existimet? tandem non est nouus emphyteuta, non opus noua inuestitura, &c.

NOTA XLI.

De cōstitutione census in re emphyteutica, vel feudali, eiusue liberatione.

Ad q. 41. NOn omnium eadem hac de re sententia est. Nam Preses Faber C. de iure emphyt. defin. 72. asserit nō deberi laudimium pro venditione pensionis annuæ perpetuæ impositæ super fundo feudali, vel emphyteutico. Com-

plures

plures alij asserunt deberi Surd.decis.204. num.6. Menoch. lib.3. præsumpt. 107. num.15. Sola ad decreta antiqua Sabaudiæ,de iure emphyt.glos.1.num.8.

His potissimum rationibus suffulti,quod valeat argumẽtum à Gabella ad laudimium, & pro constitutione census eadem gabella præstetur, quæ pro rerum immobilium alienatione, vt decisum extat apud Surd. dict. decis. 204.

Secundo quoniam ex censu oriatur actio in rem scripta qua dominus census experiri potest aduersus omnes rei censui obnoxiæ possessores.Gabriel conf.141.num.14.& conf. 47.nu.6.Surd.cit.nu.8.& 9.Molina de contractib.disp.389. 390.ei dari omnia remedia possessoria, habereque ius in re Corbul.de iure emphyt.tit.de causa priuat. ob alienat. nu.8.

Tertiò quoniam frequentius receptũ census inter res immobiles connumerandos,& de his, vt de cæteris immobilibus sentiendum ratione solemnium,onerum,actionum,iudiciorum, quæ alienationis immobilium causa constituuntur tex.in clem.exiui de paradiso,§.cumq; annui redditus, extra de verb.signifi.l.si quis inquilinos de leg. 1.l. iubemus,C.de sacrosanct.eccl.vbi Blot.& DD.& in cap.nulli, de reb. eccl.non alien. Sed pro immobilium alienatione datur laudimium. l. vlt.C.de iure emphyt.

Ipse si rationum non auctoritatum numero, & pondere quæstionem hanc definire velimus,ambigo nẽ affirmantium opinionem respuere cogamur. Neque enim rectè ita arguimus,census immobilis res est,ex eo datur actio in rem scripta,remedia possessoria competunt, igitur pro eo laudimium dandum est, aliud enim erat addendum, nempe census est res feudalis, vel emphyteutica, vel in constitutione census transfertur dominium vtile rei in census emptorem, aut ipsa res ita dicitur ei alienata, vt eius dominus appellari possit: nullus enim vnquam negauit Iustinianea constitutione laudimium ob alienationem rei emphyteuticæ, dominij que vtilis translationem præstandum.l.vlt. C. de iure emphyt. vt glossa, & DD. qua propter si proculcatum est apud omnes,

neq;

neq; rei alienatæ dominus census constituitur, neque vllum rei dominium in emptorem transire, vt ait Bulla Pij V. nullum quoque laudimium exinde deberi omnes fateri oportet, mirum profecto est Corradum de contractib. q. 83. concluſ. 14. col. 15. Menoch. d. præsumpt. 107. lib. 3. admittere dominum census nullum omnino nanciſci dominium in re obnoxia, & tamen in eam inclinare sententiam, vt laudimium præstetur, duo enim hic reperiuntur summopere diuersa cēsus, & prædium, dominium census, & dominium prædij. Dominus census, & dominus prædij, neq; valet argumentum ab vno ad alterum, iuxta axioma. l. Papinianus exuli. D. de minorib. neq; census dicitur emphyteuticus, vel feudalis quāuis super re feudali, vel emphyteutica imponatur, neque in eo imponendo, vel tollendo requiritur domini consensus, quem adhibendum Iustinianus voluit dum res emphyteutica distrahenda foret, neque approbatio, aut admissio, aut inuestitura, neque canon annuus pro eo à domino census præstandus, quæ omnia cum sint luce clariora, passimque recepta, cur priorem sententiam non amplectemur. Verum quidem est census annuos perpetuos emphyteuticos, feudalesque reddi posse, in feudum emphyteusimvè dari, & accipi. Sed falsum est asserere eo ipso quo census constituitur super re feudali, vel emphyteutica seuadi censerivè feudalem, aut emphyteuticum. Bald. & Cardinalis in prooemio feudorum Laud. c. 1. §. 1. ver. quero an in iuribus titulo qui feudum dare possint. Itaq; si neq; feudalis, neq; emphyteuticus cēsus est, neq; feudum, neq; emphyteusis, licet in feudo, vel emphyteusi impositus; quis abneget summā esse imperitiā, vel nimiā credulitatē existimare re nō feudali nō emphiteutica Empta aut vendita dandum esse laudimium, solaque Doctorum auctoritate in eam sententiam trahi repugnante iuris æquiq; ratione, atq; onera inuita iurisprudentia, nullavè necessitate cogente multiplicare? contra l. habemus 62. de leg. & fid. l. qui dotem, 16. de dote præleg. Nouiter hanc ipsam sententiam sequuntur Cæsar. Manent. de contract. liuell. pacto 9. nume. 6. Virgin. Boccac. de censibus parte 2. num. 66. p. 3. num. 33.

Ex-

Exciperem à priori sententia, primò quando ipse census datus acceptusve in emphyteusim, vel feudū ex Baldo, Laudens. Fabro locis citatis.

Secundò, quando in fraudem domini directi factum appareret. Faber cit. videretur enim esse emptio rei colorata, & pars pretij. l. in venditione 41. l. si sterilis. 21. §. si tibi de act. empt.

Tertiò excipio, quando alicubi contraria consuetudo inualuit prævalet etiam in laudimijs consuetudo. Ant. Piag. de consuetud. nos superius.

NOTA XLII.

De cessione, renunciatione, repudiatione, atq; abstentione.

Ad q. 42. EX mera iurium cessione iure creditoris facta laudimium non deberi, iudicauit Senatus Sabaudus teste Fabro. C. de iure emphyt. def. 67. quoniam neque dominium, neque possessio in cessionarium transferatur cū apud cedentem non extiterint, & nemo det quod nō habeat, l. nemo, de reg. iur. at his non translatis laudimiū non persoluiomnes fatentur. l. vlt. C. hoc titu. De renunciatione. vide Solam de iure emphyt. glo. 1. nu. 24. ad antiq. decreta Sabau.

Excipe quando creditor pignus vendit iure creditoris, quoniam tunc transfert dominium. l. qui à creditore, C. de distract. pign.

De repudiatione, & abstentione nihil agit Amedeus. Alia vero eorum ratio est à renūciatione, qm̄ renunciatio dr̄ esse hæreditatis aditæ, repudiatio delatæ. Iaf. l. sicut, C. de repud. vel abst. hęred. abstētio in suis respectu paternæ hæreditatis, cui nondū se immiscuerūt. Inst. de hr̄dum, q̄ lit. & differentia. ob renunciationem hæreditatis deberi laudimium voluit Sola cit. num. 24. etiam quando frater monásterium ingreditur ex Purpur. cons. 114. remittitur enim tunc ius iam quæsitum, nam hæreditas paterna vbi adita est, non est amplius hæreditas, sed adeuntis patrimonium, l. 1. §. veteres, D. de

acq.

acq.poss. ideoq; vel donationi assimilanda si fiat gratis, vel venditioni si accepta pecunia. At repudiatio est iuris nondum acquisiti, propterea que ex ea nullum dabitur laudimium: nihil enim dat, cum nihil adhuc habeat: d.l. nemo, de reg.iuris, excipiendum censent quando pluribus existentibus ad quos æquabiliter res repudiata deferretur, & in vnius tãtũ fauorẽ celebratur, repudiatio vt ait Sola d.nu.24.

NOTA XLIII.

De alienationũ laudimiorumq; concursu intra eiusdem anni periodũ.

Ad q.43. DE feudis, ita sentit Rossental. vt si plures casus inuestituræ expostulandæ eodem anno, simulq; contigerint exempli causa si filius vassalli intra annum moriatur ante renouationem factam, tunc nepos vnicam duntaxat renouationẽ expostulat de duplici verò laudimio dãdo est? Distinguendum, si adsit vel conuentio, vel consuetudo, vt pro quacunque manus mutatione præstetur, laudimium duplex debebitur. Deficiente verò, & consuetudine, & cõuentione, vnicum duntaxat, cum enim iure scripto feuda sint à laudimiorum onere immunia, supra quæst. 3. Afflict. Alex. Guid. Pap. in obscuris ad id quod minimum est redigenda summa est l semper in obscuris. l. semper in stipulationibus, D. de reg.iur. Rossentall. cap.6. concl.66. num.10. æquitas idem suadet in emphyteusi.

NOTA XLIV.

An domino directo laudimia petenti instrumenti emphyteuticarij editio à possessore denegari possit.

Ad q.44. NOn obscura quæstio, si distinctè progrediamur. Dico primo, editionem instrumenti non esse faciendã à possessore qui se emphyteutam, prædiumve à se possessum emphyteuticum, vel feudale, minimè esse profitetur. Iaf. in l. si legatum 2. D. de edendo. Cæphal. cons. 508. lib. 4. Menoch. casu 554. num. 8. ex Rol. cons. 66. num. 15. lib. 3.

Primò, quia editio actori à reo regulariter facienda non est, nisi in casibus exceptis ad eius intentionem fundandam. l. 1. C. de eden. ibi Alciat. Ripa, & l. nimis graue 7. C. de testibus. l. qui accusare 4. C. de edendo.

Secundò,

Secundò, quoniam reo negante rem esse emphyteuticam, vel feudalem actor habet præsumptionem cõtra se, cum omnia libera præsumantur. l. altius, §. C. de seruitutib. & aqua, l. loci corpus, §. competit, D. si seruitus vindicetur, sed editio aliquando quidem fit contra regulam actori, vt quando pro eo adest præsumptio, non si cõtra vt notatur in l. 1. & vl. C. de edendo. l. qui concubinã. §. cum ita l pdijs §. Titio, de leg. 3.

Tertiò, quoniam inter cætera hoc adnotatur discrimen inter petitionem hæreditatis, & specialem in rem actionem, vt in priori iudicio conuentus suæ possessionis titulum ostẽdere teneatur, non in secundo. Cuiac. lib. 10. obser. c. 1. l. cogi 11. C. de petit. hæred. quę lex extat in l. 12. C. Theod. de fide instrum. vt inibi notat Gothofred. l. vlt. C. eod. tit. Socin. regul. 430. Verùm domino intentionem suam probante; in pœnam mendacij emphyteuta, vel vassallus cadet in commissum, cap. 1. §. vassallus, si de feudo fuerit controuersia. Oldrad. Bald. Faber C de iure emphyt. defin 21. arg. l. vlt. D de rei vindic. Hanc sentẽtiã, vt subaudio secutus est amplissimus Senatus Pedem. in cã Tonduti Nicien. acriter, & erudite eãdẽ propugnantibus clarissimis I. C. D. Io. Baptista Planuia, & D. Camillo Richelmo dissertissimis causæ patronis.

Dico secundò ad dñi qui laudimium petit replicationẽ stabiliendã sicuti et ad eius intẽtionẽ adiuuãdã à reo edẽdũ, & titulũ, & instrumentũ, ratio quia ad replicãdũ sicuti et ad adiuuandã, & corroborandã intentionẽ actoris editio à reo regulariter fieri debet, qđ scilicet editionẽ solũ lex impediat cũ origo intentionis fundatur nõ cũ iã fundata adiuuatur; id .n. facilius concedendũ l. 1. §. si quis ædificiũ. ff. de oper. nou. nunciat. Alciat. d l. vlt. DD. coĩter l. vlt. C. de eden. vbi Purp. & Alciat. d. l. qui concubinam, & l. prædijs de legat. 3. quibus autem rationibus res præsumatur laudimio supposita. Menoch. lib. 3. præsumpt. q. 1. Vniuersa hæc tractatio editionis æquitate subnixa est. l. edita. l. 1. C. de edendo. cap. quoniam contra de probat. Menoch. casu 175. num. 5. at æquitas non suadet veritatem ocultari si intentio actoris adminiculis nõ leuibus subnixa demonstretur.

Dico

Dico tertio, dum emphyteuta, vel vassallus se tales esse fatentur, cogi possunt instrumenta dominis laudimium ex postulantibus edere, si ea habeat penes se, dummodo dominus iuret de calumnia, & hic est casus singularis, cum nemo regulariter titulum suæ possessionis ostendere cogatur. Iaſ. d.l.ſi legatum, num.8.& 9.D. de edendo, ex Bald.& Roman. conſ.163.constitutio Curię Mercantiæ.Specul.tit.de locato §.nunc aliqua, Iuuant adnotata à Menoch.casu 554.num 1. de arbitr.Mouentur argumento.l.cum plures 15 vel l.vlt.D. de bon.aut.iud.possid.& l.prætor ait 4. §. huius edicti, & l.ſi quis. §. pertinere, D.de edend.vbi Angel. idem scripsit gloss. in l.2.C.quando & quibus quarta pars debeatur in cap.1. §. illud, de prohibita feud.alien.Faber C.de eden.def.3.num.3. qui simpliciter ait quemlibet possessorem cogi edere instrumenta domino directo, & C. de iure emphyt. def. 21. vnde plerique censent nisi edoceat, quæ sint feudalia, vel emphyteutica omnia talia esse præsumenda, nisi adsit verisimilis ignorario, quæ iustis de causis sæpius contingit Menoch.d. casu 554 num.5.& 6.

Dico quarto, qui fatetur se emphyteutam, vel vassallum, neque reperiri instrumenta sui tituli ostendit, vtpotè, quæ extare abneget, potest de repente expelli, nisi titulo præscriptionis se tueatur. Ang.d.l.prætor 4 §.1. D.de edend. Iaſ.d.l.legatum 2.num.10.D.eod.Abb.conſ.75 duo principalia quoniam scilicet finita emphyteusis eam ob rem præsumatur. arg.l. ſi seruus. C. quod cum eo.vbi Bald.præscriptio autem huiusmodi quadragenaria esse debet ait Iaſ. ex l.iubemus, C.de fundis patrimonialibus lib.11.

Dico quintò editionem nō solum ab eo, qui primùm fundum in emphyteusim accepit peti posse, sed etiam à quouis alio, qui ab eodē rem consecutus est quoquo titulo Fab.C.de iure emphyt.def 21. quasi hoc sit onus rei, non personę, atq; hæc editio propterea facienda sit. l. vlt. C. sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse, res vero transit cum suo onere. l. alienatio. D.de contrahen.empt. eiusdem sentētiæ sunt Menoch. Iaſ. Angel. locis citatis. quia de quocunque

rei

rei emphyteuticæ possessore loquuntur.

Dico etiam à Notario venditionis instrumenti copiam domino laudimia petenti faciendam, quamuis regulariter tantum his instrumẽta describat, ad quorum petitionem facta sunt. Fab. def. 3. nu. 3. C. de edend. Bart. l. vlt. D. de tab. exhib. Nouella de tabellionib.

NOTA XLV.

An detur hypotheca tacita pro laudimio.

Ad q. 45. A Deo proculcatum est apud nostros, dari à lege hypothecariam domino directo pro laudimio à quocunque possessore consequendo, vt pauci id in controuersiã amplius adducere audeant, itaq; id pro indubito supposuerunt. Faber C. de iure emphyt. def. 4. def. 7. def. 2. def. 68. Menoch. cons. 444. num. 21. Franc. Salsona de laudim. cellula 1. num. 9. & 12. alijq, innumeri ab his, & à Ponte hic connumerati. vnde ait Faber si in actione hypothecaria cæteri creditores cum domino concurrant hunc anteponendum, quoniam nemo priuilegium habere potuit contra dominum in re quæ est ipsius dominij, per l. ex facto 52. vers. respondi, D. de Peculio, l. in liberto 77. D. de solut. quemadmodum etiam præferri ait pro annui canonis pensitatione, qua de re latè Surd. decis. 32. & proinde triplici actione munitum esse rei vindicatione, scilicet & hypothecaria aduersus possessorem, & personali aduersus primum emphyteutam, qui alienauit, eiusve hæredem def. 7. excipit creditores rem ipsam possidẽtes pro cuius venditione laudimia à domino superiore petuntur. def. 4. nu. 6. pereleganti sana ratione.

Censeo verius, emphyteusim pro laudimio præstando non esse hypotheca affectam, ita Mar. Frecc. de feud. lib. 2. tit. de aut. Baronis. auth. 3. num. 4. quam sententiam, eò lubentius amplector, quoniam Senatus Mantuanus eam in iudicando sequutus sit, itaq; extet decisum apud Surd. decis. 31. num. 8. omnis enim hypotheca, aut est legis, aut conuentionis, de

hac non agimus: Scio enim nihil impedire quominus in instrumento emphyteuseos, vel recognitionum inter emphyteutam, & dominum directum conuentio fiat sub hypotheca omnium bonorum, & ipsius rei emphyteuticæ de laudimio præstando quotiescunque rem alienari contigerit, omnia enim concessa domino existimantur, quæ nominatim interdicta non reperiuntur quando sumus in genere permissorum, l. 1. § adhiberi autem. D. de testibus. validissimo autem fundamento nitimur, quod scilicet hypotheca tacita, seu legis his tantum casibus competat quibus nominatim aliqua lege data reperitur. tit. D & C. quibus causis pignus, vel hypotheca tacitè contrahitur. Ripa l. 4 §. 1. num. 9 D. de priuil. credit. Rom. cons. 454. nusquam in. iure nostro huius hypothecæ vlla fit mentio plura habentur apud Surdum.

NOTA XLVI.

Numerus liberorum à Laudimiorum præstationibus neminem excusat.

Ad q. 46. OB duodecim liberorum numerum nullum priuatis oneribus, quæ propter emphyteusim, vel censum præstanda sunt immunem censeri. Rimin. cons. 25. num. 42. lib. 1. Surd. decis. 31. num. 10. in fin. & num. 11. ex Men. consi. 297. Rodoan. de reb. eccl. non alien. quæs. 66. num. 2. qui plura exoptat de priuilegijs, & immunitatibus ob duodecim liberorum numerū parenti concedendis adeat Ferraro pace in tract. de excus. parent. de munerib. ob liberorum numerum. Couuar. de sponsalib. 2. parte cap. 8. Franch. decisio. 259. lib. 2. Thess. decis. 267. Fachin. lib. 3. controuers. iuris c. 49. Menoch. cons. 486. de arbitr. casu 379. Surd. decis. 123. Alb. cons. 519 Interpretes in l. si quis decursis. C. de decurionib. Rol. cons. 52. lib. 2. Viu. com. opin in verbo pace habens. Guid. Pap. quæstio. 301. ex quibus subsequentia effata depromere perfacile est. Primum potiri immunitate munerum personalium. l. semper 5. §. demonstratur. D. de iure immunit.

munit. l. si quis decurio. C. de decurionib. lib. 10. ibi honestissima munerum quiete donetur. Secundum à Ciuilibus muneribus excusari. l. sextum decimum 2. §. numerus 5. D. de vacat. & excusat. munerum. Tertium à muneribus patrimonialibus liberari. dict. l. si quis decurio, C. de decurionib. lib. 10. quamuis iure scripto indistinctè id condonandum minimè videatur, nam d. l. 2. ait onera quæ patrimoniorum sunt numero liberorum non excusari verum l. rescripto. 6. §. munera, D. de mun. & honorib. munera quæ patrimonijs, vel intributiones talia sunt, vt neq; numerus liberorum, neque alia prærogatiua, quæ solet à personalibus exuere excusset, id ipsum rescripserunt Imperatores in l. neque 5. C. de mun. patrim. neq; tempore ætatis, neq; numero liberorum à muneribus, quæ patrimoniorum sunt excusationē quis habere potest. Scio Cuiac. & alios frequentius de numero quinque liberorum hos locos interpretari. Quartum sed eum liberorū numerus indistinctè, & plenissimam tribuit excusationē dict. l. semper. §. demonstratur, & l. 24. C. de decurionibus Quæ omnia recipiuntur, siue sint masculi, siue fœminę, siue nupti, siue emancipati, siue legitimi, siue legitimati. argumento Nouellæ quibus modis naturales efficiātur leg. siue in militia mortui, siue nepotes patre prædefuncto, placuit enim Philippo Imp. Nepotes in locum parentum succedentes vice eorum prodesse. l. nepotes 3. C. de his qui numer. liberorum, vel paupert. excusationem merent. l. vlt. C. qui numero liberorum se excusant. Non cessat licet post numerum completum aliquis decesserit, neque in bonis deinceps acquisitis, neque in patre diuite. Cessat patre mortuo etiam filijs in communione persistentibus, secus tamen Mediolani sancitum, cessat in adoptiuis, cessat in vectigalibus pro mercimonijs impositis, nisi quando in vsum familiarem comparātur, cessare volunt in oneribus, quæ ingruentibus, imminentibus q; hostibus indicuntur, quemadmodum si opulentissimum extet patrimonium ampliſſima latifundia ne in angustias cęteri Ciues municipesue adducātur, immen so q; omnes pondere ob vnius exemptionem prægrauentur,

NOTA XLVII.

Præscriptio in Laudimijs.

Ad q.47. TRiginta annorum curriculo dominum superiorem excludi à iure laudimiorum decisum in Curia Tolosana authore Mainard. lib.4.decis.46. cuius sectatores refert Carondam lib.2.cap.7. Ferronum in consuetudines Burdegalenses.tit.de feudis, quoniam omnes actiones triginta annorum spatio extinguntur. l. competit 6. C. de præscript. 30.vel 40.annor. l. cum notissimæ.7. §.vlt. De præscriptione longi temporis, in futurum tamen laudimiorum exactio nõ præscribitur, adeo vt si in posterum alienationes subsequãtur dominus directus laudimia non nauciscatur iuuat quod triginta annorum curriculo ius retentionis feudi præscribi velint. c. porrò in fin. quæ fuerit prima causa amittendi beneficium. Cuiac. l.2.C. de iure emphyt.

Non est arbitrandum præscriptionem etiam ad laudimia in posterum exigenda non posse extendi, dummodo interueniant tria quæ ab omnibus requiruntur inseruientibus negatiuis de quibus Oinoto. in tit. de vsucap. instit. Canonistæ in cap. cum Ecclesia Sutrina de causa possessionis. Fachin. lib 8.c 22. Thes. decis. 114. Boer. decis. 336. DD. l. si certis annis, C. de pactis, Cuiac. cit.

Nam quota etiam census in recognitionem domini superioris debita præscriptioni subiacet, nõ alias tamen nisi immemorabilis temporis spatio transacto, vt refert Mainard. lib.4.decis.47. ex Marco Bald. Salicet. Ferronio, Anchar. & alijs ab eo luculentius transcriptis.

NOTA XLVIII.

De liuellario contractu. Et colonario perpetuo.

LIuellarij contractus varia formula pro regionum varietate, vtpotè consuetudine magis, quã iuris scripti rationi-

bus

bus introductus. Felician. de Sõlis de cenſib. cap. 1. nu. 17. lib. 1. frequentiſſimus tamen eſt etiam in hac patria, vt ait Purpur. conſil. 505. ob quem non deberi laudimiũ pleriſq; rationib. nouiter, & eruditè oſtendit Cæſar Manent de contractu liuellario pacto 9. & propterea conſuetudinarias laudimiorum eam ob rem ſolutiones, quæ paſſim irrepſerunt, prorſus abolendas, & abrogandas, tanquam iuri, & rationi repugnantes, eo quòd in huiuſmodi liuellis neque duplex dominus. neque duplex dominium ſit, vt in feudo, vel emphyteuſi l. 1. & vlt. D. ſi ager vectigalis, laudimiũ verò à domino vtili præſtetur ei qui ſuperius dominium habet, vt traditur frequẽtius in l. vlt C. de iure emphyt. & nos latè ſuperius nota. 1. 9. a etiam liuellaria conuentione res quaſi oppignoretur potius quam abalienetur. At propter hypothecam non datur laudimium, vt diximus ſuperius, & luculentius docent Crauet. conſ 464 Bero. conſ. 117. num. 7. Burſat. conſ 151. num. 56. Amædeus quæſt. 33.

Verũtamen cum in laudimij tractatione, vti etiã in cæteris conſuetudo faciat ius, vt dixi Nota. 4. ceſſabit Manẽt. ſententia, vbi ex re liuellaria laudimium dari, moribus receptum eſt. Vnde in Gallia præſtatur certa pecuniæ quantitas pro introitu ob liuellarium contractũ, vt teſtatur Gothofr. ex Io. Papon. ad l. 1. C. de iure emphyt. Atque hæc conſuetudo dummodo legitimè præſcripta, nõ reſpuenda, quando contractus liuellarius non eſt in fraudem cenſuum, quales ſunt hi, de quibus agit Manent. q. 1. nu. 24. vel quando nulla adeſt ſuſpicio vſuraria, vel vbi emphyteutici contractus naturalia non deficiunt, vel in cenſum res non incidit, cuius gratia proculcatum eſt laudimium non præſtari. Virgin. de cenſib. p. 2. nu. 66.

Scio Cæpolam de ſimulatione contractuum num. 66. & 62. tradidiſſe rem liuellariam laudimio, quod teloneum appellat obnoxiã: eius tamen opinio coarctanda eſt intra eas regiones, in quibus aut immemorabili conſuetudine ita frequentatur, aut res liuellaria ab emphyteutica in omnibus aſſimilatur, & ratione periculi, & ratione dominij, inueſtitura

modici annui Canonis, adeò vt emphyteusis non immeritò appellari possit, tametsi aliquantulum à Iustiniani, vel Leonis Imperatoris emphyteusi dissimilis, non in substantia, sed in naturâ, cuius variatio nouâ contractuum specificationem introducere non debet, aut si inducat valebit ratione æquiparationis argumentum ab vno ad alterũ quoad effectũ nõ erunt dissimiles. Fęlician. de Solis de censib. lib. 2. c. 4. nu. 25. Iaſ. l. 1. C. de iure emphyt. nu. 37. Rolãd. conſ. 87. nu. 1. lib. 1. Menoch. conſ. 372. nu. 3. Cæterum vbi ceſſat inueſtiendi in poſſeſſionem, dominiumq; transferendi neceſſitas, abs re laudimiaria prætatio efflagitabitur, cum ijs deficientib. nẽ quidem in vera emphyteuſi laudimium debeatur, vt ſcribitur in d. l. vlt. vbi Iaſ. num. 52. & nos ſuperius. Multo igitur minus in libellario contractu cum pleriſq; alijs onerib. ſubijciatur de quib. Cuiac. lib. 1. tit. 2. quib. modis feudum amittatur Fælicianus de Solis. De cenſib. lib. 2. cap. 4. nu. 22. 23. Cepol. d. nu. 62. & ſeqq. & tot. oneribus aliquem prægrauare iniquum. Menoch. conſ. 195. nu. 9. conſ. 840. nu. 6.

Quemadmodum vbi frequentantur colonarij contractus ſumminoperè ab emphyteuſi differẽtes, nõ eſt locus laudimio iure coloniæ diſtracto; tametſi huiuſmodi coloni pro ſe, & hæredibus coloniam obtinuerint, vti tradiderunt Paris de Puteo de redintegratione feudorum c. 88 nu. 10. qui teſtatur ita obſeruari in territorio Neapolitano, quem ſequitur Sola de iure emphyt. gloſſ. 1. nu. 41. Nec immeritò, cum neq; inueſtitura opus ſit, quando colonus ſuum ius in alium tranſfert, neque domini conſenſu, vel approbatione, vt ait Pariſ. nu. 9 quia etiam laudimium onus rei eſt, Menoch. conſ. 444. num 34. & conſ. 297. num. 1. 153. nu. 21. ideoque coangueſtandum, non autem multiplicandum, & extendendum à cõtractu ad cõtractum ab emphyteutico ſcilicet ad colonariũ vel etiam ad libellarium, cum onera nunquam cenſeantur repetita niſi id nominatum cautum, & expreſſum Menoch. conſ. 1079. nu. 27. vtpotè odioſa, idem conſ. 436. nu. 2. arg. l. coheredi §. cum filio. D. de vulg. c. odia. de re reg. iuris.

Sanè ſi res emphyteutica libellario, vel colonario perpe-

tuo

tuo titulo in alium ab emphyteuta transferretur æquius videtur laudimium domino cæteris præstari, quia libellarij contractus venditio, est ex. Cuiac. citatio, aut alienationis species nouiter iure ciuili excogitata, vt volunt Clar. Iuf. Menoch. Roland. locis citatis, & per colonium perpetuam pro se, & hæredibus alicui concessam emphiteusim ab alienari, haud quaq; ambigi potest cum communiter id censeant de locatione decennali, &c. vt diximus superius.

NOTA XLIX.

Ius acrescendi in laudimijs.

Ad q. 48. PActo certè fieri potest, vt portio laudimialis vni debita, aut delata alteri adcrescat si repudietur, vel omittatur, vel alia de causa non acquiratur, Quemadmodum de emphyteusi tradidit Marescot. variarũ resolut. lib. 1. c 75. quo loci docet conuentione ius accrescendi ibi introduci posse, vbi alioquin iure communi inspecto defeciſſet, ex Decio cons. 326. Socin. iun. cons. 119. lib. 2. Anchar. & alijs c. 1 de benef. fratr. c. 1. de duob. fratrib. c. 1. de fratrib. de nouo beneficio inuestitis. Zas. de succeſſ. feudi. num. 34. Quamuis in tractatu iuris accrescendi haud minus rectè arguere forsã liceat à iure feudali ad cætera. Feuda enim Principum beneficia sunt in quib. sancitum est iure quodam singulari, vt licet de contractibus ageretur locum obtineret ius accrescendi. l. vn C. si liberalitatis Imperial. Soc. Duaren. c. quod regulariter cessat in contractibus §. quod si qs inst. de inutilib. stip. & l. si mihi de ver. oblig. ab Amedeo hic allata, Duaren. lib. 1. cap. 15. de iure accresc. potior igitur ea esset ratio, quoniam certa voluntas contrahentium seruanda est pro lege. l. iurisgentiũ. 7. §. prætor ait. D. de pactis. Itaq; sicuti omnes admittunt legem atq; iurisprudentium interpretatio sub obscura testatoris mente inspecta ius accrescẽdi in vltimis voluntatib. reposuisse. in l. vn. C. quando nõ personis patitur Cagnol. Massin. idipsum in contractib. pactis

conuersionibusq; concedant necesse est, dicuntur enim pacta lex contractus. l. legem. C. de pactis. l. contractus, de reg. iuris.

Non placet tamen indistincte abnegare laudimijs ius accrescendi. neque enim res quæ debetur ea est quæ huiusmodi ius alicubi adesse, aut exinde abesse operatur, sed titulus, & coniunctionis forma, aut legis aut realis, verbalis mixta, vt docent nostri in l. re coniuncti de leg. 3. in l. vn C. quãdo non petentium partes petentib. accrescant. Quid enim si plurib. eiusdem laudimij exactio indiuisim legaretur, & alter non concurreret? Quid si æquis partibus eodem tamẽ sermonis, & verborum nexu? His certè interuenientibus, quæ ad ius accrescendi sufficiunt ipsum quoq; ad esse oportet, siue de laudimijs, siue de emphyteusi, vel de quacunque alia re agatur, vt exploratum vnicuiq; esse potest ex his quæ Cagnol. Massin. & ceteri docuerũt ad. l. vn. C. quando nõ pet. partes. Bart. Ias. Ripa ad l. reconiuncti de leg. 3. Integrisque, & elegantib. de iure crescendi tractatibus Duaren. Gouean. Grass. tradiderunt vnde altius repetenda disputatio fuerat, quam nobis hic Cursim scribentibus attexere non licet.

NOTA L.

Simulatio.

Ad q. 49. SVperuacaneum diutius hic hærere cum omniũ manibus versentur, quæ luculenter scripserunt Farinac. quæst. 161. quæst. 162. & seq. Cardinal. Tusch conclus. practicarum in verbo simulatio nu. 257. Mantica de Tacitis, & ambig. contractuum lib. 13. tit. 35. & 37. Menoch. lib. 3. præsump. 129. Sola ad Decreta Antiqua Sabaudiæ, de iure emphyt. num. 38. ex quib. colligimus non deberi, nisi fraudem dominus arguat. C. plus valere, quod agitur, &c.

NOTA

NOTA LI.

An hæres grauatus fideicommisso laudimia restituat, pœnasue caducitatis.

AD hæredem pleno iure pertinere laudimia ante aduentum conditionis, sub qua fideicommissum restituendum, est receptũ. Faber def. 47. C. de iure emphyt. Pereg de fideicom. art. 10. num. 6. quæ sententia stabilita est apertissimis rationibus. Prima, ad hęredem omnia ea pertinent, quæ sũt in fructu. l. in fideicommissaria. 18. §. quoties. D. ad S.C. Trebell. sed laudimia connumerantur inter fructus, & obuentiones prædiales. Amedeus hic quæst. 20. Guid. Pap. q. 477. nu. 2. Imo licet plerique censeant non pertinere laudimia ad fructuarium, quasi sint obuentiones personales non reales Franc. §. obs. lib. 5. cap. 9. eos tamen fateri oportet deberi hæredi grauato, quia eidem etiam vtilitates personam respicientes, vt obsequia libertorum, & seruorum opera debẽtur. l. ita tamen ex d. l. in fideicommissariam. D. ad S.C. Trebell. Tertiò, quoniam ante purificatam cõditionem est verus rerum hæreditariarum dominus, & bonæ fidei possessor, imò perpetuò remanet hæres, etiam hæreditate restituta. l. 1. §. restituta, ad S.C. Trebell. Inst. de fideicõmiss. hæreditatib. sed dominus, & bonæ fidei possessor laudimia omnesque alias vtilitates, & emolumenta sua faciũt. l. & ex diuerso 35. §. 1. D. de rei vind. l. q scit 25. D. de vsuris, l. bonæ fidei 48. D. de acq. rerum domin. Quartò, plus etiam iuris habet quã fructuarius quoniam ad fructuariũ nõ pertinet ius inuestiendi, & laudandi nouum emphyteutam, vt dixi not. 20. & Ponte. q. 20. & tamen hæres grauatus inuestiturã dare debet non alius. Faber d def. 47. quoniam dominus est, & inuestire est iuris dñicalis, l. vlt. C. de iure emphyt. Quintò, quoniam siue laudimiũ præstetur ratione consensus aut trãslationis in possessionẽ, aut admissionẽ, & inuestiturã, aut in recognitionẽ dñij superioris, put late. q. 1. à Põte, &

te, & nos nota. 1. hæc omnia in hærede concurrere vnde qui sentit incommodum comodum quoque sentiat æquum est l. si vsufructu 4. D. de nouat. l. cohęredi 41. §. quoad si, D. de vulg. l. alteri non debet dari commodum, & alteri incommodum. Incommodum inuestiendi datur fideicommissario ergo, & commodum laudimij.

De commisso. Dicendum venire in restitutionem nisi si ob graue iniuriã hæredi illatam dominium vtile factũ sit ca ducum, & directo consolidatur. Pereg. d. art. 10. nu. 10. Faber def. 47. C. de iure emphyt. rationes referre supersedeo.

NOTA LII.

De mulcta ob non solutum laudimium præstanda, vel remittenda.

OB non soluta destinato tempore laudimia emphyteutis, & feudatarijs variæ pœnæ indicuntur, ob varias regionum, vbi feuda empyteosesuè existunt consuetudines, de quib. eruditè, & pereleganter Lud. Carõdas lib. 3. respons. c. 35. Chopinus de morib. Parisiorum tit. 3. nu. 9. Gerardus Maynard. lib. 4. decis. 44. qui fatetur eiusmodi pœnas veluti nimiũ asperas profundo obliuionis fluuio in Tolosana curia submersas. Nos vt res lucidius appareat subsequentes casus separatim ex animandos destinauimus.

Primus casus secundum Iustinianei iuris rationem emphyteuta, qui fraudem in laudimio persoluendo committit, incidit in commissum, & omni iure emphyteutico priuatur. id totidem verbis scriptum est in l. vlt. C. de iure emphyteut. in fin.

Secundus casus, quando ob spretas iuris communis sanctiones emphyteusis in commissum incidit culpa emphyteutæ, vel feudum culpa vassalli non solum amittit rem in emphyteusim acceptam, verum etiam ipsas meliorationes Matescot. var. resol. cap. 110 num. 13. lib. 2.

Tertius casus, cessant mulctæ iure communi inflictæ, vbi

pensio

pensio annua fructibus respondet, & æqualis est Marescot. d. lib. 2. c. 110. num. 14. atque ita decidit Rota Rom. quę sententia ea ratione nititur, quoniam huiusmodi emphyteusis sapiat naturam locationis Bart. l. 1. num. 4. C. de iure emphyteut. At conductor quamuis culpa propria, è fundo cõducto deijciatur, nunquam tamen melioratione à se factas deperdit, l. colonus. D. locati.

Quartus casus, in his regionibus in quib. per vsum, diuturnãq; consuetudinem bona emphyteutica caducitati non subijciuntur, neque etiam ob laudimium non solutum in commissum res emphyteuticæ, vel feudales incidunt, vti seruatur in regione Pedemontana. Purpur. ad Iaſ. l. vlt. nu. 10. Sola ad Decreta antiq. Sab. de iure emphyteu. num. 6. & in Occitania. Maynard. lib. 4. decis. 44. alibi Freccia de auctorit. & potest. Baronis libr. 2. §. plurib. quæst. 27. nu. 81. & seq.

Quintus casus, si conuentum sit inter dominum, & emphyteuticarium, vt emphyteuticarius cessatione laudimij intra aliquod tempus à die alienationis expellatur valet conuentio, & expelli poterit. l. 2. C. de iure emphyt. vbi seruandæ pactiones inter dominum, & emhyteuticarium notat Cuiac. d. l. 2. præsertim cum non repugnet substantię emphyteuseos l. cum præcario 12. D. de præcario. l. 72. D. de contrahen. empt.

NOTA LIII.

Immunitas Ecclesiæ in laudimijs an transeat in laicum Ecclesiæ successorem.

MEnochius consil. 444. tantopere rem laudimio affici arbitratus est, vt licet statuto cautum reperiretur ne laici laudimiorum solutionem pretendere possint, sed duntaxat Ecclesia, attamen scripserit laicum in re laudimiario onere affecta succedentem huiusmodi ius nanciscì ex Salsona de laudimijs cell. 1. nu. 10. 11. & 12. Primo, qa iura realia rem sequan-

sequantur, quocunque proficiscatur l. rescripto. §. sciendum. D. de mun. & hon. & laudimium sit onus rei. Secundo, quoniam res laici transit in Ecclesiam cum suo onere, aut decimarum, aut laudimiorũ, aut cẽsuum c. nuper de decim. Sali. in l. placet. C. de Sacr. Eccl. Crau. conf. 217. num. 5. igitur è concursó, &c. Tertiò, quia iura prędalia in emptorem trãseunt, siue fauorem, siue onus respiciant l. aquæductus. D. de contr. empt. Quartò, quia qui in ius alterius succedit, &c. l. qui in ius, D. de reg. iur. Quintò, quia per indirectum Ecclesiæ detrimentum inferretur: minus enim res venderetur, si vbi primum ab Ecclesiæ potestate recessit, tali iure destitueretur; Id verò non licet arg. c. Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, de constit. Sextò, qui ex persona propria incapax est, ex persona venditoris capax reddi potest. Bar. in l. 1. §. sed si iure. D. ad leg. Corn. de falsi. arg. l. quædã, §. nihil. D. de eden. Septimò, licet laudimiale ius personale esset, iura tam personalia virtute pacti in rem prouenientia transeunt in emptorẽ, l. si tibi, §. pacto cõuenit, D. de pact. vbi Bar. Octauò, quoniam immunitates Ecclesiasticæ in eos, qui causam habent ab Ecclesia transeunt; & propterea plures volunt Ecclesiæ emphyteutam non minus, quam Ecclesiam ipsam à collectis, & tributis immunẽ. Bar. in l. priuatæ. C. de excus. mun. fac. tradita à Fach. lib. 1. contr. cap. q. 1.

Vereor, ne hæc Menoch. sententia respuenda: frequentiori enim. DD. calculo receptum est, priuilegia realia clericis concessa nõ prodesse ijs, qui à clericis causam, titulũue obtinuerunt, vt late Menoch. cas. 562. num. 22. de arbitr. qui hanc sententiam indistinctè sequitur rursus cas. 180. ex Bertrand. conf. 4. lib. 1. Iaf. in l. 1. num. 12. C. de ind. vid. toll. Alex. 101. num. 11 lib. 1. Vallasc. Brun. Curt. Barbat. Rol. & alijs: reuera enim vbi ab Ecclesiæ dñio res recessit, prophana, & laica efficitur, cur igitur secularibus statutis non subijciatur? argumenta in contrarium excogitata facilè diluuntur.

NOTA

NOTA LIV.

A laudimijs etiam statutarijs, vel consuetudinarijs Ecclesiam non esse immunem.

Ad q.51. PRæstationi laudimiorum Ecclesiam obnoxiam fatetur Marta de iurisd. p.4.cent.1.casu 17.num.25. Verum non Cæsareæ Constitutionis vi quasi, ea sit in foro Pontificio obseruanda in ijs, quę canonibus non repugnant. c.1. & 2. de operis noui nunciat. c. si in adiutorium; & c. quoniam. dist. 10. Sed quoniam vtile dominium feudi ad Ecclesiam pertinens non nisi ob apertissimam Ecclesiæ vtilitatē distrahatur, alijsq; requisitis interuenientibus, quæ traduntur in extrauag. ambitiosæ. de reb. eccles. non alien. quibus adiectis cum Sum. Pontifex alienationem approbet, magis ex ipsa Pontificia approbatione, quàm Iustinianeæ constitutionis permissione, & virtute ait, laudimia præstari. Vnde cē-suit num.33. obstringi quidem Ecclesiam ad laudimium iure communi debitum, cuius quantitas quinquagesimæ pretij respondet. l. vlt. C. de iure emphyt.

Non tamen ad laudimium statutarium, vel consuetudinarium, de quo Fulgos. cons. 6. quasi huiusmodi statuta tanquam repugnantia libertati Ecclesiasticæ nullius sint momenti. c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. de constit. & cap. 1 de oper. noui nunciat. de Cęsarea, vniuersaliq; lege non autem de municipatio iure interpretari debeat.

Quæ sententia alijs absona videtur. Primò quoniam lex de laudimio præstando immunitati Ecclesiasticæ minime aduersatur; æquum enim est, superiorem dominum à quo inuestituram accipimus recognosci, & consensus approbationisq; & translatæ possessionis emolumenta percipere. glo. in cap. imperialem. §. præterea, de prohibita feudi alien.

Secundò quoniam emolumenti laudimiarij quantitas intra territorium statuentium, non minus iure municipali augeri, diminuivè potest, quàm intra vniuersi Imperij fines generali constitutione. l. omnes. D. de iust. & iur. adeo vt quemadmodum verum est, Iustinianum quinquagesimam, octauā,

deci-

decimam, aliamve pretij portionem pro laudimio potuisse præscribere, idipsum statuentibus in proprio territorio concedere oporteat cum ius municipale intra territorij limites eiusdem sit roboris cuius est lex intra vniuersi Imperij metas, & terminos. d. l. omnes populi. vbi Bart. & cæteri in l. de quibus D. de legib. in l. cunctos populos, C. de sacros. eccles.

Tertiò quoniam onus laudimiale in rem esse dicitur sup. q. at statuta in rem non minus Ecclesiam emphyteutam, quàm cæteros ligant. latè Alciat. in auth. cassa, & irrita, C. de sacros. eccles. quemadmodum dicimus de statuto ædificiorum altius non tollendorum. Vicini præferendi, & similium, quæ in rem concipiuntur in d. l. cunctos populos.

Quartò, ita obseruari testatur Maynard. decis. 73. num. 3. lib. 4 Ecclesiasticos nobilia feuda, alioſve redditus laudimiorum præstationibus obnoxios acquirentes non censeri exemptos ab his quæ lege municipali, aut prouinciali consuetudine à cæteris præstari consueuerunt, quòd sæpius contigisse ait & D. Abbatissam de Leymeno nulla mora facta, cæteroſque Ecclesiasticos laudimialia onera iuxta regionis consuetudinem subijsse.

Quintò absurdum esset profecto Ecclesiasticos consequi velle à laicis emphyteutis Ecclesiam ob dominium directum recognoscentibus eam laudimij quantitatem, quę in ea regione frequentatur, quamuis iuris communis quantitate longe maior sit, & ipsos è conuerso dum laicos in dominos directos recognoscũt minorem velle persoluere seruanda æquabilitas est. l. vlt. C. de fructib. & lit. expens. vt eo iure quod Ecclesia in alios statuit ipsa quoque vtatur. toto. tit. quod quisq; iuris. Quemadmodum ipsa exigit laudimiũ iuxta regionis statuta, & consuetudines, secundum easdem consuetudines eadem similiter soluere æquissimum videtur.

Quæque scriptis typisve nomine meo consignabuntur Sanctæ Romanæ Ecclesiæ censuræ subijciantur cuius me obedientissimum filium immensa Dei mei benignitate humillimè profiteor. *CAROLVS ANTON. BLANC.*

FINIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE